




Rodolphi Gvaltheri Tigurini Homiliarum in Euangelium Iesu Christi secundum Matthæum.

<https://hdl.handle.net/1874/402717>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. fo.

56




17.

Handwritten text, possibly a title or description, in a cursive script.

0.






E. fo.

36

De beide schutbl. in portaf. Hoekamer.



D. MATTHAEVS EVAN-
GELISTA.

RODOLPHI GVAL-
theri Tigurini Homiliarum in E-
uangelium Iesu Christi secun-
dum Matthæum

Pars altera, continens Capita
posteriora XIII.

ACCESSERVNT Indices *aug.* Rerum & Verborum, Locorum
item sacra Scriptura, qui hoc libro explicantur.



I E S V S.

Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi.


TIGVRI

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS FROSCHO-
VERVS, ANNO M. D. LXXXIIII.



E. Th. H. 16. 26

Ex dono Bruchelii



PRÆSTANTISSIMO


ET MAGNIFICO VIRO, D. IOSVÆ

VVITTENBACHIO, PRAETORI MORATENSI,

RODOLPHVS GVALTHERVS *Tigurinus, Gratiam*

& Pacem à Deo Patre per Dominum nostrum

IESVM CHRISTVM.



ABSOLVI tandem aspirante mihi gratuita Dei misericordia, alteram quoque Homiliarum in Euangelium secundum Mattheum partem: quæ, ut ingenuè fatear quod res est, non exiguo labore nobis constitit: Non quòd mihi unquam laboriosum aut molestum fuerit per amœnissimos Sacræ Scripturæ hortos apum instar uolitare, & flosculos illos descerpere, ex quibus non solùm ferta dilectæ IESV CHRISTI Sponsæ, Ecclesiæ, contexuntur, uerumetiam pharmaca illa salutaria conficiuntur, quæ sola animam languentem recreare & confirmare possunt. (Quod enim de philosophia sua olim Cicero dixit, id multò rectius de sacrarum literarum studio dici moretur, hanc esse unicam & ueram animarum medicinam & culturam, uirtutum indagatricem & expultricem uitiorum.) Sed quòd qui cum iunior ætate essem, corporis uiribus & animi alacritate ualebam, nunc per senectam uiribus multum decessisse, & ad lucubrandum porrò minus idoneum me factum esse sentiam. Nam ut Diui Hieronymi uerbis utar, solet interdum terram, ex qua desumpta sunt corpora nostra, percutere Deus, ut contremiscat, & cum ita postulat ætatis ratio, nos uarijs casibus & infirmitatibus exercet, ut nos terram & mortales esse meminerimus, eorū alacriores & magis industrii sumus in ijs, quæ nobis mandauit, ne quid eorum nobis hinc migraturis imperfectum relinquatur. Ego certè dissimulare neque uolo neque debeo, me propter senectam, cuius limen iam pridem transgressus sum, & crebros capitis dolores non semel sollicitum fuisse, ne huic labori absoluendo possem sufficere. Itaque cum mihi haud dubiè Ecclesiæ precibus adiuto præter opinionem uires dederit Dominus, ut opus istud, in quo præ alijs remoras & obstacula multa & grauiam mihi obijci sonesi, ad finem deduxerim, quid mihi porrò reliquum est, quàm ut Dei gratiam toties expertus, Christo Seruatori gratias agam, qui ministerio meo in Ecclesia sua, qua nihil pretiosius nihil carius habet, per annos amplius quadraginta uti dignatus est, & eundem toto animo inuocem, ut quos ille mihi dictauit labores, Ecclesiæ & electis suis utiles facere dignetur: & ut quod reliquum mihi addet uitæ huius mortalibus tempus, ita dispenset, ut gloriæ suæ illustrandæ, Ecclesiæ item ædificandæ & multis seruandis inseruiat. Scio enim uerissimè dixisse Apostolus

lum: Ecclesiam Dei aruum, Dei ædificium esse: & proinde neque eum qui plantat, esse aliquid, neque eum qui rigat: sed Deum qui dat incrementum. Itaque quoad meas lucubrationes, nihil mihi tribui uolo, præter colligendi & meditandi laborem & industriam: in qua etsi fidem mihi nunquam defuisse affirmare ausim, non diffiteor tamen ne in eo quidem aliquid meum esse, & interdum bonum quoque dormire Homerum. Ut ergo omnia mea orthodoxo Ecclesiæ Catholice Christi iudicio subiicio: Ita Lectores admonitos & rogatos uelim, ut me hominem fuisse ita meminerint, ut interea me fratrem in Christo fuisse non obliuiscantur, cui in omnibus suis studijs gloria Dei & hominum salute nihil antiquius fuerit. **PORRO** dum alteram hanc Homiliarum partem in Euangelicam Matthæi historiam, ut in lucem prodeat, adorno, magna me cura & sollicitudine leuatum esse sentio. Solent enim ferè qui simile quid instituunt, anxij patronos quærere, qui foetus illorum teneros in tutelam recipere dignentur, & eosdem suo patrocínio contra zoilorum dentes tueri, aut saltem apud pios & bonos illis aliquam gratiam conciliare possint. At ego ingratus & inhumanus, nedum imprudens & ineptus essem, præstantissime Iosua, si quem huic libro aut patronum aut tutorem quærerem quàm te, cuius summa est apud omnes tuos authoritas, pietas uerò ita nota, ut de uoluntate tua dubitate mihi nefas sit, Priorem enim Matthæi nostri partem tam amicè & humaniter excepisti, ut me tibi obstrictum esse fateri debeam, quoad huius uitæ usuram mihi Deus concesserit. Fui quidem ego Vuittenbachiae domui propter multa beneficia iam ante obstrictus: at inter alios, quos illa nobis genuit uirtute & pietate præclaros & præstantes uiros, te præ alijs semper amari & colui, propterea quod mihi ab ipsa adolescentia familiariter non notus modo, uerum etiam addictus fuisti: quando propter egræ indolis iudicia te in Repub. & Ecclesia talem aliquando fore præuidi, qualem te nunc esse omnes boni prædicant. Accipies ergo hoc quoque nouum mei amoris & obseruantie pignus ea fronte, qua me iam olim complexus es: & Ecclesias Filij Dei **IESU CHRISTI**, quæ hætenus sub tuo dominio, ceu umbra latissima uersantur, in posterum quoque fideliter tuetur, ita officium gratum illi præstabis, qui illud æternis regni sui celestis præmijs remunerabitur. In hoc te cum tuis omnibus feliciter uiuere & ualere opto. Tiguri III. Nonas Februarij, Anno nati in carne æterni Filij Dei M. D. LXX XIII. secundum ueterem & receptum Ecclesiæ calculum.

INDEX RERVM ATQVE VERBORVM IN HOMILIIS SECVNDÆ PARTIS IN MATTH. MEMORABILIVM.

CVNDÆ PARTIS IN MATTH. MEMORABILIVM.



ABATVM tituli quales 155.b
 Abel cur à Caino fratre interfectus 168
 Abnegare seipsum quid sit 33
 Abominatio desolationis quid 182
 Acclamaciones puerorum, sacerdotum offendunt 107
 Acclamaciones puerorum Christus audit & probat 107.b
 Actionis processus contra Christum 234
 Accusationis Christi capita 239.b
 Adamus quid post lapsum viderit 13
 Adami lapsus qualis fuerit 13
 Admonitiones quæ obseruari conueniat 236.b quales esse debeant 91.b
 Admonitionibus quatenus auscultandum 31.b
 Aduentus Christi vicini descriptio 186 pijs lætus 186.b hora incerta 192.b quomodo differatur 206
 Aduersa subita quibus plerunque eueniant 230
 Aduersariorum Christi artes & malitia 107.b poena 126
 Astutia 134.b
 Adulterium num sufficiens causa diuortij 71.b
 Adulterij scelus multiplex 70.b
 grauitas 70
 Adulteria quæ Christus vocat 71.b
 Agrotos non esse negligendos 219.b
 Accas mundi partibus anni conferatur 187.b
 Accates mundi tres 189
 Affectus quomodo Christo tribuendi 246.b
 Afflictiones piorum perpetuæ 176.b
 Agriculturæ utilitas 128
 Agricolæ vita iucunda 72.b
 Alimentum animæ quod sit 195.b
 Ambitio parentum quoad liberos suos 93.b
 Ambitio quam sit noxia 95.b
 Amicos cur reprobos vocet Deus 131.b
 Anabaptistæ quibus excommunicationem defendant 56.b
 cur ministros prosequantur odio suo in quolibetatem Christianam ponant 156
 Anabaptistarum error in baptizandis infantibus 51.b 52.b

de paruulorum Baptismo à verberibus patribus etiam damnata 76
 de magistratu sententia 105
 doctrina de Magistratibus 136.b
 Anabaptistica bonorum communio 101
 Anabaptistica mulieris de cruce sententia 33.b affectio erga liberos 83.b excommunicationis refutatio 57.b
 Angeli de Christi resurrectione testimonium 250.b 251
 custodes paruulorum 54
 Angelorum cultus interdictus 54.b
 custodiæ vsus ibid.
 Anguli caput cur dicatur Christus 125.b
 Anima pro vita hominis 35
 Animam seruare & perdere quid sit 35
 An licitum coram Deo quod leges ciuiles permittunt 71
 Antistes religionis Christi hostes accerrimi 221.b
 Antistitum auaritia quanta pestis 160.b
 An vnusquisque in sua religione seruandus 213.b
 Apostoli quomodo prædicare debuerint 26.b quomodo iudicaturi sint 82
 Apostolorum tarditas & dissidentia 15 vitia 81 præmium 81.b 82 vocatio 86.b industria 130.b
 Apostolis certa doctrinæ forma data 255
 Arma an sub religionis prætextu arripienda 231.b
 Artaxerxis in fuga dictum 15.b
 Ascensio Christi an tollat eius maiestatem & omnipotentiam 203
 Asini descriptio 102
 asinorum monstra naturæ 10.b
 Auaritia antistitum quanta pestis 160.b
 Auaritia qui possit efficere 223
 Auditus salutis inuitum 98.b
 Augustini de corpore Christi sententia 38 de Baptismo sententia 75.b

Baptismus paruulorum graditio Apostolica 75.b
 quale sit sacramentum 132.b
 Baptisma pro cruce 94

Baptizatorum officia qui Christo nomen dederunt 255
 Bella & bellorum rumores à Christo prædicta 174.b
 Bellorum incommoda 219
 Benedicti patris cur fideles dicantur 214.b quo vocentur 214.b
 Bernardus contra luxum Episcoporum 103
 Biantis sententia, &c. 49
 Bithynia concussa terræmotu 246
 Blasphemi in Italia & Romæ immunes 138
 Bonitas Christi ad ingratos reuertentis 10
 Bonitas Dei causa salutis 222
 Bonitatis Dei vsus 122

Cæcorum conditio quæ sit 98
 Cædes quid sub se comprehendant 9.b
 Cæsarea Philippi vbi sita 21
 Caiaphas adiurando Christo quid quæsiuerit 235
 cur vestes diruperit 235
 Caiaphæ vaticinium 221.b
 Calamitatum nostri seculi causæ 129.b
 Calamitatibus non turbari debere pijs 175
 Calix vel poculum quid significet 229
 Captiuos consolandos 219.b
 Caro sibi ipsi memoras obijcit 15
 euentus miratur, causas negligit 111
 Carnis vocabulo quid intelligendū 32 nostræ infirmitas 38
 infirmitas quanta sit 233 & san-
 guinis vocabulis quid intelligatur 23.b ingenium quale 229.b
 Castitatis donum quale sit 73.b
 Cathedra Moysi quæ sit 148
 Catonis leuitas 11.b
 Censu causa & origo apud Iudæos 47.b
 de Censu soluendo questio 134.b
 Charitas Legis summa 142.b
 Charitas vbi refrigescat, ibi abundat iniquitas 180.b
CH R I S T V S cur Scribas hypocritas vocet 4.b discipulos ignorantés corripit 8.b latere non potest 10 filius Davidis 10.b
 cur interdum difficilis videri velit 11.b sanare eos qui ipsi adducantur 12.b quomodo a no-

I N D E X.

- bis discedat 16 dolet ob im-
 piorum contumaciam 17
 a contumacibus discedit 18
 discipulos grauitur corripit 20
 quærit quid de ipso alij sentiant
 21. b quo oleo unctus sit 22 Rex
 & sacerdos ibidem. Dei uiuen-
 tis filius ibidem. Deus & ho-
 mo 22. b quæ ratione discipulis
 interdicit ne illum manifestent
 28 prædicat quid sibi euentu-
 rum 28. b cur Hierosolymis
 mori uoluerit 29 quid pas-
 sus sit 29 sponçe & uolens
 passus est 29. b quomodo se-
 quendus sit 34 qualis creden-
 dus 34. b quo corpore sit ven-
 turus ad iudicium 37. b cur tam
 sæpe mortem suam prædixerit
 46. b immunis cum sit volunta-
 rius censum soluit 48. b cur
 miraculum fecerit ut censum da-
 ret 49 cur pro Petro solue-
 rit didrachma 49 propter
 quos in mundum uenerit 54. b
 quales habuerit comites 67. b
 quæ diuortia damnet 71. b pro-
 pter infantes discipulis irascitur
 75 cur puerilis ad se aditum fa-
 ciat 75. b an huius uitæ con-
 ditiones aboleat 76. b quomo-
 do boni nomen rejiciat 77. b
 a sibi ipsi sit contrarius 78
 quomodo suis retribuatur 84
 cur suos discipulos de sua morte
 certiores fecerit 90. b se pro
 nobis tradidit, & cur 97. b cæco-
 rum oculos aperit 99. b rex &
 Sacerdos agnoscendus 100 cur
 tam uis apparatu Hierosolymam
 ingressus sit 102 quomodo exci-
 piendus 102. b quibus uene-
 rit 102. b qualis rex 102. b
 cur iustus dicatur 102. b ut a po-
 pulo deductus & acceptus sit
 103. b quomodo debeat excipi
 104 cur in templum diuerte-
 rit 105 templo eijcit emen-
 tes & uendentes 105. b uerè
 furuit 109. b maledixit sicut
 110 in templo ferri non potest
 113. b cur Sacerdotes durus tra-
 ctarit 117. b qua occasione
 in mundum uenerit 120 cur
 dicatur lapis 125 ab Eccle-
 siæ architectis reiectus 125
 quis sit 127. b uestis nuptialis
 132 quomodo induatur ibid.
 cordium inspector 135. b quæ
 uiria reprehendat in Scribis 150
 nostrum omnium doctor 155
 an habeat vicarium 174. b uerus
 & falsus quis sit 183. b quomo-
 do non uerit nouissimum diem
 188. b Deus & homo 202
 quomodo in longinquam regio-
 nem discessisse dicatur 202. b
 digressus ut regnum suum in ter-
 ris administraret 203. b quomo-
 do seruis sua dona distribuatur
 203. b filius hominis qua ratio-
 ne dicatur 210 cur se pastori
 conferat 213 in ultimo iudicio
 separabit oues ab hircis 213
 quomodo alatur iuuetur 215. b
 cœnam paschalem quomodo cele-
 brarit 223. b suos nouit & uide-
 det 224 a symbolis ad suum
 corpus & sanguinem nos remittit
 225. b pastor credentium 227
 cur discipulos iubear manere, ui-
 gilare & orare 228. b cur a suis
 auulsus dicatur ad montem oliue-
 ti 229 quomodo precatus
 sit 229 qualis in horto er-
 ga hostes fuerit 230. b cur ar-
 mis pugnare prohibeat 231
 abducitur in concilium 233
 cur tacuerit coram concilio
 234. b Romano præfidi tradi-
 tus 207. b ad thronum gratiæ
 nobis accessum fecisse 207. b
 de quibus accusetur apud Pila-
 tum 239. b cur tacuerit a
 præfide interrogatus 240
 cum latrone confertur 240. b
 indigne flagellatus 242 a mi-
 licibus crudeliter illuditur 242. b
 ad supplicium ductus 243. b
 impie irrisus 247 cur relur-
 rectione sua præuenerit 250
 rex cœli & terræ 254
 Christi uox quid significet 22
 potestas in copia & inopia 14
 paterna cura pro suis 14
 omniscientia 14. b humani-
 tas 16 aduersarij qui præ-
 cipui 16 personarum di-
 stinctio 60 postremus in
 Iudæam aduentus 67
 constantia & fortitudo ibid.
 discipuli qui idonei sint 67. b
 munus docere & sanare 68
 nomine qui sua relinquunt quid
 accepturi sint 83 de di-
 uortijs sententia 71. a. b
 in ferendis infirmis, facilitas
 91 sapientia 100. b
 omnipotentia ibidem. iustitia
 100. b quæstio de Ioanne 114. b
 hæreditas non interuertenda
 122. b quæstio de Messia 145. b
 aduentus subitus expergescit
 dormientes 200 nobilitas
 secundum carnem 202. b
 descriptio ibidem & re-
 gnicius fors in hoc mundo 204. b
 potentia in regno suo tuendo
 204. b sententia contra hypo-
 critas 208 de nouissimis
 temporibus sermo 209. b
 diuinitas & humanitas asseritur
 211 ad tribunal qui sistendi
 211. b obedientia 221
 patientia, constantia, charitas
 ibidem. cum Iuda actio. 224
 agon in horto 228 infir-
 mitatis testes qui 228 respon-
 sio simplex & fortis 235
 potentia in uisciscendis hostibus
 238. b regnum quale sit 240
 innocentia ad miraculum appro-
 bata 241. b regnum quale
 sit iudicio huius mundi 243
 uerimenta cur diuisa 244. b
 socij in cruce latrones 245
 corpus sepulcrum 248. b
 in terris actio uicima 253. b
 Christo nos uocante quid agendum
 99. b
 Christo nihil negandum esse 101. b
 nunquam defuturos aduersarios
 107
 in Christo omnia nobis esse parata
 127. b quid nos debeamus 147
 Christum propter quid relinquen-
 dum 83. b
 Christum salutem hominum esse
 uisse sciuisse 109. b
 Christum suis nunquam desesse
 223
 Christum omnis loci & ordinis ho-
 mines reieçisse 207. b
 Christiani a quibus abstinere de-
 beant 9. b
 Christiani omnes sint Petri, &c. 24
 Christiani quam studiose agere de-
 beant in causis ad aliorum salu-
 tem pertinentibus 59
 Christiani quomodo uocationem
 suam sequi debeant 67. b
 Christiani cur mundo inuisi sint
 177
 Christianorum quæ corruptio sit
 hodie 138
 Christianis examine opus esse 199
 Christianos uocari ad certamina
 94. b
 Christostomi sententia de dando cen-
 su 49. b
 Ciborum delectus papistarum con-
 futatus 9
 Clauis quid sint 26
 & unde dicti ibidem
 symbolum potestatis ibid.
 Clauis quomodo Apostolis datæ
 26. b
 Clauis regni cœlorum scientia scri-
 pturarum 157
 Clauis quomodo ablatis sint ex eccle-
 sia 157. b
 Clauium autoritas 26. b
 Clarificatio Christi qualis fuerit
 37. b
 Cœcitatibus humanæ exemplum
 172
 Cœlibatus an omnibus conueniat
 73
 ad Cœlibatum nemo seipsum aut al-
 lios obstringere debere 74
 Cœna Domini cur instituta 225
 quomodo celebranda 226 abusus
 225 ritus 225. 226 definitio
 225. b finis præcipuus 226
 in Cœna Domini quid institutum
 225 qualis memoria mortis
 Christi sanciat 226. b
 Cœtus

I N D E X.

Cærus sacri quanti fieri debeant	59	bita	188	prohibiti	51
Cogitationes quæ vitandæ	9.b	Cypriani de Baptismo sententia	75.b	Dilectionis maternæ exemplū	10.b
Cogitationibus non indulgendum esse	136	Cyrus quomodo sepeliri voluerit	165	Dei effecta	143 proprium 143 proximi præceptum 143.b præceptum omnibus commune esse 144
Colloquium simplicis senis cum dialectico	180.b.181			modus	144
Commodi privati studium	160	D.		Diligi quis debeat	144
Concilium Thaborinum	40	Dauid qua ratione Dominum suum dicat Melsiam	146	Diocletiani de immunitate sententia	49.b
Conciliorum antichristianorum typus	234.b	Decimæ in nouo Testamento	161.b	Diluuij tempora qualia fuerint	189
Concilijs quid tribuendum	233	Decimarum origo & vsus	161	Discipuli cur non potuerint eijcere Satanam	45
Concordiæ prætextu quid in ecclesijs factum	194	Decem virgines ecclesiæ typus	198	Discipulorum erga præceptores officium	6 Christi ignorantia vnde oriatur 20 tarditas 41 ignorantia & moror 47 disceptatio de primatu 50 de celibatu quæstio 72 Christi infirmitas eiusq; causa 90.b somnolentia 229.b
Confessionis Petri vsus	22.b	Defunctorum reliquiæ vt venerentur	166	Dissensiones ciuiles quantum nocent	47.b in religione semper fuisse 21.b
Confidentia filiorum Zebedzi carnalis in quod vitium degeneret	236	Deuorare domos viduarum quid	158	Disimulatio abnegationis speciei	236
Confidentiam reprimendam esse	84.b	Decretum de ordinibus monachorum	188.b	Ditescendi studium damnatū	36.b
Coniugium non violandum quid & quæ eius dignitas	70	Deus cur suos terreat	40 cur rex & homo dicatur 62.b solus bonus & boni omnis tons 77.b an alicui hominum faciat iniuriā 88.b an teneatur iudiciorū redere rationem 89 vt Iudæos plantarit 118 vt pergere profectus dicatur 119 qua ratione ecclesiam suam gubernet 119 nouit quid de seruis suis fiat 129 irascitur ijs qui seruos eius violant ibid. Dominus exercitū 129 ecclesiam inspicit qui & quales in ea sint 131 an omnia faciat quæ potest 140 a nobis vult diligi 143 quomodo 143 cur vestitu populū suū a gentibus discerni voluerit 152.b cur permittat pios occidere 177.b dum punit, electorum rationem habet 183	Diutius ægrè in regnum Dei ingredi 79.b	
Coniugij institutio prima hostis indefessus Saran	69.b 72.b	Deus Mayzim quis	184	Diuitiarum incommoda	80.b
Conficientiæ carnificina qualis	35.b	Dei præcepta quomodo irrita fiant	4 bonitas 44 nos saluandi studium 55 & hominis regis comparatio 62.b industria circa vineam suam 118 exercitus quis dicatur 129 indulgentia erga Iudæos 166.b in seruandis hominibus cura 170.b decreta an sint mutanda 188	Diuitum miseræ 36 mores & studia 80 officium 80.b auarorum & immitium in vltimo iudicio pœna 217.b	
Coniugio quod fit non semper bene fit	252	Deo quid debeatur	137 quam facile sit hostibus suis obturare os	Diuortium cur à Mose permillum sit 71	
Consolatio contra persecutores tyrannos	210.b	Deum timentium mores & studia	5 tueri eos qui in ipso consentiunt 58.b gratuita misericordia ignoscere peccatoribus 64 inspectorem esse omnium actionum 65. b seruare posse omnes 81 ex ecclesia eijcere non seruos 121.b non esse mortuorum Deum 141	Diuortium dispensatio ciuilis 71 Diuortij iusti causæ 71.b Diuortiorū licentia inter Iudæos 68.b	
Consolatio fortissima aduersus crucem	227.b	de Deo quid sentiri debeat	142.b	Doctores veri audiendi & si vita illorum doctrinæ non respondeat	149
Consolatione instructi Apostoli	255.b	Diaboli astutia & sophistica	41.b cur sint tantæ vires 46.b astutia & impostura 145.b	Doctrina cur conferatur fermento 99 falsa quomodo cauenda 19.b papistarum quæ sit 59.b	
Constantiæ fidei exemplum Cananana	11	Dies Noæ qui & quales fuerint	189.b	Doctrinæ de futuro seculo vsus 140.b quaterus credendum 149	
Contemptus aliorum prohibitus	53.b	Diffidentia quid efficiat	45.b	Domini aduentus hora incerta	192.b
Contemptores gratiæ Dei quid maneant	129.b Christi quid maneant 174	Diffidentia causa quæ sit	20.b	Donorum Spiritus Sancti discrimina 37 Dei diuersitas 205.b	
Controuersijs exortis quid fieri debeat	69	Dignitatum gradus in Repub. an		Donis Spiritus quomodo vtendum 37.b spiritualibus non superbiendum 97	
Concumaces Christum deserere	10			Dona Dei quomodo crescant 206	
Conuicta vt sint declinanda	61.b			Donationes qui intercipiunt vt puniendi 218	
Cor quarum actionum sit fons	8.b			Dubijs in reb? quid fieri debeat 41.b	
Corde quæ egrediantur	9.b				
Correptionum fructus qui sint	20.b				
Corpora nostra qualia futura in cœlis	38				
Credentes puri & mundi	9				
Credentium in his terris conditio	227				
Credentibus quid imputetur	9				
Credendum quid sit de Christo	22.b				
Crux quid in se comprehendat	33.b				
Crux quæ ferri debeat	33.b				
Crux quæ ferenda	43 ferenda quondie 34 via ad cœlum 90				
Crucis supplicium quale	244				
Cruce pios offendi non debere	30 an regnum Christi minuatur 67.b				
Cultus diuorum in quo consistat	166.b				
Curiositas nostræ carnis querere inuilita	173.b				
Curiositas indagandi futura prohibi-					

I N D E X.

<p>Ecclesia qualis cœtus esse debeat 24.b an fundata super Pe- trum 25 quid sit 83.b quan- tum Deo curæ sit 83.b vinea Domini 118 novi Testamen- ti quomodo à Deo Plantata sit 118 b hæreditas Filij Dei 122.b an vastetur propter perfidos mi- nistros 124 Romana an possit errare 148.b an propter mini- stri vitia deseri debeat 150 vbi sit 184.b quid sit 185 exter- na an semper sit integra 185 Ecclesie Christi sedes certa nulla 21 architectus Christus 24.b fun- damentum solus Christus 24.b conditio in his terris 25.b.68 109.b administratio 26 iudi- cium contemnens qualis habend- us sit 57 notæ 83.b in con- fortium quis homines vocet 86 quos & quales vocet Deus 86 Ecclesiarum pastores quam sint ne- cessarij 227 Ecclesiasticorum rituum ratio 3 Elegij plantatio Dei 6.b cur in hac vita interdum necessarijs egeant 18.b qualiter de operib. suis sentiant 215 Electos ferè negligere quæ sunt hu- ius seculi 18.b à salute excide- re non posse 184 Elementa in aduentu Christi consia- gratura 200 Elias quis venturus ante Christi ad- uentum 41.b Enthusiastarum de ecclesia error 185 Epiphaniij de hæresibus sententia 179.b Episcoporum ob præsidendam pu- gnam cruenta 153.b Euangelium clavis regni Dei 26 an aboleat magistratus 48.b prædicandum in toto orbe 181 nulla potentia impedire potest 181 Euangelij prædicationem frustra impediri 108 Euangelij finis 254 Euangelio qui non crediderunt cur damnentur 213.b Euangelicæ prædicationis vis 104.b Euangelico in studio quomodo sit currendum 84.b Funuchi qui decantur 73.b Furvelorum tria genera 73.b Eustachius Sebastianæ Episcopus ofor- conjugij 73 Eustachij sectatorum libido nefaria 74 Exactorum humanitas erga Chri- stum 48 Excommunicatio an baptistica re- futata 57.b Exempla quatenus imitanda 149 Externum splendorem non excusa- re iuxum 172.b</p>	<p>Falsa signa impostorum nouissimi seculi 184 Falsa testimonia 9.b Falsi Christi nouissimorum tempo- rum 184 Falsi doctores omittendi 7 cur duces dicantur 7 Falsorum antistitum mores 115.b Falsa doctrinæ vt fermenti parabo- la conueniat 19 Falsis doctrinis neminem offendi debere 179 Famulitium Dei quod sit 194.b Felix & Regula martyres Tigurini 177 Fermenti natura 19 Festi dies quomodo obseruandi 69.b Ficus parabola vt nobis seruiat 110.b Fides medium purificationis 8.b quomodo confrenda sit 22.b vnde obtingat 23.b per quod medium hominibus detur 23.b quomodo confirmetur & iouetur 46.b Dei quæ sit 111.b Dei qua- lis in nobis esse debeat 112 Ciceroni quid sit 163 Fidei ratio vbi tractata 1 exemplū insigne Chananaea 10.b veræ effectus 11.b causa an ab alijs dependeat 22 fructus præci- pui 23 ad obedientiam omnes hominis vocari 33 virtus etiā modicæ 46 veræ effecta 46 112.b imperfectæ exemplū 74.b veræ indigium quod sit 98.b doctrina an pietatis exercitia abo- leri dicantur 112.b fructus ope- ra bona 214.b Fide sola apprehendi Christum 113 Fiducia opum idololatria 80 Filius hominis cur Christus dica- tur 21.b Filij hominis gloria quæ sit 211 Filiorum Zebedæi postulatio 93 Fimorum Dei genera duo 115.b Flagellationis supplicium quale 242.b Fœneratores iniqui reprehendun- tur 208.b Fortuitum nobis nihil accidere 91.b Fraternitas Christiana an aboleat gradus dignitatum 155.b Frugalitatis commoda 109.b Fucatum puritatis studiū pharisæo- rum 163.b Fuga an felicitas nec ne 183 Furtorum species, &c. 9.b</p>	<p>Gehenzæ filius quis dicatur 159 Gentium vocatio 130.b.131 Golgatha locus supplicij Christi 244</p> <p style="text-align: center;">H.</p> <p>Hæreses circa personam Christi 178.b Hæresum causa præcipua quæ sit 146.b Herodes Antipas qualis fuerit 133.b Herodis sententia de animarum im- mortalitate 19 Herodiani qui & quales 133.b Hieronymus conjugij vinculum ob- magis fecit 73 Hierosolyma vt ad Christi ingressū sit commota 104.b Hierosolymæ situs 90 typus ibidem excidium quo anno in- ciderit 168 fiducia consueta 169.b Hierosolymam extrui nunquam po- tuisse 173 Hierosolymorum excidij signum propriū 181.b Hierosolimitanorum ingratitude 108.b Hirci & hœdi qui sint in ecclesia 23 Hispanorum in Indos crudelitas 160 Hoc est corpus meum hic est, &c. quomodo intelligendum 226 Homicidis communicare periculo- sum 168.b Hominis status post lapsum 17 conditio quo ad animam 13 Hominem quid polluat 69.b Homines omnes esse peccatores 33 quid coram Deo mereantur 63.b quomodo Christo adducantur 254.b omnes mali & peccatores 77 astutorum similes 102 cur Christum oderint 132 Hominum officium erga Christum 39.b communis fœcordia & con- tumacia 42 conditio coram Deo 63 communis conditio 55 ingratitude & malitia com- munis 64.b conditio quæ futura in aduentu Domini 186 ordo nullus absq; omni vitio 222 Hominibus qui placere volunt an Dei sint serui 152 Hostes Christi in sua astutia capiun- tur 134.b Hostium veritatis proprietas 43.b Christi poena 123.b Christi ser- mones & conatus 123.b impro- bitas 133 Hostium Christi astutia 230.b contumacia 238 Humanae naturæ vitiositatis testi- monium 9.b mentis cœcitas 20 Humani generis redemptio 220.b ingenij peruersitas 97-98 Humanitatis Christi argumentum evidentissimum 246.b Humilitas vera in quo nam confi- stat 51 Christi exemplo com- mendata</p>
---	---	--

I N D E X.

mendara 97
 Humilitatis exemplum Abraham 51
 Hypocritis fons 5
 Hypocritis nihil nocentius in religione 165.b
 Hypocritæ & serui ignaui pœna 229
 Hypocritæ exosi Deo 5.b vt arguendi 5.b quales quæstiones moueant 145 quid in Deo agnoscant 207.b ex ore proprio iudicantur 208
 Hypocritarum conuersatio qualis esse debeat 2 & Epicureorum conspiratio contra Christum 16.b ingenium 16.b ignorantia malitiosa 17 opera qualia coram Deo 88 mores 115.b spes vana 200 mores & studia 200.b 207
 Hypocritas suam culpam non agnoscere 220

I

Ætæna papistica confutata 9 vera quæ sit 46.b
 Ierosolimæ autoritas 2
 Iesus quibus vitijs medeatur 13.b quis sit quoad personam 39 Dei procurator 87.b clamans emisit spiritum 247
 Iesu Christi officium 39.b
 Ignorantia num homines excuset 8.b ministerium Christi 92.b
 Impietas huius seculi 19 quousque progrediatur 139
 Impij cur signa sibi ostendi petant 17 etsi trepidant, non serio tamen respiciunt 106.b
 Impiorum nota 20.b conuersatio quantum noceat 142 confortium fugiendum 168.b.169 omnium vnum corpus 68.b
 Impijs vt conueniat contra Christum 133.b
 Impios non semper posse quod volunt 126 indies in peius proficere 252.b
 Immunitatem nemini concessam 136.b
 Implacabilem pœna 65.b
 Impostores acriter esse arguendos 147.b
 Inconstantie vulgi exemplum 43.b
 Incredulitas quantum malum sit 44. aliena pijs non obstat 44.b præcipua remora in rebus gerendis 45.b
 Indulgentia Christi quomodo imitanda 14.b
 Infantes fructus coniugij 74.b Deo Moloch mundati 75 quomodo Dei laudem perficiant 108
 Infantium hostis satan 75
 Infirmiæ Christi ratio 228.b
 Ingenij humani tarditas 8 peruersitas 17 solertia in obseruandis temporibus 17.b
 Ingratitudo humani cordis 64.b

mundi 121
 Ingrati & contumaces quomodo puniendi sint 171
 Inhumanitas hominũ cõmunis 65
 Iniuriarum vltor Deus 58
 Intercessio diuorum refutata 11
 Intersectorum Hierosolymis nomen 129.b
 Inquisitorum hæreticæ prauitatis examina 165
 Inuidiæ malum maximum 89.b
 Inuocatio fidei proprium 112.b
 Ioannes Baptista Elias 41.b
 Ioan. Bapt. historia repetita 116.b
 Ionas Christi typus 18 Iudæis signũ ibid.
 Iosephus ab Arimathæa quis fuerit 248.b
 Iris quale monumentum sit 20.b
 Iudei olim liberi 47.b ficus in vinea Domini 110 primi ad Christum vocati 127 quomodo Christum reiecerint 127.b ad Papatum conuersi 159.b Christi iudicio homicidæ & latrones 168
 Iudæorum socordia 42 repudium regno Dei nihil derogare 130 crudelitas & ingratitude 241.b simbricæ & phylacteria quales 153.b contumacia & ingratitude 167 cõtumacia amplificatur bonitate Dei 170
 Iudæis cur immisi Romani quillos dederent 7.b repudium nuntiatum & cur 125.b
 Iudaci populi status corruptissimus 138
 Iudas ex duodecim discipulis proditor Christi 222 exemplar Hypocritarum 224.b
 Iudæ proditoris amica simulatio & osculum 230.b
 Iudicium nouissimũ certo futurum 36
 Iudicium facere qui dicantur 162.b
 Iudicium extremum fore consensu omnium sanctorum 212 in quo differat a quotidianis 214
 Iudicia hominum de Christo 21
 Iudicij vltimi forma & processus 36 nouissimi doctrine vtilitas 36.b extremi descriptio 210 finalis sententia de electis 214 reprobis 216.b
 Iudicia spectatorum de Christo crucifixo 245
 Iudices qui contra Christum conserunt 234
 Iulianus apostata 177
 Iurare per quod nomen liceat 160.b
 Iurandi licentia interdicta 161
 Iustitiæ & veritatis maiestas 232
 Iustitiorũ hypocritarũ mores 88
 Iuuenis de vitæ æterna quæstio 77

L Astantij de simulaehris sententia 177.b
 Lex rationarium Dei 63 de fratris vxore ducenda 138.b onus a Christo nominatur 151 cur onus dicatur ibid.
 Legis rigor an profusus sublatu

70.b iusticia an satis faciat conscientie 79. ad præcepta cur iuuenis remissus 78 vsus multiplex 68 vsus in vice institutione 78.b summa 141.b obseruatio vera in quo consistat 162.b capita grauiora quæ sint 162.b
 Liberalitas erga pauperes 101.b
 Libertate amissa quæ conditio sit 135
 Liberi cur malè educantur 93
 Longanimitatis Dei contemptæ pœna 190
 Lucerna ardens quid sit 198.b
 Lucernæ & lampades in nuptijs 198.b
 Lunatici historia, quomodo liberatus a satana 44

M

Magister an nullus dici possit 154
 Magistratus officium contra intemperantes 14.b socordia & negligentia 45.b officium in punitio 56 in puniendis fontibus 61.b officium 125
 Magistratus iniustus quale cõseri debeant 232.b a Christo non damnantur 96.b vt cum captiuis agere debeant 219.b
 Magistratus quid debeant 137
 Malachia vaticinij fides 42
 Malefici an puniendi 241
 Mali causa quæ præcipua sit 64.b
 Manuum ablutio species ciuitatis morum 2
 Martia Cætonis Hortensio concessa 71.b
 Martyrum quorundam ob Christi confessionem occisorum exempla 167
 Maximus in regno cœlorum quis sit 50.b
 Media nox quid denotet 200
 Mendicitas nota status corrupti Iudæorum 98.b
 Mendacium pecunia retemptum 252
 Mensarij olim in vsu 208.b
 Mercatura necessitas 128
 Mercenarij milites vt puniendi 219
 Mercenariorum militum iniquitas 219
 Meritum operum an stabiliri possit 87
 Messias Deus & homo 146
 Messias rex & sacerdos 147
 Messie veteri quæ fuerint signa 17 vox quid significet 22 officium functio 146.b
 Metelli Numidici de coniugio sententia 74
 Militaris leuitatis exemplum 253
 Milites cur Christum in cruce asseruarint 244.b
 Ministerij status cognitum necessarius 149.b ecclesiastici auctor De- 193

25

I N D E X.

Minister ecclesie seruus 193.b	Neminem esse qui soli sibi ipsi sufficiat 51	Papatus nil nisi mercatura 160.b
Ministri ecclesie definitio 193.b	Noctuis cur non renati conferantur 20	Papatus onera quae sint 151
fidelis praemium 196.b	Nouatus haereticus Romae 148.b	Paphnutius coniugij defensor acerimus 73
na 197	Nouatianorum error refutatus 62	Papisticorum praesulum ambitio 153.b
Ministri in praedicando quid spectare debeant 28.b	Nouissimi temporis status & conditio 197.b	Papillarum cultus Pharisaeicus 9
ecclesiarum quare nihil proficiant apud homines 45.b	Nouissimo in die nulla excusatio in credulis erit 72.b	Papiniani iurisconsulti integritas 169
quando in ecclesiam vocentur 86.b	Nouissimum diem iudicij fore non omnes credere 209.b	Parentes esse honorandos 4
ecclesiarum quomodo patres dicantur 155	Nubes quale symbolum 39	Parentum officium 121
ecclesiarum excubitores publici 193	O	qua cura quae debeat esse 10.b
ecclesiarum cur serui dicantur 193.b	Obediencia in papatu liberorum erga parentes qualis doceatur 4.b	Parentibus quantum debeamus 83.b
ecclesiarum quibus praesint 194.b	Obedienciae ciuilis commendatio 49	Paruos Deo curae esse, & qua ratione illos custodiat 54
Ministroru officium 27.b 109. 120.b	Obedienciae fidei exemplum 101	Pasionis Christi authores 29
121 pulcoru manus 48	Obluio Dei, causa diffidentiae 20.b	Pater qua ratione nemo vocari debeat 155
officium in arguendo publice 56	Oculus malus pro inuido 89	Patres in qua sint differentia 3
in ecclesia discrimina 86	Oculi quomodo eruendi 53	veri qui sint 3
electio penes quos olim fuerit 114	Odiu implacabile sacerdotum contra Christum 249	qui sint papistis 3
dignitas & officium 119.b	Offensiones ex Euangelio 178	Patientia Christi 244.b
ingratitude & perfidia 120	Officia eorum quos Christus inuisit 12.b	Patientia Christianae ratio & exemplar 232
ecclesiae vestitus qualis esse debeat 153	Officium Christianorum 55	Paulus cur uxorem secum non duxerit 73.b
Christi fors in terris 167	Olei vsus 22	Pauli locus & Iacobi reconciliati 215.b
consolatio 159	Omnipraesentia cuius proprie ascribitur 59.b 60	Paupertas vnde eueniat 111
negotiatio 204	Omnipraesentia corporis Christi refutata 60	Pauperes quomodo alendi fouendi 216
fidelium praemium 106.b	Omnipraesentia Christi quatenus concessa 140	Pauperum officium 80.b
Ministris ecclesiarum quae vitia potissimum vitanda 163.b	Omnipotencia Dei non esse abutenda 140	Pauonis caro cocta, incorrupta & putredine 220
de Ministris vt iudicandum 27.b	ab Omnipotentia Dei argumentum non valere, nisi de voluntate constet 140	Peccatum vnde habeat initium 6
de Ministerio verbi iudicandū vt sit 20.b	Opum studium refutatur 35.b	Peccata remittere quomodo ministri dicantur 27
Miraculorum Christi vsus 15.b	Opus legitimum quis sit 164.b	hominum an penis certis possint expiari 66
Miraculorum genera varia 184	Opes quanti aestiment homines 35.b	aliorum an nobis impurentur 132
Miraculis Christi vt afficiatur populus 13.b	Operarij quid deo placeant praeter alij 87.b	Peccatorum remissio an a ministris arbitrio pendeat 27
Miseriordia Dei immensa 62	Opera bona quae sint 215	conuersio in quibus consistat 117
Momus quid in corporis fabrica reprehenderit 136	sine fide nulla ibid.	Peccatoribus quid faciendum sit 64
Monachorum habitus vnde habeat initium 153	Opera nostra num conscientiae factis faciant 79	Pecunae sacrae abusus Hierosolymis 252.b
Hypocrisis 162	Opibus confidentes difficile ingredi regnum Dei 80	Perditio hominibus vnde obtingat 170.b
Monachos quis in ecclesiam introduxerit 7	Oscitantes & securi quales sint 8.b	Perfidia quid sit 45.b
Mouerae quae insignia imponantur 136	Ossa defunctorum violare inexcusabilis barbaries 165.b	in Periculis quid faciendum 182
Montes quomodo mouere loco possimus 112.b	Ouidij de fine mundi testimonium 191	Pestis tempore an fugendum 219.b
Montes quid in scripturis significant 112.b	Ouis perditae parabola 54.b	Persecutiones Apostolis praedictae 176
Mortis metus quid in homine efficiat 35	Ouis quale animal 55.b	ecclesiae decem 176.b
Christi acerbitas 92	P	Persecutionum & suppliciorum causa 177.b
& sepulturae Christi spectatrices mulieres 248	Pacis commendatio 96	Petra quae sit super quam ecclesia fundata 25.b
Christi causa propria quae sit 221	Palma symbolum victoriae 103.b	Petrus beatus ob fidei confessionem pronuntiatur 23
vsus 62	Papa & Episcopi vnde sua habeant regna 96.b	ubi crucifixus 25
in Mortuis cur seratur verae fidei exemplum 166.a.b	an Christi vicarius 147.a.b	quomodo affectus fuerit visione in monte 38.b
Mosis vocatio 86.b	Papae & rasorum tyrannus & potentia 194	cur a Christo Statanas dicatur 31
Mulierum rixositas & morositas vt ferenda 72.b		de Apostoloru premio quaerit 81
Mulierum constantia in morte Christi 248		an Romae sedem habuerit 148.b
Mundus quid in Christo quaesat 93.b		propriae infirmitatis sensu excitatus 136.b
Mundi ingenium corruptissimum 16.b		an solus clauis, &c. acceperit 26
peruersum 177		Petri ingenuitas & seruos 8
Mundi consumatio comparatione caeli & terrae confirmata 183		Apostoli confessio 22
		peccatum in reprehensum
N		
Naturae & ingenij nostri vitiositas 50		
Naturarum indulgentia 17.b		

I N D E X.

- prehendendo Christo 30.b quæ
stio de remittendo fratri 60.b c6
fidentia 227.b 233.b pro Christo
pugna 231 lapsus occasio 235.b
lapis miser 236
Petro an plus à Christo datum quàm
cæteris apostolis 148
Pharisaica quaestio de vita æterna
77.b
Pharisæi cur doctrina Christi offen
si 6
Pharisæi & Sadducæorum doctrina
petierint 16.b Christum tentant
68 Christum Mosis autoritate
refellere conantur 70.b nostri se
culi qui 164 sepulchra dealbata
165
Pharisæorum potentia 1.b origo vn
de 7 & Sadducæorum doctrina
quæ 19 quaestio insidiosa de iure
diuortij 68.b crassa arrogantia
69 ambitio 153.b
Pharisæos qui nam hodie imitentur
151
Philosophia quid in ecclesia effe
ric 7.b
Pietatis speciem non omnem proba
ri Deo 106
Pilatus boni iudicis exemplar 239
cur Christum de regno interro
garit 239.b miratur Christi silen
tium 240 timore Dei destituitur
240.b ab vxore admonitus 241
ablutione manuum, de Christi in
nocentia testimonium fert 241.b
Pilati æquitas 239
Plantatio à Deo plantata quæ sit 6.b
Poculi vocabulo quid in scripturis
intelligatur 94
poculorū & patinarum exterior
pars pro furo 163.b
Penitentia Petri & eius occasiones
236.b
Penitentia occasiones non spernen
das 207
Penitentia falsæ & inutilis exem
plum Iudas 238.b
Post Christum venire quid sit 32.b
Pontifices serui seruorum scilicet
194 nostri sæculi quales 25
Pontificum & episcoporum malitia
105 autoritas in ecclesia 114
Romanorum de clauibus doctri
na 157.b
Potus Christi in cruce qualis fuerit
224
Præcepta Christi quæ sint 255 Chri
stiani seruanda 255.b
Præceptorum Dei expositio 63
Prædicationis verbi vis 23.b
Præmium eorum qui sua propter
Christum relinquunt 84
Preces iterandæ 229.b
Precum effecta 46.b
Precantes quales esse debeant 94
Precandi regulæ 94
Precones verbi conferuntur exacto
ribus 120.b
Prodigia præfagia calamitatū 175
Prodigiorum poena 218
Promissiones Christi coniunctæ cū
cruce 15.b
Promissionum Christi veritas 37
Promittendum non temere, nisi sci
as quid peratur 93
Profelyti latinis qui sint 159
Profelyti cum doctoribus damnan
di 160
Profelyti in papatu 159
Prouidentia Dei consolatio piorum
175.b
Ptolemæi famelici dictum 15.b
Pueri quomodo sint instituendi 76
Pueri vt educandi 107
Pueruli in quo imitandi sint 50.b
quomodo recipiendi 51 Chri
sto cur oblati 74.b
Puerulorū ingenium & natura 50.b
Puerulos à Christo credentibus an
numerari 52.b
Purificatio vera in quo consistat 8.b
Purificationem cordis necessariam
164
- Q**
- Quæstiones nostri sæculi 2.b
Quæstiones superuacaneæ inu
tiles & impiæ 60.b
Quæstiones inutiles & impiæ vitan
dæ 139.b
Quomodo cum fratribus qui nos læ
serunt agendū 55.b comijs qui
cupiunt nobis reconciliari 60
Quid eos deceat qui alijs præstet
156
Qui & quales fuerint qui contra
Christum conuenerint 230.b
- R**
- Abbi quid significet 154
Rapina quæ ratione dicatur
quod Pharisæi edunt & bibunt
163.b quid sit 163.b
Rapinas expurgari beneficentia
164.b
Ratholdi Frisæ Orientalis princi
pis impietas 192
Reconciliatio quam necessaria 56.b
Reconciliatio cito in offensis op
tus esse 62
Redargutio priuata vt instituenda
56 per testes & arbitros 57
publica qualis olim 97
Redargutionis fraternæ utilitas
56.b priuatæ auctoritas 58
Redargutionem contemnens con
temnere Deum 58
Redemptionis nostræ summa 29.b
92 humanæ ratio 97.b
Reformationis regula vnde peten
da sit 106 modus ibid. finis 106.b
Reformationem ecclesiarum dece
re magistratus 106
Regeneratio vnde obtingat 9.b
Regenerationis dies qui dicatur 82
Regnum Christi transferendum ad
gentes 21 cælorum quale somni
arint discipuli Christi 50 cælo
rum ecclesia 85 Dei qui posses
suri sint 94.b cælorum nostra est
redemptio 126.b Dei cur homines
auerfentur 128.b Dei non veni
re cum obseruatione 184.b
Regni cælorum conditio quæ & vi
næ 85 Dei hæreditas vnde pen
deat 95 Christi ratio quæ sit 96
Dei possessores idonei qui sint 130
Dei nomē quid intelligatur 184.b
Regnorum interitus causa 42.b
Religio non certis locis restricta 2
Religionis corruptio inter Iudæos
2 causa an ab alijs dependeat
22 curam etiam ad principes
pertinere 105 status corruptiss
mus inter Iudæos 105
Religionum diuersitas 213 corru
ptio vnde 114.b
Remissionem delictorum nullo cer
to numero astringi 61
ad Remissionem quæ rationes nos
excitent 61
Remittere nolentium poenæ 66
Remittendi fratribus ratio tota 66
Remora regni Dei nocētis. 128.b
Reprobi cur maledicti vocentur
216.b cur damnentur 217
Reprobos cur Deus amicos vocet
131.b quoque salutis desiderio tene
ri 201
Respub. an à Christo sublata 136.b
Resurrectio mortuorum asseritur
141 Christi primis innotuit mulie
ribus 250 cur nuntianda discipu
lis 251 etiam hostibus nuntiata 251.b
quando 251
Resurrectionis Christi fructus 92
vltus 92 251 tempus 249. mo
dus gloriosus 250.b
Resurrectione Christi audita quid
fecerint sacerdotes 252
Retributio coniuncta cum persecu
tione 84 vera quæ sit ibid
Romani disciplina militaris obser
uantissimi 252.b
Rom. Pont. an Petri successor sit 25
Rom. Pont. tyrannus & abusus scri
pturarum 59.b
Rom. Pont. tyrannis in interdicen
do coniugio sacerdotibus 74
Romanæ sedi non obediendū 148
- S**
- Abbati origo & obseruantia 69.b
Sacerdotes serè pessimos homi
num esse 117 an ignorantia dece
pti Christum occiderint 122.b
Sacerdotum nequitia & officiosū
107 in filium Dei iniquitas 122.b
erroris, &c. 125.b erga Iudam ini
quitas 138.b
Sacra pro defunctis nulla esse 36
Sacramēta doctrinæ appendices 114
Sacramentorum in administratione
quæ industria adhibenda 222.b
vltus an inutilis 223.b
Sacrifici & Monachi vnde sint 7
Sacrifici & monachi quomodo do
mos viduarum deuorent 158
Sadducæi Epicureorum plantatio 7
Sadducæorum Christi hostium qua
stio 137.b eorum doctrina ibid
Salamandræ natura in igne viuere
220
Salus nostra vnde pendeat 64
Salutis nulla occasio post obitum
201.b

I N D E X.

- Salutis nostræ certitudo 222
 Samaritanus veræ dilectionis exem-
 plar 144.b
 Samuelis vocatio 86.b
 Sanctimonia vera in quo consistat 8
 Sanctorum infirmitas 31.b
 præpostera obseruantia 165.b la-
 pfus cur describantur 235.b
 Sanctos absq; Christo nil posse 43
 Sanctitati locorum quid tribuendū
 170
 Sanguinis reatus atrox 168
 Sanguinis innocentis effusio quam
 detestabilis 238.b
 Sapientia Dei quæ sit 23 humana
 quæ sit ibid.
 Satan quando potissimum Christo
 insidietur 1.b
 Satanas vt expugnari debeat 44.b
 Satanæ contra ecclesiam rabies 25.b
 astutia 43 rabies 44
 Scandalum quid sit, quâ multiplex
 51.b 52 quam graue scelus sit
 52.b fidei nocentissimum ex præ-
 fulibus 121.b licentiæ & morum
 179.b
 Scandali periculum frequens 52.b
 Scandala vitanda esse 48.b religio-
 nis quæ sint 52 vitæ & morum
 quæ 52 cur Deus permittat 53
 quomodo caeri possint ibid.
 Scandalorum auctores præcipui 52
 Scelera quæ potissimum punienda
 131.b ex hominibus esse non ex
 Deo 188.b nostrorum temporum
 186
 Scisma idter Libe. & Felicem pō-
 tifices 148.b
 Scismata in Romana ecclesia 148.b
 Scortatio prohibita 61
 Scortatorum peccatum quale sit 9.b
 Scriptura vt sit explicanda 8
 Scripturæ loci de gratia & merito
 conciliati 125.b
 Scripturarum authoritas 39
 Scripturis cur plerique tergiversen-
 tur 69
 Scripturis in fidei & religionis cau-
 savendum 108
 Scribæ qui fuerint 1.b quibus onera
 rint conscientias 151
 Seductores quomodo tractandi in
 ecclesia 156.b esse cauendos 174
 Senis religiosi fiducia in peregrina-
 tiones 172
 Sepium vsus duplex 118
 Sepulchrum Christi cur munitum
 249
 Sepulchra apud Gentes sacrosancta
 165.b aperta in morte Christi
 247.b
 Seruus typus humani generis 63
 Seruus infidelis mores & ebrietas
 196.b ignaui & malæ frugis ty-
 pus 207
 Serui Dei omnes homines 65 Chri-
 sti dissimiles 205.b pontificum
 vt Christum tractarint 235.b
 Seruorum Dei fors in his terris
 12.b generatua 120.b
 Seruus Dei decere fortitudinem
 121.b
 Seruitus Christianorum qualis esse
 debeat 97
 Signa temporū quæ vocentur 17
 an obseruari debeant 17.b vlti-
 mum iudicium præcessura quæ
 17.b 185.b quæ Christi mortem
 comitata sunt 245.b
 Signorum cœlestium vsus 186
 Signorum effectus in morte Christi
 147.b
 Simeon Cyrenæus quorum typus
 243.b
 Simon leprosus quis 222.b
 Simulatio an in Christum cadat
 109.b
 Socratis percussæ patientia 78
 Solomonis scandalum & Ieroboa-
 mi 52
 Solis & lunæ obscuraciones quid
 denotent prophetis 185.b
 Somnolentia decem virginum quid
 significet 200
 Spirituales vt vocant, an laicis rene-
 antur dare tributum 49 an ab o-
 neribus publicis sint excepti 49. b
 Spiritus sancti dona non esse vena-
 lia 201
 Sponsæ & virginis vocabulum quid
 admoceat 198
 Stipendiorum ecclesiæ raptores vt
 puniendi 218.b
 Superbia primis parentibus causa
 peccati 156
 Superbos Deum reprimere 156
 Supererogationis opera nulla esse
 200.b
 Superstitionum diuersitas vnde 1
 Superstitionum comes tyrannis 1
 Superstitionibus an communican-
 dum 2
 Superstitionum de sanctis peruer-
 sa iudicia 166 mores & studia
 200.b
 Suppliciorum loca Christi exem-
 plo sanctificata 214
 Supra rectum euasisse qui dicantur
 191.b
 Symbolum Apostolicum Christiano-
 nos a scetis discernere 111.b
 Syriij Pont. Rom. de coniugio præf-
 byterum sententia 73
 T
 Taurus coniugium damnat 72.b
 Talentum Atticum quale fuerit
 63
 Temperantiæ commoda 109.b
 Templum Hierosolymitanum falsa
 doctrina prophanum 105.a.b
 Templi Ierosolymitani ornatus &
 magnificentia 172 Ieroso-
 lymitani excidium 172.b
 Temporū nostrorum speculum
 114.b nouissimorum conditio 183
 Tenebræ exteriores quid 132 in
 morte Christi trium horarū 246
 an inuertes fuerint ibid.
 Testamenta quando sint rata 225.b
 Testes falsi qui debeant censerī
 234.b
 Testimonium Dei patris de Christo
 39
 Testimonia de futuro Messia 145.b
 Thralibulus qua ratione Rempub-
 pacaric 66.b
 Tigrinorum fortitudo 175
 Traditio vera quæ sit 3
 Traditiones humanæ num obser-
 uandæ i superstitionum fons i hu-
 manæ quales, earumq; differentia
 2. b quid statuatur de iectis 4.b
 Traditionum effectus 4
 Tronus gloriæ Christi quis 211.b
 Tu es Petrus vt intelligendum 24
 Turcarum de Christo sententia 31
 V
 Valentiniani cōstantia in fide 84
 Vbiq;istarum deliria 11.b
 Velum templi in morte Christi cur
 scissum 247.b
 Verbum Dei quomodo audiendum
 5.b
 Verbi Dei dignitas 116.b
 Veritatis fors in mundo 6. b. 113. b. 116
 cum hostibus quomodo agendū
 115 vis maxima 126 144.b
 141. b auditorum discrimen 133. b
 cum hostibus quomodo agendū
 136
 Vespasiani imperatoris avaritia
 77.b
 Veste nuptiali qui nā induti sint 132.b
 Vestitus ministrorum qualis esse de-
 beat 153
 Vestimentorum superstitio 135
 Vestitū luxu grauiter notatus 153
 Vetera non omnia esse quæ vetusta-
 tis nomine commendantur 188
 Vicarium an Christus habeat 147
 Vicarij Christi personati & illorum
 infamia 103
 Vigiliæ Papistarū quales sint 192.b
 Vigilandum Christianis quomodo
 sit 192.b
 Vindicta priuata prohibita 56
 Vineæ parabola in scripturis fre-
 quens 117.b
 Visione Dei vt homines afficiantur
 40
 Visus animi affectionum index 89
 Vita vt perdendo seruetur 39
 Vitæ æternæ status quis 140.b
 Vitæ præsentis status 140.b
 Vitia quæ cum nouissimi sæculi se-
 curitate concurrent 191.b
 Vnctio quale symbolum 22 regum
 & sacerdotum 22
 Vnctiones Orientalium 22
 Vnitatem quam maximè Christus
 & Apostoli commendat 59.b
 Vocatio legitima expectanda in mu-
 nere docendi 28.b Dei dissimilis
 86.b
 Vocationis Dei modus 87 Iudæo-
 rum modus 127
 Vocatorum ad Christi nuptias gene-
 ra tria 128
 Vorum cœlibatus quid sequatur 74
 Vsurariorū & impostorū pœna 218
 Z
 Zacharias quis fuerit qui occi-
 sus inter templū & altare 168
 INDEX

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIP- TURAE, TAM VETERIS QVAM NOVI TESTAMEN- ti, qui passim ab authore in his Homilijs secundae partii succin- ctae Methodo exponuntur.

GENESIS. 3.

NON bonum est homi-
nem esse solum, facia-
mus ei adiutoriū quod
sit coram illo, &c. fol.
69. b 4. b

- 4 Vox sanguinis fratris tui cla-
mat de terra ad me 168
9 Qui effundit sanguinem ho-
minis, per hominem effunde-
tur 168
17 Ego sum Elschadai 111. b

EXODI

- 20 Ne sint tibi Dij alieni coram
me 111. b

LEVITICI

- 19 Ne oderis in corde tuo fratrem
tuum, sed libere repræhen-
das proximum tuum, ne fe-
ras propter cum peccatum
36

NUMERORVM

- 21 Vnde mihi caro vt dem vniuer-
so populo 15
35 Ne accipiatis præcium pro ani-
ma homicidæ, qui est nocens
vt moriatur, &c. 168. b

DEVTERONOMII

- 4 Cave tibi & custodi animam
tuam diligenter ne vnquam
obliuiscaris eorum, quæ vi-
derunt oculi tui, &c. 20. b
8 Non solo pane viuut homo, sed
quouis verbo quod exibat o-
re Dei 195. b
14 Decimando decimabis cunctos
proventus sementis tuæ,
quos terra quottannis depro-
mit, &c. 162
19 Ne transferas limitem proxi-
mi tui quem posuerunt maio-
res, &c. 3
25 Si habitauerint fratres pariter,
& mortuus fuerit vnus ex eis,
& filius non fuerit ei, non nu-
ber vxor mortui 138. b
27 Maledictus qui cæcum errare
aut impingere facit in via, &
dicit omnis populus Amen
52. b

I. SAMVELIS

- 22 Et nunc transfudit Dominus
peccatum tuum 27

IOB

- 9 Timui omnes labores meos,
&c. 215
19 Noui quod vindex meus vi-
uit, & nouissimo tempore ad-
hibebit vim suam pulueri,
&c. 212
19 Postquam circumdederint hac
mea cure spectabo Deum è
carne meâ: quem ego mihi
contemplabor, & oculi mei
videbunt 38

PSALMORVM

- 3 Filius meus es tu, ego hodie te
genui 39
8 Ex ore infantium & lactentium
fundasti robur 108
18 Quis est præter Iehouam? &
quis Zur, id est, Petra præter
Deum nostrum 25
45 Audi filia & vide, & inclina au-
rem tuam, obliuiscere popu-
li tui, &c.
50 In uoca me in die tribulationis,
& eruam te, & tu me glorifi-
cabis 111. b
65 Beatus quem tu elegeris & tibi
adiuixeris: habitabit ille in a-
trijs tuis, satiabitur bonis do-
mus tuæ, &c. 118. b
80 Vitam ex Aegypto traduxisti
expulisti gentes & plantasti
eam. Expurgasti coram ea,
&c. 110

- 110 Dixit Dominus Domino meo,
sede ad Dextram meam, vsq;
dum ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum
146
115 Deus noster in caelo est, omnia
quæ uult perficit 14. b
118 Quem lapidem reprobauerunt
ædificantes, hic factus est in
caput anguli 24. b
119 In quo emendabit adolescens
uiam suam? In eo si uerbum
tuum custodiat 78. b

PROVERBIORVM

- 10 Non sinit Dominus ut anima iu-
sti fame laboret 14. b
21 Præstat habitare in pinna tecti,
aut in terra deserta, quam
cum muliere rixosa aut ira-
cunda 72

ECCLESIASTICO

- 20 Cupidum ultionis ultio manet
à Domino, qui peccatum eius
sedulo seruabit. Remitte iniu-
riam proximo tuo, &c. 66. b
41 Quam amara est o mors tui me-
moriam homini quæto in suis
bonis, viro uacuo suis nego-

rijs, felici per omnia, &c. 16

ISAIA S

- 28 Etiam illi in vino perplexi sunt, &
licera aberrarunt, sacerdos
& propheta perplexi sunt ob
siceram, &c. 127
29 Appropinquat mihi hic popu-
lus ore suo, & labijs me ho-
norant, &c. 9
35 Deus ipse ueniet & seruabit nos:
tunc aperientur oculi cæco-
rum, & aures surdorum 68
42 Ecce seruus meus quo nitar,
electus meus quo placatur
anima mea 39
54 Erunt omnes à Deo docti 23. b
55 Ecce testem populis dedi eu-
m principem item & magistrū
populis 39. b
55 O vos omnes qui scitis uentum
& aquas: etiam uos qui non
habetis pecunias, uenite: cõ-
parate & comedite 205
56 Domus mea domus orationis
uocabitur omnibus populis
105. b
58 Quare ieiunauimus & tu non
aspicis? affligimus animas
nostras & tu ignoras 88
60 Gens & regnum quæ tibi ser-
uire soluerint, peribunt 22. b

IEREMIAS

- 1 Ecce ego posui uerba mea in os
tuum: Ecce ego constitui te
hostis super gentes & super
regna, ut euellas & extirpes,
ut ædifices & plantes 195
4 Circumcidimini Domino, &
auferte præputia cordis ue-
stri 8. b
7 Num spelunca latronum facta
est domus ista, quæ meo no-
mine uocatur in oculis ue-
stri? 106
17 Est inscrutabile cor hominis,
&c. 93. b

EZECHIEL

- 12 uiuo ego, nolo mortem peccā-
toris, sed ut conuertatur &
uiuat 61. b

IOEL

- 2 Eadē miracula in caelo sursum,
et signa in terra deorsum, san-
guinem & ignem, & vapo-
rem fumi, &c. & quæ sequun-
tur 186

AMOS

- 3 Annon super his terra contre-
miscat & omnis eam inhabi-
tans lugeat: Quin uerba
ea ut fluius incumescet
247

I N D E X.

- MICHEAS.**
 6 Indicatum est tibi o homo quid bonum sit, & quid abs te requirit Dominus, nisi facere iudicium, diligere beneficentiam, &c. 163
 6 Audite virgam & eum qui discernit eam 164
ABAKUK
 3 Vx ei qui edificat urbem in sanguine & instaurat civitatem in iniquitate 164
ZACHARIAS
 4 Quis tu mons magne coram Zorobabele 112.b
 9 Exulta vehementer filia Zion, iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & servator, pauper ipse, &c. 120.b
MALACHIAS
 3 Subito ad templum suum veniet Dominus, quem vos queritis, & legatus fœderis quæ vos desideratis 105
 4 En ego mittam vobis Eliam prophetam priusquam dies Domini magnus & terribilis veniat 41
LVCAS
 2 Ipse præcedet in conspectu Domini in spiritu Elia, ut convertat corda patrum in filios, &c. 41.b
 2 Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum, in pace, &c. 102.b
 9 Qui minimus est inter vos iste erit magnus 51
 16 Cuius petenti abs te daro. Murrum date nihil inde sperantes 208.b
 19 Dico vobis si siluerint isti mox lapides clamaturi 108
 19 Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid cuiquam per calumniam eripui, reddo quadruplum 164.b
 22 Qui maximus est inter vos, sit sicut qui minimus est, & qui princeps est sicut qui ministrat 51
IOANNES
 1 In sua venit, & sui eum non receperunt 7.b
 3 Nisi quis fuerit renatus non potest videre regnum Dei 50.b
 3 Pater diligit filium & omnia de dicit ei in manu: Qui credit in filium habet vitam æternam: qui verè non obtemperat filio non videbit vitam, sed ira Dei manet super illum 129
 5 Quomodo vos potestis credere, cum gloriam alij ab alijs caperis, & gloriam quæ à solo Deo proficiscitur non queratis 152
 6 Eum qui venit ad me, nequaquam eiecerim foras 142.b
 6 Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum 23.b
 7 Si quis sitit veniat ad me & bibat, Qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina aquarum, &c. 99
 7 Doctrina mea non est mea sed patris qui misit me 26.b
 8 Ego sum lux illa mundi: qui me sequitur non ambulabit in tenebris, &c. 34
 10 Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me: Alienum autem nequaquam sequuntur, sed, &c. 19.b
 13 Mandatum novum do vobis, ut alij alios diligatis, sicut dilexisti vos, ut & diligatis, &c. 14.b
 14 Ego sum via veritas & vita: Nemo venit ad patrem nisi per me 208
 15 Ego sum vitis illa vera, vos palmites, & pater meus agricola est: Omnem palmitem in me non fructum tollit, &c. 110.b
 16 Amen amen dico vobis quæcûq; petieritis à patre meo in nomine meo dabit vobis 94
 20 Sicut me misit ita ego mitto vos 26.b
 20 Accipite spiritum sanctum: Quo rucunq; remiseritis peccata remittuntur eis, &c. 26
ACTA
 2 Resipiscite & baptizetur vnus quisque vestrum in nomine Iesu, &c. 27
 13 Vobis necesse fuit primum exponi sermonem Dei: postquàm autem illum repellitis, & indignos, &c. 130
 15 Qui novit corda reddidit eis testimonium, dato ipsis spiritu sancto, &c. 8.b
ROMANOS
 2 Confidit te ducem esse cæcorum, lucem eorum qui sunt in tenebris, eruditorem insipientium, &c. 7
 2 Non qui est in proparulo Iudeus, Iudeus est: nec ea quæ est in proparulo circumcisio in carne circumcisio est, &c. 50.b
 2 Cû Gentes quæ legem non habent natura quæ legis sunt faciunt, isti legem non habentes sibi ipsis sunt lex, &c. 213.b
 3 Quid tum enim si quidam fuerint increduli: num incredulitas eorum fidem Dei faciet irritam? &c. 42
 4 Nam quicumq; in Christo baptizati estis, Christum induistis, &c. 132.b
 8 Si quis spiritum Christi non habet, non est eius 49
 1 Persuasum mihi est, quod neque mors neque vita, neque angeli neque principatus, &c. 54.b
 10 Corde creditur ad iustitiam, opere autem confessio fit ad salutem 23
 10 Quomodo credent ei de quo non audierunt? &c. 24
 13 Reddite omnibus quod debentis, cui tributum debetur, tributum: cui vestigal, vestigal: cui timorem, timorem, &c. 47
 13 Omnis anima Potestatibus supereminentibus subiecta esto 49.b
 15 Debemus nos qui firmi sumus imbecillitates infirmorum portare, &c. 96
I. CORINTH.
 5 Vobis & meo spiritu congregatis in nomine Domini nostri Iesu Christi, cum potestate Domini nostri, &c. 59
 7 Bonum fuerit viro mulierem non attingere: sed propter fornicationes, suam quisque uxorem habeat, & proprium quæque viram habeat 73
 8 Etiam si sint qui dicantur dii, & in cælo & in terra (sicut sunt dii multi, & domini multi) nobis tamen vnus est Deus, Pater ille, &c. 111.b
 9 Cum liber sim ab omnibus, omnibus me ipsum servum feci ei, ut plures lucrifacerem, &c. 204
 11 Qui edit & bibit indigne iudicium sibi edit & bibit 132
 14 Fratres ne sitis pueri intelligentia, sed malitia pueri: intelligentia vero adulti sitis 151
 15 Corruptunt mores bonos colloquia prava 52
II. CORINTH.
 5 Omnes homines manifestari oportet ad eius tribunal, ut vnusquisque reportet secundum ea quæ in corpore, &c. 36.b
 12 Ne excellentia revelationum supra modum effervere, datus est mihi furculus vel aculeus carni infixus, & angelus satan 41
GALATAS
 1 Si hominibus placerem Dei servus non essem 152
 2 Vivo non amplius ego, sed vivit in me Christus, &c. 9
EPHESIOS
 5 Vxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir: similiter autem & vir proprium corpus non habet in potestate, sed vxor 73.b
PHILIPPENSES
 2 Si qua est consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua communiõ spiritus, si quæ viscera ac miserationes, &c. 54

I N D E X.

- &c. 54
 3 Corpus nostrum humile transf-
 ormabit vt conforme faciat
 corpori suo glorioso 38
 4 Quod reliquū est fratres, quæ
 cunque sunt vera, quæcunq;
 honesta, &c. 2
 I. TIMOTHEVM
 1 Fides sermo & modis omnibus
 dignus quem amplectamur,
 quod Christus Iesus venit in
 mundum vt peccatores ser-
 uaret 55.b
 4 Pietas ad omnia utilis est, vt
 quæ promissionem habeat
 vitæ præsentis ac futuræ
 83.14
 4 Esto exemplar fidelium in ser-
 mone, in conuersatione, in
 charitate, in spiritu, &c. 150
 4 Ne negligito donum quod in
 te est, quod datū est tibi per
 prophetiam, &c. 20.4
 4 Obtestor ego coram Deo, &
 corā Domino Iesu Christo,
 qui iudicaturus est viuos &
 mortuos in illustri illo suo
 aduentu, &c. 120.b
 HEBRAEOS
 1 Qui in diebus carnis suæ, &c.

- 246.b
 11 Qui accedit ad Deū hūc crede-
 re oportet esse Deū, &c. 216
 13 Adulteros & fornicatores iudi-
 cabit Deus 70.b
 12 Sectemini sanctimoniam, sine
 qua nemo videbit Deum, &c.

I A C O B I

- 1 Nemo cum tentatur, dicat se à
 Deo tentari (nam Deus ma-
 lis tentari non potest, nec
 quenquam tentat) sed vnus-
 quisq; tentatur, dum, &c. 6
 2 Qui dixit, Ne moecheris dixit
 etiam, Ne occidas, &c. 162.b
 3 Ne sitis multi magistri, fratres
 mei scientes quod grauius
 iudicium auferemus in mul-
 tis, &c. 28.b
 5 Fratres si quis inter vos aber-
 arit à veritate, & conuerterit
 eum quispiā, sciat quod qui
 auerterit peccatorem, &c.
 56.b

I. PETRI

- 2 Siquidem gustauistis quod be-
 nignus sit Dominus, ad quem
 accedentes, qui est lapis vi-
 uus, &c. 24

- 5 Deposita omni malitia & omni
 dolo & simulationibus & in-
 uidentijs, & omnibus obre-
 ctationibus vt modò nati in-
 fantes, &c. 76

II. PETRI

- 3 Vbi est pollicitatio aduentus
 eius? Nam ex quo patres ob-
 dormierunt ita permanent,
 &c. 195

I. IOANNIS

- 1 Si dixerimus nos non peccasse,
 nos ipsos fallimus, imò men-
 dacem facimus Deum, & ser-
 mo eius nō est in nobis, &c.
 23

- 4 Dilecti ne cuius spiritui credi-
 te, sed probate spiritus num
 ex Deo sint 19.b

I V D A E

- Ep. Ecce venit Dominus cum san-
 ctis millibus suis, vt ferat iu-
 dicio aduersus omnes, &
 & redarguat quicunq; ex-
 plis sunt impij 212

A P O C A L Y P S I S.

- 13 Qui in captiuitatem ducit, in
 captiuitatem abis, &c. 235

F I N I S.

Fol. 44. linea vltima lege, Incredulitate ergo regnum Diaboli, &c.

Handwritten signature or initials

IN EVANGELIVM IESV

CHRISTI SECVNDVM MATTHAEVM

RODOLPHI GVALTHERI TIGVRINI

Homiliarum pars altera.

C A P V T X V.

H O M I L I A C X C V.

Tunc accedunt ad IESVM Ierosolymitani quidam Scribae & Pharisei, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lauant manus suas, cum edunt panem?



PRIMA huius Cap. parte memorabilis actio narratur, quae Domino nostro IESV CHRISTO cum Scribis & Phariseis intercessit de humanis traditionibus: Num videlicet haec obseruata necessariae sint? vel num tantae fieri debeant, ut propter ipsas ea negligi debeant, quae Deus nobis disertè mandauit. Estque haec actio consideratu plus quam necessaria, quia hic ferè omnium superstitionum fons est, quod homines non contenti Verbo Dei, in religione ex seipsis sapere volunt, & cultus ex suo cerebro novos institunt. Etenim iam inde ab origine rerum Deus suam voluntatem reuelauit, quid de se credi, & quomodo à nobis coli velit. At hic duo genera hominum inueniuntur. Vnum eorum est, qui Deum vel omnino nullum esse, vel si quis sit, ea quae in terris sunt nihil curare sibi persuadent, ideoque nihil referre quid quisque credat, aut quomodo illi colat. Alterum eorum, qui cultum omnem in externis ritibus & horum splendore constituunt, quasi Deus ipsis delectetur, quae nobis magnifica videntur. Et hi tantum sibi ipsis tribuunt, ut se putent aliquid perfectius instituisse posse, quam in Scripturis tradatur: quò fit, ut si in aliqua autoritate sint, sua commenta alijs quoque violenta obtrudere non vereantur: quae causa est, quòd tyrannis ferè superstitiones comitari solet. Exempla sunt omnium seculorum, quibus hoc probari potest, sed veteribus minimè opus est, quando hodie haec vnica omnium confectionem de religione causa est. Enimuero vniuersam verae fidei atque cultus rationem, ex qua salus omnis dependet, in Scripturis prolixè traditam inuenimus: & harum compendium in Decalogo, Symbolo Apostolico & Oratione Domini ca nobis Spiritus sanctus proposuit. In horum professione vnanimiter consentiunt, quotquot Christiani dici volunt, adeò ut plerique iam morituri in his acquiescant. Vnde ergo superstitionum diuersitas? unde dissensiones atque lites enascuntur, quibus hodie orbis Christianus turbatur? Ex ipsis solis, quae posteris temporibus demum ab hominibus superstitionis inuenta sunt: qualia sunt, Diuorum caelitem inuocatio & intercessio, imaginum cultus, peregrinationes, feriae, ciborum delectus, vota monastica, indulgentiae papales, purgatorius ignis & exequiae siue sacra pro defunctis, & quae alia sunt huius generis, quorum nulla in Scripturis fit mentio, & quae sola hominum autoritate nituntur. Est ergo perquam necessaria huius causae cognitio, cuius arbiter melior constitui non potest, quam aeternus Dei Filius IESVS CHRISTVS, qui nobis aeterno Patris decreto Seruator

Argumentum
prima partis.

Traditiones
causa superstitio-
num & dis-
sidiorum.

A

& Doctor totius generis humani datus est. Is verò in presenti sententiam suam discretè & grauius pronuntiat, id quod non in angulo aliquo obscuro, aut inter homines plebeios & rerum eiusmodi ignorantes, sed in publico, & quidem ab ijs prouocatus, qui in Dei populo antistites erant, & supremam doctrinae & pietatis existimationem sustinebant. Ideo quae his dicuntur, ad omnes pertinent, qui in Ecclesia aliquam auctoritatem decernendi de cultu Dei sibi vendicant.

Dispositio tractatus huius.

Ordo tractationis hic est. Principio cum ipsis praesulibus & doctoribus agitur, quorum res hic potissimum agebatur. Deinde ne horum ambitio & auaritia populo fraudi esset, publice omnes admonet, quid sentire & facere debeant. Tertio cum discipulis de eo colloquitur, quod disputationi huic occasionem dederat: quo loco fontes peccati & pollutionis omnis monstrat, & docet e contra, quae vera ablutio siue purgatio sit, cui studere debeant, quorum sanctimoniam, quae sola Deo probatur, sectari volunt. In presenti occasio totius actionis praemittitur: quae fuit (ut Marcus annorauit) quod Scribae & Pharisei aliquos ex IESU discipulis viderunt illotis manibus ad cibum capiendum accumbere. Mox ergo illum aggressi quaestionem mouent, qua ipsum populo suspectum atque inuisum reddant. At quia de re (ut diximus) graui agitur, praestat omnes circumstantias ex ordine videre.

Matth. 7.

Tempus huius disputationis.

Primo tempus huius controuersiae indicat Matthaeus, quando huius narrationem cum ijs quae praecesserunt connectens, ait: Tunc accedunt, &c. Factum igitur hoc est, quando Genesarethani Christum amice exceperunt, & ipse omnes qui ad ipsum adducebantur, sanauit: quae procul dubio causa fuit, ut in eius cognitione atque fide proficerent. Elucet ergo hic ingenium Satanae, qui tunc potissimum Christo insidiatur, quando eius gloriam illustrari, & regnum Dei surgere videt. Sic quando à Ioanne baptizatus Patris publico testimonio inaugurabatur, confestim illum in desertum eduxit, ut tentationibus insidiosis ipsum ab officio reuocaret. Idem ex illius suggestionem faciunt hypocritae & impij siue prophani homines. Neutri enim veritatis lucem ferre possunt, quae scelera arguit & laruam eis detrahit, sub qua sese occultare student. Et haec causa est dissidiorum, quae oriri solent, vbi Euangelium aliquo cum successu praedicatur. Debent autem tunc vetera exempla in memoriam reuocari, ne eorum calumnijs moueamur, qui (ut olim iudeus ille Sophista, Tertullus garriebat) nostri seculi turbas Euangelio acceptas fecerunt. Acto. 24.

Matth. 3. 4.

Ioan. 9.

Aduersarij Christi Scribae & Pharisei.

Secundo antagonistas Christi videamus, qui litem ipsi mouerunt. Fuerunt hi Scribae & Pharisei, & quidem non vulgares, quales per totam Iudaeam & Galilaeam inueniebantur, sed qui Ierosolyma venerant. Erant autem Scribae Legis & Prophetarum interpretes, adeoque ordinarij doctores, quorum sententiae potissimum rogabantur, si quae causae grauius & dubiae inciderent. Vnde apparet illos non postremam Sacerdotalis muneris dignitatem tenuisse, nimirum quod Sacerdotes otio & fastidio dediti, labores subterfugerent. Pharisei verò praeterea sanctimoniam quoque singularem profitebantur, zelum item cultus diuini & populi Dei: eo quod magis hi formidabiles erant, quod non vulgaris esset eorum in Republica auctoritas. Cum enim regnante Alexandra, Alexandri Pontificis vxore eius filij Hircanus & Aristobulus de Sacerdotio & regno hostiliter contenderent, illa Phariseos quod alijs iustiores & sanctiores haberentur, rerum gubernaculis adhibuit, ut per ipsos Iudaeorum Respublica potissimum administraretur. In primis autem pro patriae religionis vindicibus vulgo agnoscebantur, adeo ut penes ipsos esset potestas in eos inquirendi, qui doctrinam nouam aut cultus peregrinos introducere putabantur. Apparet hoc ex Ioannis Baptistae historia, ad quem in deserto docentem & baptizantem Ierosolyma missi sunt Sacerdotes & Leuitae, quos ex Phariseis fuisse, Euangelista

Deut. 179
Malac. 2.

Ioan. 1.

Euangelista docet. Habuerunt ergo vbiq; suos Coricos, & si quando necesse videretur, ipsi ex suis aliquos emittebant, qui reliquos in obseruatione cultus per ipsos instituti retinerent.

Nec temere factum putabimus, quod istos ex Ierosolyma ad Genezaretanos Ierosolyma uenisse scribitur. Erat Ierosolyma caput gentis Iudaice, sedes antiqua regum & ueniunt Christi ræ adorationis atq; diuini cultus, vbi asseruabatur quicquid Iudæi memorabile & hostes. Psal. 132. pretio habebatur: arca fœderis nimirum, Legis siue Decalogi tabulæ, Manna, uirga Aaronis. Ibidem sacerdotio functi erant præstantissimi viri, germani successores Aaronis, & inde exire debebat Lex Euangelij per totum orbem: Deniq; Ecclesiæ IESU CHRISTI omnes promissiones sub typo Ierosolymæ terrestris datæ erant. Isa. 2. At nunc ex eadem prodeunt acerrimi hostes Christi, & eò usq; res deuenit, ut Propheta non possit alibi mori quàm Ierosolymæ. Arguunt hæc corruptissimum, qui tunc erat, statum religionis inter Iudæos. Expectabatur Messias iam longo tempore magno cum desiderio per totam Iudæam & Galilæam. In sola Ierosolyma idem negligitur, imò inuisus est Ihs, qui illic regnabant: nimirum quod sibi derogari sentirent, quicquid ipsi tribuebatur. Et hoc est quod hodie etiã fieri solet ab hypocritis, qui suam existimationẽ gloriæ Dei & saluti publicæ præferunt. Nulli enim nocentiores Christi & Euangelicæ veritatis hostes sunt. Et obseruare hic debet, quàm falluntur, qui religionem & doctrinam certis locis astringunt. Quod enim de Ierosolyma dicitur, hoc ipsum de Alexandria, de Antiochia, vbi primùm Christiani nominis professio initium habuit: de Constantinopoli item & Roma, cuius fides per omnem orbem celebrata fuit. Et ex his locis olim veræ fidei & religionis acerrimi vindices & gloriosissimi Martyres prodierunt. Quid vero hodie in hisdem fiat, satis notum est. Meminerimus ergo Christi regnum nulli loco alligatum esse, sed Spiritum huius spirare vbiuncq; vult, & proinde hunc in Scripturis loquentem audiamus, quæ nos falli & errare non sinent.

Tertiò sequitur occasio, qua Christum aggrediuntur. Vident Scribæ & Pharisei discipulos non lotis manibus cibũ capere. Id eos grauius offendit, partim quod Deus in Lege externam munditiem diligenter requirit, partim quod hanc illi & omnes Iudæi in ablutionibus externis sitam existimarent, & (vt Marcus scribit) non manus modò certatim lauarent, verum etiam pocula, sextarios, aramenta, lectos & omnis generis vasa siue supellectilem. Videntur autem discipuli hoc fecisse secundum exemplum Christi, quem hoc in more habuisse, si quando cõ Phariseis & Scribis ei res fuit, vel quod hoc in præsentem mandauit, ne horũ hypocritarum probare putaretur, & vt hanc confutandĩ occasionem captaret.

Et docemur illius exemplo, vt nos cum hypocritis & superstitionis versari conueniat. Manus abluere priusquam ad mensam accedas, & idem post cibum sumptum, manè item & vespere facere, nequaquam illicitum, sed honestum & ciuilitatis morum species est, cui studere conuenit pios, ne rusticitate & sorditie sua sibi ipsis inuidiam & odiũ accersant. Et potest huc referri admonitio illa Pauli: Quod reliquum est, fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq; honesta, quæcunq; pura, quæcunq; amabilia, quæcunq; boni nominis, si qua virtus & si qua laus, hæc cogitate. Quia verò sciebat Dominus, Phariseos in his ablutionibus partem cultus diuini, adeoq; salutis meritum constituere, mauult inciuilis & sordidus, imò contemptor traditionum à patribus traditarum haberi, quàm horum similis fieri, & suo exemplo superstitionibus eorum patrocinari. Debebant hoc obseruare hodie, qui cum Euangelij doctrinam profiteantur, tamen manifestis superstitionibus communi- cant cum Ihs, qui preces ad campanæ pulsus astringunt, & has non soli Deo per Christum, sed Diuis quoq; nuncupant: qui item imagines pro indifferentibus habent, traditiones de ciborum delectu excusant sub ciuilibus constitutionis prætextu.

Occasio disputationis.

Luc. 11.

Quomodo versandum cum hypocritis?

Phil. 4.

1. Cor. 8. 9. 10.

& alia huius generis faciunt, quæ absq[ue] infirmorum scandalo non possunt fieri ab illis, qui fidem in vnum IESVM CHRISTVM profitentur. Sunt hi Corinthiorum similes, qui ad idolothytorum epulas accedebant, & hoc nomine à Paulo corripuntur. Quid, quod huic dissimulationes eiusmodi ita displicuerunt, vt Petro quodque in faciem restiterit, cum hic in Iudeorum gratiam ab eorum consortio sese subduceret, qui ex gentibus crediderant, quibus cum paulò ante familiariter versatus fuerat. Vide Gal. 2.

Scribarum & Phariseorum questio.

Porro audiamus quæstionem, quæ Scribæ & Pharisei mouent. Quare (inquiunt) discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum? Non absq[ue] autoritatis ostentatione, & pro imperio Christum compellant, vt pote quod ipsis cura religionis commendata esset, quam (vt supra dictum est) in eiusmodi nugis magna ex parte consistere arbitrabantur. Initiò autem nõ simpliciter factũ discipulorum accusant, ne de re leuicula quærere dicatur: sed à generali criminatione exordiuntur, quod Seniorũ siue Patrum traditionem violent: vt sic impietatis reos agant, qui nulla Patrum sanctissimorum religione ducantur, neq[ue] aliquam eorum rationem habeant, quæ illi pie & religiosè constituerint, & huciq[ue] sanctè obseruata sint. Et vt crimen discipulis intentatum confirmet, præsens hoc illorum factum allegant. Quod non lauent manus suas, cum edunt panẽ. Quis verò non rideat ambitiosos illos sanctimonie ostentatores à tam Tragico exordio ad crimen tam leuiculũ transilire, quod in hominibus plebeis & piscatorib. quibus vsitatissimũ erat plus satis quotidie abluirifum potius quàm reprehensionẽ, nedum accusationem tam grauem merebatur.

Nostri seculi quæstiones.

Sed ita solent supersticiosi, qui veritatis doctrinam persequi semel in animũ induxerunt. Quia enim vulgo apud omnes, qui honestatis & pietatis sensu tanguntur, magna est Patrum siue maiorum auctoritas, nefas videtur à religionis forma & ritibus, quos ab illis quasi per manus accepimus, deficere. Ita enim illi damnari videntur. Quapropter hodie etiam frequenter hæ voces audiuntur, contemni à nobis patrum piissimorum religionem, Ecclesiæ constitutiones violari, Conciliorũ decreta reijci, Canones apostolicos cõculcari & disciplinã ecclesiasticam euerti, &c. Quod si quæras, quæ nam illa sint, de quorũ contemptu & violatione illi tam acerbè queruntur, ridicula illa proferent, Cereæ & lampades, aquam consecratam, salem benedictum, campanarum pulsum, ferias, ieiunia siue ciborum delectum, cucullas, liri-pippia, &c. Quibus deinde nõnulla maiora & grauiora (vt ipsis videntur) adhiçunt. Purgatoriũ ignem, sacra pro defunctis, Missas, imaginum cultum, indulgentias, & alia sexcenta, quorum nulla fit in sacris literis mentio, & quæ pia & erudita vultuati omnino ignota fuerunt. At tamen ista plus quam apostolica autoritate omnibus obtrudunt, & ne nimium ridiculi putentur, eadem palliant longi temporis præscriptione, patrum in his pie defunctorum exemplo, prioris seculi felicitate, vistorijs, regum & principum consensu. Itaq[ue] vt olim, ita hodie adhuc, de solis traditionibus hominum lis est, quibus supersticiosi homines eandem cum Verbo Dei autoritatem tribuunt.

Traditiones humane quales?

Deut. 4. 12.
Galat. 1.

Ierem. 23.

At ne quem hæ præstigiæ fallant, tenendum est, Traditionis nomine intelligi quasuis constitutiones, quæ non habent expressum Verbum Dei in Scripturis. Et sunt traditiones in triplici differentia. Aliæ enim de doctrina sunt, aliæ de ritibus Ecclesiæ, aliæ de moribus. Quoad doctrinam, nemini fas est huius generis mutare, aut dogma nouum inuehere, quod à Scripturis vel latũ pilum dissentiat. Dei enim mandatum est, ne quid eius Verbo addamus, aut ex eo auferamus. Et grauius testatur Apostolus, anathema censeri debere eum, qui euangelizare ausit præter id quod euangelizatum est, licet quis Apostolus aut Angelus de cœlo fuerit. Quid enim paleæ cum tritico? inquit Dominus. à Traditionis quidẽ Apostolicæ in doctrina fidei alicubi veteres meminerunt, sed sub hæ non aliud quàm Symbolũ Apostolicum

licum intelligi debere, ex Irenæo constat: cuius articuli omnes ex Scripturis desumpti sunt, & expresso Dei Verbo nituntur. Quoad ritus Ecclesiasticos, sunt hi quoque partim à Deo instituti, partim ab hominibus inuenti. A Deo institutorum eadem est, quæ doctrinæ à Deo traditæ, authoritas, & proinde à nemine mutari, multò minus aboleri debent. Docet hoc suo exemplo Paulus, qui Cœnam Dominicam in Corinthiorum Ecclesia reformaturus, ad primam illius institutionem eos reuocat, neque permittit, vt aliam eius formulam recipiant. Idem in cœtibus sacris, publicis precibus, baptismo & alijs obseruari debet, ne quid Filij Dei IESU CHRISTI instituto contrarium fiat. Interim fateor, pro temporum & locorum ratione, non eandem esse Ecclesiarum conditionem, & proinde non iisdem horis vbiq; locorum posse cœtus cogi, neque eundem ordinem in omnibus seruari, quæ tamen varietas Christi institutis nihil derogat, vè quæ non in substantia rerum (vt sic loquar) sed in solis accidentibus hæret. In his Ecclesiæ sua libertate fruuntur, sed ita vt omnia fiant ad ædificationem, neque nouationes non necessariae introducantur. Et de his illud Pauli intelligi debet: Cætera, cum venero, disponam. Qui tamen generalem hanc regulam præscribit: Omnia decenter & secundum ordinem fiant. Quoad mores, in his quoque constanter Dei Verbo in Scripturis tradito nos insistere conuenit, ne quod olim Deus vetuit, hodie licitum putemus: aut è contra pro scelere ducamus, quod ille permisit, imò disertè iussit. Etenim constat sibi ipsi semper Dei voluntas, neq; vnquam virtus probè custodita in vitium degenerat, neq; vitium virtutis nomen accipit, quacumq; hominum autoritate commendetur. Debent ergo traditiones omnes ad Dei Verbum reuocari, nec vlla recipi, quæ huius voluntati per Verbum traditæ aduersatur.

Neq; aliquem moueat, quòd multi Iudæorum more & exemplo Seniores siue Patres nobis obijciunt. Sunt enim Patres in duplici differentia. Primi & veri siue genuini patres sunt, quorum fides & religio in Scripturis probatur. Tales in veteri Testamento fuerunt, Abraham pater credentium, Isaac, Iacob, Ioseph, Moses, & post hunc Prophetæ & alij similes; in nouo autem Ioannes Baptista & Apostoli cum viris Apostolicis. De his verè & piè intelligi potest, quod in Lege scriptum est: Ne transferas limitem proximi tui, quem posuerunt maiores. Et illud Solomonis: Ne loco moueas perennes terminos, quos maiores tui construxerunt. Nam ad hos omnes pertinet quod Petrus dicit, sanctos Dei homines non ex suo priuato arbitrio locutos esse, sed ex Spiritus sancti instinctu. Contra Patrum & Seniorum nomine ab aduersarijs commendantur, qui nos quidem sæculis aliquot præcesserunt, non autem perstiterunt in priorum Patrum vestigijs, sed relicta horum fide & religione, ad superstitiones declinarunt, quas vel ipsi commenti sunt, vel ab alijs acceperunt. Ex horum numero olim fuerunt, de quibus per Prophetas Deus loquitur: Mendacia ipsorum seduxerunt eos, post quæ & patres eorum ambulauerunt. Item, In statutis patrum vestrorum ne ambuletis, & iudicia eorum ne custodiatis, neq; polluamini in idolis eorum: ego Dominus Deus vester, ambulate in statutis meis. Et rursus: Annon in via patrum vestrum polluti estis? &c. Quod ipsum dici potest de nostri sæculi superstitionum sectatoribus, qui præterea nouum Patrum genus sectantur, Monachos nimirum, quos suorum Ordinum siue sectarum Patres vocant, in quorum verba etiam iurant & votis certis sese obstringunt, quæ violare maius nefas esse iudicant, quàm si quis in Baptismo factum votum impiè transgrediatur. Quod quam displicuerit olim pijs & sanctis viris, quos Spiritus sancti numen propius afflauit, ex D. Hieronymo audiant volo, qui in suis ad Galatas commentarijs sic scribit: Cum Abba pater, Hebræo Syroq; sermone dicatur, & Dominus noster in Euangelio præcipiat, nullum Patrem vocandum nisi Deum, nescio qua licentia in monasterijs vel vocemus hoc nomine alios vel vocari nos

1. Cor. 11.

1. Cor. 11. &

14.

De Senioribus aut Patribus.

Deut. 19.

Prouer. 22.

1. Pet. 1.

Amos 2.

Ezech. 20.

Matth. 23.

acquiescamus: Et sanè ipse præcepit hoc, qui dixerat non esse iurandum: Si non iuramus, ne patrem quidem quempiam nominemus: Si de Patre interpretabimur aliter, & de iurando aliter sentire cogemus. Hec Hieron. At quia de his plura sequentur deinceps, nunc sufficiat monuisse, neminem plausibilibus Patrum aut Seniorum titulis moueri debere. Habent Christiani homines vnum Patrem suum, qui in caelis est; habent præterea vnicum fidei & salutis magistrum siue doctorem, æternum Dei Filium IESVM CHRISTVM. Hunc audiant & sequantur, qui est via, lux & veritas. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C X C V I.

At ille respondens, dixit eis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram? Nam Deus mandauit, dicens: Honora patrem tuum & matrem. Et qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri aut matri, Donum quodcumq; à me erit, tibi proderit: etiam si nequaquam honorauerit patrem suum aut matrem suam, insons erit. Et irritum fecistis mandatum Dei per traditionem vestram. Hypocrita, bene de vobis prophetauit Isaias, dicens: Appropinquas mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat: cor autem eorum procul abest à me. Sed frustra me colunt docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum,

Deut. 4. 12.

1. Cor. 2.

Num. 15.

Domnibus Deus noster in Scripturis sacris per Verbum suum non modò seipsum & volūratem suā nobis manifestat, sed insuper grauius monet, ne quid Verbo ipsius addamus, aut ex eo aliquid auferamus, neue ex nobis ipsis cultus nouos instituamus. Mandati huius causæ graues sunt: Prima, quia homo animalis nō percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, fieri non potest, quin hallucinētur & errent, qui cunq; in ijs quæ ad Deum spectant, volunt ex seipsis sapere, & (vt Scriptura loquitur) post oculos suos scortantur. Altera, quod qui id faciunt, nō solum ipsi errāt, sed ita sibiipsis placent in suis figmentis, vt eadem alijs etiam obtrudere conentur. Hinc dissensiones & lites surgunt, & ferè fit, vt dum de externis ritibus, qui per homines instituti sunt, contenditur, magis necessaria negligantur, sine quibus religio non potest consistere. Et hoc illud est, de quo in præsentī actione Christus cū Scribis & Pharisejs differit. Occasionem isti præbuerunt, quando discipulos eius accusarunt, quod contra traditionem Seniorum ad mensam accubuissent, non prius ablutis manibus. Quibus ita respondet Dominus, vt demonstrat, hominum traditiones in religione non solū inutiles, verumetiam impias & noxias esse, eò quod à Deo abducant, & verum cultum impediunt.

Christus crimē in Scribarum gerit.

Quia verò sibi rem esse sciebat cum contumacibus hypocritis, initiò crimen in ipsos regerit, imò grauioris criminis reos agit, quàm illud erat, quod discipulis intentabant. Nam dicit, Quare & vos transgredimini mandatū Dei per traditionem vestram? Poterat factum discipulorum simpliciter defendere, quod eum fecisse suo loco audiemus, quando cum rudis vulgi turba ager, cui caueri oportuit, ne illorum exemplo offenderetur. At alia fuit conditio Scribarum, quorum hypocritism & impudentiam prius perstringere voluit, vt demonstrat indignos esse, quibus ipse rationem reddat de ijs, quæ sui discipuli faciebant, cum ipsi maiore cum impietate mandata Dei aperte violent, imò eiusmodi traditiones publicè doceant, per quas Dei præcepta aboleantur & irrita fiant. Seruit ergo hoc Domini dictum admnitioni omnibus, qui vel in Ecclesia vel Repub. sibiipsis ius & auctoritatem vendicant in alios, atq; indignius ferunt, si quæ ipsi sanciant, non ab omnibus obseruentur. Fit enim ferè hoc iusto Dei iudicio, vt qui huius decreta transgredi audent, eadem opera sibiipsis

sibiipsis & suis constitutionibus auctoritatem omnem derogent. Et qua fronte ab alijs factorum rationem exigunt, qui ita res suas instituunt, vt ipsi non possint, aut etiam nolint, Deo rationem reddere? Tales certè digni sunt, vt publicè arguantur, & larua detrahatur arrogantibus, vt minus noceant suo exemplo.

At ne temere eos accusare putetur, qui tunc summam doctrinæ & religionis existimationē sustinebant, exemplum adducit, quod tunc nimis vulgare & omnibus notum erat. Deus (inquit) mandauit, dicens: Honora patrem tuū & matrem. Item qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autē dicitis: Quicumq; dixerit patri aut matri, Donum quodcumq; à me erit, tibi proderit; etiamsi non honorauerit patrem suum & matrem suam, insons erit, & Legi Dei satisfecisse iudicabitur. Opponit inter se præceptum Dei de parentibus honorandis, & traditionem pharisaicam, qua filij pro parentū salute sacra facere & donaria in templum afferre, aut in gazophilacium deponere iubebantur. Et verborū Christi sensus hic est: Deus dum parentes honorare iubet, vno verbo omnia quæ his debentur, pietatis officia complectitur, & hæc tanta cum seueritate exigit, vt capitis pœnam illis decernat, qui parentes vel maledicto læserint, vel debitum obsequium contumaciùs negarint. Quid verò vos? Aliam certè compendiosiore & vobis quæstuosiore parentum honorandorum rationem commenti estis. Nam hos iuuari docetis, si qui pecunias, quæ ipsorum alimonix debebantur, ad vos afferat, & parentum nomine sacrificium aut epulum sacrum instituat. Itaque, si patri aut matri egenti & opem flagitanti filius possit dicere: Ego mi pater & mea mater, vt animæ tuæ salutem confulerem, donum magnificum & liberale templo consecraui, vt ibi pro vobis præces fiant & victimæ immolentur, &c. is vestro iudicio, erga parentes omni pietatis officio defunctus erit, etiamsi parentes eius interea fame ringantur, & inopia maxima laborent. Atqui nulla Dei Lex est, quæ filios pro parentum salute sacra facere, aut sacrificios conducere, vel preculas meretricias pecunijs redimere iubeat. Vt ergo vestro quæstui priuato consulere, traditionem istam vos inuexistis in Ecclesiam, qua præceptum Dei, ex naturæ legibus & communi sensu peritum, abrogatur. Et huius generis multa alia constitulistis. De his ergo respondeatis mihi velim, priusquam quærat, cur mei discipuli manibus illorū panem comedant, &c.

Obseruari autem debet, quod Scribas præceptum Dei de parentibus honorandis irritum fecisse, dicit Dominus. Atqui constat, illos nunquam prohibuisse, quò minus filij parentibus debita obsequia præstarent: multò minus decalogum aboleuerunt, quo præceptorū Dei summa continetur. Dicit tamen illud Christus, quòd traditionem eiusmodi introduxissent, quæ occasionem præbebat filijs, vt in parentibus alendis essent negligentiores, & aliò transferrent quæ illorum alimonie debebant seruire. Eadem ergo culpa cum Scribis & Pharisaïs tenentur, quotquot hodie non contenti præceptis Dei, traditiones nouas inuehunt. Hic enim omnium traditionum effectus est, vt primùm diuinis præceptis æquiparantur, quòd horum auctoritati derogant, & hominū mentes irretiunt, vt ijs minus attendant. Factum hoc etiam inter Christianos, postquam hominū decretis & statutis locus est datus. Nam licet retineantur passim & recitètur præcepta Dei, orationis item Dominicæ formula & Symbolum Apostolicum, nullus tamen in his omnibus articulis, nullū membrum est, quod saluum & integrum reliquerint traditiones, quæ posteris temporibus irreperunt. Etenim primo præcepto Deus, vbi sibi vni fidamus, ipsum vnum inuocemus, iubet, idem Christus docet, & nos hoc ipsum in primo Symboli articulo profiteremur. At per hominum traditiones factum est, vt novos Deos tutelares sibi fecerint plerique, in quibus spem collocarunt, & quos ijs ipsis verbis inuocarunt, quibus solus Deus cœlestis Pater propriè inuocari potest.

Scribe præcepta
Dei irrita
faciebant.
Exod. 20.

Leuit. 20.
Deut. 21. 27.

Dei præcepta
quomodo irrita
sunt?

Traditionum
in Papatu esse
ita.
Matth. 6.

Ioan. 4.

Deut. 6. 10.

Gene. 2.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

Dan. 11.

Matth. 26.

Scribas obiurgat Dominus.

Deinde ne quam Deo imaginem ponamus, ipse grauititer vetat, & vt illum in Spiritu & veritate adoremus, Christus iubet. Quis verò negare poterit, hoc quoque mandatum Dei, quo nullum frequentius, nullum seuerius in omnibus Scripturis vrgetur, per hominum traditiones abolitum atque abrogatum fuisse, adeò vt Christiana religio in imaginum cultu potissimum consistere & statuum violare, grauius scelus putetur, quam hominem iugulare? Ne nomen suum temere vsurpemus, vtriat Deus, & vt per illud solū iuremus, iubet. At hodie nisi per omnes Diuos, quot quot in caelis esse creduntur, iures, nequaquam catholicus & obediens matris Ecclesiae filius esse diceris. Vt sex dies operemur, septimum verò sancto otio & quieti consecremus Dei mandatum est. Diuersum autem traditiones & Ecclesiae statuta iubent: vt nimirum intermisso omni opere necessario otiemur, & dies festos agamus non vni Deo, sed Diuis quoque & Angelis. Quòd si videas, quot modis præceptum Dei de parentibus honorandis abolitum conculcarint superstitionum traditionum patroni, Deum immortalem, quàm immane, quàm impudens, quàm insatiabile auaritiæ chaos siue baratrū sese proferet, quàm barbara scruities, quàm dira & omnis humanitatis expers ἀσποπία sub traditionum monasticarum velo deprehendetur? Hic certè non pudet illos plus quàm pharisaica audaciâ filijs mandare, vt abiecta omni pietate à parentibus discedant, sibi solis viuant, & ne morituris quidem aliquot officium præstent. Vicissim parentibus authores sunt, vt fraudatis suis liberis atque alijs legitimis hæredibus, opes suas cœnobijs legent, & Christi siue Mariæ (vt ipsi loquuntur) peculium faciant, id est, vt sub religionis prætextu sacerdotum luxuriæ & fastui seruiant. Dei pronuntiatum est, Non est bonum, hominem esse solum, &c. & Christus coniugij institutum ad primam eius originem reuocans, illius vsum omnibus liberum facit, & per Apostolum dicit: Propter fornicationem, suam quisq; vxorem habeat, & proprium quæque virum habeat. At nostri illi Scribæ, vt se eius spiritu agitari demonstrent, qui (vt Daniel prædixit) neque Deum patrum suorum curat, neque mulierum legitima cupiditate ducitur, cœlibatum cōmenti sunt, quo nihil impurius orbis vidit, è contra coniuges in carne viuere aiunt, & Deo placere negant. Christus aqua baptizare iussit in nomen Dei Patris, Filij & Spiritus Sancti: Idem cœnam mysticam in mortis suæ commemorationem instituit, & vt ex eodem pane omnes edant, ex eodē poculo omnes bibant, disertè mandauit: At illi suis traditionibus baptismi formulam aboleuerunt, in exorcismos horribiles commutarunt, torum denique sale, oleo, sputo profanarunt: Cœnam verò in sacrificium conuerterunt, eandem mutilarunt, & calycem Domini ex illa non absq; manifesto sacrilegio abstulerunt. Negent ista si possunt. At cur negarent, cum his glorientur atque superbiant? Quoties ergo illi nobis litem mouent, cur contra maiorum traditiones atque statuta reformationem in Ecclesijs nostris instituerimus, nos vicissim cum Christo illos interrogabimus, cur ipsi præcepta & instituta Dei transgrediātur, & suas traditiones seruent atq; stabiliant? Quia verò qui tales sunt, sub piæ & bonæ intentionis prætextu sese occultant, obiurgatione graui & seria hanc laruam istis detrahit, dicens: Hypocrita, bene de vobis prophetauit Isaias, &c. Hypocritas vocat, & ita criminis reos agit, quo in ijs, quæ ad Deum spectant, vix aliud grauius & Deo magis exosum est, qui cum ipsa sit veritas, fucum & simulationem ferre nequaquam potest. Erant autem hypocritæ quoad Deum & homines. Nam illum externa pietatis & sanctimonix specie placare conabantur, cum corde ab omni pietate essent alienissimi. Deinde simili fuculo hominibus quoque seiplos commendabant, & toti populo cultus siue religionis simulatæ erant authores. Itaque nefarij & scelerati erant impostores, & in hoc vnum intenti, vt extincta veritatis luce, quam Dei Filius inferebat, suæ existimationi & quæstui prospicerent.

Deinde

Deinde ne affectui indulgere, & conuiuium ipsis facere putaretur, se non primum esse docet, qui hoc nomine eos accuset, cum idem de illis olim dixerit Isaias. Bene (inquit) aut verè de vobis prophetauit Isaias, dicens, Appropinquat mihi hic populus ore suo, & labijs me honorat, &c. At constat, Isaiam de sui seculi hypocritis ista dixisse. Attamen Christus suis aduersarijs illam descriptionem applicat, eò quòd veterum illorum essent similes. Vt enim hypocritis sui semper similis est, ita Deus quoque sibi ipsi semper constat, & quæ olim ipsi displicuerunt, ea illi hodie etiam improbantur. Testatur hoc ipse per Ieremiam dicens: An super his non visitarem, & gentem huic similem non vlcisceretur anima mea? Quæ ergo olim Prophetæ de hypocritis, idololâtris, auaris & raptoribus, adulteris, homicidis, alijsq; sceleratis, ex Spiritus Sancti suggestionem dixerunt, eadem sibi dicta existiment, quot quor ipsidem moribus viuunt.

Locum Isa. 28.
de illis exponit.

Ierem. 9.

Cæterum duo in hypocritis istis Dominus per Isaiæ testimonium reprehendit. Primum, quòd ore suo appropinquent, & labijs Deum honorent, id est, quòd se veri Dei cultores esse profiteantur, hunc magnificè prædicent, & eius opera atq; beneficia laudēt, cum cordibus ab illo sint prorsus alieni. Hypocritam ergo accusat, quæ semper animos à vera Dei cognitione & timore alienos arguit. Etenim qui Deum verè norunt, ipsi eundem non possunt non timere, ideoq; sibi ab omni dolo & simulatione diligenter cauent, qua ipsum offendi sciunt. Alterum, quòd timor eorū, id est, religio & cultus omnis, quo Dei timorem simulent, ex hominum mandatis siue traditionibus pendeat, quibus imbuti, circa externas modo ceremonias occupentur, ea autem negligant, quibus solis Deus coli potest. Hoc dicto autem hypocritis & superstitionis fontem detegit. Enimvero norunt homines ex cõmuni sensu, qui in nobis reliquus mansit, esse Deum, qui omnia gubernet, & eundem timeri atq; coli debere. At quia nostri intellectus acumine (vt sæpe diximus) non possumus percipere ea, quæ sunt Spiritus Dei, quis & qualis hic sit, & quæ vera sit eius colendi ratio, ex nobis ipsis non videmus. Ex eius igitur Verbo hæc discamus oportet, cuius lucerna sola mentes illuminat, & vias nostras dirigit. Vt primum ergo ab hac receditur, mox nostræ intentionis caligine decepti, cultus ex nobis ipsis instituiamus, magnificos quidem in speciem, sed qui præter splendorem externum nihil habent, quod hominis mentem aliquo religionis sensu afficere possit. Nam etsi aliquid restet, quod cum Dei institutis conuenit, tamen hoc quoque fucò & simulatione adulteratur, dum solis externis intenti, eò longius à Deo discedimus, quòd pertinacius illis adheremus, quibus illi neque opus est, neq; coli aut honorari potest. Et talem quidem olim fuisse religionem Iudæorum, sermones Prophetarum docent, per quos Deus ea quoq; sacra damnat & reijcit, quæ ipse patribus eorū tradiderat, cum ipsi vacarent absq; fide, quæ sola cor hominis purificat, & nos Deo commendat. Vt ergo huius loci nobis hic esto, vt procul relictis hominum traditionibus, Deum in spiritu & veritate adoremus per fidem in Filium illum Vnigenitum IESVM CHRISTVM, cuius solius merito ille nobis placatus est. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Scribarum hypocritis.

psalms.

Acto. 13.

Et aduocata turba dixit eis: Audite & intelligite. Non quod ingreditur in os polluit hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Nosti Phariseos audico sermone isto offensos fuisse? Ipse vero respondens, dixit: Omnis plantatio, quam non plantauit Pater ille meus celestis, eradicabitur. Sinite eos: duces sunt cæci cæcorum. Porro si cæcus cæco præierit, ambo in fossam cadent.

Christus à Pharisæis ad populum se conuertit.

Matth. 9.

1. Tim. 3.

Matth. 11.

Populus doceri debet.

Ioan. 7.

Verbum D. an
diri debet.

Rom. 10.

Psalm. 58.

Psalm. 1.

Rom. 16.

Postquam Dominus noster IESVS CHRISTVS grauitè respondit Scribis & Pharisæis, qui discipulos eius accusabant, quòd contra Seniorum traditionem non locis prius manibus ad cibum sumendum accederent, & ea occasione docuit, hominum traditiones non inutiles modò, verumetiam noxias & perniciosas esse, eò quòd corda à Deo auocent: nunc illis dimissis ad populum conuertitur, & ne discipulorum suorum factò, & corrupto de his Pharisæorum iudicio simplices offendantur, illud excusat, & in quo nam hominis pollutio simul atq; purificatio consistat, docet: & hoc ipsum postea suis discipulis priuatim amplius explicat. Si causam quæras, cur disputationem hanc à Scribis & Pharisæis, qui doctrinæ & sanctitatis præcipuam existimationem sustinebant, ad rude vulgus transferat, hæc est: Quòd illi hypocritæ erant, & in suis superstitionibus induruerant, vt nullam admitterent institutionem, eùm suas traditiones Verbo Dei præferrent: in populo autem multi erant ex electorum numero & doctrinæ sanæ appetentes, de quibus dixerat: messem esse copiosam, & quorum ipsum miserebatur. Est ergo hoc memorabile exemplum, quo primùm docemur, quam exosi sint Deo hypocritæ, cùm eos institutione indignos iudicet ipse, qui pro sua bonitate vult omnes homines saluos fieri, & in veritatis cognitionem venire. Deinde simplicium & imperitorum consolationi seruit, ne dubitent se Deo curæ esse, qui etiamsi ad tempus errare sinit, tandem eos colligit, ac in viam reducit. Et cõfirmatur in præsentì gratulatio illa siue *doxologia* Christi, qua gratias agit Patri, qui regni sui mysteria absconderit à sapientibus & intelligentibus, & reuelaris ea infantibus. Debent etiam hinc exemplum petere doctores, quo discant, ita argui debere hypocritas impostores, vt interim simplices atq; rudes nequaquam negligant. Sunt autem loci huius partes duæ: In priori cum populi turba publicè, in altera cum discipulis suis agit priuatim.

Priorem Matthæus sic narrat: Et aduocata turba dixit eis: Audite & intelligite, Non quòd ingreditur in os, &c. Confutat autem exemplo suo Christus superbos fidei dominatores, qui doctrinæ mysteria vulgo exponi debere negant, & de his quærentes simpliciter credere iubent ea, quæ Ecclesia credit, nec tamen docent quæ illa fides sit, quæ nos veræ Ecclesiæ filios facit. Idem tunc Scribas & Pharisæos populo inculcauisset, ex eo apparet, quòd apud Ioannem seruis suis aliquid in Christi honorem dicentibus responderunt: Num & vos seducti estis: num quis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit Legem, execrabilis est.

At nos respicentibus illis, Christum videamus, & hunc nobis quoque putemus dicere, Audite & intelligite. Duo requirit. Primum, vt Verbum audiamus. Quia enim ex auditu est fides, hanc non assequentur vnquam, qui illud audire dedignantur. Hos certè Dauid serpentibus aures ad vocem incantatoris obturantibus confectas vt ostendat eos non Dei, sed veteris serpentis, id est, diaboli filios esse. Et vt deplorata est eius contumacia, qui patris sui vocem ne audire quidem vult: ita in regno Dei nihil de illis sperari potest, quibus Patris cœlestis vox sordet. At non satis est audiuisse, nisi quòd audis intelligas. Ad hoc opus est, vt quæ dicuntur fidam demissa per aurem (vt Poeta ait) corde recondas, & assidua meditatione rumines, & tibi ipsi applicare discas. Hoc Dauid docet, quando beatum pronuntiat, qui Domino legem dies noctesq; meditatatur. Ex eo deinceps obedientia fidei nascitur, quæ totum hominem Deo vindicat, & quam Apostolus Euangelicæ prædicationis finem atq; scopum esse scribit: nimirum quoad vitam nostram in hoc seculo. At hoc die prædicatur quidem Verbum Dei, at qui ex illo proficiant pauci sunt: quia multi illud impiè fastidiunt, vt ne audiant quidem, multi alijs affectibus & studijs occupati non attendunt, de quibus supra Cap. 13. proluxè dictum est.

Quid verò illud est, quòd audiri & intelligi debet? Non quòd ingreditur in os
polluit

polluit hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem. Ab eo, quod Pharisei in discipulis reprehendebant, in generalem doctrinam digreditur. Illis nefas videbatur illotis manibus cibum sumere, & in crebris ablutionibus purificatio nem hominis internam, qua ad salutem opus est, consistere credebant, & hoc ipsum vulgo facile persuaderi poterat, cum patrum traditionibus hæc superstitio nitere tur, & homines natura ad ceremonias proclives sint. Itaque periculum erat, ne in sus picionem veniret, quasi cum prophano contemptu patrum religionem & quæcun que ab his pie instituta & iam longo tempore religiose observata erant, ipse reuiceret, & discipulos suos idem facere doceret. Docet ergo, per se non esse peccatum, si quis manibus non prius ablutis ad mensam accedat. Id vero generali argumento probat: Quia nihil quod per os ingreditur, hominem polluat, sed pollutionem per ea fieri, quæ ex ore egrediuntur. Et apud Marcum Epiphonema graue addit, quod huius dicti meditationem diligentem amplius commendat: Si quis habet aures ad audiendum, audiat. Sumitur autem argumentum ab origine siue initio peccati, & ab eiusdem effectu. Nam primo sic vult dicere: Peccatum non extra hominem nascitur, neque aliunde in hunc ingreditur, sed intra hominem, in corde nimirum, initium habet, & inde sese per os, manus, pedes & omnes hominis actiones diffun dens, hominem totum polluit. At cibi qualescunque sint, extra hominem sunt, & siue lotis prius manibus siue illotis edantur, aliunde in illum ingrediuntur: Ergo illotis manibus edere, per se peccatum non est. Ad Maioris confirmationem facit, quod Paulus nos Legem peccati in membris nostris gestare dicit: & quod Iacobus scribit: Nemo cum tentatur, dicat se à Deo tentari (nam Deus malis tentari non potest, nec quenquam tentat.) Sed vnusquisque tentatur, dum à propria cupiditate abstrahitur & inescatur: deinde cupiditas postquam concepit, parit peccatum, &c. Deinde ab effectu quoque peccati argumentatur: Omne peccatum polluit hominem, vt Deo displiceat, qui sanctus est: At manibus illotis cibum sumere, non pol luit hominem, neque à Deo alienum facit: Ergo manibus non lotis edere, non est peccatum. Sufficit hoc Christi dictum confutandis omnibus commentis siue de cretis, quæ posteris temporibus de ciborum delectu & ieiunijs ad certos dies astric tis homines superstitiosi in Ecclesiam introduxerunt. Et ad illud respicere videtur Paulus, quando traditiones huiusmodi doctrinas demoniorum vocauit. Etenim reuera diaboli opus est peccatum facere ex eo, quod Deus licitum esse voluit, aut è contra licitum dicere quod ille prohibuit. Daniel item de paruo illo cornu in quarta bestia, id est, in Monarchia Romana nato, quo Antichristum denotari veteres intellexerunt, vaticinans, inter alia ei tribuit, quod sibi arroget potestatem mutandi leges & tempora. Quia vero de hac re postea Dominus prolixius loquetur, in presenti ista paucis monuisse sufficiat.

Quod per os ingreditur, non polluit.

Ab origine pec cati.

Rom. 7. Iacob. 1.

Ab effectu pec cati.

1. Tim. 4.

Dan. 7.

Pharisei doctri nam Christi offenduntur.

Transeamus nunc ad alteram huius loci partem, qua suum de Phariseis & horum doctrina siue traditionibus iudicium discipulis aperius exponit. Occa sionem ei præbuerunt discipuli, qui priuatim illi dicunt: Nosti Phariseos audito isto sermone offensos fuisse. In eo autem officium faciunt, quod illum de ijs admo nent, quibus alios offendi sciebant, vt indignius de ipso loquerentur. Decet enim hoc discipulos, vt sui præceptoris honori studeant, & hoc ipsum filij parentibus, & subditi suis magistratibus debent. At si Christum & totam hanc actionem spe ctes, nihil hic fecerat aut dixerat, quo aliquis merito deberet offendi. Itaque sua culpa offenduntur, & fuit hoc scandalum non datum, sed acceptum, vt in Scholis loquuntur. Nam etsi hominū traditiones damnauisset, quod simplicioribus durum videri poterat, non tamē hoc insolens debebat videri Scribis & Phariseis, cum suā illam sententiam Isaia testimonio confirmasset. Fortassis autem non falluntur, qui ipsos etiā discipulos dicto illo offensos fuisse suspicantur, vt qui sciebat, Deum iam

Gen. 9.
Leuit. 11.
Deut. 14.

olim sanguinis esu interdixisse, & postea in Lege discrimen fecisse inter animalia munda & immunda, &c. Non potuerunt ergo homines illiterati & rudes in Legis doctrina intelligere, quo sensu diceretur, nihil quod in os ingreditur, edentes poluere, cum Deus ipse in omni genere animalium, tam terrestriū quam aquatiliū & volatiliū quaedam immunda dixerit. Quoad verò Scribas & Phariseos, longè alta erant, quibus offensi sunt: nimirum quod ipsorum hypocrisim arguisset, quod impietatis & transgressionis præceptorum Dei conuictos publicè damnasset, quod cum Seniorum traditionibus cultum ipsorum euertisset, qui ipsis hucusq; quæstus admodum fuerat. At hac ipsa offensione se tales omnino esse produnt, quales esse Christus dixerat, hypocritas nimirum, quorum superstitiones Deo probari nõ possint. Etenim qui germani Dei cultores sunt, ñ veritatis doctrina non offenduntur, sed ei cedunt, & se melius edoceri gaudent. Fit autem idem hodie etiam omnibus, qui puriorem Euangelij doctrinam cauillantur, & ex ijs scandali occasionem arripiunt, quæ secundum illius normam fiunt. Ita enim se scripturarum & mysteriorum regni Dei ignorâtes, adhuc correptione dignos esse docent. Discipulorum autem error etsi tolerabilis sit & venia dignus, apparet tamen illos nimium pusillanimes & æquo meticulosiores fuisse, quando Phariseorum sermonibus tam facile offenduntur, quorum improbitas ipsis iam pridem perspecta esse debebat.

Veritatis fors
in mundo.

In vtrisque verò apparet, quæ in hoc mundo veritatis fors sit. Offenduntur ea hypocritæ & irritantur, eò quod sua luce fucum eis abstergit, & existimationi derogat, qua illi nihil antiquius habent. Adhuc germanis etiam Christi discipulis & Euangelij professoribus interdum obscura, & sæpè acerbior esse videtur. Est hodie vtrunque nimium frequens, vt electi errent in ijs, quæ ipsis notissima esse debebant: & insuper de suis doctoribus iniquè iudicent, quando aduersarios illorum libertate & acrimonia offensos esse audiunt. Tunc enim ipsi etiam illos reprehendere incipiunt, quasi multa dicant, quæ præstaret non attingere. Multi etiam eò vsq; progrediuntur, vt illos omnium turbarum atq; calamitatum, quibus orbis terrarum infestatur, auctores esse clament. Sed non debent ista, aliquem mouere. Quid enim mirum, si Verbi Dei libertate offendatur mundus, qui ipso Christo teste, Spiritum veritatis non potest accipere? Et cur à nobis requiritur, vt nos & nostram doctrinam omnibus approbemus, quando hoc ne Filius Dei quidem præstare potuit? Audiamus potius hunc discipulis respondentem, in qua responsione duo potissimum agit.

Ioan. 14.

Phariseorum
offensa nemo
mouetur.

Primò docet disertè & grauitè quod modo diximus: Nimirum non aliquam istorum rationem haberi debere, vt eorū offensa quisquam moueatur. Omnis plantatio (inquit) quam non plantauit Pater ille meus cœlestis, eradicabitur. Plantationem non à Patre cœlesti plantatam dicit reprobos, qui neq; fidei normam ab illo traditam, neq; ab eo præscriptum vitæ genus sequuntur. Etenim Pater ille cœlestis suos in IESU CHRISTO elegit, priusquàm mundus hic conderetur & eosdem suo tempore vocat & illi per fidem inserit, vt suo Spiritu plantati & Verbi riuus rigati, in ipso adolescant, & fructus ferant, quibus ipse glorificetur. Et hi sunt arbores illæ, de quibus in Psalmis canitur: Qui Lege Domini delectatur, & hanc medicatur dies noctesq; erit veluti arbor iuxta fluentia aquarum, quæ fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non marcescit. Item, iustus vt palma germinabit, tanquam cedrus in Libano succrescet cum augmento: Plantati in domo Iehouæ in atrijs Dei nostri florebut: Etiam in senectute germinabunt, pingues & virides erunt. E contra verò Satan quoq; suos plantat, homines reprobos & à veri Dei cognitione atq; fide alienos, quos alibi Christus zizanijs confert, quæ hostis ille bono semini interfert vt in agro Domini, id est, in Ecclesia ad tempus locum habeant, & succrescant, & ijdem non durant, sed sunt laurus illa frondosa, quæ ramos quidem

Ephes. 1.

Psal. 1. 92.

Matth. 13.

quidem

quidem diffundit, sed quia radices non egit in Christo, subito marcescit, & extirpatur funditus, ut ne locus quidem eius possit inueniri. Argumentum Christi, quod hinc petit, eiusmodi est. Qui verè fideles & germani filij Dei sunt, non moueri debent reprobatorum & hypocritarum iudicijs, sermonibus, exemplis & successibus. Ratio, quia quæ non ex Deo sunt, caduca & fluxa sunt: qualescunq; ergo isti videantur, & utcumq; sese ostendent sanctitatis fuce ac splendore, eradicabuntur: At qui tales omnino sunt Pharisei & Scribæ: Ergo non moueamini eorum offensa & cæco iudicio, quo meam doctrinam atq; discipulos temere damnant. Ad minoris confirmationem facit, quod ex historijs constat, Deum nuspiam instituisse Scribarum ordinem, qui tunc erat: multò minus Phariseos & Sadducæos, sed hos ex Schola illa Græca siue ethnica originem duxisse, quam Iason summus Sacerdos à Seleuco constitutus, contra Legem Dei Ierosolymę instituit, & Phariseos quidem Stoicorum, Sadducæos autem Epicuræorum germina siue plantas fuisse. Itaq; etsi ad tempus floruerint, & penes Phariseos summa esset tam in Repub. quàm Ecclesia authoritas, tamen eradicati sunt.

Psal. 37.

1. Mach. 1.

2. Mach. 4.

Debet hoc Christi argumentum ad nostra quoq; tempora transferri. Etenim nouissimo seculo multa in Ecclesia plantauit Satan contra Dei Verbum, & inter alia Sacerdotes siue Sacrificos introduxit, & postea monachorū ordines diuersos, vestitu & ritibus atq; moribus distinctos, qui diu in Ecclesia dominati sunt, & adhuc multis in locis dominantur. Offenduntur hi vāhementer Euangelij doctrina, & indignissimè factum existimant, si per hanc libertas Christiana in cibis & conuiugio reducatur, si feriæ ab hominibus institutæ aboleantur, si imagines & altaia ex templis auferantur, Purgatoriij ignis Alchymia cum suis imposturis detegatur, sacra pro defunctis tollantur, & à Christianis principibus in ordinem redigatur pseudoclerus ille, qui seculis aliquot sub ementito Apostolicæ successione prætextu regnum sibi vsurpauit terrenum, & sub castitatis aut cœlibatus velo libidinis vagis omnes propè familias polluerunt, religionem deniq; omnem sibi quaestum fecerunt. Sed neminem illorum querelæ aut murmura moueant. Nec enim sunt à Patre cœlesti plantati, sed ab eo, qui uiuentibus adhuc Apostolis Corinthiorum Ecclesiam in Cephistas, Paulinos & Apollonianos scidit, de quibus quid Paulus scripserit, satis notum est. Eradicabuntur ergo, & uti principum atq; Regum quorundam fauore adhuc iuuentur, non tamen euadent, quò minus æternus Dei Filius, qui Antichristum iam annis aliquot spiritu oris sui iugulauit, eundem cum omnibus suis membris aboleat.

Vt hoc nostro seculg seruiat.

1. Cor. 1.

Faciamus ergo, quod altera suæ responsionis parte Dominus iubet. Omittite (inquit) eos, id est, discedite ab eis, ne quid cum illorum doctrina aut vita siue morum exemplo commune habeatis. Et huius mandati rationem adducit: Sunt duces cæci cæcorum. Duces vocat, eò quod tales dici & haberi vellent tam in Repub. quàm in religione, & in primis ad Phariseos pertinet quod Paulus scribit: Confidis te ducem esse cæcorum, lucem eorum qui sunt in tenebris, eruditorem insipientium, magistrum infantium, &c. At quemadmodum in religione ignari erant Veritatis, & ne prima quidem rudimenta tenebant (sicuti Nicodemi exemplo probatur) ita in Republica etiam turbulenti erant, & seditiones quotidie mouebant, & sui similes faciebant discipulos. Sed si cæcus cæco præierit (inquit Dominus) quid aliud fiat, quàm quod ambo cadant in foueam? Impletum hoc in Iudæis quoad præfens seculum, & ea quæ ad salutem æternam faciunt. Etenim infelici Iudeorum genti persuaserunt, non posse salutem manere ipsorum Rempub. nisi Christo extincto. Si sinamus eum (inquit Caiaphas) omnes credent ei, venientq; Romani, & delebunt tum locum nostrum tum gentem. Persuaserunt item populo, ut eundem Pilato traderent, illi præferrent latronem Barrabam, & seditionis clamoribus illum ad

Falsi doctores omittendi.

Rom. 2.

Ioan. 9.

Ioan. 11. 19.

Luc. 23.

B

crucem deposcerent. At ita seipfos & gentem totam in exitij foueam adduxerunt. Hæc enim causa fuit præcipua, qua Deus ad iustam iram accensus, Romanos eis immisit, qui terra tota miserabiliter vastata, vrbe euerfa & templo destructo, multis item millibus horribiliter cæsis, infelices reliquias in totum orbem disperferunt, & durat iam annis amplius mille quingentis illorum calamitas, vt cum Ænea dicere possint: Quæ regio in terris nostri non plena laboris? Quoad animas verò, miseri adhuc Rabbīnorum suorum traditionibus atque commentis excæcati ad inferos properant, & cum suis ducibus in damnationis sempiternæ barathrum præcipitantur.

Inter Christianos
nos idem quod
Iudæis factum.

Vtinam verò in Iudæis solis hæc Christi sententia locum habuisset, & non ad Christianos quoque suum rigorem extendisset. Enimuero postquam in Ecclesia locus datus fuit philosophiæ veteri ethnicorum, & in Scholis pro Christo & huius Apostolis atque Prophetis audita sunt Platonis, Aristotelis, Auerrois & similium nomina, perinde vt olim inter Iudæos factum fuit, Christiani homines in sectas scissi sunt, & horribiles tenebræ omnium mentes occuparunt, vt plerique neque seipfos, neque Deum & eius bonitatem, neque Christi meritum agnouerint, & per infinitas ambages à cæcis magistris circumducti, cum iisdem in foueas & Labirynthos superstitionum inciderint. Quid verò mali dent in Repub. duces illi cæci, quos ferè summi Pontifices in Regum aulas submittere solent, suos nimirum à latere legatos, seculorum aliquot exempla docent, & hodie iisdem præcipui turbarum, seditionum & bellorum tam ciuiliū quam exterorū authores sunt. Ab illis ergo sibi caueant, qui in pace cupiunt viuere. De hoc autem diligentius cogitent, qui se coram Deo excusatos dicunt, si simpliciter credant, suis doctoribus, & eorundem vestigia sequantur: hos enim Deo rationem reddituros esse, si quos seducant. Nam etsi maior sit horum culpa, qui alios in errorem abducunt, attamen Christianorum hominum est, non cuius spiritui credere, sed probare spiritus, num ex Deo sint. Oues meæ (ait Christus) vocem meam audiunt, & sequuntur me: Alienum autem nequaquam sequentur, sed fugient ab eo, quia non norunt vocem alienorum. Et Paulus olim scribebat: Omnia probate, quod bonum fuerit tenete. Nec est quod de difficultate aliqua hic quætemur. Nam qui principijs Christianæ fidei & religionis, quæ in Decalogo, Symbolo Apostolico & Oratione Dominica habentur, insistent, & ad illa ceu Lydium lapidem doctrinas examinant, mox videbunt, num illis cōsentiant, aut ab eis discrepent. Deinde discant ex hoc loco suum scelus agnoscere tyranni, qui suæ fidei commisso populo seductores aut cæcos duces præficiunt, & vt hos ille sequatur, violenter cogunt. Quid enim hi aliud faciunt, quàm quod inuitos ad exitium trahunt, & in miserorū corpora ferro & igne sæuiunt, vt eorundem animas quoque malè perdant. Ferent illi graue iudicium, quando suorum sanguinem & animas Deus ex manibus ipsorum requiret. Agnoscant ergo felicitatem suam omnes, quibus fidos veritatis doctores dat Deus, & simul pios principes excitat, qui Ecclesiæ nutritij & veræ fidei propugnatores sunt. Itaque quicumque sub talibus viuunt, sese his & Deo Patri gratos præbeant, & relictis cæcis ducibus verè bonū illum pastorem sequantur, æternum Dei Filium, IESVM CHRISTVM, qui solus est via, veritas & vita. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

1. Ioan. 4.
Ioan. 10.
1. Theff. 5.

H O M I L I A C X C V I I I.

Respondens autem Petrus dixit ei: Ediffere nobis parabolam istam. IESVS autem dixit: Adhuc & vos sine intelligentia estis? Nondum intelligitis quicquid ingreditur in os, in ventrem cadere, & in latrinam eijci? Quæ autem proficiuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa polluunt hominem. Nam ex corde

corde egrediuntur cogitationes male, cædes, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, obtrusiones. Hæc sunt quæ polluunt hominem: illorum autem manibus vesci, non polluit hominem.

DEus in Lege frequenter vrget & repetit dictum hoc: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Consentit huic, quod Paulus Apostolus scribit: Sectemini sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. At hic diligenti studio opus est, vt teneamus, quæ illa sint quæ hominem polluunt, & vicissim in quo sanctificatio nostra consistat. Nam vt olim plerique Iudæorum quod verum Legis sensum ignorarent, sese esu & contactu inquinari arbitrabantur, è contra verò purificationem in externis sacris, sanguinis aspersione & crebris ablutionibus quærebant: Ira hodie multi, qui reliquis sanctiores haberi volunt, diligenter cauent, ne quid humanis traditionibus vetitum comedant, ne contra suæ sectæ regulam coniugium cõtrahant, aut vestem mutant, interim crebris Psalmody, suffitibus, aquæ benedictæ aspersione & preculis absq; sensu demurmuratis vacent. Est ergo hodie etiam non minus quàm olim necessaria Christi doctrina, qui nuper in genere docuit, quibus polluantur homines, in præsentem verò hoc ipsum diligentius explicat, & rem omnem luculentissimè comprehendit.

Rursus autem occasio huius explicationis præmittitur, quam discipuli præbuerunt. Dixerat Dominus, nihil quod per os ingreditur, hominem polluit, &c. Id non intelligunt discipuli, & parabolam siue proverbium obscurius dictum appellant, & apertius exponi cupiunt: Quod vt fiat, omnium nomine Petrus rogat. Apparet hinc ingenij humani tarditas atq; ignorantia, & quam verè Apostolus dixerit, hominem animale non percipere ea quæ sunt Spiritus Dei. Etenim nihil erat in hoc dicto, quod obscurum videri deberet ijs, qui sciebant hinc de esu agi, & controuersiam esse de eo, Num polluitur, qui manibus illotis ad mensam accumbit: Attamè hærent discipuli, nec quid sibi velit Christus, intelligunt. Idem Dauidi accidisse legimus quoad parabolam, qua adulterium recens commissum illi exprobrabat Nathan. Et huius generis multa frequenter fiunt, eò quod ferè vel opinionibus ante conceptis, præoccupati sumus, vel affectu aliquo prauo impedimur, qui nos non sinit cogitare de ijs, quæ quàm maximè ad nos pertinent. Quapropter non satis est si verbum Dei ex Scripturis populo recitetur, sed insuper interpretatione est opus, qua quæ obscuriora videri possunt, explicentur, & omnia pro ratione presentis loci & temporis auditoribus applicentur, vt eorum institutioni & consolationi seruiant. Ita olim Prophetæ Legis interpretes fuerunt, & hunc morem docendi in Ecclesia proprio exemplo Christus confirmauit, sicuti supra Capite 5. vidimus. Apostolus item doctorem eiusmodi requirit, qui Verbum Domini rectè secare, id est, auditorum captui & institutioni accommodare noxat.

Debet etiam Petrus obseruari, qui vbi alibi alijs feruentior fuit, ita hinc quoq; hominis ingenui & Veritatis auidi exemplum nobis exhibet. Nec enim pudet ipsum suæ ignorantia, quam hac postulatione mauult fateri, quàm Veritatem diutius ignorare. Non ergo eorum similis est, qui ne quid nescire videantur, interpretationes ex suo sensu fingunt, & semel conceptas mordicus tenent, atque alijs etiam obtrudere conantur. Est hoc hominum genus Ecclesiæ perniciosissimum. Itaq; Petrum imitentur, qui serio Veritatis cognoscendæ studio flagrant, & vt hic ipsum Christum conuenit, & ab eo edoceri cupit, ita nos quoq; hunc vnum audiamus, qui nobis à Deo Patre sapientia factus est, neq; spe sua eos frustratur, qui ex ipso discere volunt, quæ cognitu sunt necessaria.

Exemplum huius in præsentem habemus. Etenim facilem se præbet Dominus, et absq; mora respondet Petro, ita tamen, vt discipulorum ignorantiam, corripiat, di-

Leuit. 11.
20. &c.
Hebr. 12.

Occasio huius
doctrinae.

1. Cor. 13.

2. Sam. 12.

2. Tim. 2.

Petri ingenuitas & studiū.

Christus discipulorum ignorantiam corripit.

Marc. 8.

Matth. 23.

Isa. 30.
Amos 2.
Mich. 3.Purificatio in
cordis puritate
consistit.Deut. 10. 30.
Ierem. 4.Matth. 5.
Psalm. 50.Cor fide purifi-
catur.

Acto. 15.

1. Ioan. 1.

cens; Adhuc & vos sine intelligentia estis: Quasi diceret: Vos ne, quos ego tanto tempore mecum habui, familiariter institui, arcanorum omnium, quae à Patre accepi, conscios feci, ut aliquando orbis totius doctores sitis, adhuc ignari & rudes estis eorum quae scire oportebat: Simili increpatione alibi quoque erga eos usus est, quando eos propter prohibitum fermentum Phariseorum sollicitos inter se discipulare animaduertit. Quid (inquit) disceptatis, quod panes non habetis? Nondum animum aduertitis, nec intelligitis? adhuc callo obductum habetis cor vestrum? Quibus exemplis docemur, non excusari per ignorantiam eos, qui Verbum Dei diu audiuerunt, interim verò oblati discendi ac proficiendi occasionibus non videntur. Sunt hi ex eorum numero, qui quod habent non habere dicuntur, & ideo illud amittunt. Vult enim Deus nos in Veritate proficere, et in omnem occasionem intentos esse. Fuit ergo reprehensione dignissima securitas illa & oscitantia, qua hic discipuli peccarunt, & qua hodie vulgò peccatur. Quales verò censerentur, qui non modò oscitantes & securi nimis sunt, sed insuper institutionem oderunt, & ad monitiones quoque rejiciunt: quales olim prophetarum tempore fuerunt, qui Dei seruis dicebant: Ne rideatis, ne contemmini nobis plana, loquimini nobis blanda, &c. Audiuntur eiusmodi voces hodie passim. Sed sentient illi olim magno suo malo quid sit ad Dei verbum aures obturare, quando inter tentationes grauissimas fame illa multabuntur, quam contemptoribus suis ille minatur. Vide Amos 8. capite. Porro Dominum nostrum Iesum Christum audiamus, qui dictum illud suum repetit, cuius partes duae sunt, utramque autem non modò interpretatur, sed rationibus quoque & argumentis solidissimis confirmat.

Priori Scribas ac Phariseos amplius confutat, & in genere docet, hominem nullo cibo (nimirum cum gratiarum actione & temperanter sumpto, ut nuper monuimus) pollui aut inquinari. Id probat ratione, quam apud Marcum luculentius expressit, dicens: Nam quod extrinsecus in hominem ingreditur non introit in cor ipsius, sed in secessum exit, & ita eicitur ac expurgatur. Docet ergo hic locus, purificationem hominis non in externis consistere, sed in eo, ut cor nobis purum & mundum sit. Etenim ea sola polluere possunt, quae in cor penetrant, vicissim ipsi etiam soli homo purificatur, quae ad cor usque pertingunt. Idem olim per Moysen Deus in Lege monuit. Nam etsi praeter Circumcisionem veram purificationis symbolum, multos alios ritus purgationis tradidisset, tamen postremo hoc vrget, ut corda sua circumcidant. Et Prophetas idem sensisse, ex Ieremia apparet, qui dicebat. Circumcidamini Domino, & auferte praeputia cordis vestri, &c. Nec obscura est huius praecipitatio. Quia enim cor omnium hominis cogitationum, consiliorum, studiorum atque actionum fons est, nihil ex illo purum emanare poterit, nisi probe repurgetur. Ideo supra etiam dixit Dominus: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. David quoque hoc recte intelligens precabatur: Cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et idem precari debet quotquot verè purificari cupiunt. Quod si quaeras, qua ratione, aut quo medio cor purgetur? Nihil est eorum, quae extrinsecus homini adhibentur, aut etiam in eum ingrediuntur, quod in cor ipsius penetret; & proinde nihil illorum hoc purificare potest. Solius Spiritus Dei hoc opus est, qui vera Christi cognitione & fide corda illuminat, qua deinde purificantur. Docet hoc Petrus, quando in celebri illa Ierosolymitana Synodo de gentium vocatione differens, inter alia ait: Deus qui nouit corda, reddidit eis testimonium, dato ipsis Spiritu Sancto, sicut & nobis: nihilque discreuit inter nos & illos, fide purificatis cordibus illorum. Fides ergo medium illud est, quo purificamur, quia per hanc Christus apprehenditur, cuius sanguis nos emundat ab omni peccato. Nam ut nostram immunditatem in se receptam expiauit, ita vicissim in ipsum credentibus suam sanctimoniam communikat. Ideo iam mortem aditurus de discipulis & omnibus horum praedicationi crediturus

Patet

Patri dicebat: Ego pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati per veritatem. Idem in se credentes ex Verbi sui semine regenerat in Dei filios, adeoq; novos homines facit, in quibus ipse viuut & agit suo Spiritu. Quò Paulus respiciens, de seipso scribebat: Viuo non amplius ego, sed viuut in me Christus, & vitam quam nunc viuo in carne, in fide viuut Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Quia ergo credentibus non modò iustitia & sanctitas Christi imputatur propter fidem, sed eundem intra se viuentem habent, atq; eius Spiritu animantur, fieri non potest, quin cordibus ipsorum atque conscientijs per fidem illam purificatis, etiam ipsi verè mundi atq; puri sint, & iisdem omnia quoq; pura atq; licita sint, neq; vllis externis actionibus siue cibis polluantur. Nam quicquid faciunt (sicuti Apostolus monet) sermone aut facto, illud omne in nomine IESV & ex animo sincero faciunt, tanquam Domino, gratias agentes Deo & Patri per eum. Ideo iisdem cibi omnes sanctificati sunt, adeo vt quoad suam conscientiam, ex ijs etiam vesci possint, quæ idolis immolata sunt, si non scandalum aliunde offeratur, vt aliorum ratio habenda sit, qui ipsorum libertate offendi poterant. Vide 1. Cor. 10.

Rursus ergo hic validissimè confutantur superstiosæ de ciborum delectu & ieiunijs papisticis traditiones. Nam vt idem Apostolus ait, esca nos non commendat Deo; neq; si vescamur, abundantiores sumus; neq; si non vescamur, egentiores reddimur. Et regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. Ne quis ergo alium iudicet ob cibum & potum, nèue audiamus temerarios illos, qui Christianis audent dicere, Ne attigeris, ne gustaris, neq; contrectaueris. Sunt enim hæ peregrinæ, imò dæmoniorum doctrinæ sunt, vt nuper diximus. Bonum autem est gratia constabiliri cor, non cibus, quibus (vt rursus Apostoli verbis vtamur) non sunt adiuti, qui in ipsis versati sunt. Quòd si qui obijciant, Ecclesiam has leges statuissè, non quòd cibos aliquos per se immundos & illicitos putarit, sed disciplinæ ergò, vt licentiam quorundam frænaret, & carni lasciuienti libidinis fomenta aut irritamenta subduceret. Ideo Christianorum esse, Ecclesiæ statutis obedire. Ad ista primò respondemus, nos non agnoscere aliam Ecclesiam, quàm eam, cui in Psalmis dicitur: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, obliuiscere populi tui, &c. quæ (inquam) leges non dat, sed à sponso suo IESV CHRISTO accipit: vt pote ex veris ouibus constans, quæ solius pastoris sui vocem audiunt & sequuntur. Non possumus ergo eam sequi aut colere, in qua voces alienæ sonant, & à Christi voce dissonantes. Deinde si disciplinæ ergò hæc decreuit Ecclesia, cur ipsi magnam partem diuini cultus in ieiunijs illis pharisaicis cõstituant? cur in eis meritum salutis statuunt? cur istis decretis conscientias obstringunt? cur propter esum homines Christianos iudicant? cur hæreseos condemnant? cur grauius animaduertunt in eos, qui vetito die carnis frustulum degustarunt, oua aut lactarium aliquod comederunt, quàm in adulteros, vsurarios, periuros, homicidas deniq;? Imò si carnis licentiam coercere, & libidinis æstuantis feruorem restringere volunt, cur per ipsos licet vino nimio inebriari, & ferculis lautissimis atq; aromatum calidissimorum exquisito apparatu feruentibus tunc stomachum facere & viscera omnia accendere, quando ieiunijs quàm maximè vacare videri volunt? Ad ista respondeat, & sua illa decreta Verbi Dei autoritate tueantur, aut Ecclesiæ molesti esse desinant.

Cæterum non satis esse debet Christianis hominibus, libertatem suam tenere contra superstiosos fidei & conscientie dominatores, nisi simul caueant, ne libertas in licentiam carnis degeneret, sed vt sollicitè ab ijs abstineant, quibus homo totus polluitur ac prophanatur. Idcirco altera parte de his quoq; Christus admonet, dicens: Quæ autè proficiuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa pollunt hominem. Et mox quæ illa sint, docet: Nam ex corde egrediuntur cogitationes

malæ, cedes, adulteria, scortatio, &c. Vbi dicat quis, qua ratione homo ijs polluit possit, quæ ab eo exeunt: Nam si egrediuntur, utiq; ab illis homo purgatur. Sed exire dicuntur ex corde vitia, non quòd locum in corde deinceps nullum habeant, sed quòd tanquã ex perenni fonte, ex vitiosis & illicitis affectibus cordis promanant, & sic de eius impuritate indicium præbent. Vt enim ex cordis abundantia os loquitur, sic eiusdem impuritas in reliquis etiam membris, tanquam peccati organis sese exerit: quod ne fiat, Apostolus quoq; prohibet. Rom. 5.

Catalogus eorum quæ polluunt hominẽ.

1. Psalm. 51.

Gene. 8.

Iacob. 1.

Psalm. 119.

2.

Num. 35.

Isa. 1.

3.

1. Cor. 6.

4.

5.

Prover. 6.

6.

Ecli. 10.

7.

Humana natura vitiositas.

8.

1. Cor. 6.

9.

Apoc. 22. 21.

10.

Matth. 16.

11.

Coloss. 3.

12.

1. Cor. 5.

13.

Interim docet Catalogus iste, à quibus abstinere debeant, qui prophani & immundi haberi nolunt. Primus locus malis cogitationibus tribuitur, à quibus nemo immunis est. Quia enim in peccato concipimur & nascimur, natura peccatores sumus, & Deo teste figmenta cordis nostri praua sunt ab ineunte ætate. Hic ergo caueant sibi Christiani homines, ne cogitationibus indulgendo cupiditati prauæ formata subministrant, quæ peccatum concipiat & pariat, vt alibi ex Iacobi epistola dictum est. Semper ergo meminerimus Dauidici illius: Averte oculos, ne videant vanitatem. Deinde cædes nominat, sub quibus omnem sanguinis innocentis effusionem intelligit, qua non hominem modò, sed terram ipsam prophanari, Deus per Mosem docet. Quid, quòd idem preces abominatur, si manus sanguine madentes ad ipsum extendamus? Tertio adulteria & scortationem ponit, quæ omnes libidinis vitia species comprehendunt. Merito autem hic recensentur, quando (vt Paulus scribit) qui scortantur, in proprium corpus peccant, & templum Spiritus Sancti polluant, & simul extrema contumelia eorum personas afficiunt, quibus ad libidinem suam abutuntur. Quarto furorum meminit, ad quæ rapinæ etiam, vsuræ & omnes ex alieno ditescendi rationes iniustæ referri debent. Quinto falsa testimonia numerantur, quibus proximo iniuria fit sub iuris prætextu, & ideo falsum testem Deo exosum esse, Solomon dicit. His subtexit obtrectationes & calumnias, quibus nihil iniquius, nihil turpius & illiberalius esse, philosophi quoq; intellexerunt. Apud Marcum species plures adduntur, auaritiæ nimirum aut omnis generis cupiditates immodicæ, scelera manifesta qualiacunq; doli & fraudes, proteruitia vel nequitia, oculus malus siue inuidia, quæ aliorum felicitatem non sinit rectis oculis intueri: superbia item, quam peccati principium Sirachides dicit: & amentia, quæ Dei immemores facit, & mentes à seriâ cœlestiũ meditatione auocat. Et his infert, Omnia hæc scelera intus exeunt, & polluunt hominem. In præsentem autem causam, de qua agitur, catalogum hunc applicans ait: Hæc sunt, quæ polluunt hominem: illotis autem manibus vesci, non polluit hominem.

Habetur hoc loco euidentis & irrefragabile vitiositatis nostræ & corruptæ naturæ testimoniũ, cui remediũ aliunde accedere oportet. Nisi enim regeneretur homo, ex sui cordis thesauro non alia depromere poterit, quàm quæ hic enumerantur. Regeneramur autem (vt paulò ante diximus) per fidem in Christum, quæ huic nos inferit, qui solus est medicus & seruator, qui naturam corruptam instaurat. Interim discant de his omnibus diligentius cogitare, qui sibiipsis inter peccata delicias faciunt, & illa mirifice extenuant. At cum cogitationes malæ hominẽ polluant, quid de cupiditatibus, de dictis obscœnis, minacibus impudicis aut scandali plenis, de factis item iniquis & illicitis dicemus? Qui his vacant, ij impuri & immundi sunt, et ideo eos à regno Dei excludit Scriptura, atq; seruit eis, quod in Apocalypsi dicitur: Foris canes & venefici & scortatores, & homicide, & idololatræ, & quisquis amat & committit mendaciũ. Ideo ne ista in nobis dominantur, nos ipsos abnegare, carnem mortificare & hominẽ nouũ induere iubemur. Ne ergo leuiter de illis iudicemus. Qui verò his se pollutos sentiunt, respiciant, & ad IESVM CHRISTVM cõuersi, hunc verã & constanti fide apprehendant, qui sese pro nobis sanctificauit, vt nos in ipso iustitia Dei efficeremur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Egressus illinc Iesus recessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamavit dicens: Miserere mei Domine, fili David: filia mea malè à dæmonio vexatur. Ille verò non respondit ei quicquam. Tunc accedentes discipuli eius rogarunt eum, dicentes: Dimitte eam: nam clamat post nos. Ipse verò respondens dixit: Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel. Illa autem venit & adoravit eum, dicens: Domine, succurre mihi. Ipse verò respondens dixit: Non est bonum accipere panem liberorum, & obijcere catellis. Ipsa autem dixit: Etiam Domine: etenim catelli vescuntur micis, quæ cadunt è mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus dixit eis: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi vt vis. Et sanata fuit filia eius ab eo momento.

Quoniam Iudæis in æternæ salutis negotio potissimum nocuit, quòd patrum traditionibus addicti, se per externas ceremonias iustificari & seruari posse, & proinde sibi alio Seruatore nequaquam opus esse arbitrabantur nuper Dominus noster IESVS CHRISTVS grauius docuit, externis Deum coli non posse, salutem verò omnem in cordis puritate consistere, quæ nobis per solam fidem in ipsum contingit. Quia verò illi doctrina ista offensi sunt, nimirum quòd sui priuati commodi & honoris ergò traditiones maiorum suorum Verbo Dei præferrent, nunc relictis illis in fines Tyri ac Sidonis secedit, & hac secessione docet, quid omnes maneat, qui vt mundo placeant, & existimationi aut quæsti suo consulant, in tenebris errare malunt, quàm in luce ambulare, & Deo in fide pura seruire. Transfertur ab illis regnum Dei ad alios: quod Iudæis euentum, Prophetæ omnes olim prædixerant, & ipse Dominus nunc hoc suo factò testatur. Debemus autem hoc exemplum nobis applicare, quibus ab humanarum traditionum iugo liberatis sese per Euangelium hodie offert. Quia enim sui semper similis est, similiter ab omnibus discedet, qui vt mundo placere possint, ad superstitiones redeunt. At ne quis Iudæorum incredulitatem Christo derogauisse putet, sequitur modò, quid de illo factum sit, cum in partes Tyri Sidonis venisset.

Quo loco Marcus annotauit illum in domum quandam ingressum, noluisse vt quis suum in illas partes aduentum rescisceret: nimirum quòd nondum venisset tempus illud præfinitum, quo gentes publicè ad regni Dei societatem vocari debent. Veruntamen latere diutius non potuit. Est enim Sol iustitiæ & Lux mundi: Vt ergo Sol exoriens luce sua seipsum prodat, quam ne nubes quidem omnino occultare possunt: ita Christus quocumq; venit, per Euangelium suum electis innotescit, neq; aliquid ob stare potest, quo minus illius saluifica virtute aliqui fruantur. Exemplum huius rei in præsentem mulier Chananæa exhibet, cuius fides admiratione digna Iudæorum contumaciæ opponitur, vt hoc ceu pro ludig adumbraretur, quanto cum seruiore gentes Christum à Iudæis rejectum essent amplexuræ. Quia verò exemplum hoc imitari oportet omnes, qui illo Seruatore vti volunt, proderit singulas huius historia partes considerare: Quæ nimirum fuerit, & quid fecerit? Qualem se in initio erga eam Christus præbuerit? Quam inuicta fidei constantia vicissim illa ipsum quodammodo superarit? Quam deniq; laudè atq; fructum ex sua fide retulerit?

Quoad mulierem, gente Chananæa fuit, ex eorum reliquijs, quos olim excindere iussit Dominus. Marcus Syrophœnissam dicit, quòd in ea Phœniciæ parte habitaret, quæ proximè Syriam attingebat. Addit, Græcam fuisse, quòd tunc commune nomen erat omnium, qui non pertinebant ad censum populi Dei. Et ista omnia commemorantur, vt eò illustrior sit eius fides. Habuit autem filiulam, quæ à dæmonio obsessam miserè vexabatur. Itaq; cum Christum venisse rescuisset, de cuius miraa

Christus à contumacibus discedit.

Matth. 21.

Christus nõ p̄ testatere. Mala. 4. Ioan. 8.

Chananæa contumax.

culis prius multa audierat, illum conuenit, clamans: Misere mei Domine, Fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur.

Exemplum di-
lectionis ma-
ternæ.

Præbet ergo primò charitatis maternæ exemplum. Quia enim dicit, Misere mei: non obscure exprimit animi dolorem, quo perinde afficiebatur, ac si ipsa à dæmone isto torqueretur. Debēt hoc parentes ex se natis liberis secundum Legem naturæ, quæ σοφία sive affectiones istas omnium cordibus insculpsit, ad eò vt nulla gens tam barbara, tam immanis aut sæua fuerit, quæ non detestata sit Nerones, Medeas, Thyestas, tanquam naturæ monstra. Et Paulus ex communi sensu argumentum petijt, quando eum, qui suis non prospicit, fidem abnegauisse, & infideli deteriorem esse scribit. Præcipua autem parentibus cura hæc esse debet, vt suos liberos à dæmonijs liberari curent. Habent hæc locum in nobis propter peccatum, in quo omnes concipimur & nascimur: quæ causa est, vt fragmenta cordis humani praua sint ab ineunte ætate. Quia verò Christus semen illud promissum est, cuius virtute & merito Serpentis veteris, id est, diaboli caput conculcatur, ne nobis dominari possit, illi consecrari debent paruuli: quod ipse disertè monet, quando discipulis dicebat: Sinite puerulos ad me venire, &c. Id olim fiebat per Circumcisionem, qua in fœderis cum Deo societatem recipiebantur. In cuius locum cum Baptismus successerit, hodie baptizari debent, vt Ecclesiæ ciues sive membra fiant. Accedat deinde cum ætate institutio in Lege Dei & vera fide: de quo Deus diligenter & grauitè admonet per Mosè. Et quia hanc ferè non libenter admittunt pueri, eò quod teste Solomone, stultitia in corde ipsorum colligata sit, eam ferula expelli oportet. Iubet hoc Apostolus, quando parentibus præcipit, vt liberos suos enutrient in eruditione ac monitis Domini. At quia ista ferè negliguntur hodie, non mirum est, si plerique ab ipsa pueritia mali dæmonis ipsos miserè exagitantis indicia præbent.

1. Tim. 1.

Matth. 19.
Gen. 17.

Deut. 6.
Psalm. 78.
Prouer. 22.
Ephes. 6.

Exempli fidei.

At non minus fidei quoq; veræ exemplum in hac Chananzæ proponitur. Huius specimina sunt: Primum, quòd neq; ad Deos gentium confugit, neq; ad artes siue media illicita conuertitur, qualia sunt, Exorcismi & adiurationes dæmoniorum, quos nuspiam præcepit Deus, sæpe autem vetuit, sed apud Christum opem petit, de cuius virtute (vt paulò ante diximus) multa audierat, & quem procul dubio ex operibus pro Deo vero & æterno agnoscebat. Deinde, quòd eundem vocat Filium Davidis, id est, promissum humani generis Seruatorem: quem ex Davidis prosapia expectari, non poterat ignorare. Deniq; quòd nullum suum meritum allegat, aut pollicetur, sed eius misericordiam gratuitam implorat, simpliciter clamans: Misere mei, &c. Iisdem officijs siue operibus fidem suam publicè testatur, qui unq; ea gloriari solent. In omni necessitate ad vnum verum Deum confugiant per IESVM CHRISTVM, quem ille nobis Mediatorem dedit. Hunc agnoscant verum illum Davidis filium esse, cui dictum est: Sede à dextris mihi, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Per hunc solum enim venit ad Patrem, & idem gloriam suam dat nemini. In eius autem conspectu humiliati, non aliquid nostrum meritum allegemus (quòd reuera nullum est, cum ex nobis ipsis ne ad cogitandum quidem idonei simus, neq; aliquid habeamus, quòd non acceperimus) sed in misericordia illius omnem salutis spem colloremus, &c.

Psalm. 110.
Ioan. 14.
Isa. 42.

Christus diffi-
lem se præbet.
Chananzæ,
Matth. 11.
Ioan. 6. 7. 4.

Porro videamus, qualem se mulieri isti Christus præbuerit. Non respondit ei quicquam. Fuit hoc planè nouum & insolens. Etenim alibi omnes qui laborant & onerati sunt, sitientes item, & esurientes omnes ad se vocat. Et hucusq; neminem reiecerat. Quid quòd Samaritidem ipse inuitat, & cum ea colloquendi occasionem vxnatur? Istam verò surda aure negligit, & ne responso quidem dignatur. Deinde intercedentibus pro illa discipulis, negat se eius causa venisse. Non sum missus (inquit) nisi ad oues perditas domus Israel. Nimirum quòd promissiones & pacta sa-
lutis ad

lutis ad solos Iudæos olim pertinuerunt (vt Paulus scribit) neq; in hoc venerat, vt ipse gentibus prædicaret, sed vt Circumcisionis esset Apostolus. Ad hæc occurrere voluit errori, quem circa inuocationem & intercessionem Diuorum exoriturū esse præuidebat: ne quis ex hoc loco eius defendendi occasionem captaret: quod hodie nonnulli nimis ridiculè faciunt. Etenim exemplum hoc cum eo quod ipsi faciunt, minimè conuenit. Chananæa enim non aliquem ex mortuis inuocat, sed discipulorum in terris viuentium intercessione utitur: illi cœlites iam olim vita defunctos compellant. Deinde nihil impetrant pro illa intercedentes Apostoli: vt neq; Maria virgo, quando pro nuptijs Cananaicis, vino destitutis, intercessit. Deniq; nullo exemplo confirmari potest inuocatio aut intercessio Diuorum: quando omnes quot quot iam in cœlis beati viuunt vnum Deum inuocarunt per vnum Mediatorem IESVM CHRISTVM, quem suum quoq; Aduocatum dicit dilectus ille discipulus, cui Virgo mater ab illo iam morituro comendata est. Sed omisis his, quæ alterius loci sunt, ad Christum reuertamur, qui cum Chananæa propius accedens & ad eius pedes prostrata (hoc enim etiã adorandi verbo significatur) denuo precaretur, Domine succurre mihi: ipse durius & non absq; conuitij specie illã reijcit, dicens: Non est bonum vel honestum, accipere panem liberorum, & obijcere catellis. Et apud Marcum præmittit, Sine prius saturari liberos. Quasi diceret: Tu rem inhonestam, iniustam, iniquam petis. Filij Dei, quibus panis ille viuificus & saluberrimus debetur, cuius ego promus atq; dispensator sum, imò qui ego ipse sum, sunt Iudæi, qui ex semine Abrahami descendunt. Gentes aliæ omnes canes sunt, & indigni qui in Dei familia censeantur. Quin ergo faceassis hinc, ne filijs obstrepas, quorum tam multa adhuc fame ringuntur?

Vbi non temere quærat aliquis, cur tam difficilem & austum sese præbuerit matre afflictæ, cuius pietas erga filiulam miseram, & egregia in ipsum fides merebatur (si carnis iudicium audias) vt mitius exciperetur, ne suæ gentis hominibus iudicium fieret. At non fecit hoc Dominus, quod suæ bonitatis aut promissionū immemor fuerit, aut affectui alicui indulserit. Sed quia fidem istius publicè comendari, & in hac quasi lucta siue certamine omnibus conspicuam fieri. Deinde ipsi Chananæa proderat, vt fidem suam exerceret, & in Christi amore atq; salutis filiae desiderio magis accederetur. Præterea eò illustrius fuit beneficiū, quod post tot tamq; graues rationes in contrariam partem adductas, illi contulit: vt eius postea non possit vnquam obliuisci. Et hæc causæ sunt, propter quas etiam hodie Dominus sese nobis difficiliorem præbet, & interdum intra conscientias nostras nos duris tentationum grauissimarum certaminibus exercet, priusquam opem optatam ferat. Alio qui suipsius semper similis est, et inexhaustus est bonitatis eius thesaurus siue fons. Difficilior autem videri vult aliquando, vt & nobis consulat priuatim, & nostro exemplo plures alios instituat atq; consoletur.

Itaq; in lucta ista Chananæam imitemur. Hæc Christo tacente non tacet, sed precando pergit, adeo vt discipulis mysterium non intelligentibus molestiam exhibeat. Deinde cum horum intercessionē reijci videret, non propterea desperat, neq; eo exemplo terretur, sed preces ardentius & supplicij gestu repetit. Postremò durius & ignominiosius compellata, non exardescit in iram, vt vicissim conuitietur, aut de cõtumelia sibi facta impotentius queratur, vel vocibus desperabundis omnia compleat: Sed artificiosa concessione argumentum Christi in ipsum retorquet, dicens: Etiam Domine. Quasi diceret: Iam habeo quod volo, & ex tua ore cõuictum teneo. Fateor quod dicis, catella sum, & si quid hac vilius est. At tua catella sum, neque alterius domini esse volo. Liceat ergo mihi per te quod alijs catellis cõceditur. Repunt hi sub mensa dominorum suorum, vt micæ & ossa, quæ ex illa decidunt, colligant. Atqui tanta est tuæ bonitatis vbertas, tam lautus est tuæ mensæ, ad quam

Rom 9. 13.

Ioan. 2.

1. Ioan. 2.

Ioan. 6.

Cur Christus interdū difficultis videri velut

Chananæa constantia in fide.

Gen. 32.

Psal. 117.
147. 51.

Matth. 7.

Psal. 114.
147.

Matth. 8.

Luc. 15.

Effectus fidei.

Rom. 6.

Ioan. 1.

Gen. 3.

Matth. 8.

Ioan. 4.

tuum populum inuitas, apparatus, vt mihi satisfactum putem, si micis modicis frui possim, &c. Hæc & quæcunq; alia in hanc sententiam dici possunt, breui hoc dicto continentur, quo non solum fidei suæ constantiam mulier ista declarat, sed eius exemplo docet insuper Spiritus sanctus, quàm ingeniosos & industrios faciat fides, vt ijs etiam pro nobis vt doceat, quæ Deus ipse contra nos allegare videtur. Et placet hæc industria Deo, qui à nobis vincit vult, vt (quod olim in Iacobo adumbratum fuit) veri Israelitæ, id est, principes aut victores Dei efficiamur. Imitemur ergo hanc Chananæam, & si quando Deus nostri oblitus esse, & preces nostras surdis auribus præterire videtur, non tamen animum despondeamus, sed instauratis fidei viribus illum vrgeamus, nec vereamur clamare: Quousq; obliuisceris nostri Domine? num perpetuò? quousq; faciem tuam à nobis abscondis? Excitare, excitare, & indue robur ô brachium Domini; Excitare vt olim priscis temporibus. Annon tu ille ipse es, qui contudit hostis nostri ferociam & draconem conculcauit? Annon benignitas tua & veritas durant in æternum? Cur ergo nunc mutatus videris? Ita si quando aliorum quoq; imò publicas Ecclesiæ preces, quæ pro nobis sunt. Deus aspernari videtur, id quoq; non terreat nos, sed ipsi in eius conspectum penetremus, & preces sæpe fastiditas & reiectas repetamus. Quòd si conscientia propria nobis obijciat: Non æquum neq; bonum est, vt exaudiaris. Canis es, porcus es, asinus es contumax, ouis perdita es, & hæcenas tuas cupiditates secutus à Dei vijs declinauisti. An nescis Sanctum canibus, & margaritas porcis proijci nõ debere? ne hoc quidem nos à statione deijciat, sed meminerimus, nos qualescunq; simus, Dei tamen canes, porcos, asinos esse, et hunc non hisce modò animalibus, vt rumetiam bestijs immanibus de suo victu prospicere, vulpibus sua lustra, coruorum pullis suam escam præparare. Deniq; pia concessione fateamur nos eos esse, quos nos esse mens propria dicitur, petamus autem, vt pro suis tamen nos agnoscat Deus, & si filiorum nomine nos appellare dedigneretur, saltem (vt filius ille prodigus dicebat) nos mercenariorum loco habeat, aut catellos suos esse sinat, qui micis gratiæ suæ recreare possimus. Hæc si constanti & inuicta fiducia vrgeamus apud Deum, non frustrabimur spe nostra.

Et hæc facit huius historię Catastrophe consolationis plena. Nam Christus Dominus quasi victus respondet: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi vt vis. Primò fidem mulieris commendat à magnitudine. Et sanè magnam & haud vulgarem esse oportuit fidem, quæ toties repulsa non defecit, tot arietibus prostrata non succubuit, & inter tentationes grauisimas victrix fuit. Deinde liberaliter ei largitur quod petebat. Fiat tibi (inquit) vt vis. Plus ergo pollicetur, quàm illa verbis eloqui pauerit. Fit hoc frequenter electis, vt quando ipsi dignis verbis non possunt exprimere animi sui desideria, Spiritus sanctus pro illis postulet suspirijs inenarrabilibus, & Deus benignè ea etiam largiatur, quæ ipsi nesciebant sibi necessaria esse. Apud Marcum addit: Propter istum sermonem abi, exijt dæmonium ex filia tua. De sermone ea loquitur, quem fides constans & inuicta extorserat. Huic ergo totum istud ascribi debet. Nec defuit effectus verbis Christi. Nam sanata fuit filia eius ab eo momento. Sunt ergo verba Christi non otiosa aut inania, sed cum effectu coniuncta. Est enim ipse Verbum illud omnipotens, cuius virtute omnia creata sunt. Neq; obsuit hinc loci distantia, quò minus ipse corpore absens filiam Chananæ huius domi suæ laborantē sanaret. Similis fuit serui Centurionis Capernaïci restitutio, de qua alibi dictum est. Simili etiam ratione & virtute aulici illius filium à morbo liberauit, cuius historiam Ioannes descripsit. Neminem ergo moueant absurdæ de omnipræsencia corporis Christi disputationes, quibus hodie Ecclesiam turbant ambitiosi rixatores, qui cum Maiestatis Christi vindices acerrimi haberi velint, talem fingunt, qui nisi corpore præsens adsit, & in fauces nostras sese corporaliter

raliter ingerat, nos seruare & alere nō possit. Nos eum agnoscamus, qui dilexit nos, & semetipsum pro nobis tradidit, peracto autem in terris nostræ redemptionis negotio, corpus suum in cœlos subuexit, & illic ad dextram Patris sedet, accepta omnī potestate in cœlo & in terra, inde etiam nos tuetur, regit, seruat & alit ad vitam æternam. Ipsī debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen. Galat. 2.

H O M I L I A C C.

Et digressus illinc IESVS venit iuxta mare Galilææ, & cum ascendisset in montem, sedit illic. Tunc adiecit illum turba multa, habens secum claudos, cæcos, mutos, mancos, & alios multos: & abiecerunt eos ad pedes IESV, & sanauit eos: adeo ut turba mirata sit, cum videret mutos loquentes, mancos sanos, claudos ambulantes, cæcos videntes: & glorificauerunt Deum Israelis.

Dominus & Seruator noster Iesus Christus, nuper propter Scribarum & Phariseorum incredulitatem & contumaciam à ludæis secessit in fines Tyri & Sidonis: vbi insigne illud inuictæ & incomparabilis fidei exemplum in muliere Chananæa est æditum: Ostendit autem hac secessione sua, quid ludæos maneat: Nimirum vt ab ingratis & pœnitere nescijs regnum Dei ad gentes transferatur. Quia verò nondum venerat tempus illud fatale, quo gentes promiscuè per Euangelium vocari debebant, narratur hoc loco, vt post non longam moram Christus à Tyrijs & Sidonijs in Galilæam redierit, & illic denuo se ludæis per doctrinam & miracula multa & salutaria manifestarit. Vt item maiori quàm antea populū concursu & applausu exceptus sit. Quo loco primū eius bonitas commemoratur, qui illic etiam vbi contemnitur & reijcitur, non cessat benefacere. deinde diuinæ virtutis & omnipotentia specimen præbet, qua suos vocare potest illic, vbi hostes eius dominantur, adeo quod oues suas cōgregare & seruare inter medios lupos. In populi autem cōcursu discimus, quid eos facere oporteat, quos ille inuisit, & qui illo ad salutem frui cupiunt. Sed præstat singulas huius loci partes inspicere.

Prima Christum proponit, qui à finibus Tyri & Sidonis digressus in Galilæam rediit, non vt latèret, sed vt se rursus propitium & beneficum ludæis sisteret: ideo in montem ascendit, notum videlicet omnibus & quò sæpius se solitus erat recipere: & illic consedit, quasi expectaturus omnes, qui ipsius ope aut consilio vellent uti. Est hinc obseruanda eius bonitas. Antea discesserat ab ingratis & contumacibus: Nunc spontè redit, & patrem imitatur, qui etsi filijs proteruentibus iratus, ab illis se aliò conferat, aut eos iubeat è suo conspectu facefcere, mox tamen eosdem reuocat ad se, aut ipse ad eos reuertitur, amica omnia pollicens si resipiscant. Ita olim sapius Deus cum ludæis egit, quorum sacra quoque reiecit, & non posthac in templi sui atrijs compareant, vetuit: mox tamen eosdem iterum inuitauit, & promissionibus amicis ad se pellexit. Sed & tota die se manus suas expandisse ait ad populum desertorem. Et quod in præsentem de Christo narratur, hoc illum frequenter fecisse legitur: quod item Laodicensibus dicit, se ad ostium stare & pulsare, hoc ipsum quotidie in temporalibus, quæ corpori seruiunt, & in spiritualibus, quæ animarū, vel potius hominis totius salutē concernunt. Quoties enim fit, vt frugibus, valetudine & corporis viribus abutamur? At licet illa tunc à nobis auferat: tamen denuo largitur, si quo modo ad resipiscenciam nos perducatur. Idem fit quoad Euangelium, quod interdum contemnitur & reijcitur cum salute, quam nobis suæ mortis merito Dei filius acquisiuit. Veruntamen huius lucem denuo offert miseris Dominus, & ad se inuitat omnes qui laborant, aut sitiunt & esuriunt iustitiā, & sæpe ipse nos diutius ex

Matth. 21.

Christus redit
ad ludæos.

Isa. 2. 35.

Apoc. 3.

pectat, nec mora & cunctatione nostra offenditur. Frequenter etiam Ecclesias illic instaurat, ubi prius hospitium ipsi negatum fuit: neque illi difficile est ouile suum inter medios lupos constituere, qui in illud crudeliter iaciunt. Hanc facilitatem eius nos agnoscere decet, & Iudæorum populum, de quo in præsentibus agit, imitari.

Iudeorum populus Christi magno studio accipit.

Venit ad illum (inquit Matthæus) turba multa, habens secum claudos, &c. Multa hic concurrunt magni studij & fauoris argumenta. Primò enim multi venerunt, vnde apparet illum expectatum venisse, & famam aduentus sui mox fuisse diuulgatam. Deinde venerunt domi relictis rebus omnibus, ex quo constat, illos Christum omnibus alijs, quæ habebant, anteposuisse. Veniunt autem ad eum, qui ab illis nuper abierat, & quem sciebant principibus suis inuisum & exosum esse. Adhæc non soli veniunt, sed adducunt varijs morbis affectos & debilitatos, qui vehendi, aut gestandi erant, quod absque magna molestia, labore & sumptu fieri non poterat. Et hos omnes abiecerunt ad pedes IESU: quod etiam magnæ contentionis indicium est, certum denique fidei argumentum, quæ persuasi sufficere credebant, si illos possent in Christi conspectum adducere. Accedit his, quòd totum triduum cum illo manserunt, vt postea ex eius verbis patebit: ex quo colligi potest affectum hunc non temere conceptum aut momentaneum fuisse.

Officia eorum, quos Christus inuisit. Matth. 10. Luc. 14.

Gen. 19. Luc. 17. Prouer. 21. Matth. 6. Ioan. 14.

Isa. 3. Mich. 4.

Docemur autem hoc exemplo, quid eos deceat, quos Christus propitius inuisit. Accurrant ad eum auidi & toto corde amplectantur, & nullis vel commodis priuatis seferetineri, vel minis absterreri sinant, quò minus id faciant. Qui amat patrem & matrem supra me (inquit ille) non est me dignus, qui amat filium & filiam supra me, non est me dignus. Imò si quis venit ad me, nec odit patrem suum ac matrem, & uxorem & liberos, & fratres & sorores, amplius autem etiam animam suam, non potest meus esse discipulus. Et nota est parabola eorum, qui quòd villam aut boues emissent, aut circa nouas nuptias essent occupati, noluerunt ad nuptias celestes accedere. Etenim Sodomæ instar est mundus hic quem cum omnibus quæ in eo sunt, relinquere oportet, si Christi & salutis in illo participes fieri volumus. Cuius autem tyrannorum minis, aut egestatis & exilij metu nos auocari sinamus ab eo, qui Regum corda in manu sua tenet, neque suis aliquid desieri sinit, adhæc patriam & ciuitatem permanentem in cælis parauit omnibus, qui ipsum sequuntur. Deinde non ipsi modò ad Christum festinemus, verum etiam alios excitemus, vt se nobis socijs & comites coniungant. Vaticinantur hoc de credentibus Prophetæ, quoniam dicunt: Et proficiscetur populi multi, dicentes: Adeste, & ascendemus ad montem Domini, ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vjs suis, &c. In primis autem eos adducamus nobiscum, qui ex nostris animo malè affecti sunt, & quos peccati seruitus debilitauit, vt in Dei vjs ambulare non possint. Et hos simul atque nos ipsos ad pedes Christi abijciamus, sic, vt omnia illius voluntati permittamus, qui quid de nobis debeat statuere, melius quàm nos ipsi intelligit. Denique quando assecuti sumus illum, cum eo in finem vsque perseueremus, & stationem nostram teneamus constantè, donec ipse de nobis aliquid aliud statuerit. Neque vnquam excidat illud dictum: Nemo qui manu sua admora aratro, respexerit ad ea quæ à tergo sunt, aptus est regno Dei. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Luc. 19. Matth. 24.

Christus sanat eos, qui ipsi adducuntur. Matth. 11. Ioan. 6. Luc. 6.

Videamus nunc, quid Christus fecerit. Id vno verbo docet Euangelista, dicens: Et sanauit eos. Satisfecit ergo desiderio & expectationi ad se venientium, sicuti promisit, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos. Item: Eum qui venit ad me, non eijcio foras. Sanauit autem eos, vt populus totus admiraretur. Admirationis causa fuit, quòd miraculosè sanauit, nullis adhibitis medijs externis, sed vel verbo solo, vel contactu, & virtute, quæ (vt alibi dicitur) ex ipso exibat: deinde quòd perfecte illos curauit, vt nulla morbi vestigia remanerent.

manerent. Videbat enim populus mutos loqui, mancos sanos esse, claudos ambulare, cæcos videre: & hæc quidem subito fiebant, cum in morborum curatione, quæ remedijs fit, res paulatim & successiue (vt aiunt) procedat, vt non statim vires restaurentur.

Vfus verò horum hic nobis esse debet, vt ipsum agnoscamus medicum nostrum, *Christus medicus.* tam corporis quam animæ, qualem Cap. 9. supra se profitetur, & ad illum solum accurramus. Medici est velle inualidis mederi, & id ipsum posse. At de Christi voluntate non possumus dubitare, cum eius causa spontè in mundum venerit, & omnes malè habentes ad se vocet, adhæc facilem semper se omnibus præbuerit, qui opem eius requisierunt. Apparet hoc in præsentem, quando promiscuè omnes sanauit, qui adducebantur, & cum toto triduo ipsum fatigarint, adeò non offensus est populi importunitate, vt ne in via deficerent præ inedia, prius gratuito epulamento colligitur ex eo, quòd eius virtuti & mandato omnes morbi cedunt, imò mors quoque, quos morborum vi superauit, ad eius iussum restituere cogitur. *Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 11.* Neque aliquid illius potentia obstat potest, quando nullis medijs externis ipsis opus est, & si medijs vt velit, quoduis obuium illi sufficit, vt pote nudus contactus, puluis, sputum, & alia similia: cuius rei exemplum in præsentem aditum esse Marcus scribit in homine surdo & difficulter loquente, quem curauit cum digitos suos in eius auriculas misisset, & suo sputo linguam tetigisset. Simile de quodam qui ab vtero matris cæcus fuerat, Ioannes narrat. Quis ergo de Christi virtute dubitet, quando quæ in illo contemptissima sunt, ad quiduis perficiendum possunt sufficere: qui denique morte sua vitam nobis conferre potuit.

Quapropter hic medicus ante omnes alios solus consulendus erit in animæ morbis, qui per corporis infirmitates adumbrantur. Etenim primum hominem Deus ad suam imaginem bonum & perfectum creauerat, qui diuina & cœlestia sapiebat, videbat, audiebat, loquebatur & faciebat. At ille veteris serpentis, diaboli consilio obediens in Dei Creatoris sui Legem peccauit, & à dignitate sua excidit, & talis omnino factus est, quales isti describuntur: cæcus, claudus, mutus, mancus & mutilus. Aperti quidem dicuntur fuisse Adamo oculi, sed nihil aliud vidit, quam se nudum & miserum esse, qua autem ratione nuditatem suam velaret, & cum Deo in gratiam rediret, videre non potuit. Perizoma quidem fecit, sed quone suos quidem oculos, sedum Dei, fallere potuit. Et qui sua sponte ad Dei præceptum obsurduerat, nunc vocem quidem eius audit, sed horribiliter tonantem ac fulminantem, vt eam ferre nequaquam possit. Ergo in pedes quidem se coniecit, sed claudos, quibus Dei iudicium non potest effugere. A Deo autem citatus, vt ad eius tribunal causam dicat, loquitur quidem, sed vt surdastri & *μογιδαλοι* solent, & quæ causam ipsius non defendunt, sed aggrauant, dum hanc in mulierem, imò in ipsum Deum transferre studet. Itaque ad mortem damnatur infelix, & propter ipsum terra maledictioni subicitur, sub cuius seruitio adhuc tota machina mundi ingemiscit, redemptionem suam expectans. At in hac imagine suâ, id est, corrupta & deprauata conditione siue statu Adam liberos suos genuit, & ita Legem peccati in omnem posteritatem propagauit, quæ (sicuti Paulus & Dauid proprijs exemplis docent) in electis quoque locum habet, qui priusquam regeneratur & innotuantur, tales omnino sunt, quales ante diximus. Cæci nimirum, qui non percipiunt quæ sunt Spiritus Dei. Intellectus & rationis cæcitate voluntas praua sequitur, vt fragmenta cordis humani praua sint ab ineunte ætate, & caro Spiritui perpetuo reluctetur. Nec vires sunt aliqua, quibus illius proteruitiam frangamus, quando ex nobis ipsis ne ad cogitandum quidem idonei sumus. Mancus ergo sumus, & opera bona ex nobis ipsis facere non possumus: claudus sumus, qui per semitas iustitiæ &

Ioh. 1. 8.

Rom. 8.
Zach. 12.

Phil. 4.

Populus vt mi-
raculis Christi
affectus sit.

Matth. 13.

Psal. 76. 147.

Isa 35.
Psal. 98.

veritatis, etiam si nobis monstrētur, recto pede non incedimus: muti deniq; vt erro-
res & delicta nostra neq; excusare, neq; culpam deprecari possimus, sed quò magis
hoc conamur, eò magis nostram infantiam prodimus. At his vitijs omnibus vnus
IESVS CHRISTVS medetur, qui lux mundi est, omnem hominem illuminans:
idem solus aures cordis nostri referat, vt Dei Verbum rectē & cum fructu audia-
mus: manus viribus nouis instruit, vt faciamus, quæ Deo probantur: pedes dirigis,
vt in vñs præceptorum vitæ ambulent: linguam moderatur, vt Deum laudare, ho-
nesta & pia loqui possit, adhuc Spiritum adoptionis cordibus nostris inserit, in quo
clamamus, Abba Pater, & qui idem lamentationis Spiritus dicitur, quòd nos Deū
rectē inuocare & ea petere docet, quæ nobis vtilia & salutaria sunt. Deniq; vires om-
nes hominis ita instaurat Christus, vt in illo possimus omnia: Ad hūc ergo solum
contendamus, relictis procul agyrtis & impostoribus, qui dum nos alio vocant, &
vitam pollicentur, toxica miscent & immani labore & sumptu miseros fatigant.

Porro videamus postremò quid isti his vitis fecerint. Admirati quidem sunt (vt
diximus) cū viderent mutos loquentes, mancos sanos, claudos ambulantes, cecos
videntes: non autem in otiosa admiratione (vt stupidi & attoniti solent) subsistunt,
sed (vt Marcus annotauit) primò veritati testimonium ferunt, & illum omnia bene
& rectē facere fatentur: deinde glorificant Deum Israelis. Longè ergo alia illis mens
fuit, quàm Phariseis, qui illum in nomine & virtute Beelzebub demonia eijcere
& miracula facere calumniabantur. Et nominatim Deum Israelis glorificant, qui
etiam Sanctus Israelis apud Prophetas dicitur, quòd Israelitis sese tædere obstrin-
xerat, & inter illos cultus sui sedem constituerat, Legem item & iudicia sua illis cõ-
mendarat: deniq; quod p̄missum humani generis Seruatorem ex Iudæis in car-
ne nasciturum erat pollicitus. Vnde in Psalmis canitur: Notus in Iuda Deus, ma-
gnum nomen eius in Israele: In Salem est tabernaculum eius, & mansio eius in Zio-
ne: Nuntiat verbum suum Iacobo, & decreta sua atq; iudicia sua Israeli. Hunc (in-
quam) Deum, non alienum, glorificarunt, & ex miraculis istis, quæ Messiam factu-
rum esse Prophetæ prædixerant, in fide confirmati, Deo huic gratias egerunt, qui
misericordiæ & veritatis suæ recordatus erga domum Israelis (vt Dauid cecinit)
diu expectatum Redemptorem miserit. Imitemur nos horum exemplum, quando
hodie eadem videremus fieri, & multi per Euangelij prædicationem restituuntur, vt
diuina & cœlestia videant, audiant, loquantur, & in vñs Dei ambulent, qui prius
in tenebris tæci oberrabant, & infelicia erant peccati mancipia, & ad proprium in-
teritum ruebant. Admirerur bonitatem Dei, & eius Filium IESVM CHRISTVM,
qui hanc gratiam nobis meruit, prædicemus, & eundem constanti fide amplectamur.
Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

R O M I L I A C C I.

IESVS autem aduocatis discipulis suis, dixit: Misericordia commoneor
erga turbam, quia iam triduum permanent apud me, & non habent quo vescan-
tur: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Tunc dicunt ei discipuli eius:
Vnde nobis in deserto tot panes, vt saturemus turbam tantam? Dicit igitur eis
Iesus: Quot panes habetis? Illi autem dixerunt, Septem, & paucos pisciculos.
Tunc iussit turbam discumbere humi. Et acceptis septem illis panibus ac pisci-
bus, cum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis: discipuli verò turbae. Come-
deruntq; omnes, & saturati sunt: & sustulerunt quod super fuerat fragmentorum
septem sportas plenas. Erant autem qui comederant, quatuor mille viri, absque
mulieribus & paruulis. Et dimissa turba inscendit in nauigium, venitq; in fi-
nes Magdala.

Memorable

Memorabile & obseruatu dignissimum est Pauli Apostoli dictum: Pietas ad omnia utilis est, ut quæ promissionem habeat præsentis vitæ & futuræ. Nam consentit huic quod Dominus noster IESVS CHRISTVS dixit: Quærite primò regnum Dei & iustitiam eius, & cætera omnia vobis adiicientur. Etsi verò hæc multis exemplis confirmata sint olim, subinde tamen exerit sese innata vitiositas, qua fit, ut præsentibus intenti nos à Deo negligi putemus, & ab inopia & fame nobis metuamus, si non abundanter suppetant, quæ caro expetit, aut sibi necessaria esse arbitratur. Et obrepit tentatio ista plerumq; si quando propter Christum & Euangelium eius de facultatibus nostris periclitamur, aut saltem ad tempus deposita rei domesticæ cura audiendis sacris concionibus aut publicis precibus vacare iubemur. Ideo Dominus nuper nos insigni miraculo confirmavit, quando quinq; milia virorum quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus ad satietatem vsq; cibatum. At quia hoc ne apud discipulos quidem domesticos tantum profecerat, quantum necesse erat, nunc alterum subiicit, priori prorsus simile, nisi quòd in circumstantiis aliquod est discrimen, quoad numerum panum & conuiuarum, & quoad reliquias siue fragmenta, quæ superfuerunt. In priori enim quinq; panibus & duobus piscibus quinq; milia virorum satiata, & ex reliquijs cophini 12. repleti sunt. In presentibus panes plures, septem nimirum, numerantur, conuiuæ autem pauciores, & fragmentorum quoq; minus superfuit. Ita verò fieri voluit Dominus, ut doceret virtutem suam nullis circumstantiis alligatam esse, sed prout ipsi placuerit, posse se suos in copia & inopia alere. Id quod frequenter videmus accidere, ut annonæ pretium tolerabilius fiat, quando granaria ferè exhausta sunt: & rursus caritas rerum & penuria crescat, post collectas fruges & impleta horrea omnia. Deinde in hoc miraculo clarius elucet Christi erga suos sectatores studium, & humani ingenij tarditas in percipiendis regni Dei mysterijs. Præcipuus autem totius historię vsus est, quòd docemur, nunquam defuturum Deum ijs, qui relictis huius seculi rebys Filium eius sequuntur, æternæ vitæ mysteria terrenis præferunt. Præstat autem primò Occasionem miraculi videre: Deinde quàm tardos & crassos sese præbuerint discipuli, qui præ alijs in fide debebant excellere. Præterea, ut Christus, horum incredulitatē non passus sit fraudi esse populo, qui ipsum fide ardenti & constanti sequebatur.

Occasionem ipse Dominus exponit, quæ eum mouit, ut miraculum hoc ederet. Cum enim videret, populum doctrinæ & sanationibus inuadendorum intentum famem perpeti, aduocatis ad se discipulis suis domesticis, ait: Misericordia commoveor erga turbam, quia iam triduum permanent apud me, & non habent quo vescantur, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficient in viâ. Status consilij siue instituti Christi est, quòd nolit populum ieiunum & famelicum dimittere. Id verò consilium illi misericordia suggessit, qua esurientes prosequabatur. Et ne hæc commiseratio superuacanea & inanis putetur, rationes adducit, quæ ipsum moueant & impellant. Prima est, quòd iam totum triduum cum ipso perseverent. Est hoc magni studij & feruoris indicium in populo, quorum pleriq; à longinquo & remotis locis venerant, ut ex multitudine conijcere licet. Altera ratio est, Quòd non habeant quo vescantur. Nam hoc triduo absumperant quicquid secum domo attulerat; & credibile est, multos in hoc subito & tumultuario concursu, ut fieri solet, vacuos venisse. Additur tertia ratio, Ne deficient in viâ. Quod de illis præcipue dicitur, quibus etiam pecuniæ deerant, quibus in vicis & oppidis vicinis cibaria sibi emerent.

Habemus in hoc sermone exemplum paternæ curæ & prouidentię Christi erga suos, plenum dulcissimæ consolationis. Toto hoc triduo multa in illos beneficia contulerat, adhuc multum laboris & molestiæ sustinuerat, dum omnium qui ad ipsum promiscue afferebantur, morbis medetur. At non cessat, quasi iam officio defunctus sit, sed ut fidus & indulgens pater curas suas longius extendit, ut

Matth. 6.
1. Tim. 4.

Occasio miraculi.

Paterna Christi cura pro suis.

Matth. 6.

Prouer. 10.

Psalm. 34.

Psalm. 119.

Imitanda Chri
sti indulgentia.

Ioan. 13.

Luc. 10.

Ioan. 1.

Gen. 41.

quid eis porro opus sit cogitet, & in futurum quoque egentibus prospiciat. Scit enim illos non habere quod edant. Scit quid de illis, qui insuper pecunijs destituebantur, in via futurum sit, si incenatos dimittat. Ideo miseretur illorum, de quibus illis pascendis consilium inquit, & hoc discipulis suis priuatis communicat, non quod ab ipsis iuari posset, sed ut simul eorum diffidentiae medeatur. Et hoc facit non requisitus a quocquam, neque alicuius merito prouocatus. Seruiant haec consolationi in omni necessitate. Nouit Deus omnes nos, & victu & amictu nos indigere intelligit. Qui ergo volatilibus caeli & pullis coruorum, bestijs item illa largitur, procul dubio suos cultores non negliget. Et generale est quod hic de istis dicit, Nolo illos ieiunos dimittere, ne in via deficient. Nam similiter in huius vitae via, quae laborum & periculorum plena est, non vult ut deficiamus, quoad nostra opera vti voluerit. Non sinit Dominus (ut Solomon ait) ut anima iusti fame laboret. Et Dauid huic succinens: Leunculi, id est, homines raptores & violenti, penuria & fame laborabunt, qui autem Dominum inquirunt, nullo bono destituentur. Eius enim voluntas cum effectu coniuncta est, & sufficit ad remouendas omnes remoras aut obstacula, quae nobis mundus aut eius princeps obijcit. De illo enim verissime canitur. Deus non ster in caelo est, omnia quae vult perficit. Ipsi ergo securi & quiete fidamus: & si quid durius nos premit in ipsum reiciamus sarcinam nostram: & ipse faciet. Vide quae in hanc sententiam a Dauide dicuntur Psalmo 55. 37. & 23. Licet autem nobis in hac Christi erga populum indulgentia videre, quis spiritus personatos ipsius vicarios agitet, qui miseros & famelicos humanis traditionibus circumducunt, & egenos eogunt, relictis vxoribus ac liberis per terras & maria peregrinari, vbi frequenter non facultatum modo inuilem iacturam faciunt, sed domi vxorum pudicitiam, ipsi foris vitam propriam in discrimen adducunt, &c.

Quia vero Christus in suis actionibus exemplum nobis praebuit, ut hunc commiserationis affectum imitemus, necesse est. Vult enim nos sui similes esse, maxime quoad dilectionem. Dicit enim: Mandatum nouum do vobis: Ut alij alios diligatis, sicuti dilexi vos, ut & diligatis alij alios: Ex hoc cognoscent omnes, quod dilecti mei sitis, si charitatem habueritis alij in alios. At charitatis proprium est misereri aliorum, & egentium molestijs & curis tangi, sicuti Samaritani exemplo alibi docet: cui in praesenti proprium coniungit. Et omnes immites ac immisericordes mendacij arguit Apostolus, scribens: Qui habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauerit viscera sua coram eo, quomodo charitas Dei manet in ipso: Nec satis est, si in praesenti aliorum labores & miseriae nobis cordi sint: sed in futurum quoque omnibus prospiciamus, quoad eius fieri potest: quod Christum hic fecisse audimus. Nam non modo beneficijs maximis cumulatios dimittit, sed ne in via praedia deficient, prospicit. Pertinet haec cura ad omnis ordinis & loci homines, & in primis eos, quibus aliorum salus publice credita est. Aduersus furoras conscientiae tentationes auditores suos praemuniant Verbi administrari, ne forte ignitis diaboli telis succumbant. Non sunt quotidianis exemplis edocti magistratus omnes eos petire & ad egestatem redigi, qui communem nostri seculi viam secuti intemperantiae & luxui sese dedunt, comessantur, ludunt, & in omnem perulantiam atque libidines effunduntur. Frano igitur proteruos illos coerceant, & sumptuarijs legibus intemperantiae modum praescribant. Sciunt ijdem vulgus metropolitanis grauari, vsuris voracibus exedi & a foeneratoribus deglubi. Hos ergo in ordinem redigant, ne aliquando publicorum motuum & calamitatum auctores sint. Denique diligentem annonae rationem siue curam habeant, qui ad Respublicae gubernacula sedent (sicuti olim in Aegypto Iosephus fecit) ne famis tempore aliqui rerum nouarum occasiones possint arripere. Priuatim vero ad parentes haec cura maxime pertinet. Etenim hunc sensum bestijs & volucris natura in seculum

inseuit, vt suos pullos aut catulos fideliter alant, imò pro eis periclitentur, donec si-
bi ipsi illi possunt prospicere. Et vt alibi monuimus, apud prophanos gentes pessimè
me audierunt *ἀσπογοί* illi, qui liberorum suorum cura nulla tanguntur. Quid er-
go de illis iudices, qui dies noctesq̄ comessantur & suas facultates inter pocula, a-
leam, scorta & scurras prodigunt, esurientibus interim vxoribus & ex se proge-
nis liberis? Sunt hi infideli deteriores (vt Apostolus ait) & fidem abnegarunt, & pro
inde indigni quos terra ferat, nedum vt Ecclesiæ Christianæ membra censeantur.
1. Timoth. 5.

Sed tempus est, vt Apostolos videamus. Hi paternæ bonitati & prouidentia *Apostolorum*
Christi suas rationes opponunt, & quantum in ipsis est, illam impediunt. Vnde no- *tarditas & dif-*
bis (inquit) in deserto tot panes, vt saturemus turbam tantam? Haud dubiè sibi *fidentia.*
ipsis visi sunt egregiè sapere, sed stultitiam & infantiam suam turpiter produnt.
Primò perinde loquuntur, ac si ipsos oporteat conuiuium populo tam multo &
numero adornare. Vnde **NOBIS** tot panes inquit? Atqui hoc non requisie- *Ioan. 6.*
rat ab illis Dominus, sed vt amicis (quales alibi vocat) suum consilium ipsis mani-
festauerat: de cuius executione non debebant dubitare, cum maiora & difficiliora
opera ab ipso pridem æditum, quo maiorem hominum multitudinem paucioribus pani-
bus cibauerat. Potius ergo dicere debebant: Quod non vis ieiunos dimittere aut
inccenatos, id verò iure probamus, & facile tibi fuerit illis cenam parare, cum tibi
omnia obediant: & vt id facias, precamur. Sic leprosum illum dixisse legimus: Do-
mine, si vis, potes me mundare. Deinde loci incommoditatem allegant: Vnde no-
bis **IN DESERTO** tot panes? Quasi dicerent: Vbi nihil nascitur, quod demeti pos- *Matth. 2.*
sit & colligi: vbi item nihil venale inuenitur. Quasi verò Dominus, vbi versaretur,
nesciret. Tertio multitudinis quoq̄ & turbæ numerosæ meminerunt, ad quam pa-
scendam multò pluribus panibus opus sit, quam ipsi habere possint. Ad eundem er-
go lapidem offendunt cum Mose, qui olim similiter Domino obloquebatur: Vnde
mihi caro, vt dem vniuerso populo huic. Num. 11.

Apparet in his exemplis carnis ingenium, quæ sibi ipsi fidei remoras obicit, *Caro sibi ipsi*
quando cum primis Verbo Dei credendum erat. Fit hoc in re domestica frequen- *remoras fidei*
ter, quando liberos plures dat Dominus, & numerosæ familiæ alendæ sunt, annui *obicit.*
redditus autem, aut proventus siue quæstus, qui ex opificio nostro potest colligi,
sumptibus tantis non sufficere videntur. Tunc similes voces audiuntur: Vnde mi-
hi opes & pecuniæ in hoc rerum statu, tam afflictis nostri seculi rebys, quibus me-
os alam? Solus sum, neminem habeo qui me iuuat, &c. Quod si quæstionibus istis
indulgere lubet, mox deuicta fide desperationi locus datur, vel ad furta, rapinas,
imposturas omnis generis & media illicita conuertimur. Atqui non postulat hoc
Deus, vt ex tuo illos omnes alas. Tuo quidem labore, tua industria utitur: Interim
ex sua benedictione domus tua dependet, & melius nouit ille, quam tu, quam mul-
ti tibi sint liberi, quam tenues facultates, quam difficilia tempora. Quin ergo illi res
tuas commendas, &c. Idem solet in Republica & Ecclesia fieri, quando persecu-
tio feruet, & in fide constantes esse iubemur. Mox audiuntur qui ogganniant:
Vnde nobis vires suppetent? vnde auxilia aut præsidia sperabimus, quæ hostium
potentiæ & conatibus reprimendis sufficiant? Soli sumus, amicum aut socium ha-
bemus neminem, qui sua autoritate aut potentia nos subleuet, &c. At cogitandum
erat, non nostrum, sed Dei negotium agi, qui causæ suæ non deerit, & facile discu-
tiet bullas istas, quas humana ratio, vel ipse etiam Satan, obtendit.

Porrò ad Christum redeamus, qui nihil offensus discipulorum rationibus, ad *Miraculi des-*
miraculum accingitur. Primò autem, quia illi de panibus quæstionem mouerunt, *scriptio.*
amicè quam multos habeant panes, quærit: & est hoc nouum bonitatis argumen-

Luc. 14.

tum, quod tum benignè cum illis agit, qui severius corripi merebantur. Sed & ad miraculi certitudinem faciebat, quod certò constaret de panum numero. Deinde hoc cognito mox iubet populum discumbere humi: vt illos omnes in spem & expectationem conuiuij excitaret, & facilius conuiuere numerari possent. Humi autè discubere iubet, vt humilitatis & modestiæ admoneat, qua in primis opus est ihs, qui Christi conuiuere esse voluit. Tertio sumit illos ipsos panes & pisces, idè omnibus videtur, quod præter hos nulla alia cibaria præsto essent. Quarto gratias agit pro more, vt victum & omnia necessaria à Deo nobis dari doceat, & gratiarum actione sanctificari, vt nobis sint salutaria. Meminerimus autem nos Deo illas etiam pro modico debere, quod nobis non sufficere videtur: quia ne hoc quidem nobis debet ille, sed gratuitum donum est quicquid de manu eius accipimus. Quinto frangit, quo opus erat, vt possent in multos distribui, & vt inter manus frangentis multiplicarètur. Sexto dat discipulis, hi populo apponunt. Vbi obseruari debet, quod horum ministerio vititur, vt proprio testimonio conuincantur, qui impossibile putauerant tam paucis panibus tantam turbam hominum satiare. Fit hoc sepe nobis, vt per nos conficiat Dominus, quod fieri non posse existimabamus. Tunc verò eius bonitatem agnoscere, & illi obsequium nostrum fideliter præstare debemus. Septimò, omnes comedunt, nec modò comedunt, sed saturantur. Non fuit ergo præstigiū, qualia incantatores multa facere solent. Octauo ex septem panibus sunt perfunt septem sportæ plenæ fragmentorum: quod per se miraculum est, quo admonemur, Dominum suorum laboribus & studijs ita benedicere, vt in futurum quoque prospiciat, & vt supersit, quod alijs largiantur, secundum illud Psalmi: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Nono amplificationis ergo annotatur numerus conuiuiarum, qui fuerunt quatuor mille viri, præter mulieres & paruulos.

Psalm. 122.

Vsus miraculi.

Vsus verò miraculi idem est, quem in priori Cap. 14. annotauimus: Vt nimirum videamus, nihil de fore Dominum serio sequentibus. Est ergo sigillum promissionum, quas in initio recitauimus, & quæ multæ in veteri & nouo Testamento occurrunt: & quæ quotidianis exemplis confirmantur, vt alibi dictum est. Neque hic aliquid obijciat, interdum aliter fieri, & Christi cultores sæpe cum egestate & fame conflictari, exules in certis sedibus iactari. Sunt enim promissiones Christi cum cruce coniunctæ, quam partim nostra securitate & alijs delictis meremur, partim quod illa nostram petulantiam coerceri, & insuper nos ad desiderium cœlestium bonorum, ad patientiam item & constantiam exerceri oportet. Quæ etiam causa est, quod non semper in initio statim votis nostris satisfacit, quemadmodum his quibus non primo aut secundo, sed tertio demum die epulum illud gratuitum exhibuit. Nec nos hunc Dei morem mirari conuenit. Solent delicatuli, qui stomacho laborant, & quibus præ abundantia appetitus languet, hunc acerarijs & condimentis exquisitis acuire, & iisdem ferè optimum condimentum est fames. Ideo Artaxerxes Mnemon, cum in fuga essent impedimenta eius direpta, & liccis ficis atque hordeaceo pane esuriens vesceretur, exclamabat: Pape, qualis voluptatis hæcenus in expertus fui? Et Ptolomæus Ægypti rex, cum illi famelico in casa pauperis rusticici cibarius panis daretur, Nil visum, ait, illo pane iucundius. Et miramur, ô fratres, Deum hoc condimento nos, qui cœlestia fastidimus, excitare ad eorum desiderium? Agnoscamus ergo in eo quoque bonitatem eius, qui inter aduersa, etsi opem interdum differat, non tamen obliuiscitur Veritatis suæ, & ita nobis adest, vt cum Paulo possimus dicere: In omnibus premimur, at non coarctamur: hæsitamus, at non prorsus hæremus: persecutionem patimur, at non in ea deserimur: deijcimus, at non perimus. 2. Cor. 4.

Christus amice dimittit populum.

Sequitur Epilogus præsentis historiæ, quo dicitur, Christum dimissa turba populi, nae

puli nauigium ingressum esse, & venisse in fines Magdala, unde oriunda fuit Maria, quæ Magdalena vocatur, & cuius frequens est mentio apud Euangelistas. Duo narrantur: primum, quod non solum initio amicè excepit ad se venientes, deinde amicè tractauit sanando ægrotos & cibando esurientes, verumetiam dimisit amicitiam: quod veræ ac synceræ humanitatis argumentum est. In eo enim à multis peccatur, qui amici officia præstant initio, sed mox pertasi eorum, quos exceperunt, eosdem odiosius & non sine animi abalienati significatione repellunt. At non sic Dominus: & quod in præsentia fecit, hoc ipsum ab eo obseruatum fuit, quando iam ex hoc mundo discessurus erat. Nam mortem aditurus, discipulis pollicebatur, se nollet ipsos orphanos relinquere, & addebat: Pacem relinquo vobis, pacem illam meam do vobis. Et cum cælos ascenderet, postremum quod in terris fecit, hoc erat, quod manibus ad discipulos sublatis benedixit eis, & se ipsis adesse velle promisit vsq; in consummationem seculi. Hinc ergo consolationem petamus in tentationibus. Nec enim iratus à nobis abiit Christus, sed quamuis corporis præsentiam abstulerit, gratia tamen & merito suo, ac Spiritus virtute nobis adest. Alterum est, quod in fines Magdala abiit, non vt otia retur ignauus, sed vt eius etiam loci hominibus beneficeret. Nam vniuersalis Seruator est, & proinde pluribus innotescere debuit: quæ causa est (vt alibi diximus) quod nunquam diutius hæsit in vno loco, sed peregrinationibus assiduis vacauit, vt quam plurimos seruaret. Itaq; ei fidamus securi, nec dubitemus de eius gratia, quam nobis offert per Euangelium. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

10 in 14.
Luc 14.
Matth 28.

C A P V T X V I .

H O M I L I A C C I I .

ET cum accessissent Pharisei & Sadducei, et antes rogarunt eum, vt signum è cælo ipsis ostenderet. Ipse vero respondens dixit eis: Quando seruum est diei, dicitis: Serenitas: rubet enim cælum. Et manè: Hodie et cras pestas erit: rubet enim cælum triste. Hypocrita, faciem quidem cæli nostis discernere: signa vero temporum non potestis? Natio mala & adultera signum requirit, sed signum non dabitur ei nisi signum illud Ionæ Propheta. Et relictis ipsis abiit.

SICVTI Dei Filius IESVS CHRISTVS vbique locorū habet electos suos, qui in ipsum credendo Veritati testimonium ferunt, & quotidie maiores faciunt in pietate progressus: ita Satan quoq; sua organa habet, impios nimium & reprobæ mentis homines, quos excitat ad contradicendum Veritati, & qui si semel cœperint, (vt Apostolus scribit) quotidie in peius proficiunt. Nam quod efficacius confutantur, eò contumaciores fiunt, & conuicti pugnam instaurant. Exemplo sunt Pharisei, quorum frequentes & continuas cū Christo pugnas Martineus narrat: quas ideo nos sæpe & diligenter nobis in mentem vocare oportet, vt discamus, nunquam defore nobis aduersarios, qui se Euangelio opponant, nec tamen nos ideo animo frangi, sed stationem nostram fortiter tueri debere, nec dubitantes, eò illustriorem exurgere Veritatis lucem, quod pertinacius eam mundus infelix obscurare conatur. Et huc referrī debet historia, quā modò recitauimus, in qua eandem pugnam, quam supra cum Christo Pharisei habuerunt, instaurant: & voluit hanc quoq; describi Spiritus Sanctus, quia de multis nos admonet, quæ omnibus seculis cognitu per quā necessaria sunt.

2. Tim 3.

Aduersarij
Christi.
Acto. 23.

Primò nominantur Christi Domini aduersarij, Pharisei nimirum & Sadducei. Fuerunt hi diuersae religionis, imò si verum dici debeat, Sadducei ab omni religio-
ne alieni censi possunt, cum religionis principia, animarum immortalitatem, cor-
porum resurrectionem, adhuc spiritus tam bonos quam malos negauerint. Verum
tamè quae erat eius seculi calamitas, inter Iudaeos in pretio erant, haud dubiè, quòd
Romanis praesidibus probaretur haec illorum opinio, quae ad Epicuræos proximè
accedebat, quorum secta apud gentes erat celeberrima. Et ideo videntur illos sibi
adiunxisse Pharisei, vt facilius Christum in inuidiam aut suspicionem traherent,
vt qui ne illis quidem probaretur, qui ab ipsis prorsus dissentiebant. Quae etiam
causa fuit, quod alibi Herodianos sibi sociarunt quando quaestionem de censu Cae-
sari persoluendo mouerunt. Matth. 22.

Hypocritæ &
Epicuræi con-
tra Christum
conspirant.

Luc. 13.

1. Ioan. 5.

Et est hoc obseruatu dignum, quòd etsi in mundo sectae sunt & opiniones de re-
ligione multum inter se diuersae & contrariae, omnes tamè illae aduersus Christum
consentire possunt. Etenim durat adhuc ista mundi facies, quòd alij in eo sunt iu-
stitiarum hypocritæ, & hi inter se in plurimas superstitiones scinduntur: alij Epicu-
ræi, religionis omnis contemptores: & licet hi inter se pugnent acerrimè, neutri ta-
men Christum ferre possunt, eò quòd hic sua luce utrosque arguit. Idem fieri solet es-
tiam apud alios, quorum eadem est in superstitionibus aut prophano Dei contem-
ptu sententia. Sic Pilatum & Herodem conuenisse legimus, vt alius alij gratificare-
tur aduersus Christum, qui hucusque inimicitias inter se exercuerant. Arguit hoc
mundi corruptissimum ingenium, qui (vt Ioannes ait) totus in malo iacet: simul
verò admonet, ne ex impiorum dissensionibus spem nobis faciamus (reuera enim
haec, si ad Christi causam veniatur, amoris redintegratio sunt) sed vni Christo fida-
mus, & in hoc vnum simus, eorum arctiori dilectionis vinculo coalescamus cum ihs,
qui idem nobiscum in Christo sentiunt & loquuntur. Peccatur in eo multum hoc
die ab illis, qui propter leuiculas causas ab ihs sese separant, quos pro fratribus in
Christo debebat agnoscere. Et est hoc exquisitum Satanæ stratagemata, qui cum Ec-
clesiam credentium consensione crescere & augeri sciat, dissensionum & simulta-
rum semina spargit, ex quibus lite acerbissimæ & nocentissimæ nascuntur. In pri-
mis ergo vtile ac necessariū est, priuatis litibus renuntiare, quando communis Chri-
sti causa agitur.

Pharisei & Sa-
ducai signum
petunt.

Quid verò isti fecerunt? Marcus illos cum Christo disceptauisse aut disputasse
scribit: nimirum de vocatione eius & quis ipsi docendi potestatem fecerit. Nam de
eo alibi quoque eos quaesiuisse constat. In praesenti autem mouit eos, quod doctrinam
eius miraculorum multitudine indies propagari videbant. Nec dubium est, in om-
nium ore fuisse, quae nuper in frequenti concursu populi facta fuerunt, quando in-
ualidos multos curauit, & quatuor millia virorum cum magna turba mulierum &
paruulorum gratuito epulo excepit. Hoc enim illud erat, quod Iudaeos vulgo in pri-
mis quaesiuisse constat ex Ioan. Cap. 6. Quia ergo haec omnes admirabantur & pra-
dicabant, consilia sua maturanda esse putarunt aduersarij, vt miracula eius (quod
prius etiam conati fuerant) in dubium vocarent, et ea ratione existimationem illius
labefactarent. Ideo disceptatione mota, vt signum aliquod e caelo ipsis ostenderet,
postularunt. Id verò tentandi eius causa factum est, vt commodam & optatam ca-
lumniandi occasionem inuenirent, qua illum ludibrio populi exponerent.

Hypocritarum
ingenium.

Ioan. 5.

Exprimitur hoc exemplo vafrum & arrogans hypocritarum ingenium. Simu-
lant veritatis studium, quam tamen nolunt audire, multò minus agnitæ credere, et
siam si propriae mentis testimonio conuincantur. Deinde audacter signum petunt
non necessarium. Nam nihil docebat Christus nouum & insolens, & iam pridè sua
omnia Moysi & Prophetarum autoritate probauerat. Et si ex signis iudicari oport-
uisset de eius doctrina, innumera iam ante viderant, & quotidie fiebant quae illis
poterant

poterant fidem facere. Adhæc confidenter præscribunt, vt signum è cælo ipsis ostendat, quasi in illum ius habeant & imperium. Præterea sibi ostendi volunt peculiare quid, quasi quæ in populi conspectu hucusq; fecerat, nihil ad ipsos pertineret. Imò illa omnia in dubiū vocant, quæ tamē neq; negare, neq; improbare poterant, & totius populi cōsensu probabantur. Tales hodie multi palsim audiuntur. Prostantur, se veritatis studiosos esse, at cum nihil doceatur, quàm quod cum principijs Christianæ religionis conuenit, cum Decalogo nimirum, & Symbolo & Oratione Dominica, non tamen credunt. Interim Pharisaica impudentia signa postulant, qualia olim Apostoli & Martyres fecerunt. At quid illis opus est, cum non aliud doceatur, quàm quod illi olim tradiderunt? Cur nouitatis insimulant doctrinam, quam illi non miraculis modò sed sanguine proprio obsignarunt? Deniq; vt Pharisaï signa, quæ quotidie secundum Scripturas fiebant, non obseruabant, petebant autem noua & Scripturis contraria: Sic hodie isti faciunt, & proinde eodem Spiritu agitantur, quo Pharisaï: neq; eorum clamoribus aliquis debet moueri.

Porro videamus alteram huius loci partem, qua quid Christus fecerit aut dixerit, narratur, Marcus ipsum Spiritu suo altè ingemuisse dicit. Vehemens animi affectus notatur, quo perturbatus fuit: nimirum quòd eos in pertinacia sua inunctos videret. Qui enim nostræ salutis ergò in mundum venit, non potest nō perturbari, si quos videt contumaciter & scientes volentes sibi ipsis exitiū accersere. Et debent huius meminisse, qui hodie vel incredulitate vel peccandi licentia Filium Dei, aut Spiritum Sanctum, per quem ab illo obsignati sunt (vt Apostolus scribit) in diem redemptionis tristitia afficiunt. Cæterum responsionis partes sunt duæ.

Prima malitiosam ipsorum ignorantiam arguit, docens, eos signum postulare minimè necessarium. Quando serum est diei, dicitis: Serenitas, rubet enim cælum, &c. Sensus verborum est: Hypocritæ estis nefarij, qui veritatis studium simulatis, sed id malitiosè & fraudulentè facitis. Si enim illa vobis cordi esset, facile in eius notitiam peruenire possētis. Nam non adeò stupidi estis & amentes, quin ex signis naturalibus, seu prognosticis, tempestates & harum vires quantumuis varias & instabiles possitis præuidere. Atqui habetis signa temporum æquè clara & perspicua. Cur ergo illa non obseruatis & discernitis? Vocat autem temporum signa ea, ex quibus apparebat nouissimum tempus iam esse, quo Messiam venturum esse, Deus olim per Prophetas prædixerat: quale erat, quòd sceptrum à Iuda prius auferri debuit: quòd ceptum annorum numerum ab inaurata vrbe decurrere oportuit, & Davidis domum ad pristinam egestatem redigi, vt non amplius regali splendore illustris, sed aridus Isai truncus, & terra arida siue siticulosa possit censeri: quòd item prædictum erat, Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum reuerabuntur: tunc exiliet claudus tanquam ceruus, & iubilabit lingua muti. Atqui hæc omnia (inquit) iam pridem impleta sunt, & quotidie implentur. Sceptrum à Iuda oblatum est, & Romano imperio subditi Cæsari censum exoluitis: euoluti sunt anni illi fatales, de quibus Daniel vaticinatus est: Davidis posterij non regno modò exciderunt, sed vix vitam sustinere ac tueri possunt: sanationes miraculosas quotidie cernitis. Et potuerunt hæc obseruare dudum Zacharias, Simeon, & hodie multi ex vulgo obseruant, & regnum Dei appropinquasse sentiūt: quod ipsum Ioannes perspicuè testatus est, & ego quotidie vobis inculco. Ergo malitiosi & scelerati estis hypocritæ, qui in re manifesta perinde vt in dubia ac incerta signum è cælo requiritis, &c.

Perstringitur autem his verbis communis hominum peruersitas, qua fit, vt in rebus quæ corpori seruiunt, pleriq; solertes perspicaces, industrij & laboriosi sint, nec facile aliquid negligant, quod ex re ipsorum esse videtur, in diuinis autem & ad æternam salutem necessarijs voluntarij cæcutiunt. Possunt tempora sementis,

Ioh. 7.

Christus dolet ob aduersariorum contumaciam.

Ephes. 4.

Malitiosa hypocritarum ignorantia arguitur.

Gene. 49.

Dan. 9.

Isa. 11. 35. 53.

Luc. 1. 2.

Peruersitas hominum in rebus.

arationis & mæsis obseruare agricolæ: idem norunt astrorum quorundam ortus & occasus, & secundum Lunæ incrementa opera sua distribuunt. In obseruandis ventorum & tempestatum prognosticis mirifica est nautarum & piscatorum industria, vt iam nihil dicam de ijs, qui in hoc plus quàm barbaro vitæ genere astrorum & cœlestium orbium motus ita obseruarunt, vt nemo philosophus vnquam illos certius cognouerit. Quanta verò est venatorum, aucupum & piscatorum sagacitas, contra quam neque sua lustra feras, neque maris & fluuiorum profunditas pisces, neque aues volatus tueri potest, quin illis præda fiant? Similis est hominum auarorum, numulariorum & monopolarū solertia, quorum artes vsurarias si quis enumerare velit, dicendi finem vix inueniet. Interim pleriq; in illis quæ ad regnum Dei faciunt, ignari, cæci & hebetes sunt, & de obscuritate Scripturarum atq; Verbi Dei quirantur in ijs quoq; articulis, qui pueris rectè institutis notissimi sunt. Est ergo illorum etiam hominum ignorantia simulata & voluntaria, ac eandem cum Pharisæis reprehensionem meretur.

Signa temporū
obseruari debent.

Matth. 24.
Marc. 13.
Luc. 21. 18.
1. Thess. 2.
1. Tim. 4.
2. Pet. 2.

Luc. 21.

II. Comminatione terret.

Docet præterea Dominus, non oscitanter negligi debere signa temporum, quæ in Scripturis commendantur. Etenim vt primum Filij Dei in carnem aduentum signa præcesserunt, ex quibus illius tempus agnosci potuit: ita ab ipso & Apostolis eius multa prædicta sunt, quæ finem mundi sint præcessura, in quo ille in gloria Patris veniet ad iudicandum viuos & mortuos. Et hæc quidem omnia quotidie cernimus. Surgunt pseudoprophetæ & pseudochristi, qui scismata & dissensiones in religione graues & acres pariunt. Sedit in templo Dei Antichristus, præ se ferens se esse Deum. In terris monstratur nõ vno loco corporaliter IESVS CHRISTVS, Deus & homo. Audiuntur dogmata illa dæmoniorum, quibus coniugium & libertas ciborum quorumuis prohibetur. Regnat plus quàm Simoniaca sacrorum omnium nundinatio. Inter homines fides rara, & extincta charitate regnat iniquitas. Surgunt ergo passim horrendi motus, rumoribus bellorū omnia perstrepunt, & multis in locis bella tam externa quàm intestina feruent. Comites horum sunt famæ & pestis, quæ crebris vicibus quasi continuantur. Accedunt his prodigia & signa grauioris iræ Dei in cœlis, terra & aquis, denique cœlorum vires commouentur, maria terras inundant, terra syluis & lignis destituitur, fertilitas eius ferè exhausta est, vt multis in locis colonos suos vix alat: adhæc mutato ordine naturæ non eæ sunt vices temporum & partium anni, quæ olim fuerunt: hyemes pluuijs frequentibus agros alluunt, & tepore suo illos emori ac quiescere non sinunt: ver nouum niuibis & pruinis horret, æstas frigida & humidior æquo fruges ad maturitatem non potest excoquere: quò fit vt autumnus prouentus sit tenuior, & eundem præter solitum approperans hyems abrumpat. Ipsa ergo mundi machina laborare, & ruïnã minitari videtur. Debeamus ergo dum ista fiunt, capita attollere, & redemptionem nostram vigili mente & forti fide expectare. At paucos ista mouent, sed vt in diebus Noæ & Lothi, fatalis securitas apud omnis loci & ordinis homines regnat, dormitant pastores tum politici tum ecclesiastici, speculatores cæcutiunt & conuiuent, editur, bibitur, luditur, saltatur, & in medijs periculis plerique sibi ipsi omnia læta pollicentur, nec quisquã doceri, moneri aut corrigi vult. Hæc (inquam) postremi aduentus Christi & finis mundi verissima prognostica sunt. Quid ergo aliud speremus, quàm quòd Dominus dicit: Dies ille vt laqueus superueniet, & inuadet in omnes, qui habitant in superficie totius terræ. In horum ergo meditatione frequentes sumus o fratres, & excusso fatali veterno, qui multorum mentes occupat, vigilemus, & præparemur ad excipiendum sponsum nostrum IESVM CHRISTVM vt cum illo possimus ad nuptias cœlestes ingredi.

Cæterum alteram quoque responsionis Domini partem audiamus, qua Phariseos & Sadduceos cum tota sectatorum suorum colluie grauius adhuc corripit &

pit & cōminatione acerrima terret, dicens: Natio mala & adultera signi requirit, sed signum non dabitur ei, nisi signum illud Ionæ Prophetæ. Cur nationem malam & adulteram dicat, supra Cap. 12. expositum est. Repetit autem crimen, cū ait: Natio mala signum petit. Quasi diceret: Magnæ malitiæ & impudentis audaciæ argumentum est, quod isti faciunt. Fiunt quotidie signa, & ea quidem, quæ olim prædicta, & proinde certa & infallibilia sunt: At illi his non contenti, noua petunt pro suo arbitrio, quæ si darentur neque certa essent, neque ipsis vtilia. Sed non dabitur ei signum, quale nimirum ipsi petunt, nisi signum Ionæ Prophetæ. Simpliciter negat quod petunt (signum videlicet e celo) vt ostendat, indignos esse, vt ipsorum petitioni annuat, aut aliquid faciat in ipsorum gratiam. Interim signum pollicetur, quod merebantur: nimirum signum illud Ionæ: cuius supra quoque meminuit. In præsentem autem simpliciter Ionam adducit, vt totam eius historiam ipsis in mentem reuocet, quæ Christi & eorum, quæ cum Iudæis gesta sunt, typum euidentem & propriissimum continet. Nam primo Ionas à nautis suis, quibus se totum crediderat, in mare eiecit, & quantum in eis est neci datur: Ita Christus à Iudæis suis, quibus peculiariter promissus, ex quibus natus erat, & quibus se totum impenderat, occisus est. Vt Ionas mortis periculum volens subiit, vt nautas & vectores alios feruaret; ita Christum mori oportuit, vt non totus populus periret. Vt Ionas in mare, ceu in mortis fauces eiectus tempestatem sedauit: Ita Christus mortis suæ merito iram Dei placauit & pacem nobis peperit certam ac stabilem. Vt Ionas post tertium diem ex balenæ faucibus terræ redditus est: Ita Christus tertio die rediuitus & discipulis suis restitutus est. Vt Ionas tunc Niniuiris prædicauit, & resipiscen-ibus plurimi seruati sunt, qui animis suis compuncti resipuerunt. Denique vt Niniuiræ postea relapsi in scelera, perierunt, sicuti ex Nahumi prophetia apparet. Ita Iudæi, quotquot à Christi resurrectione Euangelij doctrinam spreuerunt, & in sceleribus incurabili malitia perseuerarunt, à Deo reiecti & funditus excisi sunt. Reuera ergo Ionas illis signi loco fuit, quo conuicti sunt, vt nulla ipsis reliqua manserit excusatio, quando Christum reiecerunt, Iona tantò præstantiorem, quanto Dei Filius æternus & Sanctus sanctorum omnisq; labis expers, homine mortali & peccatore præstat.

Additur, quod ipsis relictis abierit. Et hic disceptationis insidiam, quam Phari- sæi cum socijs suis Sadducæis contra Christum instituerunt, finis fuit: & suo dis- cesso testatus est, indignos esse, quibus sese porro per Verbum aut signa manife- staret. Manet item fatum omnes, qui simili contumacia illum & Euangelium eius auersantur. Persuadent hi sibi ipsis, posthac se quietos & beatos fore, si illo liberentur, cuius doctrina mundo exosa est, & eidem exosos reddit & periculis obijcit eos, qui illam sectantur. Nec dubium est, vehementer sibi ipsis placuisse Phari- sæos, quod Christus suo discessu ab ipsis se victum esse fateri videretur. Sed magno illis consti- tit hæc victoria. Nam si ille discedat, aufert simul Dei regnum, quod est iustitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto: in huius autem locum succedunt peccatum, ira Dei, conscientia inquietudo, dolor, & maledictio, quæ desperationem parit & in- felicibus incumbunt. Terreat ergo nos illorum exemplum, qui in postrema mundi senecta versamur, & sese nobis benignè offerentem Dei Filium gratis animis ex- cipiamus, & constanti fide retineamus; precemur item ex corde, vt nobis perpetuò adesse, & nos Spiritu suo confirmare ac regere dignetur.

Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas
in æternum, Amen.

*Ionas Christi
typus.
Ioan. 1. 9. 11.*

Matth. 3. 17.

Acto. 23.

*Christus à con-
tumacibus dis-
cedit.*

Rom. 14.

Et cum venissent discipuli eius in vltiorem ripam, obliti fuerant sumere panes. IESVS autem dixit eis: Videte & caueate à fermento Phariseorum & Sadducaeorum. Ipsi verò disceptabant inter se dicentes: Panes non sumpsimus. Id autem cum nosset IESVS dixit eis: Quid disceptatis inter vos, exigua fide praeiudicati, quod panes non sumpsistis? Nondum intelligitis neque meministis quinque illos panes hominum quinquies mille, & quot cophinos acceperitis: neque septem illos panes quatuor millo hominum, & quot sportas acceperitis? Quomodo non intelligitis, me non dixisse vobis de pane, ut caueretis à fermento Phariseorum & Sadducaeorum? Tunc intellexerunt, eum non dixisse, ut cauerent à fermento panis, sed à doctrina Phariseorum & Sadducaeorum.

Vide Marcum
Homil. 65.

Occasio huius
tractationis.

Electi ferè ne-
gligunt quae
sunt huius se-
culi.

Luc. 16.

Quoniam Pharisei non solum humanis traditionibus & falsa doctrina populum seducebant, verum etiam aperti veritatis hostes erant, & nuper cum Sadducaeorum coniuratione facta Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, aggressi sunt, & ab eo signum de caelo postularunt, ut eius miracula & doctrinam calumniari & in dubium vocare possent: ipse non modo acriter illos corripuit, sed insuper illis relictis nauigio discessit. Quo exemplo docet, eos qui ipsius discipuli esse volunt, omnem cum hypocritis & falsis doctoribus consuetudinem deuitare debere, ut nihil cum eorum doctrina & consortio commune habeant. At quia sciebat, discipulos adhuc tardiores esse, & id per se non intelligere, nunc eis nouam & seriam admonitionem adhibet, in qua primum illius fides & bonitas, deinde discipulorum, adeo quod omnium hominum tarditas elucet, quam ita ille corripit, ut simul doceat, quid nos facere & cauere oporteat, si in vera pietate & regno Dei proficere velimus. Praemittit autem Evangelista pro suo more tractationis istius occasionem, quae fuit quod cum Christus subito ex illis locis discederet, discipuli in ipsum potius quam in alia intenti, ne ab ipso auellerentur, obliti sunt panes aut comitatum secum deferre, adeo ut (sicuti Marcus annotauit) vnum modo panem haberent, cum in vltiorem ripam peruenissent. Tantus in illis fuit Christi amor, tantum cum illo perseverandi studium, qui alioqui nauis & vitis non vulgaribus laborabant, ut in illa festinatione de alijs, quae per se necessaria erant, non cogitarent, aut quod existimarent, illic loci quod ille tendebat, victum siue alimenta facile inueniri posse. Estque zelus hic immortalis laude dignus, & hoc ab omnibus postulatur, ut relictis alijs rebus omnibus Christum sequamur, qui solus verba vitae aeternae habet, & nobis ad omnia sufficit.

At simul adumbratur illorum exemplo, quid ferè electis accidat: ut nimirum, dum ferè maximo Christum sequuntur, ea negligant, quae ad huius seculi & praesentis vitae commoditatem faciunt: quae causa est, ut interdum necessarii egeant, & in angustias non ante prauias adducantur. Exempla huius rei quotidie cernimus. Et ex his tunc multi arripiunt calumniandi occasionem, qui in illis reprehendendis suam prudentiam & eloquentiam mirifice ostentant, & mordaci aceto eos perfundunt, qui commiseratione digni erant. Itaque si quid huius sit, in mentem nobis veniat, filios huius seculi prudentiores esse quam filios lucis, & proinde non mirum esse, si aliquando isti offendant in ijs, quae ad hoc seculum pertinent. Praeterea meminimus, Deum nostra prouidentia aut industria nequaquam opus habere, & suos ubique etiam sine externis subsidijs seruire posse: & frequenter ipsorum incogitantia bene uti ad nominis sui illustrationem. Ita paulò ante factum fuit, quando populi egestas miraculo in septem panibus edito occasionem praebuit. Simile quid in causa grauioris argumenti nunc quoque factum est.

Nam

Nam Christus Dominus, quem hæc discipulorum incuria non latebat, ansam arripit illos admonendi de eo, quod ad æternæ vitæ alimentum pertinebat. Ait enim: Videte & cauete à fermento Phariseorum & Sadduceorum. Et hoc de doctrina horum illum dixisse, postea Matthæus dicet. Non autem nouum est, quod doctrina fermento confertur. Supra certè Cap. decimo tertio Euangelium suum fermento simile esse ait. Etenim vt fermentum, primo intuitu res leuicula videtur, massam verò siue conspersionem totam, si huic commisceatur, a core suo penetrat, & illi saporem suum confert, vt panes gustui suauiores, & concoctu faciliores sint, & melius nutriant. Ita Euangelium iudicio mundi leuiculum & cõtemptibile quid videtur, at idem intra cordis recessus per fidem admissum, hominem totum suam virtute penetrat, & innatæ nobis vitiositati medetur, vt ex illius semine renati illud vnum redoleamus, & Deo accepti simus, qui paulò ante filij iræ eramus, & exitio digni. E contra falsæ etiam doctrinæ fermenti parabola probè conuenit. Videtur hæc quoque non magni momenti res, ex qua periculum aliquod timeri debeat: & solent huius authores eam mirificis rationibus commendare, vt facilius fucum faciant simplicioribus. Sed semel admissa & recepta vt cancer serpit, hominem totum occupat, mentem extollit contra Deum, vt huius Verbo relicto, nouas leges in eius regno condere, eidem novos cultus obtrudere, & omnia pro suo arbitrio instituire ausit. Ita verò acidi & insipidi Deo fiunt homines, qui vt hypocrisim odit, ita superbis resistit. Et hoc quidem de omni falsa doctrina verissimè dicitur.

*Fermentum
Phariseorum
& Sadduceo-
rum cauere
debet.*

1. Pet. 1.

2. Tim. 2.

*Pharisei &
Sadducei con-
iunguntur.*

In primis autem de Phariseorum & Sadduceorum traditionibus & placitis, quæ in præsentì coniungit Christus, cum sectæ hæc (vt nuper diximus) multum inter se diuersæ, & earundem doctrina planè alia alij contraria fuerit. Pharisei enim operum iustitiam & totius vitæ sanctimoniam à suis exigebant, illius studium mirificè ostentabant, & in eo non solùm vulgi applausum, sed æternæ etiam salutis meritum quærebant. E contra Epicuræi, cum animarum immortalitatem, corporum resurrectionem, spiritus item tam bonos quàm malos negarent, iustitiæ verò vsum nullum alium esse crederent, quàm qui præsentì vitæ seruit, religionè profusus omnem ex hominum cordibus eximebant. Apud Marcum Sadduceorum loco Herodes nominatur, qui ab eis hoc vno differebat, quòd animas à corporibus digressas viuere non negaret, earum autem transmigrationem in alia corpora & hominis *παλιγγενεσίαν* statuebat, vt Cap. 14. est dictum. At Christus Phariseos cum Sadduceis coniungit in admonitione ista, non ex priuato affectu, quòd ipsi coniunctis viribus ipsum aggressi essent, sed quòd vtriusque Sectæ doctrina salutem ex æquo officiat, & vt demonstret, quid in negotio regni Dei vitari debeat. Vt videlicet neque hypocriticam & confidentem operum nostrorum & propriæ iustitiæ fiduciam statuamus, neque Epicuræas persuasiones admittamus, quæ omnem futuræ vitæ spem ex animis hominum adimunt. Vt enim illa nos à Christo abducit, vt iustitiæ Dei, quam hic nobis in illo offert, nõ possimus participes fieri: ita hæc omnem religionis sensum restringunt, vt cum Nabale dicant multi, non est Deus. Deus laqueus non videt, non audit, non intelligit, neque curat quid in terris geratur. Itaque hæc Christi admonitio non minus nobis hodie seruit, quam olim domesticis Christi discipulis. Nec enim hæc diuersæ & inter se distinctæ sectæ inter homines audiuntur modò, sed eò vsque progressa est impietas, vt plerique simul Pharisei & Sadducei sint. Nam ita viuunt, vt illos neque Deum neque Satanam, neque colunt neque inferos credere appareat: interim iidem pro suorum operum iustitiâ & pro superstitionis cultibus contra Christum & Euangelium eius ferro & igne pugnant. Et in templis quidem pharisaicum fermentum omnem, quæ adhuc reliqua est, fidei doctrinam adulterat, in colloquijs autem & conuersatione cum alijs audiuntur E-

Psal. 14. 24.

D

picuræ illæ voces, Scilicet hic labor est superis, hæc cura quietos Sollicitat. Et illæ, quas Petrus vulgò regnaturas prædixit nouissimis temporibus: Vbi est pollicitatio aduentus eius? &c. Edamus, bibamus, cras enim moriemur. 2. Pet. 3. 1. Cor. 15.

Quomodo ca-
uenda doctrina
falsa.
Ephes. 4.
1. Ioan. 4.
1. Theff. 5.

Quia ergo hæ nocentissimæ pestes sunt, magno serio de illis præmonet Dominus. Videte (inquit) & caute. Duo iubet. Primum, vt qui discipuli eius esse, & ipsius merito parta salute potiri volunt, diligenter videant, obseruent & examinent quid doceatur, & singula expendant. Monent hoc ipsum Apostoli, ne quouis vento doctrinæ nos circumferri sinamus. Et nota est Ioannis admonitio: Dilecti, ne cuius spiritui credite, sed probate spiritus num ex Deo sint. Pauli item, Omnia exploreate: quod bonum fuerit, retinete. Et hoc est, quod in præsentī Christus dicit **VIDETE**. Deinde addit, **CAVETE**. Non ergo simpliciter doctrinas explorare debent p̄i, sed in eum finem id faciant, vt falsa dogmata & quæ à Veritate abducunt, caueant atq; deuitent, absq; omni personarum respectu, ne videlicet fides nostra ab vilius hominis autoritate, sed ex Dei solius ore pendeat. Enimvero Christus, dum Phariseos nominat, de ijs loquitur, qui tunc primatum in Ecclesia tenebant, in Mosis cathedra sedebant, & penes ipsos suprema erat doctrinæ & pietatis estimatio. Sadducei verò ad Reipub. gubernacula sedebant cum Phariseis, & (vt nuper dictum est) Romanis rerum dominis tunc præ alijs probabantur. Et his Herodem tetrarcham cōiungit, qui vitæ & necis imperium in omnes habebat, & eo in Ioannem Baptistam crudeliter vsus fuerat. Attamen vt omnium istorum doctrinæ siue opiniones fugiant sui discipuli, Christus iubet. Et consentit huic admonitioni, quod alibi dicit: Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me: Alienorum autem nequaquam sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non norunt vocem alienorum. Quisquis ergo ille fuerit qui vocem alienam affert, siue Pontifex, siue Rex, siue doctus, siue indoctus, aut quocunq; titulo superbus, non meretur audiri. Etenim Dei domus est Ecclesia, solius ergo Patris familiæ vox in illa sonare debet. Animæ item negotium hîc agitur, in quam nemini ius est, præter Christum qui illas sanguinis sui pretio redemit. Itaque nullius hominis autoritate excusari possunt, qui alienam doctrinam Dei Verbo anteponunt: Sed de illis dicitur, Si cæcus cæco dux fuerit ambo cadunt in foueam. Matthæi 15.

Matth. 23.

Ioan. 10.

1. Tim. 3.

Vt in Ecclesia
& Republica
hoc obseruari
debeat.

Quia verò singuli priuatim sibi cauere debent à falsa doctrina & prauis opinionibus, quanto magis hæc cura ad eos pertinet, qui Ecclesiæ aut Reipublicæ præfecti sunt ne quid suæ fidei commissis obrudi sinant, quod fermentum Pharisaicum vel Sadducaicum redoleat: Solent interdum impostores additionibus nouis puriorem doctrinam corrumpere, nouis ceremonijs item cultus externi simplicitatem adulterare, & mellitis verbis inuentiones suas commendare: Ita multi doctrinam de fidei iustificatione dubiam faciunt, dum hominis vires & opera nimium extollunt: Alij imaginum vsu aliquem in templis esse volunt, vt doctrinæ & institutioni laicorum seruiant: altaria papistica & luminaria instaurant, vestes sacras reducunt & ritus superuacaneos atque inutiles admitti cupiunt, vt aduersarios Papistas sibi æquiores faciant. Sed reuera pharisaicum fermentum sunt hæc omnia, de quo verissimè illud Pauli dicitur: Paululum fermenti totam massam inficit. Idem in Republica faciunt, qui bonis legibus insidiantur, & morum disciplinam subuertere cupiunt. Initium faciunt à legibus, quæ non vsq; adeò magni momenti videntur. Sed his sublati, ad alias itur & paulatim legum omnium autoritas vilescit. Nihil ergo permittendum est intempestiuus illis nouatoribus, & potius anniti omnes decet, vt in ijs quæ bene constituta sunt non perseuerent modò, sed quotidie in melius quoque proficiant, ne dum quæ prius bene destruxerunt, rursus ædificant, transgressores seipsos constituent, vt Apostolus dicebat. Galat. 2.

Quid

Quid autem ad istam admonitionem discipuli? Non intelligunt quid sibi velit Dominus, sed de panibus ipsum loqui arbitrantur, & ideo de victu seu comœatu solliciti, inter se disceptant, quod panes nullos sumpserint. Concurrit hic multiplex error. Primus ignorantia est, quæ excusari nequit. Quia enim alibi Evangelij doctrinam fermentum dixerat, non difficile erat hoc ad Phariseorum & Sadduceorum traditiones extendere, de quibus non ita pridem differuerat. Sed & ipsius Christi exemplum interpretis loco esse poterat, qui antehac nihil huius vetuerat, & ipsemet solebat ad Phariseorum mensas accedere. Ignorantiam anxia sollicitudo de victu comitatur, quam supra capite sexto multis rationibus & exemplis ille prohibuit. Hæc fidei infirmitatem arguit, & quod beneficiorum atque miraculorum eius non satis meminissent. Est hoc evidens exemplum cæcitatæ nostræ, qua in diuinis ac cœlestibus laboramus, cum ijs quæ huius seculi sunt, sagacissimi simus. Recte ergo quidam noctuarum similes dixerunt homines nondum in Christo renatos. Ut enim illæ noctu vident, interdum autem cæcutiunt: ita animalis homo inter tenebras mundi huius oculatissimus est in obœundis tenebrarum operibus, ad Solem iustitiæ autem, IESUM CHRISTUM, qui vera lux mundi est, oculi nostri caligant, & idem nobis ænigmata loqui videtur, quando regni sui mysteria proponit, quibus nihil est iucundius, nihil clarius & perspicatius. Si causam quæras, non alia est, quàm quod religionem ex carnis affectibus metimur, qui nos à Dei Verbo transuersos abripiunt, & longè alia dicunt, quàm illo doceantur. Hinc fit quod qui alijs religiosiores sunt, novos cultus instituunt contra Dei Verbum, & externis ritibus eum placari posse putant, qui Spiritus est, & non aliter quàm in spiritu potest coli. Alij verò non alia quàm quæ carnis sunt, quærunt, & quando de cœlestibus dapibus & libertate filiorum Dei sermo est, ipsi animum in patinis habent, aut sub prætextu religionis immunitatem & licentiam quærunt. Semper ergo nobis suspecta esse debent, quæcunque carnis ratio dicat, hanc autem per fidei obedientiam Verbo Dei subijciamus, quod sano sensu secundum analogiam fidei acceptum nos à veritatis scopo & salutis tramite aberrare non sinet.

Sed Christum audiamus, qui quàm ipsi displiceant crassæ illæ disceptationes, quas caro suggerit, abunde docet grauissima correptione, qua aduersus discipulos usus est. Sæpe quidem eos peccauisse, sæpe etiam ab illo, reprehensos fuisse legitur: at nullam correptionem illis simul omnibus, hac præsentî grauiorem adhibitam fuisse constat. Initio enim manifesto indicio diuinitatem suam exerit, dum disceptationes, quas inter se priuatim habebant, arguit: nimirum magis ut percellerentur, quando videbant, quo cum ipsis res esset. Mox autem grauissimis verbis eos compellens ait: Quid disceptatis inter vos, exigua fide præditi, quod panes non sumpsistis? Accusat ergo, quod in fide vacillent, & ideo de ventre solliciti lites inter se habeant superuacaneas & à sui nominis professione alienas. Deinde fontem & originem huius mali indicat, dicens: Nondum intelligitis, neque meministis quinque illos panes hominum quinquies mille, & quot cophinos acceperitis? neque septem illos panes, &c. Quasi diceret: Adeo ne stupidi estis, ut non intelligatis in quem finem nuper miraculosè multa millia hominum paucis panibus atque pisciculis saturauerim? Nimirum, ut promissioni meæ fidem facerem, qua iam pridem pollicitus sum, nihil vnquam defuturum ijs, qui me vocantem sequuntur, & regnum Dei serio quærunt? Quid ergo sollicita & odiosa disceptatione opus est vobis, qui in meo comitatu estis? Sed video vos non modò stupidos esse, sed beneficiorum & operum meorum parum memores, & pro his malè gratos. Si enim horum meminissetis, quæ nuper admodum facta sunt: si ea grato animo vnquam recondideris, nullus apud vos diffidentia, nullus huic disceptationi aut altercationi locus esset.

Discipuli non
intelligunt Christi
serm.

Luc. 7. 14. 20

Humane mentis
cæcitas.

Ioan. 4.

Christus discipulos
corripit.

Quin ergo istorum recordatione excitati intelligitis, me quando à Phariseorum & Sadduceorum fermento cauere iussi, non de panibus & comætu, sed de illorum doctrina locutum esse?

Causa diffidentie.

Est hæc tam acris correptio digna, quæ diligenter consideretur, & sæpe nobis in mentem veniat. Nam de causis *ὀλιγοπιστίας* aut diffidentie nos admonet, simulq; docet, vt huic malo, quo non aliud nocentius est, remedium adhibeamus. Vt enim operibus ac beneficijs suis nostram fidem Deus confirmat: ita nisi in horum recordatione ac meditatione frequenter nos exerceamus, non possumus in fide firmi & constantes esse, sed quouis periculo aut casu, qui præter expectationem nobis accidit, territi vacillamus, & nostris rationibus nos ipsos euertimus, vt neque obsequium Deo præstemus, quod ei debetur. Exemplâ in veteri Iudæorum gente plurima videmus, quæ hoc docent. Etenim diuinus ille Psalter illorum scelera, quibus sub Mose & deinceps peccarunt narraturus, hanc causam præmittit: Statim oblitus sunt operum eius, neque expectauerunt consilium eius. Et author libri Iudicum idem dicit, quod tota hæc natio, quæ opera Domini in Ægypto & deserto viderat, collecta sit ad patres suos, & alia surrexerit, quæ opus Domini ignorauit. Fecerunt ergo (inquit) filij Israel malum in oculis Domini, &c. Non temere ergo illos Moses monuerat: Caue tibi, & custodi animum tuum diligenter, ne vnquam obliuiscaris eorum, quæ viderunt oculi tui, & ne vnquam recedant à corde tuo, &c. Similes

Psal. 106.

Iudic. 2.

Deut. 4.

Psal. 78. 205.
333.

admonitiones frequenter in Psalmis occurrunt: Cantate Domino, psallite ei, loquimini de omnibus mirabilibus eius. Mementote mirabilium eius, quæ fecit, prodigiorum eius & iudiciorum eius. Et alibi dicitur Deus hoc statuisse in Israele, vt patres opera ipsius filijs & nepotibus narrent, vt in Deo spem ponant, & eius mandata obseruent. Quin ipse Deus opera memorabilia posteris commendauit semper, & solennes eorum memorias instituit. Sic iridem diluuij simul & in hoc seruat generis humani monumentum esse voluit. Et Sacramentorum hic vsus est, quod & promissiones suas illis obsignat, & redemptionis nostræ beneficium perpetuæ memoriæ consecrat. In his ergo exerceamus nos diligenter, ne vnquam nobis excidant, quæ olim cum patribus aut nobiscum egit Dominus, & nullum periculum tam graue incidet, quin habituri simus vetera exempla, quibus in fide confirmemur.

Fructus correptionis.

Prouer. 22.

1. Sam. 22.

Restat correptionis Dominicæ effectus apud discipulos, de quibus dicit Euangelista: Tunc intellexerunt eum non dixisse, vt cauèrent à fermento panis, sed à doctrina Phariseorum & Sadduceorum. Ergo mentis oculi aperti sunt correptione ista vehementiori, vt de re tota corperint diligentius cogitare. Quod enim de pueris dixit Solomon, stultitiam esse in cordibus illorum infixam, expelli autem feruila: id in omnibus hominibus locum habet. Natura enim diuinorum ignorantes sumus, & plerunque veteris & securitas mentibus nostris obrepunt, quæ non sinit nos mentem ad altiora attollere: excutitur autem hæc, si liberior Verbi prædicatio accedat, sicuti in Dauidis & multorum aliorum exemplis est videre. Et hæc certissima nota est, ex qua electi agnosci possunt. Qui ergo ne correpti quidem resipiscunt, sed responsant, & suas rationes, vel potius cupiditates, Verbo Dei præferunt, atque indies in pelus proficiunt, ij se ex impiorum ac reproborum numero esse eo ipso testantur. Hinc apparet, quid iudicari debeat de ijs, qui hodie neque scelerata sua argui volunt, neque à superstitionibus discedere, quæ nulla alia ratione, quàm humanarum traditionum fermento nituntur. Nos ergo hanc Domini nostri

IESV CHRISTI admonitionem nobis applicemus, & ipsi credamus atq; seruiamus in fide & charitate non fucata. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Cam venisset autem IESVS in partes Casarea Philippi, interrogauit discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse, Filium hominis? Illi vero dixerunt: Alij quidem Ioannem Baptistam, alij vero Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Dicit eis: Vos autem quem me dicitis esse? Respondens vero Simon Petrus, dixit: Tu es Christus ille Filius Dei viuentis.

Quamuis Dominus noster IESVS CHRISTVS per doctrinam & miracula sese inter Iudæos abunde manifestarit, varia tamen & multum inter se diuersa fuerunt hominum de illo iudicia. Qui enim aperti eius hostes erant, Pharisei ac Scribae cum toto Sacerdotum collegio vini potorem & helluonem, Samaritanum, daemonaicum atq; iuratum Satanae socium dicebant. Meliores autem ex vulgo, in ipso vel Ioannem Baptistam, vel Eliam, vel aliquem alium ex Prophetarum veterum numero resurrexisse arbitrabantur. Discipuli vero domestici, qui ipsum Messiam esse credebant, errore communi fascinati, in ipso regnum terrenum somniant. Quæ causa fuit, vt quam primum aliquid aduersum accideret, in fide fluctuarent. Exemplum eius infirmitatis nuper vidimus, quando propter comæatus peruriam inter se disceptarunt. Quia autem hoc admodum frequens est, quod electi quoque sibi ipsi nebulas offundunt, quæ fidem ipsorum labefactant, dum vel Christum alium sibi fingunt, quam reuera sit, vel in aliorum iudicia respectant, ipse non actionem cum discipulis memorabilem instituit, qua eos aduersus falsa mundi de fide & religione iudicia instruit, & quid de se credi debeat, docet. Estq; eò diligentius consideranda hæc tractatio, quod Lucas eum preces huic præmississe scribit, quibus haud dubie fidei veræ lumen discipulis à Patre postulauit. Nobis autem vsus totius actionis esse debet, vt discamus, quæ nam fides verè Apostolica & Catholica sit, quam eos tenere oportet, qui se Christianos esse profitentur, & seruari volunt. Quia ergo de re maximi momenti hic agitur, diligenter historiam narrat Mattheus: Et primò vbi hoc cum discipulis colloquium Dominus habuerit, docet. Deinde quæ eius fuerit occasio, quam ipse Christus præbuit. Tertio discipulorum responsum narrat, qua aliorum de Christo iudicia exponunt. Quarto qualem ipsi de illo fidei confessionem ædiderint.

Locus fuit Casarea Philippi, in cuius fines Christus peruenit, postquam à Phariseis & Sadducæis abiit, qui signum de cælo postularant. Fuit autè Casarea hæc Phœnicia vrbs inter riuos fontium Iordanis eo ferè loco vbi hi confluunt, strauit Antiquitus Paneas dicebatur. Postea à Philippo Herodis Magni filio instaurata & aucta Casarea nomen accepit in laudem Cæsaris Tiberij, cui hac re gratificari voluit Philippus tetrarcha. Ideo etiam Casarea Philippi dicitur, ad differentiam eius, quam pater in honorem Augusti Casarea appellauit, cum prius turris Stratonis diceretur. Apparet autem ex hac loci notatione, Christum nuper serio à Phariseis & Sadducæis secessionem fecisse, cum in Phœniciam vsq; ad gentes abierit. Et illic voluit à Petro nomine omnium discipulorum confessionem fieri, vt rursus adumbraret regnum suum ad gentes transferendum esse, apud quas sedem firmiorem quam apud incredulos atq; contumaces habiturus sit. Vt enim ipse relictis Iudæis in fines gentium secessit: ita Apostoli quoq; Iudæa pulsi, fidem, quam hic confessi sunt feliciori successu inter gentes prædicarunt, initio tacto in his ipsis locis, vt Actorum liber docet. Obseruari hoc debet propter eos, qui fidem & Ecclesiam certis locis astringunt: quod hodie faciunt, qui successionem Ecclesiae veram & perpetuam Romæ alligatam esse clamant: qui si interrogentur, cur non potius Casarea eam constituent, vbi confessionem suæ fidei Petrus ædidit; aut Antiochia,

*Vide Marcum
Homilia 67 et
Lucam Homi-
lia 88.
Matth. 11. 12.
Ioan. 8.*

Luc. 9.

Casarea Philippi.

Acto. 11.

ubi nomen Christianorum primum coepit, non habebunt quod respondeant. Sed hoc in praesenti obiter dixisse sufficiat.

Christus quaerit, quid de ipso alij sentiant.
Ioan. 2.

Nunc praesentis actionis occasionem videamus, quam Dominus Christus praebuit discipulos interrogans: Quem me dicunt homines esse, Filium hominis? Quaerit autem non ex ignorantia (non potuerunt enim vulgi sermones ipsum latere, quorum cogitationes perspectas habebat) nec ambitiosè, quod laudum suarum commemorationem audire cupiuerit, sed potius ut occasionem habeat discipulos prouocandi ad veram fidei confessionem, quae scandalo medeatur, quod haec iudiciorum de ipso diuersitas pariebat. Et Filium hominis seipsum dicit, ut exprimat offensionis & erroris omnis circa fidem causam: quae est quod plerique nihil homine maius de ipso sentiant. Quia autem de aliorum sententijs discipulos, qui orbis doctores esse debebant, interrogat, non obscure monet, verbi administratos, non modò veritatis doctrinam simpliciter proponere debere, verumetiam in aliorum opiniones inquirere, ut eas confutare possint, & imperitiores monere, ut ab erroribus sibi caueant. Id quod hodie plus quam necessarium est, quando & veteres haereses postliminio reuocantur, & noua quotidie absurdissimorum dogmatum potentia quidam ambitiosi rixatores pariunt. Nec audiri debent, qui errores & falsa dogmata argui indignè ferunt: quasi sufficiat veritatis doctrinam simpliciter tradidisse. Atqui constat plures esse hoc seculo, qui hanc audire dedignantur, & quorum mentes ad mendacia & imposturas propendent. Vide 2. Tim. 3. & 4.

Tit. 1.

Diuersa hominum de Christo iudicia.

Discipuli Christo respondeant, & eorum iudicia atque sententias narrant, qui honestius de illo sentiebant, de Pharisaeorum autem & Scribarum calumnijs nihil dicunt, quod haec nemini ignotae erant, & Christus ipse illorum conuicia quotidie audiret. Et laudem meretur haec ipsorum modestia, quod ea nolint absque causa exagitarè. Interim quoad alios, nihil dissimulant, neque etiam aliquid affingunt, ut solent qui seruiliter illis adulantur, quos sibi patronos delegerunt. Simpliciter ergo respondent: Alij quidem Ioannem Baptistam te esse dicunt, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Et hi quidem omnes etsi honorificè senserint de Christo, multum tamen diuersae fuerunt illorum sententiae, omnes autem ex eodem fonte erroris manarunt, qui tunc inter Iudaeos receptus fuit: quod putarent (ut alibi diximus) animas defunctorum in alia corpora migrare, & nouis donis augeri. Quia ergo Dominum videbant eodem Spiritus ardore Dei negotium agere, eadem dicendi libertate vitia magnatum & antistitum arguere, qua olim veteres Prophetae, & non ita pridem Ioannes vsi erant, illorum aequum in illo reuixisse sibi persuadebant. Et licet vehementer errent, tamen Sacerdotum & Pharisaeorum improbitatem suo exemplo arguunt, qui illum calumniari & horrendis conuictijs lacessere audebant, in quo homines plebei & illiterati Spiritus Dei specimina obseruare poterant. Non ergo miremur, si hodie etiam vulgus hominum melius de veritate iudicat, & ea videt, quae ambitione excaecati Praesules atque Theologi videre nolunt.

Semper fuerunt dissensiones in religione.

At quod praecipuum huius loci caput est, obseruemus, omnibus seculis varias & diuersas fuisse de religione & fidei doctrina hominum sentias. Nec enim aliter fieri potest, quando animalis homo non percipit quae sunt Spiritus Dei, & proinde mundus (ut ille dicebat) opinione regitur. Fit ergo ut plerique suis figmentis indulgeant, & qui meliores sunt & Veritatis amantes interdum inter se dissentiant. Ne minime ergo offendant nostri seculi dissensiones. Imò nimium ridiculi sunt, qui vniuersalem consensum se expectare velle dicunt, priusquam aliquid de religione statuatur. Expectant illi quod nunquam fuit, neque vnquam erit quoad mundum hic steterit. Nec enim mutabit hic ingenium suum, & sectas esse oportet (ut Paulus ait) ut qui probati sunt, manifesti fiant. Et ipse Dominus cum de nouissimis temporibus vaticinaretur, non modò falsos Prophetas, verumetiam falsos Christos exor-

1. Cor. 13:

Matth. 24.

stos exor-

stos exorturos prædixit, quos nimirum illi fingant. Non ergo in alios respicere, sed in hoc toti incumbere debemus, ut nos fidem habeamus veram & orthodoxam de Filio Dei, qui solus verba vitæ æternæ habet.

Et de eo admonet Dominus, quando quid discipuli de ipso sentiant, quærit. Ergo non eiusmodi est causa fidei, in qua aliorum sententijs stare debeamus. Nam si hoc Deo probaretur, omnes isti excusari poterant, cum Regis sui Herodis eadem ferè esset sententia, ut supra audiuimus cap. 14. Qui item pessimè de Christo sentiebant, eos Sacerdotum & Scribarum authoritas excusauisset, qui in cathedra Mo- sis sedebant, & illum iam pridem damnauerant. Nec etiam quenquã excusat, quòd se dicit illiteratum esse. Nam cum vnusquisq; sua fide viuat, vnumquẽq; etiam de sua sententia certum esse oportet, sicuti Apostolus monet. Itaq; quisq; sibi à Domi- no dici putet: Tu autem quem me dicis esse?

Cæterum ad hanc Domini quæstionem Petrus, qui vtique alijs feruentiorem se præbuit, omnium nomine respondet, dicens: Tu es Christus ille, Filius Dei viuentis. Est hæc verè Apostolica Confessio, quam Petrus omnium Apostolorum nomine (ut diximus) addidit, & quam Christus elogio præclaro probauit, ut suo loco audiemus. Constat autem duabus partibus, quarum prima quis sit ille Filius ho- minis quoad officium, docet: altera quid de ipsius persona siue substantia & essen- tia sentire debeat.

Ad primam pertinet: Tu es Christus ille. Christi vox responderet Hebrææ Mes- sia: & vtraque vnctum significat. Vngebantur autem olim Sacerdotes & Reges oleo, quod gratiæ Dei symbolum erat, cuius donis omnes ornari ac instrui necesse est, qui vel Ecclesiæ vel Reipublicæ præesse volunt. Multus etiam in medicina olei vsus est, eò quod illius virtute venæ ac nerui cõfirmantur, & membra rigentia mo- rum & agilitatem suam recipiunt. Ad hæc Orientalibus populis vnctiones balneo- rum loco sunt, & corporis sordibus abstergendis seruiunt. Vnctione ergo admo- nebantur Sacerdotes & Reges, se à Deo vocatos esse, & proinde huius gratiæ sibi opus esse, ut fidelium medicorum instar omnibus mederi possent, & singulos in officio continere, ut gloria Dei prouehatur, & publica salus conseruetur. Quia verò Deus æterno decreto Filium suum vnigenitum, qui præ finito tempore ex Virgine homo nasci debuit, prædestinauit, ut populi sui Rex & Sacerdos esset, eundem Hebræicè Messiam, Græcè Christum dici voluit, quòd nomen quia in no- uo Testamento illi tribuitur, in alijs quoq; linguis vsurpatur, propriè autem Vn- ctum significat. Ratio autem eius est, non quòd ipsum oleo aliquo materiali in- ungi oportuerit, sed quòd (ut Psaltes canit) Deus illum oleo lætitiæ (id est, Spiritu sancto, qui solus mentes verè exhilarat & confirmat) vnixerit præ consortibus suis, id est, præ cunctis mortalibus, adeò ut ex eius plenitudine dona Spiritus in nos quoq; redundent. Dum ergo Christum dicit Petrus, Sacerdotem & Regem Eccle- siæ & omnium credentium esse confiteretur. Et vtriusq; officio eum fugi Scriptura passim docet. Nam Sacerdotè agit, docendo & ministros surrogando Ecclesiæ suæ, benedicendo item, intercedendo, & in primis, quòd semetipsum pro nobis pecca- tum, id est, hostiam pro peccato fecit, cuius meritum durat in æternum, ut in ipso remissionem peccatorum omnium inueniant, qui eum vera fide apprehendunt. Sed & Regem agit fortem & fidelem, dum suos ex diaboli tyrannide vindicauit, eosdem tuetur, sceptro Verbi sui regit, bonorum suorum cœlestem thesauros inter eos distribuit, & olim ad iudiciũ venturus est, & vniciq; retribuet in corpore suo, prout bonum aut malum fecerit. 2. Cor. 5.

Altera parte personam Christi describit Petrus, quando priori addit, Filius Dei viuentis. Reperenda autem particula T V, qua emphaticè vtitur Apostolus. Quasi diceret: Tu, qui te Filium hominis dicis, & reuera homo es, ex Maria virgine

In religione
respicendum
in alios.

Hab. 2.

Rom. 15.

Petri confessio

CHRISTVS.

Vnctio Regum
& sacerdotum

Psal. 45.

Ioan. 1.

Ephes. 4.

2. Cor. 5.

Persona Christi.

natus, imò qui (vt Isaias de te dixit) abiectissimus virorum esse videris, & vir dolorum, simul es Filius Dei, & quidem Viuentis, id est, veri Dei, qui in Iehuda notus est, qui omnia creauit, & regit, & qui solus viuit in secula sempiterna. Huius (inquam) Filius es aeternus, verus, eiusdem cum Patre essentiae, potentiae, gloriae & Maiestatis. Agnoscit ergo Petrus in vna eademque indiuisa persona Christi, Deum & Hominem: Deum videlicet (vt Diuus Athanasius ait) ex substantia Patris ante secula genitum, & Hominem ex substantia matris in seculo natum: perfectum Deum, perfectum hominem ex anima rationali & humana carne subsistentem, &c. Et talem esse oportebat, qui Mediator inter Deum & nos esse debebat, vt coram illo pro nobis intercedere, & idem nostram causam in se recipere posset, nosque illi fidere possemus, vt sacerdoti fideli, qui nostris infirmitatibus afficeretur & condoleret. Hæc igitur Petri Apostoli fides est, quam ex Patris reuelatione (vt mox sequetur) didicit, & quam omnium discipulorum nomine confessus est, quam item Apostoli omnes (vt Diuus Vigilus scribit) postea tradiderunt, Martyres roborauerunt, & fideles nunc vsque custodiunt: quæ denique Conciliorum præscorum decretis stabilita, & Imperatorum Christianorum legibus Ecclesiae commendata est. Et quia hæc sola Catholica fides est, Catholici sunt, qui illam corde toto amplectuntur, & ore confitentur.

Itaque Confessionis huius hic nobis vsus esto: Primum, vt inter tristes & infelices huius seculi controuersias, vnum IESVM, qui ex Maria Virgine natus est, credamus CHRISTVM illum esse, & aeternum Dei Filium, quem Pater in mundum misit constituto tempore, vt hominem verum ex Virgine Maria assumeret, & in vna indiuisa persona Deus & Homo noster Sacerdos & Rex, id est, Seruator, vindex ac Mediator esset. Apud hunc ergo, extra quem nullum est nomen, in quo seruari possimus, quaeramus quæ salutis sunt. Solus enim hic (vt alibi Petrus ait) habet verba vitæ aeternæ: quod dictum cum Petro omnibus opponere debemus, qui defectionem ab hac fide nobis suadere non verentur. Est enim IESVS CHRISTVS idem heri, hodie & in aeternum. Deinde vt hanc fidem non ore modo & verbis publice confiteamur, verum etiam obedientia & omni obseruantia genere testemur. Etenim quia olim Sacerdotes summi autoritatem tantam esse voluit Deus, vt mortis supplicio multari debuerit, qui eius sententiae aut decreto reluctaretur: similiter huius seculi Regibus & magistratibus obedire tenemur, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, eo quod Dei ministri sunt: Quanto magis aeterno Dei Filio hic honos & obsequium debetur, quem Pater aeterno suo decreto prædestinauit, vt Ecclesiae suae Rex sit & Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech: De illo certe olim Deus per Isaiam pronuntiauit: Gens & regnum, quæ tibi seruire noluerint, peribunt, & Ioannes Baptista dicebat: Pater diligit Filium, & omnia dedit in manum eius: Qui credit in Filium, habet vitam aeternam: qui autem non paret Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Præterea consolationem hinc petamus in omni tentationum genere. Oriuntur hæc grauissimæ ex peccati conscientia. His opponere Sacerdotium Christi, qui fidelis est Pontifex, & pro peccatis nostris perlitauit: adhuc nostras infirmitates expertus, nobis potest condolare & compati. Sunt item tentationes, quæ ex cruce & aduersis seu tribulationibus nascuntur, quibus obnoxij sunt omnes, qui volunt in illo pie viuere. Sed his opponamus hunc Regem nostrum, cui potestas data est in caelo & in terra. Habet ergo imperium in omnes creaturas, in morbos item & quaecumque alia nobis molesta & inimica sunt, vt ea à nobis depellere, & vicissim largiri possit, quæ nobis inuicunda & salutaria sunt. Huic itaque fidamus & constanter seruiamus inus ex toto corde. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Tunc respondens IESVS, dixit eis: Beatus Simon Bar Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi hoc, sed Pater meus, qui est in caelis. Sed & ego tibi dico, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & portae inferorum non praeualebunt aduersus eam.

Quemadmodum Deus in Filio suo Vnigenito IESV CHRISTO omnes gratia suae & salutis thesauros nobis offert: ita aequum est, ut huic vni fidamus, & fidem in hunc ore & factis profiteamur. Requirit hoc ille graui praeccepto, cuius rationem Paulus reddit, dicens: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. At peccatur hic a multis ignorantia, qui quid de Christo debeant confiteri, nesciunt: multi item sufficere arbitrantur, si alijs consentiant, qui auctoritate praestant, & apud plerosque in pretio sunt. Saepe ergo nos in Scripturis de hac causa instituit Spiritus sanctus: In primis autem huc facit praesens haec Christi cum discipulis actio. Requisiuit ab his nuper, quid de ipso homines sentiant & loquantur: non autem illi satis fuit, quod aliorum sententias referre poterant, sed in super, quid ipsi credant interrogat. Ibi vero Petrus omnium nomine respondens ait: Tu es Christus ille Filius Dei viuentis. Quo loco discimus, vnumquemque de sua fide certum esse debere, non autem ab aliorum iudicio pendere. Deinde fidei Christianae summam in eo consistere, ut IESVM hunc, qui ex Maria Virgine verus homo natus est, etiam verum & aeternum Dei viuentis Filium, adhuc Vnctum Dei, id est, Regem & Sacerdotem nostrum esse credamus. Sequitur nunc huius responsio, qua Petri Confessionem magnifice commendat, & fidei huius effecta siue fructus exponit. Tradit ergo locus hic vniuersam salutis nostrae rationem, & simul argumenta solidissima suggerit, quibus nos ipsos aduersus omnis generis tentationes in vera fide confirmemus.

Primum, Beatus (inquit) es Simon Bar Iona, id est, Iona filii. Est haec manifesta fidei, quam professus erat, approbatio, quando illum propter eius confessionem beatum pronuntiat. Obseruari debet ergo hic locus propter Iudaeos & Turcas, adeoque omnes alios qui aeternam Christi diuinitatem negant, & nos contra Dei mandatum homini mortali & crucifixo fidere clamitant. Etenim si Petrus ideo beatus dicitur, quod IESVM hunc, quem hominem & filium hominis esse probe sciebat, verum & naturalem Dei Filium professus est, hanc eius confessionem verissimam fuisse constat. Nam si falsa aut mendax fuisset, ex diabolo fuisset, qui mendacii patet est, & propter illam Petrus non beatus, sed potius infelix & damnationis reus dici merebatur. Itaque ex hoc Christi dicto sequitur, damnatos & perditos esse, qui Filio huic Dei fidere dedignantur, & eiusdem diuinitatem negare audent. De illis enim intelligi debet Ioannis Baptistae sententia: Qui non paret Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super ipsum. Ioan. 3.

Interim indicatur his Christi verbis primus fidei fructus, qui est, quod credentes per hanc beati fiunt, & proinde iustificantur. Sunt enim connexa inter se beatitas & iustificatio, ut Paulus in epistola ad Romanos Cap. 4. docet, & illa ex hac sequitur. Natura quippe omnes homines peccatores, & propter peccatum irae filij atque damnati sunt: neque aliqua in nobis iustitia est, quae nos in Dei conspectu iustis agnouerunt hoc & confessi sunt palam sanctissimi quique, & Deum serijs precibus orarunt, ne in iudicium cum ipsis ingredi, aut delictorum, quae a pueritia peccator meum: purus sum a peccato meo. Et grauius adhuc Apostolus pronuntiat: Si dixerimus, nos non peccasse, nos ipsos fallimus, imo mendacem facimus Deum, &

ROM. 10.

Petrus beatus pronuntiat.

Ierem. 17.

Ioan. 8.

Fides beatos reddit.

Psal. 51. 143.

130. 25.

Prover. 20.

1. Ioan. 1.

sermo eius non est in nobis. Itaq; aliena iustitia nobis opus est: ea nimirum, quam ipse Deus nobis in Filio suo dilecto IESU CHRISTO offert per Euangelium. Is verò non aliena ratione quam per fidem apprehenditur, quã sola ad eum venit, & idem manducatur, vt noster fiat. Quia ergo in illum credebat Petrus, & fidem hanc ingenuè ac intrepidè confitebatur, non immeritò illum Christus beatum dicit. At hic nos eius meminisse oportet, quòd Paulus de Abrahamo scribit. Vt enim huic fides in promissum semen ad iustitiam imputata est, id verò non propter Abrahamum solum scriptum est, sed etiam propter nos, quibus similiter imputabitur ad iustitiam, si crediderimus in eum, qui excitauit IESUM Dominum nostrum à mortuis: Ita qui Petrum propter fidem & liberam confessionem beatum dixit, nos quoq; in beatorum censu numerabit, si eandem fidem synceram & inconcussam seruauerimus. Vide Paulum ad Rom. 4.

Fides Dei donum est.

Gal. 3.

Ephe. 2.

1. Cor. 1.

Isa. 54.
Ioan. 6.

Fides per Verbi
predicationem datur.

Ioan. 5.

Marc. 16.

Galat. 3.

At ne quis Petrum fidem hanc ex se ipso habuisse, & proinde sua industria beatitudinem istam consecutam esse putet, addit Dominus: Caro & sanguis non reuelauit tibi hoc, sed Pater meus qui est in cœlis. Carnis & sanguinis vocabulis hominem cum omnibus facultatibus intelligit, & eodem sensu Paulus illis vtitur, quando se non cum carne & sanguine contulisse scribit, vt demonstrat, se Euangelium non ex vllò hominum didicisse, sed ab ipso Deo fuisse edoctum. Sensus ergo verborum est: Quòd me Filium Dei, & Vnctum illum siue promissum Seruatorem esse se agnoscis & confiteris Petre, id non tui ingenij acumine & propria industria didicisti, neque ex parentibus hausisti, aut ab vllis hominibus edoctus es: sed Pater meus cœlestis ex singulari gratia, qua te prosequitur, suo Spiritu mentem tuam illuminauit, vt sub vili & mortali carne latentem Dei Filium & humani generis redemptorem videas & agnoscas. Docet ergo hic locus, fidem sublimius & augustius quiddam esse, quam quòd humana ratio videre aut inuestigare possit: sed Dei donum esse, in quo sensus nostri omnes cœcutiunt, donec ille mentis oculos nobis aperiat. Etenim si IESU CHRISTI mysteria ad nostræ rationis calculum examines, non solum obscura & intricata illi videbuntur, verum etiam stultitia illi erunt, neq; vnquam intelligere poterit, in illius morte vitam inueniri, qui pauper & egenus vixit, & ignominiosè in cruce est mortuus. Itaq; vt diuinitus illuminemur & trahamur opus est: sicuti olim per Isaiam & postea proprio ore Christus testatus est olim, dicens: Erunt omnes à Deo docti. Item, Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Ex eo autem apparet, totum redemptionis & salutis nostræ beneficium ex gratuita Dei misericordia manare, neq; aliquid in eo nostris viribus aut meritis tribui debere. Falluntur ergo turpiter, vel potius seipos miserè fallunt, qui in controuersijs, quæ nostro seculo inter plerosq; agitantur, ad homines respectat, qui eruditionis & doctrinæ, aut potentia summæ atq; authoritatis existimationem sustinent. Enimvero si id fecissent Apostoli, nunquam venissent ad Christi agnitionem, neq; Confessionem hanc ædidissent, quæ ipsis salutem attulit, & quam Dominus tam præclaro elogio dignatus est.

Nemo tamen ex eo occasionem arripiat, qua doctrinam & institutionem omnem tam publicam quam priuatam reiicere velit. Nam etsi fides Dei donum sit, qui solus in mentes nostras ius habet, vt eas mutet & illustret suo Spiritu: eiusdem tamen ordinarij medium atq; organum est, Verbi publica prædicatio, qua Spiritus in cordium recessus penetrat. Ideo alibi dicebat Christus: Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et iam in cœlo abiturus idem dicit: Ite in orbem vniuersum, & prædicate Euangelium toti creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, seruabitur. Idem etiam doctores & ministros excitat, quibus ad reuelationem Euangelij erga alios vtatur, sicuti Paulus de seipso scribit. Et hoc adeò solenne est Deo, vt idem alibi dicat: Quomodo

modo credent ei, de quo non audierit: quomodo autem audient absque prædicatione? Et post multa concludit: Fides ergo ex auditu est, auditus autem per Verbum Dei. Ut verò in agricultura, nihil est qui plantat aut serit & rigat, sed Deus solus est, qui incrementum dat: ita etiam de Verbi ministerio & huius præconibus nos sentire debemus, ut omnis effectus solius Dei virtuti & gratiæ transcribatur. Vide 1. Corinth. 3.

Cæterum pergit Dominus, & dicit: Tu es Petrus. In mentem ei reuocat, quod ei sub initium suæ vocationis ipso primum viso dixerat: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephass: quòd declaratur Petrus vel lapis. Nunc autem cognomen hoc ei imponit & confirmat, occasione ex eo arrepta, quòd ipsum, qui spiritualis illa Petra est, cui Ecclesia (ut paulo post sequetur) ceu fundamento solido & inconcusso innititur, tam liberè erat confessus. Quasi diceret: Quia tu spretis omnium aliorum de me iudicijs & sententijs, me credis æternum ac Vnigenitum esse Dei Filium, Christum item illum patribus promissum, id est, Regem & Sacerdotem Ecclesiæ siue populi Dei, adeoque huius caput & fundamentum, ex quo salus omnis manat, ego quoque vicissim propter hanc fidei constantiam & intrepidam eius confessionem, Petri nomen tibi confirmo, & te pro tali agnosco & prædico, qui in mea domo siue Ecclesia lapis viuus & solidus esse debeas ad meam gloriam & multorum aliorum ædificationem. Hæc dicendo præstat Christus promissionem veterem Dei: Qui me honorauerit, eum & ego honorabo. Item: Omnis qui confitebitur me coram hominibus, eum & ego confitebor coram Patre meo, qui in cælis est. Matth. 10.

At ne quis in solius Patri persona hæreret, ipse postea quod sibi dictum fuerat omnium credentium institutioni applicans, in priori sua epistola scribit: Siquidem gustauistis quòd benignus sit Dominus, ad quem accedentes, qui est lapis viuus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum verò electus ac pretiosus, ipsi quoque veluti viuus lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotum sanctum, ad offerendum spirituales hostias, acceptas Deo per IESVM CHRISTVM. Quotquot ergo volunt germani esse Christi discipuli, non primò ad Christum accedere debent, neque se falsis & iniquis aliorum iudicijs ab illo auocari sinant. Deinde sub hunc ceu viuus lapides ædificentur vnà cum alijs credentibus, ut pars sint aliqua spiritualibus, quæ illi propter Christum gratæ & acceptæ sunt. Meminerint autem credentes & electos, non stipulis, fœno, ligno putrido alij materiæ fragili, sed lapidibus viujs, siue silicibus, conferri: nimirum quod in fide & eius confessione solo doctrinæ aut opinionum circumferri. Hæc si diligenter expendas, mox videbis non dignos esse Christianorum nomine eos; quotquot extra Christum vagantur, in religione & salutis negotio.

Porro apertius ad totam Ecclesiam extendit Dominus, quod de Petro dixerat, nimirum quòd præuideret, quid futurum esset nouissimis temporibus, quando personati successores Petri, Romani Pontifices, eius verbis in alienum & impium sensum detortis, se ipsos Ecclesiæ fundamentum simul & caput constituerunt. Dicit autem: Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduersus eam. Primò Ecclesiæ meminit, ut discipulos consoletur, qui tunc numero pauci & (ut alibi ait) pusillus grex erant, & terri potuerant aduersariorum multitudine & potentia. Docet ergo fore breui, ut in immensum crescant, & impleatur, quod olim Prophetæ de gentium omnium accessione ad Ecclesiam prædixerunt. Et obseruari hoc debet, ut discamus velle Deum, ut

Rom. 10.

Tu es Petrus.
Ioan. 1.

1. Sam. 2.

Christiani omnes
sunt Petri,
id est, lapides
viui.

1. Pet. 2.

1. Cor. 3.

Ephes. 4.

Ad Ecclesiam
totam extendi
tur quòd de
Petro dictum.

Luc. 12.

Ecclesia est coe-
tus proprius.

Pfal. 147. 19.
Ioan. 19.

electi coetum proprium à reliquo mundo separatum & sibi consecratum constituant. Ita olim Iudaeorum gentem suam peculium fecit, & in illa coli voluit: adhuc Legem ei dedit, & cultus sui sedem certam constituit, ad quam solenniter diebus festis conuenirent ex terris omnibus, ne in sectas scinderentur. Et in nouo Testamento disertè Christus testatur, vnum ouile & vnum gregem fore, cuius ipse vnicus & communis pastor sit. Et hæc est Ecclesia illa Catholica siue Vniuersalis, quam in Symbolo Apostolico profiteamur, & communionem Sanctorum dicimus, id est, omnium qui per fidem in Christum sanctificati sunt. Huic ergo se coniungant, qui cum Deo placere, & eius domestici censerentur cupiunt. Et quia Catholice illius Ecclesie partes sunt coetus illi fidelium, qui hinc inde per Verbi prædicationem colliguntur, & in quibus Deus Pater per nomen Filij sui IESV CHRISTI inuocatur, diligenter hos frequentare debent Christiani homines, adeo vt cum Dauide dicant: Lætor cum mihi dicunt, Eamus ad domum Domini, &c. Propheti autem reuera sunt, & seipsos à Christi & salutis, quæ in ipso habetur communione excludunt, qui coetus sacros negligunt, & infelicis mundi studia, exercitijs fidelium & religionis Christianæ præferunt: digni, vt cum Israelitis carnes Ægyptias Mananæ præferentibus in huius mundi deserto, malè pereant.

Psal. 133.

Architectus
Ecclesie.

1. Cor. 3.
3. Cor. 3.

Fundamentum
Ecclesie.

Psal. 116.

Deinde Ecclesie suæ architectum simul & fundamentum indicat. Ego (inquit) Ecclesiam meam ædificabo super hanc petram. Ipse ergo Christus verus architectus est, & ideo suam dicit esse Ecclesiam: quòd Paulus respiciens dicebat, Dei ædificatio estis. Homnibus quidem ministris vtitur, qui interdum architectæ Ecclesie dicuntur, sed ex gratia, qua eos dignatur Dominus, cum iidem (vt Paulus de Apostolis simul omnibus fatetur) ex semetipsis ne ad cogitandum quidem idonei sint. Et voluit disertè in præsentem dicere, Ecclesiam MEAM, vt eorum ambitioni occurreret, quos nouissimis temporibus dominium in Ecclesiam usurpatorum sciebat. Atqui Christus solus est Dominus, qui gloriam suam dat nec mini: & cum idem ille Ecclesiam sui sanguinis pretio redemerit, & sibi consecratis inexcusabilis sacrilegium est, si quis illam sibi ipsi vendicare audeat.

Porro non architectus modò & Dominus Ecclesie est Christus, verum etiam fundamentum, quod satis perspicue docet, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo, &c. Quæ verba Romani Pontifices de Petro exponunt, qui simul petra ipsa dicatur, & super hanc Ecclesiam ædificatam dicunt, vt eadem opera se ipsos propter successionem Apostolicam, qua falsò gloriarì solent, Ecclesie illius fundamentum constituant. Sed & huius loci contextu, & re ipsa conuincuntur. Cum enim apud Græcos Petrus & Petra, quoad significationem idem sint & vtrunq; significet lapidem, & verisimile sit, Christum cum Syriacè loqueretur, vtriusq; Cæphæ vocabulo vsum fuisse, non tamen absq; numine factum est, quòd Matthæi interpretes (quisquis is fuerit) distinctè loqui voluit: Tu es Petrus & super hæc petram vt nimirum inter Petrum & petram, quæ Ecclesie fundamentum constituitur, distingueret, & hoc esse doceret petram illam, quam Petrus confessus fuerat, & à qua cognomen suum acceperat. Atqui non alium ille quàm IESVM CHRISTVM confessus est: Ergo de semetipso loquitur Dominus, & pollicetur, quòd ipse Ecclesie suæ fundamentum esse velit, cui tutò inniti possint omnes, qui eandem fidem cum Petro ex corde sincero profitentur. Et vt ita intelligamus hunc locum res ipsa (vt diximus) & totius Scripturæ consensus docet. Nam fundamentum Ecclesie oportet esse solidum, firmum, immobile, quod neq; loco moueri, neq; corruiere possit, ne illo euerso, Ecclesia collabatur. At omnis homo natura mendax est, qui falli potest & fallere: adhuc affectibus obnoxij sunt homines, qui ipsos non solum in eadem semper sententia perseuerare, sæpe etiam metu aut alio affectu superati cefaciunt & dicunt, quæ illicita esse & malè fieri norunt, & à propria conscientia

scientia arguuntur: quod ipsi Petro accidisse scimus, quando Christum, quem ante
 confessus fuerat, turpiter abnegavit. Ergo qui hominem Ecclesie fundamentum
 constituunt, non Ecclesiam fingunt, cuius salus dubia & incerta sit, & dulcissima con-
 solatione spoliant credentes, quam ipsis hic locus exhibet. Ideo Scriptura passim
 in vno Domino hoc fundamentum monstrat. Moses Deum vocat petram salutis Deut. 32.
 nostrae, & Iudaeos hoc nomine accusat, quod illo relicto, ad alia praesidia conuersi
 sint. Daud item in Psalmis solum Deum petram & rupem suam frequenter profi- Psal. 18.
 tetur. Quis est Deus (inquit) praeter Iehouam? & quis Zur, id est, petra, praeter De- Ephes. 2.
 um nostrum? Paulus vero Christum vocat fundamentum Prophetarum & Apo-
 stolorum, eo quod tam hi quam illi ad vnum illum remittunt, & illi vni confidere
 docent. Idem ad Corinthios scribens ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere 1. Cor. 3.
 praeter id quod positum est, quod est IESVS CHRISTVS. Sed & ipse Petrus Chri- 1. Pet. 2.
 stum dicit lapidem illum viuum, siue petram esse, super quam credentes aedificari Isa. 28.
 debeant, & de illo exponit locum Isaiae: Ecce pono in Zion lapidem in summo po-
 nendum angulo, electum, pretiosum, cui qui credit non pudebit. Nimis ergo im-
 pudentes sunt, qui Christi verba de Petro aut de personatis eius successoribus ex-
 ponunt. Nihil iam dicimus de euentu illa successione, quae prorsus nulla est, ne-
 que testimonijs aut argumentis ullis potest probari. Quomodo enim Petri suc-
 cessores Romani Pontifices dici possunt, cum Petrus non possit episcopus dici, ni- Galat. 2.
 si eum desertae suae stationis accusare libeat. Apostolum enim fecit Christus, non
 episcopum, qui in vno aliquo loco resideret, & Paulus illi praedicationem Euan-
 gelij inter Iudaeos creditam esse scribit. Romae quidem crucifixum fuisse Petrum Rom. 6.
 negare nolim, cum id vetustissimi Scriptores vnanimi fere consensu testentur: sed
 num ideo primatus Ecclesiae Romae debet adscribi, & non potius Hierosolymae, v-
 bi Dei Filium in cruce mortuum esse constat? At qui iniquum est vel hanc vel illam
 propter caedes indignas, imo propter particidia alijs ciuitatibus praefere? At quam
 uis Petrus Romae Episcopum egisset, quid hoc ad nostri seculi Pontifices, qui a Pe- Rom. 6.
 tri & eorum, qui hunc proxime secuti sunt, vestigijs ita degenerarunt, vt Neronis
 & Domitiani potius quam Petri successores dici mereantur. Quod ergo Paulus in
 fidei Romanae commendationem scribit, quod item de veterum episcoporum fide
 & constantia, qui doctrinam suam proprio sanguine obsignarunt, & martyrij co- Deut. 17.
 ronam meruerunt, in historijs narratur, non magis ad nostros illos, qui hodie Ro- Malac. 2.
 mae triplici corona & regali paludamento aut trabea superbi dominantur, pertinet,
 quam ad Annam & Caiapham referri possunt, quae de summi Sacerdotis authori- Deut. 17.
 tate in Lege, aut de veterum Sacerdotum fide apud Malachiam commemorantur. Malac. 2.
 Itaque firmiter teneri debet, Ecclesiam non alio fundamento niti, quam Filio Dei IES-
 V CHRISTO, a quo etiam illius ciues Christiani dicuntur, vt meminerint, hunc
 vnicum nostrae salutis authorem ac mediatorem esse, cui vni fidere debeant. Nam
 qui hunc honorem in alios transferunt, a quibus denominari volunt, non Christum
 discernunt (vt Paulus ait) & eo ipso testantur, se a corpore eius, quod est Ecclesia, se-
 celsionem fecisse. Vide 1. Cor. 1.

Praeterea de Ecclesiae suae in terris conditione nos admonet Dominus, quando Conditio Eccle-
 addit: Et portae inferorum non praeualebunt aduersus eam. Est ergo certaminibus sic in terris.
 perpetuis obnoxia, quae illi aduersus mundum & huius principem decertanda sunt.
 Ideo quoad in terris agit, militare dicitur: neque hic multa demonstratione opus est,
 quando res ipsa loquitur, & ipse Christus paulo post dicit: Si quis vult post me ve- 1. Pet. 2.
 nire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. In praesenti autem 1. Pet. 3.
 portas inferorum nominat, vt partim ostendat, quo cum hoste nobis res sit, nimirum
 cum tenebrarum rectore & principe, Satana nimirum, qui ad sempiternos infer-
 nalia tormetorum cruciatus iam olim damnatus, hoc perpetuo agit, vt quam

Ioan. 16.

Phil. 4.

1 Ioan. 5.

Zach. 12.

Rom. 8.

plurimos sui exitij & pœnæ socios habeat : partim vt doceat quibus armis ille aduersus nos pugnet. In portis ferè munitiones vrbium excitantur, aggeres fiunt, disponuntur bombardæ & militum præsidia : In portis item iudicia exercebantur olim. Innuit ergo Dominus, Satanam aduersus Ecclesiam & eius singulos ciues primùm aperta vi & omni armorum genere, deinde calumnijs quoq; & obtrecciatio nibus, iniquis deniq; iudicijs pugnaturum esse. Et vtrunq; iam olim factum fuisse, docent historiae, & idem hodie experiuntur quicunq; Christo seruire, & in eo pie viuere cupiunt. Et tanta est satellitū Satanæ rabies, vt eos nullius sceleris & calumniæ pudeat, qua religionem & Ecclesiam expugnari & euerti posse existimant. Itaque plerunq; in calumnijs & mendacijs, in proditorijs consilijs, in cædibus & crudeli sanguinis effusione laudem quærunt, & (quod fore Dominus prædixit) se Deo cultum præstare sibi persuadent, si quàm plurimos ex seruis illius horrendis suppliciorum exemplis e medio sustulerint. Imò tanta est hostis nostri calliditas, vt cordibus electorum sese insinuant, & illic graues contra illos accusationes instituerent, vt dignos esse persuadeat, qui à Deo derelicti malè pereant. Aduersus omnes istas machinationes nos in presenti consolatur Dominus, & testatur, nullam mundi & principis eius potentiam, nullas vires, nullos conatus tantos, nullas insidias aut calumnias tam callidas aut astutas fore, vt Ecclesiã & germana huius membra expugnare possint. Nam iam pridem vicit hostem nostrum ipse Dei Filius & caput illius contriuit. Idem mundo quoq; superior factus, de omni aduersaria potestate triumphauit. Et quia electi perfidem ipsi inseruntur, ijdem in ipso etiam omnia possunt : & victoria ipsorum est fides illa, qua illum apprehenderunt. Itaq; perpetuo fit, quod olim vaticinatus est Zacharias, vt Ecclesia sit quidem lapis ille, in quo tollendo omnes tyranni & hostes Christi fatigantur, manet tamen salua, pereuntibus interim omnibus, qui certamen aduersus illam suscipiunt. Est item cætinus terreus in fornace ardens & totus candens, non disrumpitur autem, sed dum ligna & prurina in cineres & fauillas rediguntur, aurum ignis vi defecatum purgatur, vt splendidius & pretiosius fiat. Est hoc demonstratum omnium seculorum exemplis, quæ alibi recitauimus : & quotidie multa fiunt, quæ istis possunt fidem facere. Itaq; fortes in fide stemus, & teneamus stationem nostram, nobis deniq; applicemus in omni tentatione quod Apostolus quasi letum pœana aut *βραβειον* canens, dicit : Quis intentabit crimina aduersus electos Dei ? Deus est qui iustificat : quis est qui condemnat ? Quis nos separabit à charitate Christi ? num oppressio ? num angustia ? num persecutio ? num fames ? num nuditas ? num periculum ? num gladius ? Imò in his omnibus plus quàm victores sumus per eum qui dilexit nos, &c. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C V I.

Et tibi dabo claves regni cælorum. Et quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cælis : & quicquid solueris in terra, erit solutum in cælis.

Sicuti Petrus ex Spiritus sancti reuelatione Dominum IESUM confessus est, esse æternum Dei Filium, & Christū illum, id est, promissum humani generis Seruatore : Ita vicissim hic illum beatum pronuntiauit, & propter ingenuam & inrepidam fidei huius confessionē ei nomen Petri imposuit, quod initio promiserat. At ne quis solum Petrum beatū putaret, simul pollicitus est, quod super hanc petram, quam ille confessus erat, seipsum videlicet, Ecclesiam suam velit ædificare, & eandē ita munire suo præsidio, vt ne portæ quidem inferorū ipsam superare possint. Vbi discimus, Christū Ecclesiam habere, ad quā eos colligi oporteat, qui in ipso seruare volunt.

volunt: Deinde eorum, qui ad hanc colliguntur, salutem certam esse ac solidam, ut nullis mundi huius aut principis eius machinationibus euerri possit. Nam quicquid hic molitur, firmum tamen ratumque erit, quod Deus decreuit: & quia hic nobis in Filio suo placatus est, in eodem etiam victores erunt, quicumque ad eius Ecclesiam pertinent.

His commodè subtextit hunc locum Dominus, quo docet, qua ratione Ecclesiam suam regat, & qua via siue ratione nos miseri mortales, qui natura peccatores, & propter peccatum à Deo & eius domo alieni, imò iræ filij sumus, ad illius consortium peruenire possimus, & bonorum eius cœlestium participes fieri. Estque huius loci doctrina admodum memorabilis, & necessaria cōsideratur: quia vniuersam nostræ salutis rationem, & ut hæc per Ecclesiæ ministerium dispenseetur, tradit.

Tibi dabo (inquit) clauēs regni cœlorum, &c. Petro loquitur Christus, at quæ illi dicuntur, ad alios quoque discipulos pertinere, docet totius historię seu narrationis contextus. Nam illos omnes interrogauerat Dominus, quem nam ipsum esse dicerent? Omnium etiam nomine respondit Petrus, & fidei communis confessionem adidit. Ergo quæ illi Christus dicit, communiter ad omnes illos debent referri. Deinde quod in præsentī pollicetur, postea omnibus exhibet. Nam infra Cap. 18. ait: Amen dico vobis, quęcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo: & quęcunque solueritis in terra, erunt soluta in cœlo. Et post resurrectionem, cum se illis rediuuium susteret, in ipsos sufflans dicit: Accipite Spiritum sanctum. Quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque retinueritis, retenta erunt. Debet hoc diligenter obseruari propter eos, qui Petro soli clauēs regni cœlorum datas esse contendunt, ut Pontificis Romani primatum & dominium stabiliant. Debet ergo hæc promissio in genere accipi, & ad omnes Apostolos & legitimos eorū successores extendi, ut constet hos audiendos esse, si quī ad illius possessionem & hæreditatem peruenire cupiunt. Ut autem rectius locum hunc totum intelligamus, primò videbimus quid per Clauēs intelligi debeat. Deinde quomodo hæc Apostolis data sint: tertio quomodo his uti debuerint Apostoli: & quis hodie legitimus earū usus sit: quarto quanta illarū sit autoritas. Ex quibus patebit ut locus hæc tam ministrorum quàm auditorum institutioni ac consolationi seruiat.

Clauis propriè est instrumentum, quo ædes, conclauia, arcæ & quęcunque eius generis sunt, clauduntur vel aperiuntur. Vnde nonnulli à præpositione Clam dictam volunt, quòd illa clauduntur, quæ cælata esse, & non omnibus patere volumus. Et quia ei qui clauēs habet, ad ea penetrare licet, eadem potestatis creditæ aut commissæ symbolum sunt. Ita quando maritus vxori clauēs tradit, hanc se pro consorte sua agnoscere eo ipso testatur, & eidem domus administrandæ curam cum illis imponit. Ad eundem modum œconomis & dispensatoribus clauēs committuntur, qui cum his eorum, quæ sub eis latent, potestatem accipiunt. Et principibus clauēs vrbium offerunt, qui se illis dedunt, aut eorum imperio subiiciunt. Metaphoram hanc in præsentī Christus ad Ecclesiam & regnum cœlorum transfert, cuius clauēs cum Petro & condiscipulis eius pollicetur, illius œconomos aut dispensatores fore docet, qui eius thesauros recludere & aperire debeant ijs, qui ad eorum possessionem vel usum fructum admitti debent: eosdem verò ocludere indignis & prophanis, quos procul ab eis arceri vult Deus. Facit ad huius sententię confirmationem, quòd infra doctores œconomis confert quos domus suæ præfecerit. Ecce Paulus intellexit, qui de se & alijs Apostolis atque viris Apostolicis scribit: Sic nos æstimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei. Quòd si quæras, quo medio Apostoli regnum Dei patefecerint, & eius mysteria dispensarint, nihil præter Euangelij prædicationem inuenis. Hæc igitur clauis est, qua regnum cœlorum aperitur, via & ratio ad illud perueniendi monstratur in Christi

De Ecclesiæ ad ministracione.

Quæ Petro dicuntur, ad omnes Apostolos pertinent.

1048. 20.

Clauis quid sint.

Ioan. 14.

Luc. 11.

sto, qui solus est Via, Veritas & Vita. Eadem clauditur regnum Dei per accidens, quando alienis à Christo illud negatur, & eisdē poenae infernales & sempiternae denuntiantur. Ideo Verbi doctrina alibi Clavis scientiae dicitur, quia hominis intellectum illustrat, & quasi aperit mentis oculos, ut mysteria haec cernant, qui suae rationis acumine illa percipere non possent. Itaque patet ex his omnibus, Apostolis non aliud quam Euangelij praedicationem creditam esse, cuius ministerium cum in Ecclesia perpetuum esse velit Christus, & hoc omnes obire debeant, qui legitime vocati sunt, iniqui & nimium audaces sunt Pontifices, qui clauium potestatem sibi solis vendicant.

Quomodo claves
Apostolis
datae.

Isa. 42.

Ioan. 6. 7.

Luc. 24.
Matth. 28.

Quomodo autem datae sunt? Nū ut pro sua libidine claudant siue aperiant? Nequaquam. Imò Christus Ioan. cap. 20. ait: Sicut me misit, ita & ego mitto vos. Non debet autē hoc simpliciter intelligi, ut Apostolus quoad dignitatem & potestatem Christo aequemus. Hic enim missus est, ut noster Redemptor & Seruator esset, & idem clauem Dauidis gestat cum absoluta potestate, sic ut ipso claudente nemo aperiat, ipso aperiente nemo claudat, quam gloriam nulli creaturae cōcedit. Itaque hoc dictū ad ea debet restringi, quae Apostolis & omnibus legitimis Ecclesiae ministris cum illo cōmunia sunt. Missus est Christus, non ut suam voluntatem faceret, sed Patris; & ideo dicit, Doctrina mea nō est mea, sed Patris qui misit me. Ita Apostoli non suā, sed Dei voluntatem praedicare debuerūt, & ab huius solius ore pendere. Ideo cum hoc dixisset illis Christus, mox flauit in eos, dicens: Accipite Spiritum sanctum. Et ut Lucas annotauit, simul aperuit eorum mentem, ut intelligerent Scripturas. Quibus consentit, quod apud Matthaeum habetur: Profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quae mandauī vobis. Non ergo prout ipsis visum fuit praedicare debuerunt Apostoli, sed limitata fuit eorum potestas, quam clauium nomine eis Dominus tradidit. Quapropter hic quoque falsi conuincuntur Pontifices, qui sub Clauium praetextu licentiam quiduis statuendi & nouas leges condendi in Ecclesia usurparūt, quod Antichristi proprium esse, olim Daniel praedixit. Dan. 11.

Quomodo praedicare
debeant
Apostoli.

Marc. 16.

Ideo modum quoque & rationem praescribit Dominus, quam in praedicatione seruare aut sequi debeant; Nam apud Lucam ait; Ita scriptum est, & ita oportuit Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die, & praedici in nomine eius resipiscentiam ac remissionem peccatorum in omnes gentes, &c. Vnde apparet, eos quae Christus pro humani generis redemptione fecit ac passus est, & eiusdem resurrectionem praedicare debuisse: idē in eum finem, ut simul omnes homines peccati reos agerent, conuictos ad resipiscentiam & vitae totius nouitatem hortarentur, contritis autem corde remissionem peccatorum gratuitam in illius nomine & merito non obiter modo monstrarent, sed praedicationi huic credentibus serio quoque pollicerentur. Ideo apud Marcum ait: Profecti in orbem vniuersum, praedicate Euangelium omni creaturae: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, seruabitur; qui vero non crediderit, condemnabitur. Et hunc ordinē Apostolos in praedicatione secutos fuisse, in Actis & sermonibus illorum apparet, ut paulo post dicetur.

Clauium auctoritas.

Nunc qua auctoritate illos Dominus instruxerit, videamus. In praesenti Petro dicit: Quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in caelo: & quicquid solueris in terra, erit solutum in caelo. Quae verba alibi (ut nuper diximus) omnibus applicat, ut eiusdem cum Petro auctoritatis in suo ministerio omnes esse demonstrat. Ac si in Clauium parabola insistere libuisset, dicendum erat: Cuicumque aperueritis fores regni caelorum in terra, illi apertaerunt in caelo: & e contra cuicumque claueritis regnum caelorum in terra, illi oclusum erit in caelo. Sed soluendi & ligandi vocabulis utitur: quae parabola propositae non male conueniunt, si veterum more spectes, qui (ut Eustathius scribit) cum nondum inuentus esset serarum & clauium usus, funibus

Acto. 18.
2. Cor. 13.

Ezech. 3.
Isa. 58.
Amos 3.

2. Cor. 10.
Ioan. 15.

Rom. 15.

mandant, vel dicendi leges praescribunt. His omnibus illi auctoritatem, qua Christus illos armavit, constanter opponant, & sibi dictum putent, quod olim Paulo trepidanti & sollicito dicebatur: Ne timeas, sed loquere, & ne timeas. Improbis autem illis & confidentibus cum eodem Apostolo respondeant: Num experimētum quaeritis Christi in me loquentis? Denique ad se pertinere putent prophetica illat Speculatorem constitui te, audies igitur Verbum ex ore meo, & disertē monebis ex me, &c. Item: Clama ex gutture, ne parcas, extolle instar tubae vocem tuam, & annuntia populo meo prauaricationem suam, &c. Et ex his cum Amos colligant: Leo si rugiat, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, & quis non propheta ret? Interim meminerint, potestatem suam certis finibus circumscriptam esse, & ipsos nihil ex privato arbitrio, sed omnia secundum Verbi diuini regulam facere debere ad aedificationem: quod Paulus ipse testatur, qui se gloriari dicit ea potestate, quam Dominus Apostolis dederit ad aedificationem, non ad alicuius subuersionem. Et idem ad Romanos scribit, Non sustinuerim loqui quicquam, quod non effecerit Christus per me, &c. Quod si omnes obseruauissent, qui Apostolorum successores dici voluerunt, nunquam ea tyrannis in Ecclesiam introducta esset, quae doctrinae puritatem & religionem omnem corrumpit, & multorum conscientias turbauit, & hodie adhuc multos salutis suae incertos reddit. Sed iam olim coepit hoc malum. Nam Diuus Hieronymus in huius loci interpretatione scribit: Istum locum Episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Pharisaeorum assumunt supercilio, ut vel damnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur: Nimirum ut qui peccarunt, resipiscant, & per fidem ad illum conuertantur. Quod si illo seculo non iniusta fuit neque superuacanea querela ista, quid hodie fiat, quando ementita haec clauium potestas, quam inter insignia sua & in vexillis militaribus plus quam Persico fastu ostentant Romani Pontifices, iam pridem non vulgo solum Christianorum, sed Regibus & Imperatoribus intolerabilis facta est: Sed meminerint illi, Deo Ecclesiam curae esse, qui non patitur eos hominum seruos fieri, quos Filij sui sanguine in libertatem asseruit.

Auditores ut
debeant hoc
loco uti.

Sed & qui Christiani dici & esse volunt, de Verbi ministerio & ministrorum dignitate recte iudicare discant, & Verbo Dei sese accommodent, ut hoc in honore & pretio habeant, vera fide amplectentur, & per illud admoniti aut correpti seruo resipiscant. Est quidem Euangelij praedicationis clavis illa, quae fores regni caelorum peccatoribus aperit, & conscientias vinculis peccatorum ac mortis terroribus liberat. Sed nos clauem illam dignè admittere oportet, ut in animos penetret, & intellectu aperiat, ut regni caelorum mysteria percipere possimus, & eorundem more atque studio accensi vitam & mores secundum Verbi doctrinam institutamur. Ut enim fera, nisi clauem admittat, non aperitur: ita si qui non locum dant Euangelij praedicationi, eorum neque intellectus illuminatur, neque peccata remittuntur, & proinde iisdem clausae manent regni caelorum fores, quae solis credentibus patent.

Antecephaleo-
sis huius tracta-
tionis.

Quoad verò eorum tractationem, quae hucusque cum discipulis acta sunt, utile est praecipua illius capita probe tenere, ac in eorum meditatione sedula versari. Primum ex his est, ne opinionum de fide & religione diuersitate offendamur. Nec enim fieri potest, ut idem de regno Dei sentiant homines, quorum intellectus, nisi a Deo illuminetur, diuina non percipit. Deinde persuasum nobis sit, vnam modò fidem Catholicam esse, in qua seruari possumus: eam videlicet, quam Diuus Petrus omnium Apostolorum nomine confessus est, quae IESVM docet esse aeternum Dei Filium, & vnicum humani generis redemptorem. Qui hac praediti sunt, super Christum ceu viui lapides aedificantur in domum Dei spiritualem, quae Ecclesia

Ecclesia illa est, extra quam nemo seruator. In hac Euangelij sui ministerium sancit-
uit Dei Filius, per quod regni cœlorum ianua credentibus referatur, clauditur au-
tem incredulis & pœnitere nescijs. Credamus igitur Euangelio, & per hoc pecca-
torum conuicti, ad vnum IESVM CHRISTVM conuersi, in ipso viuamus vitam
nouam, & spe certa confirmati per aduersa omnia contendamus ad regni cœlestis
possessionem. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum,
Amen.

H O M I L I A C C V I I .

*Tunc interdixit discipulis suis, vt nemini diceret, ipsum IESVM esse illum
CHRISTVM. Ex eo tempore cepit IESVS indicare discipulis suis, quod oportet
teret ipsum abire Hierosolymam, & multa pati à Senioribus, & principibus Sa-
cerdotum & Scribis, & occidi, & tertio die suscitari.*

Quæcumque Dominus noster IESVS CHRISTVS cum Apostolis suis egit,
ita à nobis accipi debent, vt meminerimus, illa nō minus nostræ quàm illo-
rum institutioni seruire. Ideo enim illos elegit, seque ipsum illis familiarius manifesta-
uit, vt sua doctrina & exemplo omnes gentes in ipsius cognitione atque fide institue-
rent. Debet hoc in primis obseruari in ista actione, quam hucusque audiuius. Vbi
primum occurrit, quod à Domino requisiti Apostoli, per Petrum fidei suæ confes-
sionem adunt, ex qua discimus, quid de illo credere ac sentire debeant, qui in ipso
seruari volunt: Nempe quod sit æternus Dei Filius, qui ideo ex Maria Virgine ho-
minem assumpsit, vt CHRISTVS fieret, id est, Rex & Sacerdos æternus Ecclesiæ
Dei, denique vt petra illa pretiosa esset & inuicta, super quam ædificari oporteat Ec-
clesiam, vt aduersus inferorum portas possit consistere. Deinde docuit etiam, qua
ratione Ecclesiam suam ædificet atque regat, & vt nos huius ciues aut membra fieri
possimus: Nimirum si Euangelio credamus. Huius enim prædicationem Apосто-
lis commendauit, qua ceu clauæ regnum cœlorum & huius thesauros referent, &
peccatorum remissionem atque certam salutem omnibus polliceantur, qui in ipsum
credunt. At quia discipulis multa adhuc deerant, sequitur quid deinceps cum illis
egerit, vt eos plenius instrueret et armaret auersus Crucis scandalum, quod breui
secuturum esse sciebat.

Principio grauitè & cum increpatione (vt Lucas annotauit) interdicit discipu-
lis, ne cui dicant, ipsum esse CHRISTVM illum, promissum humani generis Ser-
uatorem. Atqui in eum finem illos elegerat, vt sui testes essent, & alibi iubet, vt quæ
ipsis in aurem, id est, familiarius & in occulto dicta erant, ex tectis diuulgent. Ad-
hæc ipsos & nos omnes hortatur, vt ipsum coram mundo hoc ingenue confitea-
mur. At obseruari debet, mandatum hoc, quod nunc dat, temporarium fuisse, &
præsenti modò temporì seruiuisse. Nam si discipulos spectes, erant quidem iam
ante emissi ad prædicandum per Iudæam & Galilæam, sed eo fine, vt populum
pascim excitarent, & aliquo modo præpararent ad excipiendum Christum, qui in-
terea per doctrinam & miracula sese manifestabat: non autem, vt ipsi eius cogni-
tionem solidam traderent. Nec enim hoc potuissent, cum præcipua illius mysteria
adhuc ignorarent, & in illo regnum terrenum somniarent, pro quo inter sese fre-
quenter altercabantur. Quoad verò populum Iudæorum, ne hic quidem doctrinæ
illius adhuc capax erat, utpote communi errore cum Apostolis fasciatus. Non po-
tuerunt ergo eum pro messia agnoscere, in quo nihil magnificum & regium cerne-
bant. Itaque procul dubio omnibus ludibrium facti fuissent Apostoli, si eum prædi-
cauissent Seruatorē & Regem, qui non multò post debebat in crucem suffigi: & eò
grauius fuisset crucis scandalū, quò altius in spē futuræ liberationis omnium animos

*Christus prohi-
bet ne ipsum
Apostoli man-
ifestent.
Ioan. 15.
Acto. 1.
Matth. 10.*

erexissent. Necessè igitur erat, ut ipse Dominus prius moreretur, & gloriosa ex mortuis resurrectione scandalum illud Crucis remoueret, quando se peccati & mortis atque omnis aduersariae potestatis victorem esse, re ipsa testabatur. Quae etiam causa fuit, quòd iam semel atque iterum Iudaeis ingratis & contumacibus signum inuidiosè ab ipso poscentibus, signum Ionae Prophetæ promisit, qui mortis & resurrectionis suae typis olim fuerat.

Non temere do-
cendi munus
debet suscipi.

Asto. 1.

Iacob. 3.

Docemur igitur hoc exemplo, non temere ad docendum proflire debere eos, qui aliquem habent gustum rerum diuinarum, non autem adhuc solidè instituti sunt: sed legitimam vocationem & missionem expectent, de qua Spiritus ipsos certiores faciet, si plenius instituti fuerint, & Deus ipsorum opera uti velit. Facit ad huius praecipi confirmationem, quòd Christus, cum iam mortuus, & à mortuis resuscitatus esset, atque per dies quadraginta cum Apostolis crebra habuisset de regno Dei colloquia, noluit tamen ut ipso in caelum digresso, statim ad praedicandum proderent, sed adhuc eos Hierosolymae subsistere & promissum à Patre Spiritum expectare iussit. Non temere ergo Iacobus monebat, scribens: Ne sitis multi magistris, fratres mei, scientes quòd grauius iudicium auferemus: In multis enim labimur omnes, & omnium facillimus lapsus est lingua. At qui hac peccant inter docendum, non sibi solis peccant, sed multis alijs etiam erroris & perditionis interdum occasionem praebent. Et videmus frequenter fieri, ut praecocis ingenij homines, dum priuato affectu moti ad docendi munus aspirant, aut etiam inter priuatos de rebus sublimibus disputationes instituunt, aduersariorum argumentis non semper respondere possunt, non modò infantiam suam turpiter prodant, sed doctrinam fidei atque religionem omnem impijs illusoribus deridendam propinent. Debent hoc obseruare diligentius Anabaptistae, qui cum neque linguas norint, neque Scripturas vnquam rectè exponderint, eò tamen confidentia progrediuntur, ut in sua inscitia sibi ipsis mirificè placeant, eoque magis idoneos se esse putent, quòd sunt indoctiores. Verè igitur impletur in illis, quod vulgò dicitur, nihil arrogantius esse inscitia.

Non semper
omnia debent
praedicari.

Ecli. 3.
1. Cor. 4.

Matth. 24.
1. Tim. 3.

Præterea legitimi quoque & ordinarij Ecclesiarum ministri ex hoc loco discant, non temere semper & vbiq; vel inter omnes, effutienda esse quae probè didicerunt & optimè perspecta habent: sed diligentem temporis, loci & personarum rationem haberi debere: non quidem, ut cuiusuis affectui sese accommodent, aut doctrinae capita mutent, sed ut prudenter circumspeciant, quibus rationibus aut argumentis quisque moueri & lucriferi possit, quid item praesentis temporis & loci, in quo agunt, ratio requirat, quid ad Ecclesiae communis ac singulorum aedificationem faciat. Etenim omnia tempus habent, ut Solomon dicebat, neque semper correptione acriori opus est, sed interdum amica institutione plus proficitur: ut viticissim interdum pro spiritu lenitatis virga aut baculo utendum fuerit. Et ut in agricultura non omnia fert omnia tellus, ita in hac animorum cultura non omnes omnia capiunt, & ingenia multum inter se dissimilia sese offerunt. Itaque Dominus a sibi in domo suae dispensatore fidem simul & prudentiam requirit, ut familiae suae alimentum in tempore depromat. Et Paulus Ecclesiae ministrum eiusmodi esse vult, qui sermonem veritatis rectè secare norit, ut omnium institutioni & aedificationi seruiat. Obseruauit hoc ipse diligenter in Corinthijs suis quos initio lacte aluit, quando cibi solidioris nondum capaces videbat: postea autem alios mitius, alios seuerius tractauit, quorum contumacia merebatur, ut experimentum Christi in ipso loquentis sentirent. 2. Cor. 13.

Christus praedi-
cit quid sibi e-
uenturum.

Porro ipse Dominus non obscure sui illius mandati causam indicat, dum discipulis praedicat, quid de se futurum sit: de quo illi nunquam hucusque cogitarant. Praedicat autem hoc, ut Messiae officium proprium, quod adhuc ignorabant (ut postea in

Petri exemplo videbimus) illos doceat, & simul scandalo occurrat, quod ex eius morte sciebat enasciturum esse. Et huc potissimum facit tam diligens circumstantiarum omnium annotatio. Ex eo tempore (inquit Matthæus) cœpit I E S U S indicare discipulis suis, quid ipsi esset euenturum. Mouit ergo eum ingenua Petri confessio, quæ elogium illud præclarum meruerat, Beatus es Simon Bar Iona, &c. Et ne confidentiores facti, ea negligenter, quæ cognitu & obseruatu quàm maxime necessaria erant, sic illis loquitur. Oportet me abire Hierosolymam, & multa pati à Senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertio die suscitari. Primò locum denotat, vbi hæc fieri debeant, Hierosolymam nimirum. Quia enim Iudæis præcipuè promissus ex iisdem carnem assumpserat, Hierosolyma autem gentis illius caput & diuini cultus sedes erat, illic ipsum immolari oportuit, vbi sacrificia publica & priuata peragebantur, vt magis nota esset illius mors, & eius nuntium facilis & citius per totum orbem terrarum diulgaretur: quod fore, olim Prophetæ prædixerant. Ad hæc oportebat Hierosolymam indigna Christi necesse implere mensuram patrum suorum, qui antehac Prophetas & Dei seruos innumeras occiderant. Hinc apparet, quàm stultè faciunt, qui religionem & cum hac salutem æternam locis certis alligare solent. Etenim nulla ciuitas vnquam fuit in terris, quæ vetustate, victorijs, potentia, religionis & cultus diuini maiestate Hierosolymam superarit. Quæ causa est, quod eam Dominus ciuitatem magni Regis vocat, & vulgo apud Euangelistas Ciuitas sancta dicitur. At eadem sanguine Prophetarum maduit, & Filij Dei indigna nece excidium horribile cum sempiterna infamia sibi accersiuit. Quid igitur de Roma aut alijs vrbibus dicamus, quæ in hoc vno Hierosolymam imitantur, quòd simili impietate contra Deum insanunt, nullis alijs prærogatiuis aut virtutibus celebres?

Locus pass. de Hierosolyma.

Psal. 110.

Isa. 2.

Mich. 4.

Matth. 23.

Matth. 5. 27.

Deinde oportet me (inquit) illic multa pati. Etenim non simplici aut vulgari morte obiit Christus, sed concurrunt hic omnia, quæ acerbæ & dira sunt, & mortem possunt infamem facere. Etenim à domestico discipulo proditus est, quo nomine in vltima Cœna præ dolore infremuit, vt Ioannes scripsit. Deinde cum laternis & facibus atq; assumpta militum cohorte ad illum capiendum egressi sunt, tanquam ad hominem facinorosum, qui dignus sit, vt publico omnium concursu opprimantur. Captus Concilio Seniorum & Sacerdotum sistitur, qui vt scismaticum examini, atq; violatæ religionis patriæ condemnant. Inde Pilato prædidi traditur, apud cuius tribunal regni affectati & seditionis accusatur. A Pilato ad Herodem deducitur, qui illum Pilato remittit, & quasi de ipsius capite ludentes duo isti sibi mutuo gratificantur. Ad hæc innocentem Præses cum Barraba latrone & seditioso cõfert, & hunc infelix populus illi præfert. Innocens damnatur ad dirum & infame Crucis supplicium, prius autem spineo sero coronatur, conspuitur, ceditur in faciem, & per ludibrium irridetur. Mox ducitur in publicum supplicij locum, nomine & aspectu terribilem, & crucem propriam humeris gestat. Illuc vbi venum est, amarissimum illi potum propinant milites, & mox estibus exutum in crucem suffragunt, medium inter latrones. Accedunt his omnis generis contumeliæ & opprobria, quorum omnium tanta vis fuit, vt exclamarit: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Tandem inter dolores acerbissimos animam Patri reddens, expirat. Reuera igitur multa dira & nefanda passus est.

Quid Christus passus.

Ioan. 13.

Qui verò horum omnium fuerunt auctores? Nominat ipse Seniores, Sacerdotes & Scribas, sub quibus omnes comprehendit, qui in Republica & Ecclesia auctoritatis, sanctitatis & eruditionis existimationem aliquam sustinebant: quod ipsum per se mortem hanc illi acerbam reddere potuit, & supplicij infamiam auget. Nominantur autem isti, quòd totius negotij duces fuerunt, adeò vt illis acceptum ferri debeat, quicquid alij fecerunt. Nam ab his conductus est Iudas, vt

Auctores per-
pass. Christi.

illum proderet. Ipsi miserunt suos seruos cum militibus, qui illum captiuum facerent. Ipsi captum Concilio stiterunt, testes falsos subornarunt, captiosē confessionē Veritatis ex eius ore elicuerunt, vt eius damnandi occasionem inuenirent. Illi eum damnarunt, damnatum seruis suis improbiſſimis illudendum tradiderunt. Illi eundem Pilato adduxerunt, ad cuius tribunal falsis criminibus infontem grauarunt, populo denique persuaſerunt, vt huic Barrabam latronem praferet, & sua improbitate Pilatum coegerunt, vt inuitus capitalem contra illum ferret sententiam. At qui hoc est, quod olim David praedixerat, fore, vt architecti lapidem illum preciosum, qui Ecclesiae fundamentum & caput anguli futurus sit, reprobent atque reſe-
 ciant. Et haec quidem omnia in praesenti Apostolus praedicit, & se tertio die resur-
 recturum ex mortuis pollicetur, ne istis offenderentur postea, & animos suos ad-
 uersus scandalum obfirmarent spe laetae resurrectionis, quae mox secuta illum mor-
 tis victorem esse ostendit. Nobis autem in tota hac narratione duo potissimum con-
 sideranda sunt.

Pſalm. 118.

Summa redem-
 ptionis nostrae.

1040. 10. 11.

Rom 3.
 2. Cor 3.
 Hebr. 10.1. Pet. 1.
 Isa. 53.1. Cor. 15.
 1040. 5.

Primum est, redemptionis nostrae negotium, quod in his consistit, & ita hic pro-
 ponitur, vt abunde demonstret se esse CHRISTVM sine Vinctum Dei, id est, Sacer-
 dotem & Regem Ecclesiae, cui omnis salus accepta ferri debeat. Hoc initio statim
 innuit, quando dicit OPORRET me abire Hierosolymam. Passus igitur est ista, quia
 ita fieri oportuit. Non debet autem hoc dictum ita accipi, quasi ipse nolens & inuitus,
 vel ab aliquo hostium suorum coactus ista tulerit. Nam volens passus & mor-
 tuus est, sicuti verbis & re ipsa testatur. Nam apud Ioannem ait: Nemo tollit ani-
 mam meam a me, sed ego pono eam a me ipso, &c. Deinde cum quid sibi euentu-
 rum esset, non ignoraret, tamen sponte & volens Hierosolymam abiit, & dehortan-
 tibus ipsum discipulis multoties, faciem suam ad illud iter obfirmavit: & postea in
 hortum sponte exiit, vbi se capiendum sciebat, & neque discipulorum armis, neque
 Angelorum ope & auxilio defendi voluit contra vim hostilem. Itaque huius neces-
 sitatis ratio, quam hic allegat in aeterno Patris decreto quaeri debet: vt dicamus,
 haec ita fieri oportuisse, quia Pater ita voluit, & nobis miseris mortalibus aliter sub-
 ueniri non poterat. Omnes enim peccaueramus, & propter peccatum mortis rei-
 eramus: neque nos ipsos poteramus liberare, eo quod in peccatis concepti & nati
 ne ad cogitandum quidem ex nobis ipsis idonei sumus. Non proderat etiam sanguis
 pecudum, qui inter gentes & Iudaeos quotidie magna copia fundebatur. Nulla enim
 inter pecudes & nos vel naturae vel delictorum communitio est, & ex diuina
 iustitiae decreto, non pecudes, sed nos ad supplicium poscebamus. Non etiam salu-
 ti nostrae consuli poterat, etiamsi quidam homines ceu *καθάρματα* seu piacula fieri
 rent: quod inter gentes aliquas barbaras magna cum crudelitate sub religionis pre-
 textu fieri solitum fuit. Quia enim vna omnium noxa erat, vno reatu item omnes
 tenebamur, nemo alterius culpam praestare, aut aliorum scelera expiare poterat.
 In ista igitur rerum humanarum angustia Deus, quia hanc calamitatem, priusquam
 essemus, prauidit, nostri miseris ab aeterno praedestinavit Filium suum Vnigeni-
 tum, qui homo factus ex Virgine, omnium hominum peccata in se transferret, &
 eadem sanguine suo pretioso expiaret. Idem hic praefinito tempore ex Maria natus,
 hoc omne praestitit, & volens quidem Patri obediens factus vsque ad mortem cru-
 cis, se ipsum ceu fidus Pontifex pro nobis obrulit: vt quemadmodum per vnus
 dami patris omnium nostrum inobedientiam peccatum in mundum introierat: ita
 per illius obedientiam iustificaremur, & hac noxa solueremur. Quia vero non satis
 erat peccata nostra expiari & tolli, nisi & poena peccati, Mors, deuinceretur, quae
 per peccatum nobis dominabatur, hanc quoque Resurrectione sua glorioſa vicis-
 & stimulo seu aculeo suo exarmatam quasi aboleuit, vt quae olim peccati poena
 erat, nunc in illum credentibus felix & laetus transitus sit ex hac lachrymarum
 valle

valle in vitam æternam. Itaq; Regis instar deuictis hostibus nostris, peccato, morte, inferis, diabolo, cœlos ascendit triumphans, & illic nobis mansionem parauit, in quam ipsi quoq; olim transferemur, cum ipse venerit ad iudicandum viuos & mortuos. Hæc (inquam) nostræ redemptionis summa est, quæ in Scripturis fufissimè tractatur: quarum testimonia cum vbiq; occurrant, & alibi sapius adducta sint, nõ opus est ea in præsentî repetere. Prodest autem de his crebro cogitare, vt agnoscamus peccati atrocitatem, neq; eius blanditias admittamus, quibus nobis Satan insidiatur, vt in suum seruitium retrahat. Quid enim in illo leuitulum, quid iucundum censerî potest, quod non alio pretio quàm innocenti sanguine Filij Dei expiari potuit? Deinde meminerimus, non aliam inueniri posse rationem, qua seruemur. Si quæ enim esset, procul dubio non latuisset ea Deum, cuius oculi vniuersam terram percurrunt, & qui abstrusa tenebrarum scrutatur. Idem quia ipsa charitas & iustitia est, noluisse hanc potius salutis nostræ viam sequi, quæ & iniusta & crudeliter dici poterat, si quæ alia potuisset fingi. Huic ergo nos insistamus, nec excidat Apostolicum illud de Christo dictum: Non est in alio quoquam salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo, quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos seruari. Actorum 4.

Ioan. 14.
Ephes. 4.

Zach. 4.

Præterea quia hæc Apostolis dixit Dominus, vt eos contra crucis scandalum premuniret, nobis quoq; huius loci vsus esto, vt discamus, quæ semper in terris fors futura sit seruatorum illius, qui ipsum cum fide amplexantur, neq; offendamur, si quid durius nobis accidat. Nec enim melius potest esse membrum quàm caput, discipulis & seruis quàm magistro & hero. Habent ergo etiam illi aduersarios & hostes eorum numero, qui Filium Dei exosculari, & eius seruos fouere & iuuare debent: inter hos autem facile principes sunt, qui Ecclesiæ antistites volunt haberi, & Spiritualium nomine gloriatur. Et hi iisdem artibus ac armis pugnant, quibus veteres illi: calumnijs nimirum, mendacijs & dolis: neq; eos vllius iniustitiæ aut sceleris pudet, dum modo ecclesiæ & Christo possint officere: Ad hæc crudeles sunt, neq; vllis supplicijs piorum exaturari possunt. Experi sunt tales Apostoli olim, & tales hodie passim credentibus negotium faciunt. Non ergo offendamur eorum conatibus, neq; vt re peregrina ac insolita percellamur exploratione illa, quæ per ignem fit ad nostri experimentum. Soletur autem nos resurrectio Christi. Vt enim non diuturna fuit huius perpessio, neq; eum mors detinere potuit, sed tertio die ad vitam immortalem resuscitatus est, atq; mirabili consilio Dei factum est, vt inepti illi architecsti, qui lapidem illum pretiosum reprobarunt, eum in caput Anguli euererint: Ita hisce etiam postremis temporibus fieri solet, vt qui petram illam inuictam, IESVM CHRISTVM expugnare, & super hanc extructos verè credentes euertere ac destruere volunt, illius regnũ suis conatibus prouehant, & illustrius reddant. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Pij non offendantur cruce.

Psal. 2.
Isa. 49.

1. Pet. 4.

H O M I L I A C C V I I I .

Et præhensum cum Petrus cepit obiurgare, dicens: Propitius tibi sis Domine: nequaquam erit tibi hoc. At ille conuersus dixit Petro: Abscede à me Satana, scandalo es mihi: Nam non sapijs quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum.

Quamuis Apostoli scirent IESVM esse CHRISTVM, id est, promissum humani generis Seruatorem, Sacerdotem æternum & Regem illum glorie, cui omnes gentes obedire ac subijci debeant: hoc tamen illis defuit, quod ignorarunt in quo redemptio & salus nostra consistat, & quale regnum ille in terris habeat. Nam vt saepe diximus, regnum terrenum in illo somniabant, in quo omnem

huius seculi felicitatem sibiipsis pollicebantur. Quæ causa fuit, quod postea eius cruce & morte grauius offensi sunt. Ideo ille, vt eos aduersus crucis scandalum confirmaret, nuper ex ordine diligenter recensuit, quid sibi Hierosolymæ authoribus Sacerdotibus & Scribis, euenturum, & vt ex morte ad vitam resurrecturus sit, vt & nos suæ mortis merito redimat, & per hanc in gloriam Patris ac regni cœlestis possessionem ingrediatur. Quàm verò necesse fuerit, illos de his præmoneri, hic loeus docet, ex quo apparet, illos hæc omnia sinistrè intellexisse. Nam Petrus ipsum dehortatur, ne id faciat quod in primis sui officij erat, & hoc nomine ab eo acerrimè corripitur. Quia autem error iste Apostolorum hodie etiam vulgaris est, & locus in quo peccarit Petrus; Deinde vt eum Christus corripuerit.

*Petrus Christum
à cruce reuocans
varie peccat.*

Quoad illum, dicitur, quod præhenderit Christum, vel (vt Græcum verbum innuit) eum ad se assumptum seorsim, cœperit obiurgare, &c. Atqui non dubium est, illum, quicquid fecit, bona animi intentione fecisse. Nam impense Christum amauit, vt ab eo diuelli non posset. Itaque ne mentionem quidem ferre potest eorum, quæ ipsi euentura esse audiebat. At quia zelus hic siue intentio non regebat scientia vera, in vno hoc facto errores & vitia multa concurrunt. Primò quasi aliquid quod in eum ius & imperium habeat, præhensum abducere vult seorsim. Deinde inexcusabilis est confidentia, quod non contentus monuisse, eum insuper obiurgat & corripit, cum ipse potius ab illo discere deberet, cur ipsum ista perpeti oporteat. Sed & verba Petri accusationem temeritatis spirant, cum dicat: Propitius tibi sis Domine, nequaquam erit tibi hoc. Quasi diceret: Tu quidem ista fieri oportere dicis: sed quis te coget ad ista, si tu nolis? Enimvero cum alios seruaris hæcenus, & quos vis extrahas, facile tibi fuerit te ipsum seruare. Ad hæc cum noris quàm infensio in te sint animo Seniores & Sacerdotes cum tota coniuratorum suorum cohorte, consultius erit, vel non abire illuc vbi illi dominantur, vel illos non irritare. Nam etsi illi digni sint, qui durius tractantur, tu tamen tuipsum rationem habere debes, ne ista tam dira & iniqua tibi accidant. Addit his postremò: Nequaquam erit tibi hoc. Id est, Etsi velis tu salutem tuam negligere, nos tamen ista fieri non patiemur, nec deerunt alij etiam, qui sese illorum hominũ furoribus opponent, &c. Omnium verò istorum hic finis & status est, vt Christum ab eo reuocet, cuius ergo in mundum venerat, & homo erat factus.

*Petrus carnis
ratione decipi-
tur.*

Vnde autem tanta illi fiducia venit? Non aliunde, quàm quod carnis rationibus ducitur, quæ illum non sinunt animi oculos altius attollere. Et erant hæc in speciebus plausibiles. Nam Filius Dei viuentis erat, in quem mors nihil iuris habebat. Deinde Messias erat, qui regnum Dei inter homines debebat instaurare. Cur ergo seipsum sponte morti obijceret? Præterea innocens erat, & non solum ab omni maleficio alienus, verum etiam beneficijs incomparabilibus quotidie omnes ad se venientes cumulabat. Ex istis colligit Petrus, indignum & iniquum esse, vt infamem mortem subeat, neque ratas fore promissiones de Messia, si ista fiant, quæ fieri oportere dixerat. Et eandem fuisse discipulorum omnium sententiã certò constat. Nam cum ista omnia, quæ prædixerat, ei euenissent, non prædictionum eius recordati, sed morte eius offensi sunt, vt ex duorum sermonibus apparet, qui ipso resurrectionis die Emauntem profecturi in ipsum inciderunt. Cum enim ipsi ceu peregrinos & rerum ignaro exposuissent, quæ cum Iesu acta erant, addunt tandem: Nos autem sperabamus eum esse illum, qui redempturus esset Israel. Atqui hic lapis ille est, ad quem Iudæi omnes olim offenderunt, Paulo teste, & adhuc hodie offendunt, vt non possint eum pro Seruatore promisso agnoscere, quem acerbam & crudellem mortem sustinuisse audiunt. Sed & Turcæ, eum de illo alioqui honorifice sentiant.

*Luce. 24.
1. Cor. 15.*

nos tamen eo potissimum nomine oderunt atque persequuntur, quod illum in crucem suffixum esse, & mediū inter latrones expirauisse credimus. Id enim indignissimum omnium Prophetarum, quorū ante Mahumetem fuerunt, appellant. Inter Christianos autem nihil tam vulgare est, quam quod plerique qui in cruce Iesu Christi se spem salutis omnē habere gloriantur, ipsi ad illam offendant, si quid pro illo ferendum est. Et hoc tunc maxime fit, quando interea huius seculi filios & a-pertos Christi hostes feliciter agere & florere vident. Tunc enim de Euangelij pro-missionibus dubitare, adhuc de Dei iudicijs conqueri, & (vt Asaph de semetipso dicit *psalm. 73.* cibat) omnem filiorum Dei generationem damnare incipiunt: neque credere possunt, illorum fidem atque cultum Deo probari, quos hic perpetuis persecutionibus & aduersis exerceat. Ceterum omnes isti cogitare debebant, non temere à Christo dictum esse, OPORTET me abire Ierosolymam, & multa pati à Senioribus, &c. Item ita OPORTUIT Christum pati & resurgere à mortuis tertio die, &c. Nimirum quod non alia esset ratio, qua simul iustitiæ Dei satisfaceret pro peccatis nostris, & nos eiusdem gratuita misericordia seruariemur. Neque ignominiosum hoc fuit Dei Filio, qui Patri obediuit, & excusso mortis aculeo, gloriosa resurrectione hanc vnā cum inferno & diabolo vicit, & nunc in cœlis viuūt & regnat. Eadem nostrarum quoque afflictionum est ratio. Quia enim in sanctis quoque & credentibus peccata hærent, iustum ac æquum est, vt quando Deus mundum punire vult, iudicium à sua domo inchoet, ne in suis ea probare putetur, quæ in alijs grauissimè vlciscitur. Deinde hoc nostræ salutis ratio requirit, vt à Domino castigemur ad poenitentiam, ne cum mundo incurabili æternum damnemur. Nobis autem hoc gloriosissimum est, quod æternus Dei Filius suæ crucis socios facere dignatur nos, qui propter delicta nostra mulctari merebamur. Hinc enim fiet, vt si cum eo toleramus, cum eodem regnemus: si item cum eo moriamur, cum eodem viuamus. *2. Tim. 2.*

Porro alteram huius loci partem videamus, quæ responsionē Christi continet, *Christus Petrū obiurgat.* qui conuersus, discipulos simul omnes (vt Marcus annotauit) intuitus est nimirum quod (vt paulò ante diximus) eodem affectu omnes essent præditi, Petrum obiurgauit, dicens: Abscede post me Satana, &c. Verba per se clara & perspicua sunt, quibus Petrum vt pessimū consultorem à se reijcit: quamobrem res ipsas, quæ his continentur videamus: Primò videlicet, cui loquatur, & quid iubeat: Deinde quam sui mandati rationem afferat: Postremò, quo argumento hoc totum confirmet.

Primò, etsi causa hæc ad omnes pertineat, præcipuè tamen Petro loquitur, qui alijs seruentior sibi tantum iuris in illum sumpserat, vt nõ requisitus ipsi consiliu daret, aut ab instituto dehortaretur. Dicit autē ei: Abi post me Satana. Non Petri aut Simonis nomine eum compellat, sed Satanam dicit, quod communis hostis nostri nomen est proprium, & aduersarium significat. Ita verò vocat Petrum, partim quod sua dehortatione ipsi aduersaretur, & obstaret, quo minus quod ipsi à Patre iniunctum erat faceret: partim quod Satan ipse hoc consilium ei suggessisset, vt Petri simplicitati atque zelo bono abuteretur, & per hunc efficeret, quod se à Christo nunquam impetraturum esse sciebat. Nam ante quidem simili tentatione ipsum aggressurus erat, quando ei omnia huius mundi regna pollicebatur, si prostratus ipsum adoraret: Sed ab eo cum graui correptione repulsus, ex arena discessit, ne quicquam tale præterea ausus fuit, eò quod Christus quotidie diuinam suam virtutem operibus miraculosis declararet, & ipsum ex obsessis magna cum virtute eijceret. Itaque vt olim non Adamum, sed Euam aggressus est, quam infirmiore esse sciebat, vt per hanc illius fidem expugnaret: ita nunc per Petrum conatur ipsum Christum deuincere, & illius simplicitate & zelo abutitur. Itaque non tam Petro, quam ipsi Satanæ ista dicit, & vtrumque post se abire iubet.

Infirmas san-
ctorum.

Rom. 7.

Gen. 12. 20.
22.

Num. 12. 20

1. Sam. 13.

2. Sam. 11.

Abi post me.
Matth. 4.

Cur Christus
Petrum tam di-
uiter tractarit.
Matth. 5.

Isa. 14.
Proverb. 21.

Acto. 20. 21.

Debet autem obseruari, quòd hic, qui eadem hora inuictum Petri nomen accepit, quem beatum dixit, & cui clauis regni cœlorum promisit, nunc Satan dicitur, quo nomine nihil abominabilius & magis exosum Christianis hominibus esse debet. Elucet in hoc exemplo cõmunis infirmitas, quæ in Sanctis quoque locum inuenit propter Legem peccati, quam in membris suis circumferunt. Docent hoc innumera exempla, quæ passim occurrunt. Abraham, pater credentium, qui Deo uocante, intrepidus patrios lares & cognatos simul omnes reliquerat, & qui Isaacum filium, illo mandante, immolare uoluit: nõ multò post ignauo metu superatus uxorem Saram abnegat, & mendacio illo turpissimo eam in præsens pudicitie suæ periculum adducit. Moses mortalium, quotquot vnquam fuerunt, mitissimus & inpatientissimus, populi tamen improbitate vincitur, ut Deo non det gloriam, & indignus iudicetur qui in terram promissam ingrediatur. Dauid vir secundum cor Dei, quando minime putabat, turpis adulter & populi Dei proditor fit. Idem in Petro factum fuisse hoc loco uidemus, qui insuper Christum tandem turpissimè abnegauit. Et huius generis infinita passim occurrunt: quorum omnium hic nobis usus esse debet, ne securitati nos dedamus, sed ut qui sibi uidetur stare, caueat ne cadat.

Iubet autem Petrum post se abire: ipsi Satanae, qui ei regna orbis terrarum omnia pollicebatur, ut ipsum ab obediẽtia Patris auocaret, simpliciter dicebat: Abi Satana. Petrum uero post se abire, id est, se sequi uult. Id uero eius confidentie opponit, qui ipsum manu præhendere, & se ei ducem præbere ausus fuerat: quasi melius quàm ipse prospiceret, quid ipsi esset agendum. Iubet ergo, ut suæ infirmitatis memor, intra discipuli terminos sese contineat, ipsum obseruet & eius uestigijs insistat. Est hoc generale præceptum, quod omnibus mandatur, & quod singuli sibiipsis applicare debent. Quàm primùm enim Christo præire uolumus, ex discipulis in Satanas degeneramus, & similem correptionem meremur.

Sed diligentius consideretur causa, quæ Dominum mouit, ut qui prohibet fratrem fatuum aut Racha uocare, Petrum Satanam nominarit. Quia (inquit) scando es mihi, id est, me impedire uis, ne in Patris uocatione pergam, & lapsus occasionem mihi præbere. Etenim Patris decretum erat, ut ea pateretur Christus, quæ se passurum dixerat, neque aliter poterat consuli humanæ saluti. Et Dei decreto nullo humano consilio, nulla ui aut machinatione impediri possunt. Quia tamen Petrus, quantum in ipso erat, obstare conabatur ne illa fierent, quæ omnino fieri oportebat, rectè eum sibi obstaculo esse dicit, & ideo Satanae nomen ei tribuit. Rursus autem suo exemplo docet, quo loco habendi sint, quotquot nos ab officio reuocant, aut quacunque ratione obstant, ne Deo obsequium præstemus. Faciunt hoc sæpè amici coniunctissimi bono zelo & intentione, sed non secundum scientiam: quando dum nobis metuunt, & nos quàm diutissimè incolumes manere uolunt, uel cessationem ab officio, uel fugam turpem suadent. Ita nonnunquam Verbi ministri fideles monentur, ut sibi parcant quoad labores & curas, aut alio se conferant: & in eò Satan frequenter pijsimorum hominum opera abutitur, ut suo regno consulat, ne libera & assidua Verbi prædicatione expugnatum ruat. Idem solet principibus fidis accidere, quos similiter otari uellet Satan, ne ex illis suo regno aliquid incommodi accidat. Et est quidem laudanda piorum hominum intentio, qui ex charitate non fucata fidis Christi ministris consultum uolunt: sed quod agunt ex Satana est, qui illorum pietate abutitur, & ideo eorum consilijs non semper obedire debent, qui in publica aliqua functione constituti sunt, sed uidere quæ ipsos uocet Deus, ne officio suo desint, quoad hic bene agendi occasiones atque vires suppeditat. Exemplum Christi secutus est Paulus Apostolus, qui etsi in profectura sua in Syriam, per singulas propè ciuitates moneretur à pijs & sanctis fratribus, ne Hierosolymam ascenderet, & ipse sciret sibi illic vincula parata

parata esse, nulla tamen periculi denuntiatione se ab instituto reuocari passus est, quo minus spiritus Dei vocationem sequeretur. Quòd si verò à piorum & sanctorum consilijs inconsideratis cauere nobis debemus, quantò magis cauere debent ij, quos ne species quidem aliqua pietatis commendat, & qui sub amicitia pretextu suadent, quæ palàm turpia, inhonesta & iniusta sunt. Tales sunt, qui vt Tyrannorum offensam & præsens vitæ periculum vitemus, nos idola colere, & superstitionibus impijs communicare, aut aliò profugere iubent. Habent hi rationes carni quidem plausibiles, dum monent, vt nos melioribus temporibus reseruemus, neq; nostra ope & consolatione fraudemus eos, quibus aliquo modo prodesse possumus. Sed reuera obstaculo nobis sunt, & Satanæ oratores censerì debent (Amasæ similes) qui hoc quarit, vt nos à fidei confessione & vero Dei cultu absterreat, & nostro exemplo etiam ad alios seducendos abutatur. Similes horum sunt, qui puelarum & matronarum pudicitia insidiantur, & miris blanditijs ac lenocinijs ad scortationem eas sollicitant: qui item vt cum mundo comessemur, ludamus, castra se-
Amos 7.

quamus, vsurarias artes sectemur nos admonent. Volunt hi videri ex amicorum numero, qui nobis bene esse cupiant: sed reuera Satanæ sunt, & indigni, quibus aures præbeant qui fidem in Christum profitentur. Et debet hoc propter eos quoq; obseruari, qui indignius ferunt, si scelera & scandalorum publicorum auctores suis nominibus appellentur. Quid enim còtra hos nimium dici potest, quando Petrum Dominus Satanam vocauit, qui pio & sancto zelo ipsum ab officio abducere conabatur? Sed audiamus quo argumento ipse hoc suum dictum confirmet: Nam non sapientis (inquit) quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominum. Prius Patris suggestionem secutus fuit Petrus, quando Christum confessus est, & ideo beatum hic pronuntiauit, & dignum iudicauit, cui domus suæ dispensationem & clauis regni cælorum committeret. Nunc Satanam vocat, quòd carnis rationem secutus, non quid Deus videntur, sed quod sibi commodum aut vtile videbatur, spectauit. Vnde colligimus, ad regnum Dei non idoneos fore, qui non quæ Dei sunt sapiunt, sed humanam prudentiam in consilium adhibent. Rationem huius dicti Paulus monstrat, scribens: Propterea quòd intelligentia carnis, inimicitia est aduersus Deum. Carnis autem vocabulo hominem nondum renatum intelligit, quem alibi animalem dicit, quòd nihil norit aut sapiat, quam quod natiuus intellectus suggerit. Itaq; sensus istorum verborum est. Quicquid homo ex seipso sapit, nouit, intelligit, vult & cupit, illud omne Deo inimicum est, cui ille quantus quantus est, reluctatur & hostiliter resistit. Et ne hoc durius æquo dixisse putetur, alia ratione istud quoq; confirmat, addens: Lege enim Dei non subicitur, nam ne potest quidem. Ergo non voluntas modo praua est in homine, sed eidem neq; vires aliqua sunt, quibus illam corrigat, aut Deo obedire cogat. Quod idem Apostolus suo exemplo probat, quando se viderè ait Legem aliam in membris suis, rebellantem Legi mentis suæ, quæ ipsum captiuum reddat Legi peccati. Est hoc graue ceotamen quod intra se sensit, tandem exclamat. Miser ego homo, quis me eripiet ex isto corpore mortis? Et mox subiicit: Gratias ago Deo per IESUM CHRISTUM Dominum nostrum. Discimus ergo ex his Domini verbis, aliam esse sapientiam Dei, aliam hominum. Dei sapientia est, quam ex Verbi semine renati per fidem consequuntur in Christo, qui nobis à Patre sapientia factus est. Et hæc quia in solum Deum respicit, & eius Verbo atq; Spiritu ducitur, neque ipsa falli potest, neque fallit alios: Humana verò sapientia est, qua huius seculi filij superbiunt, quibus summa prudentia videtur, aliorum pla-
1. Cor. 1.

la declinare, stultos autem putare eos, qui spe futurorum præsentia negligunt, & contemptis huius seculi commodis in cruce Christi gloriari. Quam turpiter autem & miserè fallantur, qui ita sentiunt, quotidianis exemplis docemur. Itaq; procul re-

lictis omnibus cæcæ carnis & infelicis mundi placitis, in Filiū Dei IESVM CHRISTVM respiciamus, & hunc ducem secuti aspiremus ad cœlestia bona, quæ sibi nobis meruit. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A CCIX.

Tunc IESVS dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me.

Quamuis Dominus & Seruator noster IESVS CHRISTVS nuper suis discipulis, qui ipsum Dei Filium & VNCTVM Dei, id est, promissum humani generis Seruatorem, Regem & Sacerdotem populi Dei esse confessi erant, dixerit prædixisset, quid sibi Ierosolymæ euenturum sit, nimirum quod ipsum infamem & diram mortem subire oporteat: pollicetur tamen, quod tertio die à mortuis resurrecturus sit. Causa huius prædictionis est, vt illos in fide sua confirmet & aduersus futurum crucis scandalum præmuniat. Ita enim se omniscium & verum Deum esse testatur, cui nihil fortuitum, sed ex certo & æterno Patris decreto acciderit: Deinde docere etiam voluit, in quo redemptio humani generis consistat, cuius ergo se in mundum venisse, alibi testatur. In primis tamen errorem discipulorum confutat, qui in ipso regnum terrenum, opes item & honores huius seculi somniabant, & sibi ipsi felicitatem omnem pollicebantur. Atqui non ignorabat, hunc errorem omnibus seculis inter homines vulgarem fore. Itaque pergit in præsentem, & quod de semetipso dixerat, nunc omnibus in se credentibus applicat, docens non meliorem omnium credentium sortem fore, qui in ipso seruari volunt: & simul regulam siue legem communem præscribit, quam omnes sequi debeant. Estque locum hic multa consideratione dignus. Si enim philosophorum placita magni olim fecerunt, qui humanæ sapientiæ laudem sibi sectandam putarunt, & hodie in hominum traditiones iurant, qui votis monasticis sese obstringunt, quanto maior debet esse eius Regulæ autoritas, quem constat æternum esse Dei Filium, & qui solus habet verba vitæ æternæ.

Qua occasione & quibus hæc dixerit Christus.

Prodest ante omnia diligenter videre, qua occasione & quibus ista dixerit Dominus. Matthæus ihs, quæ proximè præcesserunt, hunc locum connectens ista tunc dicta esse scribit, quando Petrus Christum increpare & ab instituto suo dehortatus, & ideo grauiter correptus fuit. Voluit ergo illius inscitiam his quoque verbis amplius arguere, qui ipsi audeat consilium dare, cum quid sibi ferendum sit, ignoret: & quia errorem hunc illi cum alijs discipulis communē esse sciebat, adeoque cum tota Iudæorum gente, hæc non illi soli, sed (vt Marcus annotauit) conuocati ad se totius populi turba vnà cum discipulis, simul omnibus dixit: Si quis vult post me venire, &c. Post Christum venire idem est quod eius discipulum fieri, & eius nomen profiteri. At quia horum magnus semper est numerus, qui tamen non vno corde aut proposito veniunt, discernit hoc dicto inter germanos & falsos discipulos. Post ipsum verè & animo sincero veniunt, qui relictis omnibus alijs, ad illum vnun respiciunt, eius solius gloriam quærunt, neque se ab illo diuelli sinunt: quos les scimus fuisse Apostolos, qui etsi suos tunc errores & nãuos haberent, tamen licuit eis verè dicere: Ecco nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. E contra erant alij, qui non tam post Christum veniebant, quàm post regni terreni spem, aut miracula, quibus quotidie multorum morbis medebatur, & interdum gratuito epulo sectatores suos excipiebat: quod eis apud Ioannem exprobrat. Et hodie multi passim inueniuntur, qui cum post Christum venire se simulent, nihil aliud tamen quàm

Post Christum venire quid sit.

Matth. 19.

Ioan. 6.

quàm priuatum commodum, dignitates, sacerdotia opima, vel carnis licentiam querunt. Vt ergo inter hos & germanos discipulos discernat, in publico omnibus loquitur: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, &c.

Est autem probè obseruandum, quòd indefinite loquitur. Quasi diceret: Quis vniuersalis regula Christianorum. quis ille est, qui meus vult esse discipulus, siue ille doctus aut indoctus, diues vel pauper, herus aut seruus, mas aut foemina fuerit, is intelligat, non sufficere exter- nam mei nominis professionem, sed vt huic re ipsa respondeat opus esse. Traditur ergo hic vniuersalis regula, quæ ex æquo ad omnes pertinet, qui Christiani cenferi volunt, cuiuscumq; sint loci aut ordinis. Nam vt saepe diximus, sicuti in CHRISTO Coloss. 3. sic vitæ genus nullum est, nulla personæ conditio, quæ aliquem ab obsequio, quod illi debetur eximat. Ad fidei enim obedientiam vocantur, quotquot Euangelium eius audiunt. Quia verò ad vnã & eandem regulam omnes obstringuntur, ab- sentur vtique omnes aliarum sectarum regulæ, quæ salutem extra Christum mon- strant, & contra Apostoli præceptum hominum discipulos & seruos faciunt eos, 1. Cor. 7. Ioan. 4. 7. Galat. 6. Ioan. 1. qui in baptismo Christo nomē dederunt. Et sanè cum hi omnes non ex illo bibant, qui solus est fons aquæ viuentis, perpetua siti æstuent oportet. At quicumque (vt Paulus scribit) ad hanc regulam, quam Christus hoc loco tradit, gressum suum di- rigunt, super eos erit pax & misericordia, & super Israelē Dei. Id est, hi veri Israe- litæ sunt, in quibus non est dolus (vt de Nathanaele Christus pronuntiauit) & tales pro suis Deus agnoscit, qui non inani nominis professione ducitur, sed corda in spi- cit, & nos in Filio suo nouam Creaturam vult fieri. Porro videamus regulæ huius capita, quæ tria sunt.

Primum est, vt semetipsum homo abneget. A nobis ipsis ergo nos vult in initium 1. Abneget se- metipsum. facere, & hoc præcepto totam hominis naturam damnat cum omnibus suis viti- bus & desiderijs. Quia enim in peccato, quod ex primo parente in nos deriuatum Psal. 51. Gene. 8. est, concepti & nati sumus, non solùm peccatores, sed serui peccati sumus, quorum cogitationes, figmenta, & affectus prauis sunt à pueritia. Ex hac naturæ corruptio- ne philautia originem ducit, cuius tanta vis est, vt in nostris studijs pessimis nobis Rom. 8. relictis aliam vitam rationem instituamus, nos admonet. Ideo Paulus (sicuti nuper diximus) carnis intelligentiam dicebat esse inimicitiam aduersus Deum, eò quòd Legi Dei non solùm non subiiciatur, sed ne possit quidem illi subijci. Cum ergo, qui in carne viuunt, id est, qui innatis sibi affectibus & studijs ducuntur, non pos- sint Deo placere, necesse est, vt nosmetipsos abnegemus, id est, vt renunciemus Ioan. 9. Coloss. 3. propriis rationi, intellectui, affectibus, denique placitis nostris omnibus, nosq; totos hu- miliemus sub potenti Dei manu, & huic nos consecremus per fidei obedientiam. Idem ergo hic Christus præcipit, quod alibi per regenerationis mysterium docet, Gene. 17. 33. Rom. 4. Hebr. 11. item per mortificationem membrorum terrestrium Paulus, quæ in eo consistit, vt omnem vitiosæ naturæ, quæ nos à Dei obedientia & celestium meditatione abstra- hit, vim atque affectus frangamus, ne illa in nobis dominetur. Exempla huius ab- negationis multa in Scripturis extant, inter quæ admodum memorabile est Abra- hami patris credentium, qui Deo vocante patrios lares & natale solum cum co- gnatis & affinibus charis reliquit, ignarus quòd nam se conferre deberet, & vbi ei sedem quietis parasset Deus. Idem in extremam vsque senectam, filium ex Sara Gene. 17. 33. Rom. 4. Hebr. 11. nasciturum sperauit, cum ipsa rerum natura spem omnem negaret: & eundem proprijs manibus mactare voluit, cum ita iuberet Deus. At nihil horum fecisset, nisi sopys quoque & naturales cordis affectiones abnegauisset. Idem Mosē fe- cisse constat, quando relicta aula & huius delitijs ad Israelitas transiuit, ex quibus nihil larum aut vtile sperare poterat. Seipsum quoque Paulus abnegauit, quando

Philip. 3.

Cant. 1.

2. Tollat crucē

suam.

Deut. 21.

Ioan. 3.

Quæ crux ferri debeat.

omnia quæ mundo eximia putantur, pro stercoreibus & damnis habuit, ut Christum lucrifaceret. Et ut hoc ipsum faciant, qui germani discipuli IESU CHRISTI esse volunt, plus quam necesse est, quando ubique sese offerunt, quæ fidem oppugnant, & nos ne in Dei semitis progrediamur, remorari solent. Opus igitur est assiduis precibus, ut ipse Dominus nos reluctantes post se trahat, sicuti sponsa apud Solomonem canit. Proderit etiam diligens rerum huius seculi meditatio, in quibus nihil est, quod Dei vocationi præferri mereatur. Minus etiam hic laborabunt, qui à pueris disciplinæ assueverunt. At cum ea sit nostri seculi calamitas, ut plerique terrenis studiis addicti cœlestia negligant, imò pauci credant cœlos esse, in quibus vitam aliam post hanc simus victuri, disciplinam verò neque parentes adhibeant filiis adhuc tenerioribus, neque illam admittant pueri, quid mirum est, si rari admodum sint, qui non impingant ad primum hunc Christianæ professionis gradum, quo nosmetipsos abnegare iubemur.

Alterum regulæ Christi caput est: Et tollat Crucem suam. Lucas addit, Quotidie. Crux olim infame & acerbissimum mortis genus fuit, & à Deo maledictum, quod ipse Christus pro nobis sufferre debuit. Sub huius igitur vocabulo omnis generis afflictiones continentur: quarum vita hæc plena est. Nam per peccatum cum morte omnes eius satellites ingressi sunt, labor, cura, morbi, fames, sitis, & quæcunque vitam hanc nobis acerbam faciunt. Habent tamē p̄ afflictiones proprias, quæ fidem in Christum comitantur. Quia enim Veritatis lucem mundus odit, non potest nō eos etiam odisse ac persequi, penes quos illa lucet, & qui in ea ambulant. Admonet de hoc Dominus frequenter in Evangelio, & quæcunque propter ipsius nomen nobis accidunt, Crucis nomine dignatur, ut doceat, nos in his perferendis ipsius socios fieri, neque nobis graue aut iniquum debere censerī, si acerbissima quæque subire cogamur. Quid enim tam graue, tam iniquum, tam acerbum nobis accidere potest, quod cum ihs conferri possit, quæ Dei Filius pro nobis pertulit? At quia propter innatam nobis impatientiam hic multa institutione opus est, proderit singulas voces expendere.

Primò, tollat (inquit) crucem suam. Sua cuiusque crux est, quam cuique Deus imponit. Solet enim hic huius seculi aduersa dispensare, & (ut alio simili docet Scriptura) singulis suum calicem propinare, quem bibant. Et nouit ille qua cruce nobis sit opus. Itaque suam ferant singuli, neque de ea permutanda aut excutienda cogitent. Peccatur hic multum à nonnullis, qui cum audiunt, Christianos homines necessarīo Crucem ferre oportere, non expectata vocatione Dei, non necessarios labores & aduersa sibi accersunt. Sic in Papatu Monachi, inter Evangelii professores Anabaptistæ faciunt, dum illi quidem vitam cœlibem aut eremiticam, adhuc voluntariam paupertatem vouent, vel vigilijs, cilicijs & alijs sese affligunt, quibus abstinere poterant, cum nullo Dei præcepto ad illa adigantur: hi verò relictis coniugibus & liberis atque re domestica, & interdum patrio solo quoque, homines impiè morosos sectantur, qui proprium vitæ genus, ut olim Esai, sibi delegerunt. Vidi ego mulierem, quæ cum multis annis cum marito honestè vixisset, hoc furore percitam relictis septem liberis, & quidem minimo natu adhuc lactente, ad Anabaptistas profugisse, nec aliam sui facti excusationem prætexuisse, quam quòd Christus nos ad crucem vocet. Atqui habet vnum quodque vitæ genus suam crucem, & vnusquisque suam crucem ferre iubetur, eam nimirum, quam ipsi Deus in sua vocatione ambulanti imponit, non alienam accersere. Neque etiam tam iniquus aut morosus est Deus, ut nullas ferias & otium omnino nullum suis concedat: sed sapissimè eos indulgentius tractat, quando vel eos infirmiores esse nouit, quam ut laboribus, & aduersis durioribus sufficiant, vel ut promissionibus suis fidem faciat, & alij exempla habeant, quibus sese consolentur. Discant ergo

ergo omnes suam crucem gestare, vt neq; eam cum alijs commutare, neq; nouam pro suo arbitrio formare velint, aut nō necessarijs periculis sese obijciendo Deum tentent, & superstitionis suæ pœnas dent.

Deinde tollendi verbo vititur Dominus, quo alacritatem & voluntariam obedientiam nobis commendat, qualis in famulis frugi & fidelibus cernitur. Hi si onera aut sarcinas ab heris suis aliquò deferre iubeantur, mox sese operi accingunt, illas spontè in humeros subleuant, & quo iussi sunt pergunt, licet non semper ipsis constet, quod heri sui institutum sit: Ita Christianum hominem facere cōuenit. Nec enim semper Deus suorum præceptorum rationem nobis reddit, ius autem & imperium in nos habet mandandi quod vult. Meminerimus tunc nostri officij esse, vt faciamus quod ille iubet, qui nihil temere mandat, cum sit sapientissimus, neq; non necessarijs oneribus nos grauat, cum nostri amans sit & nostri saluti consultum velit, & ideo nos supra vires tentari non sinat. Vehementer ergo pescatur ab ijs, qui si quid ferendum est, Deo litem intendunt, aut cur alios mitius tractet, interrogant: in quo Petrum aliquando offendisse legimus, quando quid de dilecto discipulo loanne Dominus constituisset, quærebat. Sed quod illi tunc respondit Christus, hoc singuli sibi dictum putent: Si illum velim manere donec veniam, quid ad te tu me sequere. Ioan. 21.

Quomodo
cruce ferenda.

Præterea non temere iubet Christus, vt **QVOTIDIE** crucem nostram tollamus. Habet enim vnaquæq; dies suam afflictionem (vt Christus monet) neq; satis est manum arato admouisse, sed vt in finem vsq; perseueremus necesse est. Sic crucem suam indefesso studio tulerunt patriarchæ, inter quos Iacob, cum iam vitæ annorum centesimum tricesimum attigisset, & dies omnes sibi tristes & acerbos accidisse posset dicere, nullum tam animi impatientis indicium præbuit. Sic Moses totis annis quadraginta crucem suam tulit, etiamsi ex contumaci & rebelligente noxiæ illi molestiæ quotidie exorirentur. Idem de Prophetis pleriq; dici potest, quorum multi quadraginta & amplius in ministerio suo laborarunt. Fecerunt idem Apostoli, & inter hos Paulus in primis, qui per annos triginta & septem assiduis laboribus, curis & periculis exercitatus est. Arguitur his exemplis eorum ignauia, qui vt serui malæ frugis sibi ipsi ferias indicunt, priusquam opus suum absoluerunt: aut vt milites ignaui coronari volunt, priusquam victoriam assuti sunt. Meminerint ergo discipuli Christi, non feriandum sibi esse, quoad ipsorum seruitio Deus vti voluerit. Et quia id carni durum & graue est, in Dei prouidentiam respiciant, sine cuius voluntate & decreto nihil eis accidit. Idem cum iustus sit, nemini facit iniuriam: magni autem beneficii loco censerit debet, quod nos Crucis filij sui socios facit, vt cum eodem olim glorificemur: in certaminibus autem istis confirmet nos, quod quæ in præsentis seculo perpetimur non paria sunt futuræ gloriæ, quæ omnem sensum & intellectum hominis superat. Rom. 8. Iſa. 64.

Cruce quotidie
ferenda
Matth. 6.
Luc. 9
Gen. 27.

Restat tertium regulæ Christi membrum, quod est: Ac sequatur me. Id verò non debet de corpore intelligi, quo ille in cælos obiit, quò nobis non licet illum sequi, quoad vitæ huius metam attigerimus. Spiritualem ergo sequelam nobis commendat, quæ in duobus cōsistit. Primum fides est, qua ille apprehenditur, qui ipsissima Lux est, quam qui sequuntur, errare non possunt. Huc pertinet quod ipse dicit: Ego sum Lux illa mundi: qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Item ambulate donec lucem habeatis, ne vos tenebræ depræhendant. Vbi expositionis loco subiicit: Dum Lucem habeatis, credite in Lucem vt filij Lucis sitis. Ergo in Christum credamus oportet, si illum sequi volumus. In hunc autem credunt, qui (vt alibi docuimus) firmo & constanti animi assensu talem agnoscunt, qualis in Scriptura describitur, & qualem in Symbolo Apostolico profitemur: Aeternum scilicet Dei Filium, qui propter nos ex Virgine homo factus,

Matth. 10.
2. Tim. 2.

3. Sequatur me

Ioan. 8. & 12.

unicus mundi redemptor & noster apud Patrem mediator est. Obseruari hoc debet diligenter propter eos, qui se Christi sectatores esse dicunt, quando nouum vitæ genus eligunt, & superstitiones frigidissimas sequuntur, quæ ab illo abducunt ad humanæ iustitiæ, quæ nulla est, fiduciam. Alterum in quo Christi sequela consistit, est imitatio exempli, quo ille nobis præiuit. Sunt quidem in illo, quæ imitari non possumus, qualia sunt diuinæ virtutis opera, quibus se æternum Dei viuientis Filium & promissum Seruatorem esse demonstrauit. Ac præter ista habemus in illo exemplar perfectissimum obedientiæ quam Patri præstitit vsq; ad mortem crucis: Innocentiæ item, quam nulli hostes suis calumnijs, nulli falsi testes suis mendacijs denigrare poterunt: Charitatis incomparabilis, qua miseros nos, qui filij iræ & inimici eramus, ita complexus est, vt seipsum pro nobis in mortem dederit: Patientiæ, qua iniurias omnes vicit, vt vindictæ cupiditatem ne verbulo quidem vno prodiderit: Fidei deniq; constantis, qua Patrem inter diros animi & corporis dolores inuocauit, & eidem iam moriturus animam commendauit. In his illum imitemur, si post eum venire, & germani eius discipuli esse volumus. Neq; nos illius periculi metus, neq; rei difficultas terreat. Qui enim hæc præcipit, idem vires dat, vt ea præstemus: qui nos ad se vocat, idem manum nobis porrigit, & post se trahit. Denique nobis in hac valle vmbrae mortis ambulantes, non dux modò, sed pastor quoque fidelis, lux item, panis & fons vitæ est, in quo nihil nobis deerit. Ipsi debetur bonæ dictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C X.

Quisquis enim voluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdidit animam suam mea causa, inueniet eam. Quid enim prodest homini si totum mundum lucratus fuerit, anima vero sua mulsetur? aut quam dabit homo compensationem animæ suæ? Futurum est enim vt filius hominis veniat in gloria Patris sui cum angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum facta eius. Amen dico vobis, sunt quidam ex ijs qui hæc astant, qui nequaquam gustabunt mortem, vsque dum viderint Filium hominis venientem in regno suo.

Quoniam æternus Dei Filius propter nos se exinaniuit & homo factus est, & ita nos dilexit, vt seipsum pro nobis in mortem tradiderit, æquum est, vt nos vicissim ita eum diligamus, vt si opus sit, non dedignemur propter illum extrema quæuis perpeti. Ideo nuper generalem regulam præscripsit, quam omnes sequi debent, quotquot ipsius discipuli censeri, & in ipso seruari cupiunt. Ea est, vt seipsos abnegent, crucem suam, id est, quicquid ipsis Deus imponit, quotidie animo prompto & alacri in humeros suos recipiant, & in ipsum intenti per fidem, eius exemplum, quo nobis præiuit, intrepide sequantur. At sunt hæc carni dura & aspera, eo quod propter innatam nobis phisauriam omnes quoad hoc seculum sibi bene esse volunt, & à cruce atq; aduersis abhorrent. Itaq; etsi iure optimo nos totos sibi vindicet Christus, multa tamen sunt, quæ nos ab eo auocant. Alij enim vitæ suæ metuunt, alij opes & alia vitæ huius commoda amittere, aut de dignitatibus suis periclitari nolunt, & magnorum atque potentum hominum fauorem cœlestibus bonis præferunt. Omnium verò efficacissimum scandalum est, quod multi numquam vitæ post hanc mortalem alia sit, dubitant, & proinde nouissimum Christi aduentum & retributionem, quæ tunc fiet, vel omnino negant, vel saltem in dubium vocant. Ideo Dominus aduersus hæc omnia argumentis validissimis nos confirmat.

Aduersus metum confirmat.

Principiò aduersus mortis metum nos instruit. Estq; doctrina ista admodum necessaria, eò quod vitæ cupiditas omnibus inhæret, & nisi rectè gubernetur, cau-

sa præ-

la præcipua est, vt multi suæ dignitatis & officij immemores ea faciant, quorum illos postea vehementer pudet & pœnitet. In primis autem fidei veræ abnegationem multi hoc argumento excusant, quod vita nihil præciosius esse, & semel amissam, nulla ratione recuperari posse dicunt. Ostendit ergo periculum, quod isti sibi ipsi accersunt, & docet nullos vitæ suæ peius consulere, quàm eos qui illam cum fidei suæ abnegatione seruare volunt. Ait enim: Quisquis voluerit animam suam seruare, perdet eam. Quisquis autem perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam. Apud Ioannem hanc sententiam sic enuntiat: Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam. Anima autem in præsentis sumitur pro vita, quam in hoc seculo viuimus: quod fretuli, qui nihil præter huius seculi delicias & commoda nouerunt, & proinde ne illam amittant, aut sibi amaram & acerbam reddant, Christum potius & eius Euangelium volunt relinquere. E contra vitam odisse dicuntur mundi iudicio, qui quàm ab illo diuelli, quem ceu sponsum animæ suæ super omnia diligunt. Sed videamus, quid de vtriusque dicatur.

De primis illis ait: Quisquis animam suam ita amat & seruare cupit, vt nulla furæ & cœlestis vitæ cura habita, me abneget, & Verbi mei disciplina coerceri non lit, perdet eam. Rationes huius dicti multæ & graues sunt. Primò inutiles cura & sollicitudine sese isti fatigant. Nam etsi periculum præsens declinent, adhuc tamen mundi lege moriendi tenentur, quam omnibus imposuit Deus, & quæ via est vniuersæ terræ: adhuc nesciunt dierum suorum numerum, & plerumque nihil huius conscientie carnificinam sibi ipsi accersunt, qua nihil acerbius homini accidere potest, & quæ non modò vitam acerbam facit, sed multos huius cursum violenta morte abrumpere cogit. Quòd si conscientie terrores ad tempus excutiant, & simul omnium Dei timore posito securi in delictis pergant, ij viuentes mortui sunt, vt de viuida luxuriante Paulus scribit, & nihil à brutis differunt. Adhuc Christum abnegant, qui solus vita est, mortis mancipia fiunt & morituri sentiunt quid fecerint, incerti autem salutis de animæ etiam interitu cum infelice Adriano Imperatore querunt: Animula vagula, blandula, Quæ nunc abibis in loca: &c. Et ij, qui posteros infamem sui nominis memoriam relinquunt. Denique non consistere possunt in resurrectione iustorum, neque eos pro suis tunc Christus agnosceret, sed ad sempiternos corporis & animæ cruciatus damnabuntur: vt passim post dicitur. Itaque vitam præsentis seculi malè seruando & hanc & æternam amittunt.

E contra qui vitam hanc mortalem odit respectu Christi, & vñ hanc retineat, illam amittit, amittendo inuenit eam & verè in æternum seruat. Etenim qui id faciunt, ij se totos Christo consecrant, in quo verè viuunt, & idem in ipsis viuunt, vt cum Apostolo possint dicere: Viuo non amplius ego, sed viuunt in me Christus: vitam autem quam nunc viuo, per fidem Filij Dei viuo, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Et hæc demum vera hominis vita in hoc seculo dici meretur, cum prophani (vt nuper diximus) non aliam viuunt, quàm quæ eis cum brutis animalibus communis est. Deinde inter afflictiones & pericula confirmantur Dei Spiritu, qui salutis arrhabo est, & (vt Psalter ille diuinus canit) pro multitudine cogitationum, quibus distrahuntur consolationes dulcissimas suggerit, quibus animam suam exhilarant. Præterea per veteris hominis mortificationem seipsum infirmitatis molestijs liberant, & vitæ fructus ferunt. Morituri autem spem vitæ melioris habent in Christo repositam, qui mortis terrores discutit, vt sciant se à morte

Qui vitam seruare volunt, perdunt eam.

Gen. 3.
1. Reg. 2.

3. Tim. 3.

Psalm. 1.

vt vita perdendo seruetur.

Gal. 2.

Psalm. 49.

Io. n. 9.

Col. 3.

1. Thess. 4.

Quæ ratio o-
ptima seruan-
di res nostras.
Heb. 11.
Marc. 10.

Prover. 19.
Matth. 25.
1. Tim. 6. 4.

Gen. 19.
Luc. 17.

Adversus opū
studiū instruit.

1. Tim. 6.
Ephes. 4.
Luc. 16.

Apo. 3.

Iob 17.
1. Tim. 6.

Luc. 33.

in vitam transire: Itaq; animam illi commendant, & læti in vitæ æternæ & cœlestis possessionem transeunt. Verissimè ergo hoc dicitur, quod isti dum vitam oderunt & amittunt, eandem inueniant, imò custodiant extra omne periculū. Etenim Paulo teste, vita eorum cum Christo in Deo abscondita est: quando igitur Christus, vita illa nostra, patefactus fuerit, tunc & ipsi cū eo declarabuntur verè gloriosi. Nam & corpora illis restituentur, & Christo venienti in nubibus cœli obuiam rapien- tur per aërem, vt cum eodem in cœlis viuant & regnent. Et hæc illa beata spes est, qua Martyres olim confirmati diros omnium tormentorum cruciatus inuictō ani- mi robore superarunt.

Quod autem de vita dicitur, ad omnia alia extendi debet. Nulla enim alia ratio augendi & seruandi quæ habemus, melior & tutior est, quàm si ea propter Chris- tum expendamus aut amittamus. Ita enim illa in Dei manus deponimus, qui re- munerator est fidelissimus. Ideo alibi dicit: Nullus est, qui reliquerit domū, aut fra- tres, aut sorores, aut parētes, aut vxorem, aut liberos, aut agros mea causa & Euan- gelij, quin accipiat centuplicia nunc in tempore hoc, ac in seculo futuro vitam æ- ternam. Qui autem propter Christi nomen pauperibus sua erogant, ipsi Deo fore- nerantur, & olim hic sibi factum reputabit, quod illis factum fuerit. Sed & ipsa pie- tas per se cum animō sua sorte contento quæstus est vberimus, vtpote promissio- nes habens præsentis & futuri seculi. Exempla passim occurrunt, quibus ista pro- bantur. Inter alia memorabile est Lothi, qui Deo vocante, Sodomas & cū his opes suas omnes reliquit, sed harum iactura vitam suam redemit: quam eiusdem vxor infelix amisit, dā in illas respicit. Huius ergo memores (vt Christus monet) non dilige- mus mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, sed ad cœlestia bona toto corde aspi- remus, quorum spes certa & possessio stabilis est.

Sed ad eos transeamus, qui opes & huius seculi fortunas Christo præferunt, quorum maximus est numerus. Nam pleriq; in opum abundantia felicitatem om- nem consistere sibi persuadent: quæ causa est, quod circa illas variè peccent. Dum enim eas acquirere student, in tentationum laqueos incidunt, & paucos in- uenias, qui non peccent in charitatis & iustitiæ leges. Qui verò iam diuites facti sunt, si aut fidutiam in diuitijs collocant, & idololatræ fiunt, aut illis ad luxum & fa- stum abutuntur. Quod si periculum eas amittendi oboriat, multi quiduis faciū, aut sibi persuaderi sinunt, dummodo opes suas retinere possint, & si tunc de reli- gione agatur, pleriq; in ea ludunt, & vel fidem apertè abnegant, aut quiduis simu- lando & dissimulando tepidi illi fiunt, quos Christus euomere solet, sicuti de Lao- dicensibus ait. Sed his omnibus in præsentī loquitur: Quid prodest homini, si totum mundum lucratus fuerit, anima verò sua mulctetur, vel animæ aut vitæ iactu- ram faciat? Habent verba ista speciem Concessiois, & duplex argumentum con- tinent, quod vtrumq; ex communi sensu sumitur, qui docet, hominem in hoc se- culo nihil seipso & vita præstantius habere. Primum ad vitam huius seculi refer- tur, & tale est. Estō possit quis non solum crucem declinare, sed simul omnes totius orbis terrarum opes conquirere, nihil tamen hæc proderunt, si vitæ iacturam faciat. At qui propter opes se abnegant, & meæ disciplinæ iugum excutiunt, si vitam suam perdunt: Ergo etiamsi opes suas retineant, & simul easdem vehementer au- geant, nullam tamen ex eis vtilitatem percipiunt. Maior ex eo probatur, quod nudi post hanc vitam opum huius seculi vsus est. Etenim nudi ex vtero matris (vt Iob dicebat) egredimur, & nudi ex hoc mundo abimus, nec quicquam nobiscum esse- rimus: ex opibus autem hunc solum fructum percipimus, quod alimenta & vestitu- tum cum recto nobis subministrant; quibus cum nobis post mortem non opus sit, cum item ignoremus, quibus illæ cedant, frustra laborant, qui vt opes seruent, vitæ iacturam faciunt. Damnatur hoc argumento insanum ditescendi studium, quo pleriq;

plerique hominum accensi vitam sibiipsis amaram faciunt, & eius commodis sese defraudant, adhuc eam in praesens discrimen adducunt. At quando fatalis illa hora instat, nullis opibus vita haec prolongari potest, multo minus ex morte redimi. Alterum argumentum ad animae vitam, sub qua beatitudo vera comprehenditur, referri potest. Id paucis enuntiat Dominus, dicens: Quam dabit compensationem animae suae? A minori ad maius argumentatur. Quasi diceret: Stultae faciunt, qui propter opes vitae corporis huius mortalis amittunt, cum nullis pecunijs ea recuperari possit. Quanto ergo stultius est propter illas de animae vita immortalis periclitari? Quid enim pro huius redemptione dabitur, si semel perdita fuerit? Certè vniuersae totius mundi diuitiae ad vnius animulae redemptionem non sufficient. Est hoc per se graue, & rectè consideratum immane illud & insatiabile studium colligendi & seruandi opes restringere poterat. Sed multo grauius est, quod animarum saluti diuitiae officiant, & plerunque damnationis causa sunt. Etenim contra eos, qui eas illicitis modis contra charitatis leges coaceruarunt, ad Deum pro vindicta clamant mercenarij, opifices & alij, quos illi defraudarunt. Contra eosdem testantur tinea vestium & arugo pecuniarum, quibus neque ipsi vsi sunt, neque alios vti permiserunt. Et licet dum in otio & pace viuunt, clamores illos facile negligunt, tamen morituris obuersantur viduae, pupilli, pauperes, & ipsis omnia infestant, vt neque Dei promissis credere, neque de salute serio cogitare possint. Frequenter ergo fit, vt tunc aurum & argentum omne oderint, & e conspectu remoueri velint, & cum diuitijs spem omnem vitae aeternae abijciant, vt Iudas olim, qui cum pecunijs Christo, & vita propria chariores haberet, tandem & illas abiicit, & vitam sibi ipsi horribili & violento mortis genere eripuit. Prodest autem haec Christi verba saepe & diligenter in mentem reuocare propter eos, qui per fas & nefas opes congerunt, & securi in suis rapinis, vsuris & sanguine multo sibiipsis ornata tuta pollicentur, quod peccata omnia per sacra pro defunctis expiari posse putant. Sed negat Dominus quicquam dari posse pro animarum compensatione, & olim omnis quidem generis sacra Deus instituit, sacrificiorum autem pro defunctis nulla prorsus mentio fit in Lege, opera autem quae viui fecerunt ex fide sequuntur eos, qui in eadem fide hinc migrarunt. Est ergo error hic gentilitius, neque absque sacrilega fraude imperitum vulgus illo decipiunt sacrifici & monachi, dum se pro defunctorum salute Missas facere & precari dicunt, qui iam eod loco sunt, vt nullis sacris iuari possint, aut nullis opus habeant. Taceo nunc, quod aliorum salutem curare se pollicentur, qui propriam negligunt. Itaque omnes, quibus sua salus in huius fide constantibus sint, qui nobis hoc meruit, vt à morte transeamus in vitam aeternam. Ioan. 5.

Psalin. 49.

Opes animae saluti officiant. Iac. 5.

Matth. 27.

Sacra pro defunctis. Apoc. 14.

Iudicij nouiss. denuntiatione terret.

Dan. 7.

At multos est videre, qui sibiipsis blanditias faciunt, dum Deum res hominum non curare, neque iudicium aliquod vnquam fore existimant, in quo dictorum & factorum ratio cuiquam reddenda sit. Quapropter huic etiam errori occurrit Dominus, & magna cum grauitate dicit: Futurum est enim vt Filius hominis veniat in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum facta eius. Habent singula verba Emphasis suam. Primùm de seipso loquens, Filium hominis dicit. Quasi diceret: Etsi homo sim, & hominum contemptissimus videar, nec dignus, propter quem aliquis de suis fortunis, multo minus de vita periclitetur. Veniam tamen in die vniuersalis illius iudicij. Deinde modum & apparatus, quo venturus sit, describit. Veniet (inquit) in gloria Patris sui, coelestis, nimis & potestate Dei Filius, & ipse Deus verus, eiusdem cum Patre virtutis, maiestatis & potentiae. Tertio, cum Angelis suis, quorum multas myriades adducet (vt apud Daniele habetur) qui eius apparitores & iudicij illius executores erunt.

Marc. 8.
Rom. 2.

quorum quantæ vires sint, multis exemplis constat. Quid verò faciet Filius ille hominis in aduentu suo? Reddet unicuique secundum facta eius: Nimirum (vt alibi exponit) electis suis, qui ipsum coram mundo hoc confessi sunt, & ipsi fideliter seruiuerunt, gloriam & honorem & immortalitatem, quando eos pro suis fratribus & cohæredibus agnoscat coram Patre suo: prophanis verò huius seculi filijs, quos coram mundo hoc prauo & adultero ipsius & Euangelij sui puduit, & qui ipsum negauerunt, sempiternam ignominiam cum nunquam finiendis cruciatibus coniunctam, quando eos cum diabolo & Angelis suis ad tartara vel tenebras exteriores ablegabit.

Vfus doctrine
de nouissimo
iudicio.
Rom. 14.
2. Cor. 5.

Cæterum vt supra Christus generalem regulam tradidit, quam omnis loci & ordinis homines, qui eius discipulos se profitentur, sequi debent: ita rationes etiam, quibus illam confirmat, omnibus communes sunt, & quidem postrema hæc ab eius nouissimo aduentu petita, in primis ad omnes pertinet. Nam vt Apostolus testatur, omnes homines manifestari oportet ad eius tribunal, vt vnus quisque repperteret secundum ea quæ in corpore fecit, vel bona vel mala. Requirit hæc iustitia Dei. Quia enim ea est præsentis vitæ conditio, vt non semper boni virtutis ac pietatis suæ præmia recipiant, mali item & impij non omnes vt meruerunt puniantur, sed sæpe per omnem vitæ cursum felices sint: aliud seculum sit oportet, quo unicuique retribuatur, prout dignus est. Hoc qui negant, & doctrinam de Christo ad iudicium aduentu scurriliter eludunt (quod multos facturos esse, Petrus olim prædixit) hi eadem opera Dei iustitiam negant. At si hæc negetur, Deus ipse è medio tollitur, aut, quod grauius est, tyrannus fingitur. Quia verò Deum esse, & eundem iustum remuneratorem & vindicem esse constat, singuli quoad suam vocationem sibi ipsi istam doctrinam applicent, & nunquam non meminerint, fore aliquando diem, quo de omni suo facto & dicto rationem reddituri sint, & quo vicissim Deus omnibus retribuatur. Hæc consideratio in aduersis patientes, in mortis articulo invidiosos, in secundis autem humiles & prouidos facit, & carnis desideria restringit, ne his nos irretiri ac seduci sinamus.

Specimen re-
gni sui pollice-
tur Christus.

Porro quia nunquam desunt stultiores, qui hæc in dubium vocant, & discipulis multa consolatione opus erat propter tristem & periculosam rerum huius seculi faciem, quæ Domini mortem & ascensionem in cælos erat secutura: promissionem hanc confirmat, & ait: Amen dico vobis, sunt quidam ex ijs, qui hic astant, qui nequaquam gustabunt mortem, vsque dum viderint Filium hominis venientem in regno suo. Certum experimentum & specimen pollicetur, quo discant ipsum in cælis regnare, & iudicem venturum, qui suos remuneretur, incredulis autem & contumacibus retribuatur. Potest autem hic locus bifariam intelligi, & recte feceris, si vtrumque sensum coniungas. Primò enim paucis ab eo quod hæc dixit diebus, coram tribus discipulis, Petro, Iacobo & Iohanne clarificatus est, & illis gloriatum quendam cælestis gloriæ & maiestatis, in qua ad iudicium olim veniet, præbuit: de quo prolixius proximo Capite dicetur. Deinde postquam in cælos ascendit, Spiritum sanctum misit, qui per Apostolos & viros Apostolicos regnum Christi longe lateq; per totum orbem propagauit. Quod plerisque Apostolis adhuc viuentibus factum fuit, adeò vt Paulus ad Colossenses scribat, Euangelium prædicatum esse omni creaturæ, quæ sub cælo est. Ex eo autem luce clarius apparuit iam venisse illum, qui regnum diaboli euertere, & regnum Dei inter homines instaurare debuit. At primus ille aduentus Christi in carnem & Euangelij eius per totum orbem propagatio nobis certissimi argumenti loco esse debet, quod nouissimo etiam die in gloria Patris venturus sit, vt nostram redemptionem perficiat. Quia ergo hodie etiam Euangelium passim prædicatur, & regnum Dei per illud instauratur, adhuc quotidie fiunt signa, quæ ille finem mundi præcessura prædicato atollamus.

Luc. 21.

attollamus capita nostra, & præparemus nos in occursum eius, vt vbi nos fidorum
seruorum instar paratos inuenerit, cum ipso ingrediamur ad regni sui gaudia. Ipsi
debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

C A P V T X V I I .

Sexto autem post die accepit IESVS Petrum ac Iacobum & Ioannem fra-
trem eius, & subduxit eos priuatim in montem sublimem. Transformatusq;
est coram eis, & splenduit facies eius vt Sol: vestimenta autem eius facta sunt al-
ba, vt lux. Et ecce conspecti sunt eis Moses & Elias, cum eo colloquentes. Respon-
dens autem Petrus, dixit IESV: Domine, bonum est nos hic esse: si vis facia-
mus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Elia vnum.



QUONIAM pleriq; homines aut presentis seculi illecebris, aut cruce & ad-
uersis à fide vera & obedientia IESV CHRISTI abducuntur, docuit hic
nuper discipulos suos aliam vitam esse in futuro seculo, in qua cœlestium
honorum retributionem recepturi sint pii, qui in presenti propter ipsum opes, di-
gnitates, vitam deniq; reliquerunt. Rursus autem ira & ignominia sempiterna eos
maneant, qui propter fluxa & terrena bona ab ipsius fide & obedientia recesserint.
At non ignorabat Dominus nouissimis temporibus paucos fore, qui ista credant,
ideo nuper promisit, se nonnullis ex discipulorum numero specimen præbere velle
eius gloriæ & maiestatis, qua olim ad iudicium vniuersale venturus sit. Id in præ-
senti historia præstat, & ita quidem, vt primum demonstretur, Iesum hunc esse Dei
Filium et promissum Seruatorē, cui omnes consecrari oporteat qui seruari voluerit:
deinde quæ huius sit in cœlis conditio, & qualis ibidem cum ipso nostra quoq; fu-
tura sit. Totius verò historiae hic nobis præcipuus vsus esse debet, vt neque ipsius
Christi indigna morte & cruce offendamur, neq; aduersis quæ nobis accidunt, nos
ab ipso diuelli patiamur, sed constantes simus in eius obsequio, neq; dubitemus e-
xorturum suo tempore diem illum restitutionis omnium, quo omnibus rependa-
tur in corpore suo, prout vel bonum vel malum fecerint.

*Occasio argu-
mentū præ-
sentis historie.*

Quæ omnia vt rectius & maiori cum fructu intelligantur, omnes totius histo-
riæ circumstantias Matthæus describit, & à tempore exorsus, Christum mox pro-
missis sterisse docet. Sexto autem post die (inquit) accepit Iesus Petrum, &c. Lucas
hoc post dies circiter octo factum scribit, nimirum eum quoq; numerans, quo cum
discipulis de fidei & vitæ Christianæ regula disseruit, vnâ cum eo, quo, hæc ipsius
transfiguratio facta est. Quia enim hæc magni momenti res erat, non diu eam dis-
ferre voluit, sed cum adhuc in recenti discipulorum memoria erat eius promissio,
eam ad oculum demonstrare voluit. Apparet autem ex hac tam diligenti temporis
notatione promissionum Christi fides & veritas: Sunt huius generis exempla mul-
ta alia in Euangelio. Huc enim referri possunt promissiones Spiritus sancti, resur-
rectionem item ex mortuis, & aliæ similes: quas omnes reuera impletas fuisse legi-
mus. Debet ergo hinc generalis consolatio peti, ne in tentationibus de promisso Fi-
lii Dei auxilio dubitemus. Sicuti enim promisit, ita reuera non relinquet nos orpha-
nos, sed nobis aderit vsq; ad consummationem seculi, & eius fidei neque temporis
diuturnitas, neq; graues huius mundi motus quicquam derogare poterunt. Enim-
vero, qui paulo ante discipulis de morte sua ignominiosa concionatus fuerat, & il-

*Tempus histo-
riæ.*

los omnes ad crucem ferendam vocarat, nunc se illis in coelesti gloria videndum
stitit, & se in coelis simul atq; in terris regnare testatur.

Testes.

Deut. 19.

Matt. 8. et 26.

Secundò testes nominantur, quos Dominus adhibuit; nimirum tres numero
quorum testimonium legitimum esse, Lex vetus docet. Et hos quidem non temere
ex alijs delectos fuisse constat, cum hi ipsi sistantur, quos alibi quoq; in rebus gra-
uioribus sibi adiunxit: Petrum videlicet, Iacobum & Ioannem, quos miraculi in fi-
lia lairi ex mortuis resuscitata facti testes esse voluit, & corā quibus postea ad mor-
tem oliueti extremæ suæ infirmitatis conscios facere dignatus est. Quæ exempla
obseruari debent, vt discamus nullum quidem personarum respectum esse in Chri-
sto, quoad æternam salutem, veruntamen quoad Spiritus sancti dona, inter electos
discrimina esse, vt alij alijs præstent: quod alibi Paulus vasorum similitudine docet,
quæ in magna & diuite domo varia & multum inter se diuersa sunt. Et huius mo-
minisse debent, qui vel ad Ecclesiæ vel Reipub. gubernacula sedent, vt muneribus
publicis eos adhibeant, quos à Deo peculiaribus & necessarijs donis instructos
se vident. Reliqui verò in seipos descendant, & suo se pede metiantur, vt nec ma-
ra viribus temere aggredi, neq; alios præ se contemnere velint, neq; etiam aliquis
aduersus eos fremat, quos sibi præferri videt: omnes autem in commune conferant
quod à Domino acceperunt, & alij alios honore præuentant.

2. Tim. 2.

Locus.

Tertiò locus quoque indicatur, vbi ista facta sunt. Subduxit enim discipulos
Dominus in montem altissimum, quem Thabor dictum fuisse Diuus Hieronymus
annotauit. Et aliàs quoque solitus fuit montes frequentare, & in illis ea agere,
quæ maioris momenti erant: ita nimirum admonens, vt qui fidei & regni Dei my-
steria tractare volunt, animos à terrenis cogitationibus in coelos attollant, neque
carnis rationem in consilium adhibeant. Non sunt enim cogitationes Dei vt no-
stræ cogitationes, sed (vt apud Isaiam dicit Dominus) quantum coeli terra suble-
uiores sunt, tanto superant Dei placita nostras intentiones: nec superant modum
sed etiam eis repugnant, quemadmodum vicissim omnis carnis intelligentia Deo
aduersatur, vt alibi diximus. Et huc in primis facit, quod Lucas precreationis mem-
nit, quæ plus quàm necessaria est, vt animi diuino Spiritu illuminati coelestia modo-
rari discant.

Isa. 55.

Rom. 8.

Clarificatio
Christi qualis.

Sequitur ipsa clarificatio Christi, cuius modum Euangelistæ diligenter expo-
nunt. Initio summam rei comprehendit Matthæus, quando ipsum coram discipulis
transformatum fuisse scribit. Et mox modum describens, dicit eius faciem in
Solis splenduisse, quod ipsum de corpore toto intelligi debere, ex eo apparet quod
additur: Vestimenta autem eius facta sunt alba, vt lux. Apud Marcum niue candidi-
diora fuisse dicuntur, vt nemo fullo sua arte aut industria potuisset talia facere. Vnde
de verò vestium fulgor, quàm ex corporis coruscatione enatus est? Visuntur autem
cum illo Moses & Elias, qui cum ipso disserunt de eius excessu (vt Lucas dicit) huius
est, de eius morte, quam Hierosolymæ erat subiturus. Quod in tempore factum
fuit, cum non multò ante mortis tam acerbæ mentione Petrus fuisset offensus. Quod
portuit ergo eum doceri, nihil hic euenturum nouum & insolens, neq; obstruam
mortis ignominiam, quò minus per hanc in regni coelestis gloriam transeat. Sed de
eo postea suo loco plura dicentur.

Quo corpore
Christus ventu-
rus ad iudiciũ.

Nunc quo corpore & qualis ad iudicium Christus venturus sit, consideremus.
Sermo est de IESU, qui ex Maria Virgine natus, paulo ante se Hierosolymæ mulla
acerba & indigna passurum esse prædixerat, in montem verò istum ascenderat, vt
tribus istis discipulis ostenderet, quo habitu venire velit ad iudicandum viuos &
mortuos. Hic transformatus esse dicitur. Ergo nulla substantiæ, sed solius formæ mu-
tatio facta est. Et vt facies nominatur, cuius substantia mansit, splendore autem no-
uo & radijs, quales Solis esse solent, illustrata refulsit: ita neque aliorum mem-
brorum

brorum aut corporis substantia abolita est. Sed & vestes manserunt, quibus similiter fulgor ille cœlestis communicatus est. Ex quibus apparet, non alium quam *I E S U M* illum *C H R I S T V M* venturum in nouissimo die, qui ex Maria verum hominem assumpsit, & in illo corpore venturum, in quo passus est & mortuus, sed clarificato, id est, repurgato ab omni corruptione & vitiositate, non autem exinanito aut in spiritum conuerso, multo minus Deificato, ut iam vnâ cum diuinitate in omnibus locis sit, & omnia in cœlo & in terris corporaliter impleat. Nam ut *D. Augustinus* ait, eandem corporis sui substantiam in resurrectione retinuit, cui immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Ideo nuper de suo aduentu loquens, Filium hominis sese dixit, quod alibi quoque illum facere legimus, quotiescunque sui aduentus meminit. Et *Daniel* in nubibus cœli vidit venientem Filium hominis. Angeli item qui Ascensionis testes & interpretes esse debuerunt, simul venturum testantur, non inuisibili aut ineffabili modo siue forma, sed ea, qua ipsum abire in cœlum viderint discipuli. Procul ergo facessunt fanatici, qui hodie ex *Eutychianorum* scholis nobis Christum nouum fingunt, & contra omnis vetustatis regulam, quam *Diuus Augustinus* tradidit, Filij hominis diuinitatem ita astruunt, ut veritatem corporis auferant.

Matt. 24. 28.
Luc. 8.
Acto 1.
Dan. 7.

At quia nos secum esse vult *Christus*, & idem (ut *Paulus* scribit) corpus nostrum humile transformabit, ut conforme faciat corpori suo glorioso, simul quæ nostra in cœlesti vita conditio futura sit, hac historia adumbratur. Ut ergo *Christus* vero suo corpore resurrexit, & eiusdem naturales & essentielles proprietates retinuit: ita nos quoque nostris corporibus resurgemus, & ut hoc fiat iustitiæ lex iubet, ne alia corpora gloriæ cœlesti participant, quam quæ perpersionibus *Christi* communicarunt. Resurgent autem illa corusca & radiantia, qualem *Mosis* faciem fuisset scribitur, cum ex *Dei* colloquio rediret. Deinde ut discipuli tres *Christum* viderent, & eius conspectu ita delectati sunt, ut eos omnium quæ in terris habebant, obliuio cœperit (sicuti paulo post *Petri* verba docebunt) ita nos illum coram videbimus, & in eius facie omni bonorum satietate fruemur, ut *Dauid* in *Psalms* ait. Et hoc illud est, quo *Iob* seipsum consolatur, dicens: Postquam circumdederint hoc mea cute spectabo *Deum* à carne mea: Quem ego *M I H I* contemplabor, & oculi mei videbunt, & non alius, &c. Ut denique *Mosen* & *Eliam* cum *Christo* viderunt discipuli, & illos licet nunquam antea visos potuerunt dinoscere: ita nos olim in cœlesti gloria omnes electos *Dei* videbimus & eosdem agnoscemus, sicuti *Adam* Euam suam primo statim intuitu agnouit. Procul autem aberit omnis vitiosus affectus, qui cogitationes vel tristes vel inhonestas & indecoras posset parere. Denique exhibetur hic dulcissimus typus lætæ illius & beatæ consuetudinis, qua sanctian cœlesti patria cum *Christo* & ipsi simul omnes inter se fruuntur: cum è contra impii corruptibilitatem quidem exuent quoque, sed ut sempiternis poenis possint sufficere, & vnâ omnes ad eum locum ablegabuntur, qui *Satana* & eius angelis destinatus est, ut alibi ipse *Dominus* testatur.

Quæ nostra in cœlis conuersio sit futura.

Exod. 34.

Psalms. 16.
Iob. 19.

Gen. 3.

Sed ut discipuli his affecti fuerint, præstat videre. *Lucas* in initio somno gratatos fuisse dicit, cum euigilassent, vidisse gloriam *I E S U*, & duos illos viros cum eo stantes. Adumbratur hoc exemplo infirmitas carnis nostræ, & eius tarditas in percipiendis regni *Dei* mysterijs: à qua nisi *Deus* ipse nos excitet suo Spiritu, nihil vnquam proficiemus. Prodest autem obseruare illius erga nos studium, ut quando hic nobis autem vellicat, nos eius monitiis accommodemus. Cæterum addit *Lucas* *Mosem* & *Eliam* ab illo discessisse, & tunc dulcedine visionis abreptum *Petrum* exclamauisse: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & *Mosi* vnum, & *Eliæ* vnum. Tantum in illo potuit beatæ immortalitatis gustus, quem percipiebat, ut iam neque domus neque coniugis suæ aut eorum

Quomodo hac visione affecti fuerint discipuli.

recordaretur, quæ hæcenus magni facere solitus fuerat. Interim hic quoque carnis ingenium sese prodit. Audiuit illos cum Christo de morte sua colloquentes, & eadem dicentes, quæ nuper ipse dixerat: Oportere nimirum se ire Ierusalem, & illic multa pati & mori, &c. Cum ergo hos iam abiisse videt, & Christum absque mora secuturum suspicatur, ut morti obuiam quasi procedat, ad eundem lapidem, ut prius offendit: & monet, ut potius inter delicias & gaudia illa gloriæ celestis maneant, & ineptam illam vocem de tribus tabernaculis illic extruendis profert, quam (ut Marcus & Lucas annotarunt) ne ipse quidem intelligebat. Ita solet caro crucem detrectare & fugere quantum potest, & triumphos sibi antequam pugnarit, polliceri. Sed longè alia est regni Christi conditio. Ut enim hic per multas afflictiones & acerbam mortem crucis in gloriam Patris ingressus est: ita nobis eadem via pergendum est, & oportet eos qui in ipso piè viuere volunt perfectiones multas sufferre, ut in regnum Dei ingrediantur. Non ergo nos illi nouum vitæ genus præscribere, aut viam nouam nobis ipsis quærere debemus, sed hoc bonum & vtile putare, quod ipse nobis monstrat aut imponit. Quod ut nobis facilius persuadeatur, proderit frequenter & assiduè versari in consideratione bonorum cœlestium, quæ Deus præparauit diligentibus ipsum. Est horum tanta excellentia, ut omnem comparationem transcendat. Nam ut Isaias ait, non oculus vultus hominis talia vnquam vidit, neque auris audiuit, neque cogitatio aliqua potest sumere, & illic firmas sedes figere cupit: ita qui illa olim assequuntur, ij etiam excelsa omnium, quæ vnquam tristissima passa sunt, recordatione, omnes lachrymas abstergent, & cum Filio Dei IESU CHRISTO nunquam finiendis gaudijs fruuntur. Quæ ut facilius assequamur, proderit quotidie obliuisci omnium, quæ hic mundus in pretio habet, & in illum vnum respicere, qui nobis illa acquisiuit suæ mortis & sanguinis suæ merito. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

2 Tim. 3.
Acto. 14.

Isa. 64.

H O M I L I A C C X I I .

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbravit eos: & ecce vox ex nube dicens: Ecce est, Filius ille meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est: ipsam audite. Et cum hæc audissent discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt vehementer. Tunc accedens IESVS tetigit eos, dixitq: Surgite, & nō timeate. Sublati autem oculis suis, nōminem viderunt, nisi IESUM solum.

Historia de clarificatione IESU CHRISTI præter multa alia, quæ nostræ institutioni & consolationi seruiunt, duo continet consideratu valde necessarium. Nam primò docet, quomodo ille in nouissimo die ad iudicandū viuos & mortuos venturus, & quæ tunc electorum omnium conditio in cœlesti patria futura sit. Deinde euidenter demonstrat, illum esse promissum humani generis Seruatorē, quem omnes amplecti & sequi oporteat, quotquot seruari volunt. De priori nuper dictum est, quòd venturus sit vero & naturali corpore, quod ex Virginis Mariæ substantia assumpsit, sed clarificato, impijs quidem terribilis, pijs autem & credentibus lætus, qui ipsi conformes facti, in conspectu Dei satietate bonorum cœlestium beatis omnibus fruuntur. Sequitur nunc alterum, quo ipsius Dei Patris voce cœlestis delata explicatur. Estq; locus hic dignissimus, cuius singulæ circumstantiæ ex ordine considerentur.

Author testis
monij de Christi
sto.

Videamus igitur principiò oraculi huius authorem, quem non obscure in dicitur Matthæus, quando nubem lucidam discipulos & Christum inumbravisse scribit, et

bit, ex qua vox ista audita sit. Nam vt alibi diximus, nubes presentia Dei symbolum siue indicium sunt, & ideo nubes olim tabernaculum inumbrabat, quando illic Dei responsum quarebatur, aut hic se presentem adesse significabat. Petrus certe postea ex hoc loco probauit, Apostolos non arte compositas fabulas secutos Ecclesie notam fecisse Domini nostri potentiam & aduentum, sed ipsos suis oculis aspexisse illius maiestatem & audiuisse ex celo ad illum delatam. Itaque Dei hæc vox & atrarum nubium mentio fiat, quibus ille maiestatem suam terribilem adumbrat (quemadmodum in Legis promulgatione & sæpe aliàs factum fuisse legimus) in qua in baptismo quoque Christi prius sonuit, & qua nullam suauiore & iucundiorum vnquam mundus audiuit. Etenim olim tristes illæ sententiæ audiebantur: Pœnitent me fecisse hominem, Maledictus qui nõ fecerit quæcunq; scripta sunt in libro Legis huius; & alię similes, quæ peccatorum conscientia grauatim terrorem dirum incutiunt. At his omnibus ista opponitur, qua Deus se propter Filium suum nobis placatum esse testatur, & seipsum cum bonis suis omnibus nobis offert.

Diligenter autem obseruari debet quod supra quoque monuimus, quod cum longè alijs verbis Deus vti posset, ea repetit, quæ olim per seruos suos Prophetas pronuntiarat, & quæ iam pridem literis erant mandata. Etenim per Dauidem olim dixerat prædestinato humani generis Seruatori: Filius meus es tu, hodie ego te genui. Per Isaiam item de eodem testatus erat: Ecce seruus meus, quo nitar: electus meus, quo placatur anima mea. Et cum eundem sub magni illius & catholici Prophetæ nomine polliceretur per Mosem, similiter addidit: Ipsum audite. Quapropter vt Moses & Elias, qui omnium seruorum Dei veteris Testamenti personam sustinuerunt, hic cum illo comparauerunt: ita eorundem quoque verbis loqui voluit. Facite hoc plurimum ad Scripturæ veteris commendationem, vt non dubitemus, eam (quod Paulus postea disertè affirmauit) à Deo inspiratam esse, & Dei Verba esse, quæ in illius libris describuntur. Ad hos ergo recurrant, quotquot Deum loquentem audire cupiunt, neque (vt diues ille epulo) doctores alios ex alio mundo mitti postulent. Nam si ipse Deus nobis vt olim humana voce loqui vellet, non alia diceret, quàm quæ olim dixit. Constat enim sibi ipsi semper eius voluntas, & proinde Verbum quoque eius manet in æternum. Ideo Dei Filius Scripturas allegauit, & nõ solum priusquam moreretur, verum etiam ex mortuis resuscitatus ex Mose & Prophetis & Psalmis desumpsit concionum suarum argumenta. Stultè ergo nimis faciunt, qui nouum doctrinæ genus requirunt: Qui verò præter id quod euangelizatum est, prædicare audent, eos Christiani homines anathema debent censere, & tribus partibus constat. Sibi ergo applicent singuli, quod sui seculi hominibus Isaias dicit: Quod si dixerint vobis, Siscitami à pythonicis, diuinis, qui musitant & susurrant: Annon quæque gens suos deos consulit? Num pro viujs ad mortuos? Ad legem & testimonium eatur. Et qui non dixerint secundum Verbum hoc, ihs non erit lux matutina, &c. Isa. 8.

Prima docet, quis sit I E S V S hic quoad suam personam siue essentiam, nimirum Filius suus dilectus. Quo epitheto eum à nobis distinguit, qui cum natura filij & inimici simus, propter adoptionis gratuita beneficii filij & hæredes Dei dicimur. At I E S V S Filius Dei semper dilectus est, vt pote verus & germanus Filius adeoque naturalis, & Patri coessentialis & coæternus, cui cum Patre nulla vnquam dissensio intercessit. Et cum talem agnoscat Deus I E S V M hunc qui ex Maria aut diffensio intercessit. Et cum talem agnoscat Deus I E S V M hunc qui ex Maria Virgine caro factus est, id est, Abrahami semen (vt Apostolus interpretatur) vel verum hominem assumpsit, constat illum in vna eademque persona Deum singul &

Leuit. 16.
Num. 9. 16.
2. Pet. 1.

Exod. 19.
Psa. 18. 97. etc
Matth. 3.

Gen. 6.
Deut. 17.

Deus ex Scri-
pturis loquitur

Psal. 2.
Isa. 42.

Deut. 18.

2. Tim. 3.

Luc. 16.

Isa. 40.
Luc. 4. 24.
Gal. 1.

Iesus qui sit
quoad personam

Heb. 1.

hominem esse, qualem tota veteris & noui Testamenti Scriptura esse docet: & ipse non verbis modo, sed re ipsa & factis abunde demonstrauit. Testimonia autem Scripturarum, quia alibi allegauimus, non opus nunc repetere. Vt verò talem illum agnoscamus, necesse est: quia in hoc fidei Christianae & totius salutis cardo versatur, & ideo talem in Symbolo quoque Apostolico profiteamur.

Officium Iesu.
Ephes. 1.

Secunda pars officium describit, cui ipsum destinauit, dicens: In quo mihi bene complacitum est: Vel in quo placatus sum, siue acquiesco. Ita ergo Filium diligenti Pater, ut in eo nos quoque sibi gratos & acceptos habeat, ut Paulus ad Ephesios ait: Est enim Mediator inter Patrem & nos, qui cum propter peccatum filii irae & à Deo alieni essemus, Mediatore & sequestro nobis opus erat, qui nos illi reconciliaret. Atqui talis nemo ex hominibus poterat inueniri, eò quod eadem esset omnium forma & conditio. Suum ergo Filium huic muneri destinauit Deus, qui ideo homo factus est, ut cum carne peccata quoque nostra in se reciperet, & ea mortis suae merito expiaret, nobis item ipsi per fidem iustitiam suam communicaret. Docent hoc patris sacrae litterae, & est hoc praecipuum bonitatis Dei argumentum, qui nos ita dilexit, ut Filium suum Unigenitum pro nobis tradere dignatus sit. Et debet eius consideratio nos consolari in tentationibus, ne dubitemus, quin reliqua quoque omnia in illo nobis gratificetur. Vide Rom. 8.

Isa. 53.

Ioan. 3.

Quod nostrum
officium erga
Christum.
Isa. 55.
Deut. 10.
Acto. 3. 7.

At simul quid nos vicissim facere conueniat, meminisse oportet. Admonet de hoc Pater vno verbo, dicens: Ipsum audite. Ergo illum nobis non Mediatorem modo & Seruatorem, verum etiam doctorem dedit. Ideo per Isaiam olim de illo dicebat: Ecce testem populis dedi eum, principem item & magistrum populis. Et talem Moses fore dixit, quando Prophetam illum magnum pollicetur, quem IESUM CHRISTUM esse Petrus & Stephanus testatur. Et talis quidem, etiam priusquam in mundum veniret, & homo fieret, fuit. Ipse enim cum priscis patribus egit. Ipse per Spiritum suum in Prophetis locutus est, Petro teste. Et ut talem in praesentia illum producit Pater, ita ipse se ad Euangelizandum missum esse, publice fatetur, & in eo assiduus fuit. Ipse postea discipulos toti orbi terrarum doctores dedit, & in scripturis Euangelij ministerium sancit, quod in Ecclesia semper retineri debet. Idem de dextera Patris dona Spiritus sui distribuit, & Ecclesiae suae dat Apostolos, Prophetas, Euangelistas & doctores, quorum ministerio illa aedificetur & seruetur. Nostrum ergo est illum in ministris suis & Euangelio loquentem audire: Ad omnes enim Euangelij precones pertinet, quod Apostolis dicebat: Qui vos audit, me audit: qui verò me audit, audit eum qui misit me. Ideo antiquitus, cum primum inciperet Ecclesia, qui Christo nomen dabant & tandem Christiani dicti sunt, discipuli dicebantur, ut hoc nomine admonerentur, Christianam religionem non consistere sine doctrina, quae fidem & obedientiam requirit: fidem nimirum, quae non Christo vnit, & eidem mancipat, ut illi omnes sensus, intellectum & nos totos subiiciamus. Opus autem ad hoc diligenti attentione, de qua in sementis parabola diximus: fide item, ne de Euangelij veritate dubitemus, sed ipsum planè agnoscamus talem, qualem Apostoli praedicarunt: fidem verò testemur obedientiam, quam non & sensus nostros omnes ipsius voluntati, quam per Euangelium nobis reuelat, subiiciamus. Etenim sine hac nihil proficitur, ut supra Cap. 7. ipse testatur, dicens: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, introibit in regnum meum, sed qui fecerit voluntatem Patris, &c. Et notum est illud: Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Luc. 11.

1. Pet. 1.
Luc. 4.

Ephes. 4.

Matth. 10.

Discipuli visio
ne et voce Dei
consternantur.

Porro videamus, ut his omnibus affecti fuerint tres illi discipuli, quos praecipue suae clarificationis testes esse voluit. His auditis ceciderunt in faciem suam, & muerunt vehementer. Est hoc argumentum naturae humanae per omnia corruptae & vitiosae. Quia enim in peccatis concepti & nati in multis peccamus, sit, ut

malè nobis conscij, non possimus coram Deo Creatore nostro comparere. Exem-
plum huius infirmitatis primus parens noster Adam præbuit, quando Dei in para-
diso ambulantis & ipsum quærentis voce territus in pedes se coniecit & fugit. *Gen. 3.*
Quod ipsum adhuc hodie omnibus accidit, qui seipsum recte nouerunt, & suam in-
firmitatem cum Dei iustitia & maiestate conferunt. Simile quid de Petro Lucas *Luc. 5.*
scribit, quod miraculosa piscium captura territus ad pedes IESU acciderit, dicens:
Exi à me Domine, quia homo peccator sum. At si tanta est nostra infirmitas, vt ad
opera Dei, quibus suam bonitatem nobis ille commendat, expauescamus: si item di-
scipuli isti, qui reliquis omnibus præstabant, hanc vocem gratiæ & consolationis
plenissimam non potuerunt sustinere, quid fiat, quando iustitiæ suæ rigorem & Le-
gis minas Deus proferat, & iure nobiscum agat? Nimum ergo infelices sunt, qui
suis viribus & meritis aliquid tribuunt, & non potius cum Dauide clamant: Ne in-
grediaris in iudicium cum seruo tuo, &c. *Psal. 143.* Discamus ergo nos quoque humi-
liari in conspectu Domini, & nostri ipsorum nos pudeat, ne cum phariseis confiden-
tibus & superbis condemnemur.

Consoletur autem nos, quod Dominus discipulos prostratos non neglexit, sed *Christus terrin-*
propius accedens tetigit eos, & amice eosdem compellens ait: Surgite, & ne time- *tos solatur.*
te. Etenim ideo nos terrere solet, vt nos consolandi occasionem habeat: ideo (vt
Anna Samuelis mater canebat) occidit, vt vitæ restituat: ideo deicit, vt erigat & e- *2. Sam. 2.*
xaltet. Audiamus ergo nos consolantem, & animos nostros attollamus ex terrore,
quem sinistra de illius bonitate opinio in nobis peperit: & mox sentiemus nos ipsi-
us manu subleuari, qui nos supra vires tentari non sinit. *Cor. 10.*

At hic diligenti consideratione dignum est, quòd discipuli isti sublati oculis *Solus Iesus Ser-*
neminem viderunt, nisi IESUM solum. Antea cum ipso collocuti sunt Moses & E- *uator.*
lias, & quid ei Hierosolymæ euenturum esset, exposuerunt, & (vt Lucas scribit) his *Luc. 16.*
peractis digressi sunt: Quo adumbratū fuit, quod alibi dicitur, Legem & Prophe-
tas ad Ioannē vsq; durare, qui Christum, cuius præcursor erat, coram monstrauit.
Itaq; isti quasi iam officio suo defuncti discesserunt. Itaq; quando voce illa Deus
Pater intonuit HIC EST FILIUS ILLE MEVS DILECTVS IN QVO PLA-
CATVS SVM: IPSVM AUDITE: neq; Moses neq; Elias adfuit, & solum IESVM
viderunt discipuli, vt constet, vocem illam de illo solo intelligi, & ipsum solum pro
Mediatore & redemptore agnosci debere, qui nos cum Deo Patre in gratiam re-
ducatur, & verba vitæ æternæ habeat. Continet ergo historia ista cerram & perfe-
ctam doctrinam de salutis ratione, de qua hodie passim contenditur: in qua con-
tentione plerique Concilij vniuersalis determinationem expectant, aut decretis
eorum Pontificum standum esse existimant, quæ à paucis seculis ex Romano-
rum Pontificum autoritate indicta & celebrata sunt. At quod Concilium dabi- *Concilij Theo-*
mus huic conferendum, quod in monte isto IESVS coegit: Ad hoc secum adduxit *borinum.*
ex viuentibus tres discipulos, quos sibi familiarissimos habuit, & qui totū cœtum
discipulorum eius representarunt, quos tunc in terris habuit, Petrum Ioannem &
Iacobum. Ex defunctorum & iam in cœlis agentium Sanctorum numero adfue-
runt Moses & Elias, qui cum illo de morte eius colloquuntur, in cuius merito
hodie nostra redemptio consistit. Et Moses quidem illi testimonium tulit, & adhuc *Galat. 3.*
cœtæ pædagogus est ad illum omnes deducens. Idem de Prophetis omnibus di-
cere possumus, quorum omnium personam Elias sustinuit. Fuerunt ergo in hoc
cœtæ diiuncti, Moses, patriarchæ, propheta & Apostoli. In Spiritu Sancto autem
collectos fuisse nemo negare potest, nisi qui hunc à Deo Patre & Filio auellere ve-
lit. Decretum verò huius Concilij promulgat ipse Pater ex nube. Et quale nam?
HIC EST Filius ille meus dilectus, in quo placatus sum: Ipsum audite. Et dum hoc
promulgatur, Moses & Elias, quasi suo officio defuncti, nulli adsunt, discipuli verò

Matth. 11.
Ioan. 7. 10.
6. 8. 14.
1. Cor. 2.
Acto. 4.

Ioan. 14.

vel Apostoli prostrati & inutiles iacent, & ab iisdem à Domino restitutis nemo præter solum IESVM cernitur. Ergo hic solus est, qui Patrem nobis placavit, solus noster apud hunc Mediator est & Sacerdos æternus, solus Rex. Idem ad se solum vocat omnes esurientes, sitientes, qui laborant & onerati sunt. Ipse nobis pastor, pater, & fons vitæ, lux denique & via est. Hunc solum prædicarunt Apostoli, quos ipse orbis doctores constituit. Hunc solum nouerunt, & aliud nomen sub cælo datum esse negauerunt, in quo nos seruari oporteat. Quid ergo opus est disputare & contendere? Num nos plura quàm Prophetæ & Apostoli nouisse volumus? num ipso inuito gloriam, quæ illi debetur, in alios aut nos ipsos transferre volumus? num regni Dei noua iura, nouas leges ipsi constituere audemus? Num Deo Patri alium Mediatorem obtrudere, aut in eius conspectum alia via, quàm qua ille nos ingredi iubet, penetrabimus? Quin ipsum audimus idem cum Patre dicentem: Ego sum Via, Veritas & Vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C X I I I .

Et cum descenderent de monte, mandauit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis hanc visionem, usquequo Filius hominis à mortuis resurgat. Tunc interrogauerunt eum discipuli sui, dicentes: Quid igitur Scribæ dicunt, oportere ut Elias primum ueniat? Iesus autem respondens dixit eis: Elias quidem uenit primum, & restituet omnia. Sed dico uobis, Eliam iam uenisse, & non agnouerunt eum, sed fecerunt ei quæcunque uoluerunt. Ita futurum est ut & Filius hominis patiatur ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, hæc eum de Ioanne Baptista ipsis dixisse.

Ioan. 17.

Filius Dei & Seruator noster IESVS CHRISTVS se discipulos non seruatorum, sed amicorum loco habere ait, idque eo argumento probat, quod nihil eos cælestium sed ipsis nota faciat, quæcunque à Patre suo audierit. Eius fidei & bonitatis indicium certissimum est, quod non solum Patris uoluntatem ipsis docendo exposuit, & diuinam suam uirtutem per opera miraculosa manifestauit, uerum etiã seipsum illis in cælesti gloria, in qua olim ad iudicium ueniet, spectandum præbuit: ueruminius hoc gustu beatæ immortalitatis confirmati crucem & persecutionum certamina, quæ ipsos manebant, facilius superarent. Cæterum quia in uisionibus eiusmodi multa nos impediunt, ut uerum earum usum non percipiamus, multa etiam aliò uocant, nouum cum discipulis colloquium orditur Dominus, quo illos plenius instituit de ijs, in quibus adhuc hærebant.

Christus uetat ne discipuli uisionem enuntient.

Matth. 12. 16.

Principio cum de monte descenderent, mandat eis ne quod uiderant & audierant, cuiquam enuntient, usquequo ipse à mortuis resurgat. Causa huius mandati eadem fuit, quæ nuper, quando prohibuit, ne ipsum dicerent esse CHRISTVM, quod nimirum neque ipsi satis instructi essent adhuc, ut plenam eius cognitionem possent tradere, neque populus huic uisioni fidem habiturus fuisset, cum omnia mentes falsa de regno Messiaæ terreno & temporali opinione essent fascinati. Itaque opus erat, ut præcederet signum Ionæ Prophetæ, quod semel atque iterum promiserat, id est, ut Christus morte & resurrectione sua demonstraret, se promissum illum Seruatorem esse, qui mundo in suis delictis & sceleribus perditio salutem afferat. Quod autem idem mandatum in præsentem repetit & inculcat, non absque certa ratione fit. Primò non ignorabat Christus humani ingenij curiositatem & confidentiam quæ re solemus, atque alios præ nobis contemnere: cuius uitij exemplum in Corinthi Paulus

vulgo secundum literam de Elia Thesbite reuersuro in terras intelligebant Iudaei & proinde Scribae vel Legis interpretes ex eo contra Christum & huius discipulos sic argumentabantur: Messiae aduentum magnum & illustrem praecedet Elias & cetero aut beatorum sedibus, in quas translatus est, reuersus, & omnia instaurabit & restituet: At hucusque Elias nullus venit: Ergo Messias quoque nondum exhibitus est, & proinde turpis error est, quod multi IESVM hunc Messiam esse arbitrantur.

Diaboli sophistica.

Isa. 40.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Adumbratur in hoc sophismate communis nostri hostis diaboli astutia, qui Scripturis & oraculis Dei contra veritatem abuti nouit, ut simpliciores a fide abducatur. Promiserat quidem Deus, se Eliam missurum, qui instar praecursoris populum in Messiae aduentum excitet, & viam huic sternat, ad regnum suum instaurandum. Sed quis Elias ille futurus esset, annis ferè trecentis ante Malachiam docuerat per Isaiam, qui vocem clamantis, id est praconis cuiusdam illustris in deserto Iudaeae excorituram praedixerat, quae promisso Seruatori viam sternere, & omnes in eius cursum paratos esse iuberet. Et postea cum iam tempus illud fatale appropinquaret, Angelus Gabriel Zacharie apparens, vtrumque locum de Ioanne Baptista, quem Elizabetha ipsi paritura esset, exposuit, inter alia dicens: Ipse praecedet in conspectu Domini in spiritu & virtute Eliae, ut conuertat corda patrum in filios, & contumaces ad prudentiam iustorum, ut paret Domino populum instructum. Quibus cum sentiant, quae postea illo nato Zacharias ex Spiritus sancti suggestione magna cum exultatione dixit: Et tu puerule, Propheta Altissimi vocaberis: praebis enim ante faciem Domini, ut pares vias, &c. Neque hoc ipse Ioannes dissimulauit, qui a legatis Hierosolyma ad ipsum missis, quis nam esset, interrogatus, respondit: Ego sum vox clamantis in deserto, Purgate viam Domini, sicuti dixit Isaias Propheta. Erant haec tam clara & perspicua, ut ex eis liquidò constare posset, Ioannem Baptistam esse Eliam illum, IESVM verò esse Christum siue Seruatorem, cui ille viam parare debuit. Sed ea Satanæ astutia in Scribis fuit, ut vaticinio isto Malachiae potuerit abuti, ut per illud plerosque à Christo abduceret, & domesticos quoque eius discipulos rerum incertos & dubios faceret, dum ipsi quoque Eliam Thesbitem ex altera vita reducem expectant. Simili errore totam Iudaeorum gentem fascinoit terreni regni praetextu, quod in Christo somniarunt, ut saepe iam diximus. Et nostro tempore multa huius generis fiunt, dum per Scripturas malè detortas fidei dogmata corrumpit, Sacramentorum usum verum obscurat, ut quae fidei fundamenta & sigilla, adhuc Christianae societatis vincula esse debebant, superstitionum seminaria sint, & lites pariant, quibus Ecclesiae horribiliter dissipantur. At tunc non veterum exemplorum meminisse oportet, & Satanæ insidias obseruare, nec statim fidem habere ijs, qui sua commenta plausibili Scripturarum allegatione palliant, sed res ipsas de quibus agitur cum illarum diligenti collatione excutere.

Quid in dubijs debeat fieri.

Ioan. 1. 6. 8.

Malachie vaticinium asseritur.

In primis autem proderit discipulos imitari, qui duplici nomine laudem merentur. Primo quod ignorantiam suam non dissimulant, ut ambitiosi solent, qui in errore haerere malunt, quam videri aliquid ignorasse. Sentiunt illi cum recepta opinione non posse consistere quae à Christo fiebant. Itaque errore liberari, & in veritate erudiri cupiunt. Deinde non alibi quarunt veritatem quam apud Christum, & in eo caelesti voci obediunt, quae illum audire iusserat. Est enim hic verè catholicus & orthodoxus doctor, qui solus verba vitae aeternae habet, ut nuper diximus. Ad hunc ergo recurrant, qui incerti haerent, aut quaedam obscurius dicta putant. Quia enim ille lux quoque est, quae sola mentis tenebras discutit, non possunt incertis opinionibus fluctuare, qui illum audiunt & sequuntur. Hoc si hodie fieret ab omnibus, mox finis esset controuersiarum, quibus Ecclesiae turbantur, & plerique maiores in Veri cognitione & pietate progressus facerent.

Porro Christum audiamus amice & diligenter discipulis respondentem: Elias quidem

quidem veniet primum, & restituet omnia: Sed dico vobis, Eliam iam venisse, & non agnouerunt eum, sed fecerunt ei, quæcunque voluerunt: Ita futurum est vt & Filius hominis patiatur ab eis. Tria agit hoc responso. Primum Malachia vaticinio fidem suam asserit, vt ostendat Dei promissis nihil decedere propter hominum incredulitatem & diffidentiam. Quid tum enim (inquit Paulus) si quidam fuerunt increduli: num incredulitas eorum fidem Dei faciet irritam? Absit. Imò sit Deus verax, omnis autem homo mendax. Enimuero manet Verbum Domini in æternum, & habet cursum suum certum, quem nemo impedit. Quòd si qui illud nolunt amplecti, aut illud falsis interpretationibus corrumpunt, vt ipsis non possit salutare esse, in vero tamen & germano suo sensu semper ratum manet, & credentium salutiferuet, alteris autem illis cedit in iustæ condemnationis testimonium, qui sermone veritatis in iniustitia detinent. Secundò Iudæorum fœcordiam & ingrati-
tudinem perstringit, qui scientes volentes cæcutiant. Etenim habebant in ore frequenter promissiones de Messia, sciebant præterea hunc habiturum præcurso-
rem, qui spiritu prophético instructus ei viam præpararet, & quoad hunc Eliæ nomen vulgò obtinuerat. At cum hoc de Ioanne Baptista interpretatus esset Angelus, & Eliam ageret, & eius habitus, mores, certamina cum regibus per omnia Eliæ historia consentirent, tamen illum non modò non agnouerunt, sed indignissimè tractarentur. Deinde seipsum illis manifestantem neglexerunt. Tandem iniustis vultus eum detineri & occidi pasci sunt, & ne post fata quidem liuor illorum quieuit, quò minus eius doctrinam & baptismum calumniari pergerent, aut illi Veritatis testimonium perhiberent. Hæc omnia complectitur breui hoc dicto Dominus, quando illos Eliæ promisso fecisse dicit quæcunque voluerunt. Postremò, quia eadem ipsius fors futura erat, ad se transfert exemplum Ioannis, vt discipulos ad uertionis plenam clarificationis historiam otium & quietem perpetuam polliceretur. Quasi diceret: Quicquid illud sit quod vidistis paulò ante, fiet tamen breui, vt ego quoque indignissima quæque ab iisdem hostibus perpetiar.

At quia sibi ipsi semper similis est mundus, meminimus hinc communem hominum fœcordiam & contumaciam perstringi, qua fit vt pleriq; futura inquirent, præterita accusent, præsentia autem, quæ ipsis ob oculos & in manibus versantur negligant. Factum hoc est ab origine rerum. Etenim temporibus Noæ & Loti non defuerunt admonitiones, quibus Deus totum mundum ab exitio diluuij, & Sodomæ cum vicinis vrbibus ex imminente interitu reuocabat. At infelicibus illis aures deerant & oculi, quibus ea obseruarent, quæ ad ipsorum salutem faciebant. Nam vt apud Lucam Dominus ait, edebant, bibebant, vxores ducebant & nuptû dabantur, emebant item, vendebant, plantabant, ædificabant vsque ad eum diem, quo Noe in arcam ingressus est, & quo Lot ex Sodomis exiuit, & venit diluuium atque omnes perdidit, ignis item & sulphur cœlitus omnes exussit. Idem postea factum inter Israelitas ante Samariae & regni totius excidium, & ante Hierosolymæ ac templi destructionem & gentes infelicis deportationem in Babylonios. Et cum in terris ageret Dei Filius maiorum contumaciam, & indignas Prophetarum cædes accusabant, Messia venturi spem totis animis fouebant, præsentem vero ostenderant, persequebantur, admonitiones ridebant, minas eludebant, & cum sub iudici Romano tyrannidis se miseros & infelices esse indies sentirent, non tamen ad duci potuerunt, vt de sua salute serio cogitarent: sed indigna Filij Dei nece miseram patrum impleuerunt, quod ipsis excidium horrendum & irreparabile peperit. Vide. Luc. 10. Matth. 23. 24.

Rom. 3.

Ist. 40 55.

Rom. 2.

2.
Iudæorum fœcordia perstringitur.

Ioan.

3.

Communis hominum fœcordia

Gen. 6. 19.

Luc. 17.

2. Reg. 17.

2. Paral. 36.

Speculum nostri seculi.

Habemus autem in his nostri seculi speculum, in quo nostros mores & fata contemplantur. Extant vaticinia de nouissimorum temporum periculis, & in omnium ore sunt, quae de Antichristo & eius emissarijs Prophetae & Apostoli praemonuerunt. Interim plerique sese illi seducendos praebent, & luporum, quos ille submittit, faucibus & unguibus se & suae fidei creditos ingerunt. Idem plane fit in his, quae ad mores spectant. Sunt plenae exemplorum historiae, quae docent, quam infelicitate olim omnia regna & gentes corruerint, in quibus otium, luxus, intemperantia, ebrietas, libidines vagae, usurae, monopola, & quae alia sunt huius generis licetere cognarunt: quod (inquam) quae eiusmodi mores comitatur securitas talibus semper exitium attulit. Attamen ista hodie longe lateque in terris dominantur, & multo quotidie perdunt. Ipsi quoque horum tristissima effectu experimur. Nam ut taceamus seditiones & bella, quibus orbis terrarum turbatur, concutitur, evertitur: morbo item, quos multi sibiipsis cum praematura morte accersunt: tempestates quoque praeterea, quae famem frequenter inuehant, & tantum non vniuersam mundi machinam atterunt & labefaciunt: quis non videret fatali egestate & penuria omnis loci ordinis homines laborare, & cum alij alios deglubant, expilent, deuorent, interitum tamen omnes egent, adeo ut paucos reges & principes videas, qui suam dignitatem & statum tueri possint. Eo autem deterior est nostra fors, quod ne isti quidem sapimus, & quae sentimus magno nostro malo, videre nolumus, multo minus de fuga via cogitare, aut meliora monentes audire.

Seruorum Dei fors.

Ut igitur nostri saeculi mores eorum similes sunt, qui olim Iudaeos & multas alias gentes perdiderunt: ita eadem quoque seruorum Dei fors est, quae Ioannis Baptistae, Christi & Apostolorum fuit. Faciunt hi, quod in mandatis acceperunt a Domino. Monent, docent, hortantur, corripiunt, minantur: sed nequicquam. Nam interea de illis etiam facit mundus infelix, quaecumque ipse vult. Id est, illos odit, persequitur, calumniatur, in exilium eiecit, carceribus mancipat, occidit denique, & eorum sanguine & laniena voluptatem capit. Sed tunc recordemur, nihil nouum aut insolens nobis accidere, nec meliorem sortem nobis a Christo esse promissam. In primis autem obseruatu dignum est, quod Marcus in huius colloquij descriptione annotauit, Eliae aut Ioanni factum sicuti de eo scriptum erat. Nihil ergo formidandum ei accidit, quare neque nobis aliquid temere fiet, sed dies nostri (ut David dicebat) sunt in manu Domini, qui fugas nostras numerat, & quia nostri amans angustis fidelis est, nos supra vires tentari non sinet, &c. 1. Corinth. 10.

Ioan. 15. 16.

Psal. 31. 56.

Discipuli intelligunt.

1. Cor. 1.

Discipuli intelligunt tandem quid sibi Christus velit, & de quo loquatur. Hoc, quando hunc audimus. Hic enim est doctor ille verus, qui (ut nuper diximus) mentes nostras illuminat, & nobis a Deo Patre sapientia factus, securos salutis facit, & nos omni dubitatione liberat. Vt ergo praecipuus huius loci nobis esset, discipulos imitemur, & si quid nos latet, non vulgi errores sectemur, sed ad IESUM CHRISTUM contendamus, hunc docentem audiamus, precemur denique, ut quae nobis nota faciat, quae ad salutem sunt necessaria, nosque Spiritu suo dirigat, ut in ipsius semitis ambulemus, qui solus Via est, Veritas & Vita. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

HOMILIA CCXIII.

Et cum venisset ad urbem, adiit eum quidam accedens ei ad genua, & dicens: Domine, miserere filij mei, quoniam lunaticus est, & male afficitur: nam saepe cadit in ignem, & saepe in aquam. Et obruli eum discipulis tuis, nec eum poterunt sanare. Respondens autem IESUS dixit: O natio incredula & peruersa, quousque tandem ero vobiscum? quousque tandem tolerabo vos? adducite mihi eum.

omnibus huc. Et obiurgauit demonium IESVS, exijtq; illud ab eo: & sanatus est
puer ex illo momento.

Christiana religio ab alijs sectis & superstitionibus eo potissimum differt, quod
vi Deum vnum modò colit & inuocat, ita Mediatorem quoq; inter hunc &
nos vnicum agnoscit, IESVM CHRISTVM, cui omnis scriptura testimoniũ per- 1. Cor. 8.
hibet. Vidimus hoc euidenter in Clarificationis eius historia. Cum enim coram di- 1. Tim. 2.
scipulis transformaretur Dominus, videntur cum eo Moses & Elias, & cum illo de
morte eius colloquuntur. Sed quando vox illa dulcissima auditur: Hic est Filius
ille meus dilectus, in quo placatus sum, hunc audite, solus Christus cernitur. Soli
ergo huic gloria ista debetur, neque (vt Apostoli testantur) aliud nomen sub cœlo Acto. 4.
hominibus datum est, in quo nos seruari oporteat, præter illum vnum, qui nobis 1. Cor. 1.
sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio à Patre factus est. Sequitur noua histo-
ria, qua hoc amplius confirmatur, & docetur illum esse semen illud benedictum,
quod solum sua virtute & merito caput veteris serpentis conculcet, & sine cuius
ope vires nostræ prorsus nullæ sint. Sed & alia multa hinc continentur, quæ nostræ
institutioni & cõsolationi seruiunt, de quibus cum in Marco & Luca prius dictum
sit, cõsulatò nunc erimus breuiiores.

Præmittitur occasio quæ fuit, quòd cum Dominus in monte fuit cum tribus
discipulis, quidam ad reliquos nouem adduxit filium lunaticum, qui secundum Lu-
næ motum aut incrementa morbo sacro aut comitiali grauiter laborabat. Quem
cum hi curare vellent, non potuerunt. Ex eo Scribæ occasione arrepta, disputatio
nem aduersus illos instituunt, cuius procul dubio status fuit, quòd Christum vo-
luerunt omnibus suspectum & contemptum facere, qui hucusque fictis & falsis
miraculis simplici vulgo imposuerit. Quo loco considerandi nobis primùm ve-
niunt discipuli, qui etsi iam pridem accepissent potestatem aduersus spiritus im-
mundos, & plures iam eiecissent, hunc tamen eicere nequeunt. Facit hoc quidem
ad asserendam Christi virtutem, vt hunc omnibus Dei seruis tantò præstare creda-
mus, quanto Deus homine maior est: at simul docemur, ne optimos quidem & san-
ctissimos homines absque Christo quicquam posse, sicuti ipse in vitis & palmitum
parabola docet. Etenim ex nobis ipsis ne ad cogitandum quidem idonei sumus: 10an. 15.
& Satanam coerces ne nobis in opere Domini occupatis possit resistere. Atqui 2. Cor. 3.
Christus autem est, qui nobis Deum Patrem cõciliat, qui donis necessarijs instruit,
& nobis non facit discendi Dominus, qui vt nobis salutem afferret, in mundum ve-
nire & homo fieri dignatus est: nos verò illum arcemus à nobis, quando in preci-
bus cessamus, & nostra socordia lucem fidei in nobis extinguere patimur, vel etiam
vt olim Euam solitariam, aggreditur, & huic aliquid permittit Dominus, vt expe-
riamur, quàm nihil ipsi possimus si suam manum ille nobis subducat. Quod ne no-
bis fiat, in Verbo Domini nos assiduos esse oportet, & precibus indefinenter vaca-
re, quæ hostem illum nobis appropinquare non sinunt. Docuit hoc olim eleganti
typo Spiritus Sanctus, quando Israelitis aduersus Amelckitas pugnantibus, Moses
in sublimi monte manibus ad Deum expansis precabatur. Quoties enim ille ma-
nus attollebat, terga dabant hostes, rursus quando manibus remissis precari desi-
nebat, hostibus inferiores erant Israelitæ. Solet hoc ipsum in pugna illa spirituali
fieri, vt non possit consistere Satan contra Dei seruos, qui vera fide armati in pre-
cibus ardent, & illius conatibus Verbum Domini opponunt, qui gladius ille Spi-
ritus est, cuius fulgorem tenebris ille non potest ferre. Ista sibi ipsis applicent omnis
loci & ordinis homines, & reuera sentiant, Christum ipsorum conatibus non defu-
turum: E contra verò hæc præcipua malorum cum priuatorum tum publicorum

causa est hodie, quod plerique sine Christo res suas aggrediuntur, & carnis conciliium secuti, in mundum potius quam hunc respiciunt.

Scribe cum discipulis alter canitur.

Ceterum Scribas quoque videamus, quos Marcus cum discipulis altercatos fuisse dicit. Fuit hoc deploratae impietatis & malitiae exemplum, quod cum divinae Christi virtutem ex sexcentis (ut ita dicam) signis cognouissent, eius cauillandae aut negandae occasionem ex discipulorum defectu aut infirmitate tam audere arripiant. Atqui nisi cum pietate hominem quoque exuissent, misereri illos decebat infelicis pueri, in quo curando virtus Christi deficere videbatur, quae tam multis hactenus salutaris fuerat. Sed est hoc proprium hostibus Veritatis, quod cum contra hanc nihil possint, aliunde corradant, quod eam in suspicionem & contemptum adducant. Hinc fit, ut clades & infortunia illius studiosis exprobrent, aut morum vitia odiose in eis obseruent, aut si ex ignorantia in aliquo haereant, in cachinnos effundantur, & sibi ipsi de victa veritate triumphum promittant. Fiunt huius generis multa hodie, quibus pijs non debent offendi. Manet enim inuicta Veritas, neque perpetua caligine sepelire poterit. Meminerint autem Christi serui, cum quibus aduersarij ipsis res sit: & primo quidem innocentiae studeant, ne quam praebent calumniandi occasionem maleuolis: deinde lectioni & Scripturis intenti sese ad disputationum certamina praeparant, ne ridiculi fiant Sophistis, qui nulla re perinde delectantur, quam si pijs insultare possint. In ijs vero, quae res huius seculi spectant, prudenter & circumspicere res agant, ne improbi illi aliquam ridendi occasionem illorum imprudentibus factis possint apprehendere.

Popularis inconstantia.

In turba inconstitae popularis exemplum habetur. Quando Christum appropinquare vident, obuiam illi occurrunt, Luca teste, quod reuerentiae indicium est: At isdem absente illo, omnes eius cauillandi occasiones captant, & eum in discipulis non contemnunt modo, verum etiam exhibent. Tales sunt, qui fide vera delectantur, & in religione huius seculi commoda potius quam Dei gloriam & celestia quaerunt. Si quando pios Christi cultores ab omnibus relictos periclitari vident, ipsi quoque illos non negligunt modo, sed ludibrijs prosequuntur, & omni iniuriarum genere lacessunt. Quod si Deus suis rursus propitius affulgeat, mox mutantur, & adulari ijs incipiunt, quibus paulo ante hostiliter insultabant. Prodesse mores istos mundi obseruare, ut non offendamur eius inconstantia, neque fauori eiusdem aliquid tribuamus, sed vni Deo fidamus, cuius veritas inconcussa est, & bonitas sempiterna.

Christus quae in quid agatur

Docet hoc proprio exemplo Christus, qui populi concurrentis applausum non multum moratur, sed quid rerum agatur, quaerit: Non quidem quod aliquid bonum ipsum lateret, sed ut pueri lunatici pater ea occasione filij calamitatem exponeret & opem eius flagitaret. Etenim prodest inter precandum diligentius exponere miseras, quibus vrgemur, ut maior animi deuotio accendatur, & ad fidem in Deum magis excitemur. Et huc facit oratio Patris istius admodum pathetica. Propositio est: Domine, miserere filij mei. Quod ut facilius impetret, ad genua ipsi accidit, qui olim supplicantium gestus fuit. Apud Lucam, hunc sibi vnigenitum esse dicit: quod quam maxime faciebat ad mouendum commiserationem. Et mox vni morbi exponens, docet, necesse esse, ut infelici subueniat. Nam lunaticus est, quod vnigenus morbi varium, instabile & in primis graue est. Marcus mutum quoque fuisse se scribit. Deinde cum quidam lunatici lenius habeant, hic (inquit) male afflicti sunt, & interdum cadit in ignem, saepe in aquam. In Luca addit: Ecce spiritus caput eum, & repente clamat, & discerpit eum cum spuma, vix ab eo discedens, hoc erat conuellens & atterens. Et quod potissimum animum patris discruciauit, hoc erat quod ad discipulos eum adduxerat, qui nihil auxilij aut remedij afferre potuerunt. Itaque immedicabilis videri poterat hic morbus. Apparet autem in exemplum eiusmodi

eiusmodi, quam saevus & crudelis sit Satan, & quam infelix sit eorum conditio, quos ille semel in suam potestatem redegit. Etenim Christo ipso teste, homicida est iam inde ab initio, neque aliud quarit, quam ut in suam nassam illectos perdat. Nec illi satis est corpus perdidisse, sed animabus quoque interitum struit. Nam si quibus vitiorum laqueos iniecerit, Deum immortalem, per quæ præcipitia tales rapit, quam diris & horrendis modis illos torquet? Spumant illi inter cupiditates nefarias, quæ tandem præcipientes agunt in exitium: iidem clamosi sunt in illicitis, muti apud Deum in precibus & alijs, quæ salutem nostram iuvare, aut nobis honorificas esse poterant. Eiusmodi imagines quotidie, proh dolor, nobis repræsentant libidinosi, quos scortandi licentia abripit, ebriosis item, iracundi & vindictæ cupidine effunduntur. Et utinam diligentius consideraremus hanc hostis nostri rabiem, ut nobis ab ea magis caueremus, & in precibus effemus ardētiores, quibus ille quam maxime profligari potest, ut in sequenti sermone dicitur. Nunc verò observemus plus quam paternam Dei bonitatem, qui hosti nostro non tantum permittit, quantum ipse vult, sed occultis habenis rabiem eius coercet. Quid enim obstitisse putas ne infelix iste, de quo hic agitur, iam pridem perierit, nisi quòd Deus Satanam conserinxit, ut sibi præscriptos limites non auderet transgredi? Eiusdem generis est exemplum, quod in lobo habemus. At quid vetera referre opus est, quando Deus quotidie pro nobis excubat? Etenim huic debemus, quòd hostis hic nos neque in somnis iuguiat, neque inter pocula occidit, aut libidini cæcæ vacantes, aut securitati nimis immerfos perdit infinitis modis: quod facile poterat, nisi occulta Dei virtus simul officio contineretur. Hæc consideratio nos ad gratiarum actionem excitet, & incitatores, venefici, metuamus. Quid enim hi possent contra electos Dei, in quos ne principi quidem ipsorum ius est? Memorabilia sunt, quæ de Aegyptijs Magis, de Balaamo, Elyma, Simone & alijs commemorantur. Sed ad Dominum Christum redeamus, qui paterno cum dolore queritur, de istorum omnium incredulitate & contumacia: O natio (inquit) incredula & perver-
 sa, quousque tandem ero vobiscum? quousque tandem tolerabo vos? Indignos dicit, quibus cum ipse diutius versetur. Dura vox & digna, ad quã omnes exhorrescant, qui non omnem sensum pietatis exuerunt. Etenim quos Dei Filius, qui propter nos in mundum venit & homo factus est, suo commercio indignos iudicat, eosdem ab Ecclesiæ simul & salutis societate excludit. Et magnum quid sit oportet, quo illi tantopere commoveatur, qui nullos unquam peccatores fastidiuit. Quid verò illud est? O natio (inquit) incredula & perversa vel distorta. Primò incredulitatē eorum acculat, qua ipsum reiiciebant, & quæ hæctenus neque doctrina neque signis expugnari aut corrigi potuerat. Peruersam verò nationem aut distortam dicit, qualem Moyses olim dixit, quod legibus nullis sese in ordinem adduci smerent. Ideo alibi co-
 las & terram adversus illos producit testes, alibi verò eos ad boues & asinos, ad et-
 conias item, hirundines grues & turtures remittit, ut in brutorum animantium schola secundum leges naturæ discant vivere, qui Dei legibus parere nolint. Quòd si quæras, quos nam tam duriter compellet Dominus? ego omnes, qui aderant, vno reatu involui existimo, quamvis alij alijs grauius peccauerint. Etenim discipulo-
 rum dissidentia manifestior est, quam ut illam multis demonstrari oporteat. De pa-
 rente lunatici huius Marcus scribit, ut suam incredulitatē ipse confessus sit, & huic succurri petierit. Interim certum est increpationem illam in primis adversus Scri-
 bas dirigi, quorum contumacia incurabilis erat, adeò ut cum Christo certamen sus-
 cepisse videri possent, cum quotidie in peius proficerent. Incredulitate ergo re-
 gnum Dei maxime stabilitur & promouetur, & hanc potissimum caueant oportet.

Satanæ rabies.
Ioan. 8.

Dei bonitas.

Christus de in-
credulitate
queritur.

Deut. 32.
Isa. 1.
Ierem. 5.

Aliorum incre-
dulus non ob-
stat lunatico.

Matth. 5.
Gene. 13.

2. Pet. 3.
2. Tim. 2.

Christus demo-
nium eijcit.

Quomodo cum
Satana pugna-
ri debeat.
Matth. 4.

Effectus mira-
culi apud spe-
ctatores.

qui illius tyrannide liberari cupiunt: vt in sequente sermone prolixius dicitur. In praesenti hoc addemus, quod Dominus etiam reliqui omnes acrius corripi me-
rerentur, tamen puerum sibi adducere iubet: nimirum, vt ipsi medeatur. Est hoc no-
uum & irrefragabile bonitatis argumentum, quae iustam indignationem vincit, vt
licet reliqui omnes diffidentia hucusque peccarint, nolit tamen horum culpam frau-
di esse misero huic, quod minus huic succurrat. Indulgentiae huius exempla quotidie
cernimus. Etenim ingratitude & intemperantia sua meretur mundus, vt fruges
nobis neget Deus. Non tamen quid plerique mereantur respicit, sed quid commu-
nis necessitas postulet, & ideo Solem suum super iustos & iniustos oriri sinit, & su-
per bonos & malos de caelo pluit. Quin tanta est Patris nostri caelestis indulgen-
tia, vt propter paucos credentes totis ciuitatibus parcat, & si omnino puniri oportu-
tet incurabiles, tamen suos inter medias poenas tueri & mirifice ex tentatione eri-
pere nouit. Exempla quibus hoc demonstratur, in Noe, Lotho, Daniele extant, & si-
mililia multa quotidie fiunt. Ne ergo facile de Dei bonitate desperemus, multo mi-
nus nos exemplo multitudinis abripi patiamur. Nouit Dominus noster IESVS
CHRISTVS qui sint sui, & sibi fidentes nunquam deseret.

Apparet hoc in huius historiae catastrophe. Nam postquam (vt Marcus scripsit)
aliquantum cum patre huius pueri collocutus est, vt & huius diffidentiam argue-
ret, & suam virtutem faceret illustriorem, atque nobis fidei cum diffidentia iustitiae
exemplum consolationis plenum proponeret, mox opus ipsum aggreditur, & ma-
gna cum autoritate miserum liberat. Nam primo obiurgat daemoneum, vt se hoc
item diaboli esse ostendat, qui eius deuincendi & destruendi causa in mundum ve-
nerit. Deinde superbum & arrogantem titulis propriis & ipso dignis compellat di-
cens: Tu spiritus mure & surde. Reuera autem talis est, cum nec Deum patienter
audiat, nec ea loquatur, quae huic placere possint. Et vult, vt talis omnes agnoscat,
neque se ab eo decipi sinant. Tertio, Ego (inquit) tibi iniungo, exi ex eo, & ne am-
plius ingrediaris in eum. Et hoc dicendo ius omne diabolo abdicat, quod in ipsum
hominem usurparat. Nec mora, cogitur mandato Christi obedire improbus ille.
Itaque horrendum exclamans puerum laniat & discerpit, atque eo seminece relicto
abijt, vt plerique ex circumstantibus illum mortuum esse dicerent. At IESVS praes-
ensa manu pueri erigit eum, & sanitati restitutum patri restituit. Quo exem-
plo docemur, vt nobis quoque cum illo hoste pugnandum sit. Sanciuit hanc milia-
riam Deus in paradiso inter serpentem vererem & omnes Euae filios in ipsa rerum
origine: & huic nomen damus, quando baptismi aqua tingimur in Christi nomine,
qui & ipse quam primum ab Ioanne Baptizatus est, cum diabolo in certamen de-
scendit. Huius ergo exemplum imitemur, & prima cura sit, ne quas ei demus indu-
cias, sed tergiversantem & moras nequentem feruidè vrgeamus. Deinde eundem
depingamus suis coloribus, & propriis titulis compellemus, vt se agnosci sentiat.
Id enim ad eius audaciam frænandam efficacissimum est. Adhuc non obiter eum
relegemus, sed procul à nobis repellamus, neque et ad nos redeundi aliquam potesta-
tem relinquamus. Nec enim aliqua esse debet nobis cum eo hoste societas, qui ce-
ries clamauit: Quid mihi rei tecum est IESVS Fili Dei? Neque terreat nos eius furor,
res, quos iam discessurus ciet. Est enim hic postremus eius conatus, & quando om-
nia pessundaturus videtur, manum nobis porrigit Christus Dominus, & suo con-
tactu nos sanat. Ideo enim hic in mundum venit & homo factus est, vt nos sibi ve-
niret, & idem draconem illum olim sub nostris pedibus conculcabit. Rom. 16.

Restat miraculi effectus, quem apud populum circumstantem habuit. De hoc
ita scribit Lucas: Percellebantur autem omnes super magnifica virtute Dei. Agno-
uerunt ergo virtutem diuinam in Christo. At cum ea ipsis solatio esse deberet, terror
fuit, eo quod eius officium ignorarent. Terruit autem eos tristis pueri à malo daemone
rapiti &

rapto & lacerati conditio. Etenim miserabile & terroris plenum spectaculum est, hominem à Satana tam indignis modis tractari. Deinde procul dubio eos terruit mens malè sibi conscia, quando cogitarunt, quàm parum honorificè Christum tractarint in suis discipulis, in quo tam luculenta diuinæ potentiae indicia elucebant. Docet autem hoc exemplum, quàm facile sit Domino hostium suorum petulantiam comescere. Paulo ante discipulis insultarunt Scribæ, & videtur in his diabolus contra Christum triumphare. Populus item priorum signorum oblitus stupescit & hæret. Sed ecce vno verbo diabolus eijcit Dominus, puerum patri in fide labascenti restituit, & hunc confirmat, Scribas autem confundit, vt percussis & attonitis nesciant quid porrò dicant. Huius generis exempla passim occurrunt, & hæc perpetua Ecclesiae IESU CHRISTI fors est, quam hic discipulis pollicetur, dicens: Amen amen dico vobis, flebitis & lamentabimini vos, mundus autem gaudebit, vos verò tristes fietis, sed tristitia vestra euadet in gaudium. In ipso igitur fortes teneamus stationem nostram, & ipsi seruiamus in fide sincera & sanctimonia. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C X V .

Tunc accedentes discipuli IESUM priuatim, dixerunt: Quare nos non possumus illud eijcere? IESVS autem dixit eis: Propter incredulitatem vestram. Amen quippè dico vobis, si habeatis fidem quantulumcunque granum sinapis, dicetis monti huic, Demogra hinc illuc: & demigrabis, & nihil impossibile erit vobis. Hoc verò genus demoniorum non egreditur nisi per precationem & ieiunium. Versantibus autem ipsis in Galilea, dixit eis IESVS: Futurum est vt Filius hominis tradatur in manus hominum, & trucidabunt eum, sed tertio die suscitabitur. Et contristati sunt vehementer.

Quamuis Dei Filius IESVS CHRISTVS communem humani generis hostem Saranam suæ mortis merito & resurrectione gloriosa superatum ex rebus confidentia & securitate circumuenti, nobis ipsis exitium partamus, permittit illi, vt adhuc Leonis rugientis instar obambulet, & varijs tentationibus nos infestet. Itaque admodum necesse est, vt probè teneamus, quemodo cum illo nos pugitare oporteat, & quibus armis vinci possit. Docet hoc ipse Christus proprio exemplo, & nuper non obscure docuit, hostem illum nostra diffidentia & incredulitate potissimum armari, ideoque nobis fide firma & constanti opus esse, si aduersus illum victoria velimus potiri. At quia discipuli rem nondum rectè intelligebant, & nos omnes natura tardiores sumus in diuinis, vt nulla institutio nobis nimia sit, in præsentia apertius & grauius cum illis agit, & simul quæ aliàs multoties de toto redemptionis nostræ mysterio illis dixerat, denuò in mentem eis reuocat.

Occasionem huic tractationi præbuerunt discipuli, qui illum priuatim domi interrogarunt, quid obstiterit, quod ipsi demonium ex puero lunatico, de quo audivimus non potuerint expellere. Causæ, quæ ipsos potuerunt mouere, variæ fuerunt. Nam procul dubio doluit ipsis, quod non sine scandalo multorum Scribis libidio fuerant. Et fortassis timebant etiam, ne Dominus potestatem, quam antea ipsis in spiritus immundos & omnis generis morbos dederat, omnino auferre vellet. At si quæ Christus parenti istius pueri dixerat, propius attendissent, non multa quaestione opus erat. Sed imposuit eis, quod se in fide satis instructos esse, neque incredulitatis vitio notari debere putauerunt, & ideo culpam omnem in alios transferre cupiunt. Est hoc commune vitium humani ingenij, quo fit, vt quando

Discipuli quaerunt, cur non potuerint eijcere Satanam:

Gene. 3.

nobis ipsis aliquod malum aut incommodum accersuimus, minimè tamen videri velimus, id nostra culpa factum esse, sed causas mali in alijs quæramus, vel etiam temere in quosuis alios reiiciamus. Fecit hoc parens noster Adamus, & hodie multi in salutis æternæ negotio idem faciunt, qui ignorantiam prætexunt, & huius causam esse queruntur mysteriorum regni Dei obscuritatem, cum tamen ad lucem Evangelij, quam eis Deus benignè offert, ipsi oculos malitiosè claudant. Ad eundem modum multi quoad rem domesticam de egestate & penuria sua queruntur, & huius causam omnem reiiciunt in aliorum inhumanitatem atque avaritiam, cum ipsi sua prodigalitate & luxu, adhuc impio admonitionum omnium & legum contemptu sese in eas angustias adducant, ut ab usurarijs & fœneratoribus cogantur opem petere, quorum vngues & insatiabilem rapacitatem facile evitare poterant, si temperantius viuerent, & bonis legibus obedirent. Sed audiamus Christi responsum, quo tria agit.

Discipuli de incredulitate accipiuntur.

Primum, quod paulò ante de totius gentis *ἀπιστία* seu incredulitate in genere quæstus erat, ad ipsos quoque pertinere ostendit, dicens: Propter incredulitatem vestram. Quasi diceret: Quid opus est querere? lam ante dixi, incredulitate vestram omnium immundos spiritus armari, ut pelli non possint. Sed quia video vos velle extra culpam esse, aperte dico, vos non minus illius reos esse, quam ceteros: nec enim tantum adhuc profecistis in fide, quantum debebant profecisse, qui mihi tam diu conuersati sunt, &c. Suo autem exemplo docet quomodo tractari debeant, quæ in genere de vitijs publicis, quorum culpa ipsi quoque tenentur, pro concione publica dicuntur, nolunt agnoscere, & tanquam nihil ad se pertinentia surdis auribus prætereunt. In faciem dicatur eis quod res est, ut se tangi sentiant. Prophetæ fecerunt, qui non veriti sunt clamare: Audite capita Iacob, & principes domus Israelis, qui à iudicio abhorretis & quicquid rectum est perueritis. Principes pro munere ius dicunt, & sacerdotes pro pretio docent, prophetæ pro peccato dæmonant: Idcirco propter vos Zion ut ager arabitur, & Ierusalem aceruus erit, &c. *Uæ securis in Zione, & confidentibus in monte Samariæ, &c.* Audite verbum Domini principes Sodomæ, & tu popule Gomorrhæ legem Dei nostri: Quomodo meretrix facta est vrbs fidelis, æquitatis plena, in qua iustitia habitabat, nunc autem parrhiciæ? Ad eundem modum Phariseis & Scribis laruam Christus detrahit. Et ita Paulus publicè peccantes iubet coram omnibus argui, ut si ipsi incredulæ sunt, saltem alij timore aliquo percellantur. 1. Tim. 5.

Incredulitas præcipua remora in rebus gerendis.

Docet autem hic locus, *ἀπιστίαν* siue incredulitatem præcipuam in rebus gerendis remoram esse, ut minus proficiatur, neque successum optatum habeant. Est autem remora illa duplex. Prima, quam proprie diffidentiam vocant, qua fit, ut nec Dei verbo credamus, neque eius auxilio fidamus. Altera potest perfidia vel infidelitas dici, qua peccatur, quando non bona fide, sed negligenter res nobis mandatas agimus, quod ex priori sequitur, & plerunque eius comes est. Itaque quotquot se proficere vident in sua vocatione, hoc Christi dictum sibi applicent, & in seipso descendendo, qua fide agant, considerent. Queruntur hodie Ecclesiarum ministri nihil profici apud plerisque homines prædicando, docendo, monendo, hortando, & sermone ripiendo, minando denique. Sed utinam omnes diligentius seipso intuerent, ut ferè viderent, se non ea, qua decebat, fide in ministerio suo versari. Plerique enim non satis intenti sunt lectioni Scripturarum, in docendo item negligentes, in monendo frigidè & remissi, in precibus languidi sunt, adhuc mundo & hominibus placere cupiunt quàm Deo, multi denique perfidum illum dispensatorem in fidei creditam suo dimenso fraudare dicunt. Quid ergo aliud de istis fiat, quàm quod Ieremias dicit: Maledictus, qui facit opus Domini malignè: Transferant istud

Matth. 24.

Ierem. 48.

etiam ad qui Reip. gubernacula sedent, & similiter videbunt, non in omnibus tantum fidei Zelum & in rebus curandis feruorem esse, quantum functio ista requirit. Similem languorem & negligentiam, imò infidelitatem in opificibus manuum, in agricolis, in heris & patribus familiis, in seruis item & mercenarijs deprahendes. Quid ergo mirum si hos omnes suo fauore & benedictione Deus destituat, vt successu nullo fruantur? Meretur omne genus calamitatum publica ista omnino loci & ordinis hominum infidelitas, nec rebus passim omnibus consuli poterit, nisi Deo & hominibus fideles sint omnes in sua vocatione aut functione, quam sustinent.

At respondere poterant discipuli: Cur incredulitatis accusamur, qui non ita pridem fidei confessionem adidimus, quæ ita tibi probata fuit, vt Simonem ideo beatum dixeris? Imò poterant alij Apostolis infirmiores spem omnem abijcere, & Deum nimis iniquum aut morosum putare, cui nulla fides sufficiat, & ita secum rationem inire: Si Apostolorum fides sufficiens fuit, vt dæmonium illud posset eijcere, qui omnibus relictis, Christum secuti sunt, qui cum ipso permanserunt in omnibus tentationibus suis, quos suos testes, lucem mundi, salem terræ dixit, qui publicos totius orbis doctores esse voluit: quid de te fiet, cuius fides cum Apostolis nullo modo comparari potest? Sed ad omnes eiusmodi obiectiones per Præoccupationem responderet Dominus, dicens: Amē dico vobis, si habeatis fidem quantum est granum sinapis, dicetis monti huic, Demigra hinc illuc: & demigrabit, & nihil impossibile erit vobis. Quasi diceret: Exigit à seruis suis Deus fidem, sine qua ei nemo placere potest. Idem tamen non adeò difficilis & morosus est, vt nihil ipsi sufficiat. Nouit enim qui sint homines, & quòd dum in carne viuunt, longissimè absunt à perfectione. Itaq; fides modica ipsi probatur, modò vera sit, nò fucata: & instar granum sinapis acris & viuax, non frigida & mortua sit. Hanc qui habent, & eius professionem constanter retinēt, & (vt per Prophetam ait) sabbara sua custodiunt, & quæ ipsi placent eligunt, atq; fœdus suum firmiter apprehendunt, hos ille vicissim excolit, & viribus nouis instaurat ac auget, vt si necesse sit montes loco mouere & alio transferre, id ipsis non sit impossibile futurum. At hoc dicendo discipulos condamnetur rigidè accipi debet secundum literam, vt vel confidenter nimis tentemus res absurdas & non necessarias, vt olim Simon Magus, qui se volaturū pollicebatur: vel eos damnemus mendacij & erroris, qui non omnium postulat aut votis satisfaciunt. Nam sunt quidem fidei omnia possibilis, sed eadē vni Deo nititur, & ab eius Verbo pendet. Nihil ergo tentat aut conatur, quàm quod ei placere nouit, & quod is iuberet: ipso deniq; iubente ea perficit, quæ vires humanas superant, quod in epistola ad Hebræos Apostolus exemplis infinitis demonstrat. Nihil deniq; tam arduum & graue est, nihil homini incumbit tam intolerabile, quod nò superet & procul remoueat fides, si necesse sit. Et quod in presentis pollicetur Christus, Apostoli nò multo post experti sunt, & ipsi lato admodum successu per fecerunt. Cùm enim accipere Spiritu sancto Euangelium IESU CHRISTI predicarent, montes altissimos & grauissimos Satan obiecit, Iudæorum Sacerdotes & Seniores, gentiū philosophos, Romanos Imperatores & horum minacia edicta, scismata item intra Ecclesiam parietes excitata: Sed hæc omnia Euangelij prædicationi cesserunt, quæ inuito mundo & eius principe per totum orbem feliciter propagata est. Et quotidie sentiunt Christiani homines, qui verè credunt, montes grauissimos ab illorum cervicibus atq; humeris subito remoueri & auferri, quibus ferendis sese impares esse paulò ante arbitrabantur.

Porro ad præsentem causam istud omne applicans, addit: Hoc verò genus dæmoniorum non egreditur, nisi per precationem & ieiunium. Vbi non putabimus

Fidei virtutes,
etiam modice.

Heb. 11.

Isa. 56.

Heb. 11.

Quomodo fides
des confirmetur
et iunctur

illum de certo dæmoniorum genere loqui, quod cæteris sit contumacius ac ferocius, multò minus loco fidei preculas certas aut exorcismos cum ieiunijs superstitionis commendat, sed partim in genere ostendit, eam esse dæmoniorum omnium pertinaciam, ut nō nisi fide viua & efficaci possint expelli: partim quibus præsidij fidem confirmari oporteat, docet: deniq; & generalem doctrinam tradit, quid nobis agendum sit, si quando Satan ita pedem fixisse & regnum suum confirmauisse videretur, ut nunquam cessurum putemus: quod in hoc puero fecit, quem à pueris occupauerat, & hodie in multis facit, qui vel superstitionibus vel scelerum licentia ita assueuerunt, ut quoad humanas rationes, de ipsorum salute profus desperandum sit: Quando item fidem in nobis labascere & tantum non succumbere sentimus, sicuti de pueri huius parente nuper dictum est. Tunc nihil proficere nuda ac otiosa fidei professione, sed eam precibus assiduis & ardentibus adiuuari oportet. Ne autem frigeant preces, & nos carnis vel securitas, vel lasciuia aliò vocet, ieiunia autem non in incerto & supersticioso ciborum delectu consistunt, sed in omnium eorum abstinencia, quæ carnem ferociorem reddunt, & eius lasciuiam auerunt, aut in causa sunt, ut secuta salutis nimium sibi ipsi indulgeat. Itaque seipsum quisq; examinet, & vel otium sibi ipsi abducatur, quod aliqui putantur, vel eorum vestes luxuriosas deponat, quibus animi fastus & superbia augetur, vel eorum concupiscentiam à legitimo coniugij vsu sibi temperet, ne libido in precibus remissione reddat. Ideo in poenitentia publica Prophetæ saccis aut cilicijs nos indui, & coniuges secubare, atq; sponsam in thalamo suo exire iubent: & huius postremi Paulus quæque meminit. Hæc si probe considerentur, non mirabimur, cur in tanta Euangelij luce, quando fide vera in Christum omnes gloriantur, tantæ diaboli vires sint, ut passim regnum suum obtineat & instauret per superstitiones in multorum cordibus repullulantes, vel per effrenem & sceleratam quiduis agendi licentiam. Frigunt enim apud plerosq; fidei veræ exercitia. Verbi studium languet, preces negliguntur, cupiditatibus carnis indulgetur, à comotationibus, vestium luxu, fastibus libidinum licentia ne hî quidem omnes profus alieni sunt, qui in Ecclesiæ ministerio constituti alios ad pietatem & preces indefinentes doctrina & exemplo suo excitare debebant. Est ergo fides in terris rara, sicuti Dominus de nouissimis seculi prædixit, & ideo Satan ubiq; regnat & triumphat.

Christus mortem & resurrectionem suam prædicit.

His subtexit Dominus nouam eorum commemorationem, quæ ipsi euentura erant, & de quibus intra paucos dies prius tertio dixerat: Primò nimirum post fidei confessionem à Petro æditam: deinde quando ex monte descendens prohibuit tres discipulos, quod illic viderant, cuiquam diuulgaret: tertio quando sibi idem quod Ioanni Baptistæ euenturum esse dixit. Idem nunc quoq; repetens ait: Futurum est, ut Filius hominis tradatur in manus hominum, & trucidabunt eum, sed tertio die suscitabitur. Et ista quidem tunc dixit, quando diuina eius virtute omnes percussus fuerant (ut nuper ex Luca dictum est) & iam per Galilæam transiens contendebat Hierosolymam ad crucem. Apparet autem ex circumstantijs, cur de his rursus dixerat. Primò videlicet propter seipsum, ut frequenti passionis & mortis meditatione sese ad patientiam præpareret: Deinde propter discipulos, qui toties de his admodum appaui sum ex eius miraculis exoriri videbant, in spem regni futuri erigerentur, quod tunc quoque factum fuisse patebit, ex illorum de primatu contentione, quæ sub initium sequentis Capituli describetur. Vult ergo illos ab hac spe regni terreat, ut reuocare, & insuper docere, quis ipsis miraculorum omnium vsus esse debeat. Vult nimirum ex illis virtutem eius diuinam agnoscant, nec crucis ignominia offendantur, quin potius seipsum quoq; ad crucem ferendam præparent. At ex eo generale doctrinam

Col. 3.

Ioel. 2.
1. Cor. 7.

doctrina peti debet, vt quando res secundæ sunt, ad certamina nos armemus diligenti eorum meditatione, quæ de Ecclesiæ persecutionibus olim prædicta sunt. Similiter in priuata fortuna memores simus vicissitudinis rerum humanarum, in quibus nihil certum & stabile est. Consolationē verò petamus ex Resurrectione Christi, qua hic peccatum, mortem & inferos vicit, nobisq; in cœlis gloriam & vitam æternam meruit.

Quam necessaria sit hæc meditatio, Apostoli suo exemplo docent. Nam his autem discipulis contristati sunt vehementer. Causam tristitiæ huius Lucas indicat, quòd discipulum istud ignorarint, neque intellexerint mentem Christi. Nam vt sæpe diximus, caro à cruce abhorret; quia ergo fructum mortis Christi discipuli ignorabant, resurrectionis autem mysterium illis prorsus absconditum erat, non potuerunt non contristari istorum commemoratione. Auxit dolorē, quòd Lucas addit, ipsos non ausos fuisse interrogare Dominum: quòd fortassis correptionem vererentur, exemplo Petri territi, de quo supra audiuius. Debet hic obseruari carnis ingenium, quæ ferè gaudet & spes magnas concipit, quando de cruce cogitandum erat: vicissim autem dolet, quando de cruce debet exultare. Causa huius peruersi iudicij præcipua est, quòd Christum sibi alium fingit quàm reuera sit. Nos ergo talem agnoscamus, qualem Scripturæ proponunt. Si quid nos latet, alacri & intrepida mente ad ipsum accedamus, & audiamus in Euangelio nobis loquentem. Quicquid autem acciderit, consolari nos debet, quòd vt propter nos in mundum venit Dei Filius & hominem verum induit: ita propter nos mortuus est, nobis item resurrexit, nobis vicit mortem & diabolium, noster item Mediator & intercessor ad dexteram Patris confidet, nec tamen nos relinquit orphanos, sed nobiscum manet, vt nos tueatur, seruet & a lat usque ad consummationem sæculi. Illi debetur benedictio, honor, gloria & possessio in æternum. Amen.

Discipulorum ignorantia & aceror.

Rom. 8.

Cum autem venissent Capernaum, venerunt ad Petrum qui didrachma accipiunt, dixeruntq; Magister vester non soluit didrachma? Dicit, Etiam. Et cum ingressus fuisset domum, præuenit eum IESVS, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filijs suis, an ab alienis? Dicit ei Petrus: ab alienis. Ait ei IESVS: Nempe igitur liberi sunt filij. Sed ne offendamus eos, profectus ad mare, mitte hamum: & cum piscem qui ascenderit primus, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: acceptum illum da eis pro me & pro te.

Non ignorauit Dei Filius, Dominus & redemptor noster IESVS CHRISTVS Status huius historie. carnis licentiam et immunitatē ab oneribus ciuilibus, tributis nimirum, censibus et vectigalibus, quærant. Quia verò hæc causa est periculorum motuum & turbationum in Republica quas omnes boni & honesti merito oderunt, Euangelij quoque doctrina & fides Christiana multis hoc nomine suspecta & exosa est. Ideo Dominus non verbis modò, verum etiam proprio exemplo docet, se non abolere legem semel dixit: Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei: quod Paulus diligentius explicans ait: Reddite omnibus quod debetis: cui tributum debetur, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorē, honorem. Ad cuius doctrine confirmationem cum primis pertinet hæc historia, quæ commodissime hoc loco interseritur. Quia enim discipuli, qui etiam ipsi in Christo regnū terrenum

Matth. 22.
Rom. 13.

& liberationem ex Romana tyrannide sperabant, partim per clarificationem eius nuperrimè factam, partim populi exemplo, qui totus miraculo in lunatici pueri curatione ædito percussus fuerat, in errore suo confirmari poterant, nouo exemplo docere voluit, quid omnes homines magistratibus suis debeant. Insunt autem huic historiæ alia nonnulla consideratu dignissima, & proinde illam diligenter inspexisse proderit. Partes eius duæ sunt: prior occasionem huius facti indicat, ubi colloquium narratur, quod Petro cum publicanis aut census exactoribus intercessit: posterior Domini Christi cum Petro colloquium continet, ex quo miraculi historia potest intelligi, quod ille in censu aut didrachma persoluendo ædidit.

Census causa
& origo apud
Iudeos.
Exod. 30.

Luc. 3.

Prioris naratione à loco, ubi hæc facta sunt, exorditur Euangelista, & IESUS cum discipulis Capernaum venisse scribit, quam supra Capite nono ipsius ciuitatem dixit. Et verisimile est, tunc tempus fuisse, quo census annuus à singulis exigebatur. At hic obseruari debet, Iudæorum gentem olim liberam fuisse, neque alium censum cuiquam dedisse, nisi quem Deus ad sarta tecta tabernaculi seu templi, & cultus externi conseruationem dari iusserat: quo ceu publico testimonio testabatur, se Dei peculium esse, neque alium habere Regem præter Deum, qui se totum populum obstrinxerat, & ideo Sanctus Israelis dicebatur. Erat hic sicles dimidius, quem viritum singuli pendebant, siue drachmas aut denarios duos. At cum Romani Iudæam in prouinciã redegissent, censum hunc ad se transfulerunt, quod sub natalibus Christi factum fuisse, Lucas annotauit, & ab eo tempore quotannis illum exigunt. Et tanta fuit in censu hoc exigendo illorum seueritas, ut post euerfam urbem & templum, cum Iudæi per orbem totum dispersi essent. Vespasianus auarissimus princeps, cui (ut Suetonius scribit) dulcis erat lucri odor ex re qualibet, legem faceret, ut singuli Iudæi ubicunque terrarum uiuerent, binas drachmas tributi annuo toto penderent Capitolio. Neque absque Dei prouidentia hoc accidit, qui hoc indicio testatum voluit, se populum istum abdicauisse, neque eum amplius pro suo peculio agnoscere. Quod etiam hodie obseruare debebant Iudæi, quando tributis & censibus maximis grauantur à principibus, in quorum terris habitant, neque alia de causa recipi solent, quam ut census & tributa soluant immodica, quæ ab hominibus Christianis vix possent extorqueri. Vtile autem esset, si diligentius omnes experderent, quæ Iudæis huius calamitatis præcipua causa siue initium fuerit, nimirum sacerdotum ambitio, qui sacerdotium contra Dei institutum in regnum conuerterant, vel cum sacerdotio regiam potestatem coniunxerant, ut iidem Sacerdotes & Reges essent. Inde factum est, ut Hircanus & Aristobulus fratres de hoc regno sacerdotali hostiliter inter se pugnantes, populum quoque in partes distraherent, & belli ciuilibus auctores essent, quod eò usque exarsit, ut vtrinque externa auxilia quererentur, & Pompeius magnus hac occasione urbem Hierosolymam caperet, tandem Iudæa tota Romani potirentur. Est hoc memorabile exemplum, quantum noceant dissensiones ciuiles, & præ alijs quidem hæc, quas sacerdotum & præsulorum personarum auaritia & ambitio excitat. Et utinam huius meminissent Germani hodie, quando nonnulli pro Romani Pontificis auctoritate contra ciues & fratres arma gerunt, & bella ciuilia accendunt. Etenim periculum est, ne dum pro istorum regno pugnant, qui sacra tractare debebant, & regni administrationem huius seculi principibus relinquere, tandem libertate amittant se ipsos & communem patriam miserina seruituti & exterorum tyrannidi subiiciant.

Exactores de
Christo inter-
rogant.

Cæterum accedamus ad exactorum census cum Petro colloquium. Interrogant illi Petrum de Christo, dicentes: Magister vester non soluit didrachma: & integritatis opus est, quod viritum censum à quibusuis exigunt, neque vlli parum ex priuato arbitrio. Ita enim decet facere ministros publicos, qui à magistratu

quid in mandatis acceperunt. At simul laudem meretur illorum modestia & humanitas, cuius indicium est, quod non insolenter & rigide exigunt à Christo censum, sed prius quaerunt, num ipse etiam communi lege teneatur. Solebant enim Romani viros illustres & beneficos interdum immunitate donare: & videtur exactores isti nuper delecti & constituti fuisse, ut nondum probe nossent omnes, à quibus census deberet exigi. Quia ergo magna erat apud omnes Christi autoritas, neque certam aut fixam sedem habebat, non temere dubitant de eius conditione, neque sua potestate aduersus illum volunt audacius abuti: quin potius ea equitate vtuntur, quam Baptista publicanis praecepit, dicens: Nihil amplius quam quod constitutum est vos hodie cum Christiani dici velint, quiduis insolenter à quibusuis exigunt, & saepe licet iniquissimas hominibus optime meritis mouent, ut sub Reipub. nomine & pre-textu quaestum priuatum faciant. Et sane in eo nulli insolentiores sunt Episcoporum & Abbatum seruis, qui ut herorum inexplebili cupiditati satisfaciant, nemini parcunt, ne mortuis quidem, quin ab his quoque tributum exigant, egentibus saepe defunctorum liberis paruulis & viduis

Luc. 3.

Quid verò Petrus? Ingenuè respondet, & Christum didrachma dare affirmat. Vnde apparet, hunc ita solitum fuisse hactenus. Et cur de eo aliquis dubitet, quando illum sub censu nasci voluisse legimus. Petrus autem boni & fidelis ciuis officium facit, dum nihil dissimulat, neque tergiversatur, quò minus magistratus debet boni à suo praecipiente recipiat. Et debent illius exemplum, imitari quotquot viri boni dici & esse volunt. Etenim magnum scelus est in hac re fraudem committere. Quia enim magistratus à Deo institutus est, qui hunc suorum iudiciorum vindicem & custodem constituit: quia item viri principes in Reipub. sunt, quod pastor est in grege, pater in familia, adhuc quia tributa, vestigalia, census & quaecumque sunt huius generis nerui sunt Reipub. quam absque magnis impensis gubernari & seruari impossibile est: quicumque illos defraudant, hi & in Dei leges peccant, & Rem publicam iniuria & damno afficiunt, & peculatus crimine sese polluant, quod apud gentes omnes semper grauissimum fuit, inter Christianos autem non multum à sacraligio differt, eò quod inter Ecclesiam & Rempublicam tanta coniunctio est, ut neutra sine altera diu possit consistere. Et si scelus est seruum mercenarium debita mercede fraudare, quòtò grauius peccare putabitur publicos iuris & legum administratores & patriam patres ipsi fraudare, quae ipsis ex lege Dei debentur? Nec est quòd qui istud faciunt, de magistratum iniquitate vel ignauia querantur, qui officium non faciunt. Non enim ideo subditis licet à suo officio discedere, Deo rationem reddent magistri principes, qui functionem suam non bona fide obeunt: & meminerint ciues, males populi improbitas meretur. Patienter ergo tales ferri debent, & orandus est Dominus, ut hic rebus afflictis opem ferat.

Rom. 13.
Psal. 27.

Dent. 24.

Hos. 3.

Sed transeamus ad alteram historiae partem, quae Christi cum Petro colloquium continet. Initium huic praebet Dominus, qui praenit Petrum, quem sciebat ipsi narraturum ea, quae ei ab exactoribus de censu soluendo dicta fuerant. Vbi turbus habemus argumentum diuinitatis Christi, nihil ignorantis eorum, quae de ipso dicuntur: quale supra capite nono vidimus. Sed ne alia quidem ignorat quae fiunt aut dicuntur. Et quid illum lateret, quem neque cogitationes hominum fugiunt, & qui de futuris nos tam fideliter premonuit: Seruat autem huius loci exemplum in institutioni nostrae, ne quid temere loquamur aut agamus, sed nos ab eo videri & audiri meminerimus, qui olim iudex veniet, & cui rationem reddere oportebit de quouis verbo otioso. Vicissim consolationem quoque ex eo petamus, quòd illi ea etiam cernere & audire constat, quae calumniatores & obrectatores improbi de nobis mēsiuntur

Christus Petrum
praenit.Matth. 22.
Psal. 118.

aut proditoriè consultant, vel etiam insidiosè & hostiliter machinantur in nostram perniciem. Licebit ergo nobis ad eius tribunal prouocare, & illum nostræ innocentiae testem sistere, orare deniq; vt iniqua hostium consilia & crudeles machinationes dissipet. Elucet item in hoc exemplo propensa illius erga nos voluntas. Sciebat discipulis suis in hac causa adhuc ampliori institutione opus esse. Non expectat ergo donec ipsi quærant, sed illos præuenit. Fit idem frequenter nobiscum, quando errore aut scelere aliquo præoccupatos præuenit, & quàmuis institutionem & corpiam negligamus. Tunc verò curare nos decet, ne nobis ipsis desimus, sed nos ipsi accommodemus obsequentes & morigeros. Sed plura de his alibi.

Christus immu-
nis cum sit, vo-
luntarius cen-
sum soluit.

Psal. 2.

Is. 9.

1. Cor. 10. 2.
& 9.

Euangelium
non abolet po-
litas.
Ioan. 18.
Luc. 12.

Psal. 110.

Nunc quid Petro dixerit, audiamus. Status actionis est docere, se immunem esse à censu & vectigalibus soluendis. Interrogatione autem vitur, vt responsum ex ipsius Petri ore eliciat. Quid tibi videtur (inquit) Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? an à filijs suis, an ab alienis? Et respondente Petro, ab alienis tributa exigunt: Infert: Nempe igitur liberi sunt filij, &c. Argumentum est eiusmodi: Filij regum à tributis & censu immunes sunt in regno paterno, cuius ipsi hæredes sunt: Ego sum filius Dei, qui Rex regum & Dominus dominantium esse quicq; omnes gentes ad extremos fines vsq; orbis terrarum mihi addixit, vt mea sint hæreditas atq; peculium: Ergo immunis sum à tributis & vectigalibus, vbicumq; terrarum sim. Et facit ad confirmationem huius argumenti, quòd Deus Iudæam Romanis subiecerat, & suum in Iudæos ius quasi resignarat illis, vt quod prius tempore impenderant, nunc Capitolio Romano dare cogentur. Iniquum ergo erat Romanos censum à Filio Dei exigere, à quo ipsi non Iudæam modò sed omnia alia quoque regna, vt eius beneficiarij tenebant. Addit tamen Christus: Sed ne offendimus eos, profectus ad mare, &c. Quod ergo tributum siue censum soluit, voluntarius fecit, non ex debito, aut à quoquam coactus. Et de eo Petrum & reliquos discipulos admoneri oportuit, ne ipsi offenderentur, & Messiam esse dubitarent. Quia enim de illo prædictum erat, quòd virgam exactoris confringere deberet, absque dum videri poterat hunc pro Messia cognoscere, qui ipse censum exactoris persolueret. Et diligenti obseruatione dignum est, quòd vitandi scandali causa hoc fecit, quòd non tenebatur facere. Nam eo exemplo docet, non semper faciendum esse se quòd licet, sed proximi rationem haberi debere, vt alij per nos edificentur, ne cui scandalum demus non necessarium: de qua re prolixè & grauitè Paulus ad Corinthios disputat, de idolothorum esu disserens, & inter alia ait: Omnia mihi licent, sed non omnia conferunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Item, cum liber sim ab omnibus, omnibus me ipsum seruum feci, vt plures lucrificiam. Et si quis me faciat vt offendat frater meus, non vescar carnibus in æternum, ne faciam vt frater meus offendatur. Qui animus si in omnibus esset hodie, qui fidem in Christo profitentur, minus esset scandalorum, & Euangelij doctrina maiori succellere ad alios longè lateq; propagaretur.

Quod verò præcipuum huius loci caput est, demonstrat hoc factò Dominus Euangelicam libertatem quam ipse nobis meruit, non abrogare magistratus, neq; constitutiones ciuiles abolere, quas à Deo institutas esse alibi Scriptura docet. Quia enim regnum eius non est de hoc mundo, non inuadit petulanter regna huius mundi, neq; ea tollit, sine quibus nulla Respublica aut regnum potest consistere. Ideo vbi libi noluit iudicem agere inter fratres, qui de hæreditate inter se contendebant, interrim non prohibet, quò minus apud ordinarios iudices ius suum persequatur, cui iniuria fiebat. Arguit hoc Anabaptistarum furores, qui hominibus Christianis magistratu opus esse negant, neq; illos magistratum posse gerere contendunt. Et in eo Psalms abutuntur, qui populum Christi vltro neum fore ait, qui obsequium vo-

luntarium illi præstet. Enimuero fatemur, eos qui Christo verè & ex animo nomen dederunt, à Spiritu sancto moueri & impelli, vt spontè officium faciant. At quia nondem homines sunt, sentiunt & ipsi legem peccati in membris suis, quæ illos sibi cariuos facit, & ducit quò non volunt. Itaq; interdum ipsis etiam disciplina necessaria est. Deinde quia in mundo viuunt, in quo plures mali sunt, vt Bias ille sapiens dicebat, cui Scriptura sacra astipulatur, ipsis etiam magistratu opus est, cuius præsidio contra malorum iniurias defendantur. Et hoc tam manifestum est, vt si quis negare velit, exemplis quotidianis & ipsa rerum experientia conuincatur. At quæ illorum hominum contumacia est, aiunt illi nefas esse magistratus defensione vti, & exempla extant eius sectæ hominum, quos illi non alia de causa excommunicarunt, quam quòd magistratus sui opem implorassent. Sed nos illis Paulum Apostolum opponimus, qui non semel ad legum Romanarum præsidium confugit, & præsidis Romani armato præsidio vsus est aduersus vim iniustam. Act. 22. 23. 25. &c.

Rom 7.

Sed modum quoq; & rationem videre oportet, qua Christus in hoc tributo persoluendo vsus est. Iubet Petrum ad mare abire, & hamo in aquas proiecto piscari: ac pollicetur, quòd in primi piscis, quem præhensurus sit, ore inuenturus sit statè rem (quem quatuor drachmas valere alij annotarunt) & vt hunc pro vtroq; exactoribus numeret, præcipit. Atqui multæ aliæ rationes erant quibus pecunias sibi pararet. Alibi à pijs matronis accepit, quæ ipsi erant necessaria. Poterat item ex nihilo pecuniam creare, aut pauculas illas, quas in oculis suis habebat Iudas quæstor, mirabiliter augere, quemadmodum prius panes inter suas & discipulorū manus auxit, vt multis millibus alendis ac saturandis sufficerent. Sed nouo hoc & insolito modo voluit agere: primùm vt re ipsa demonstraret quòd dixerat, se nimirum Regis æterni ac supremi Filium esse, cui creaturæ omnes obediant, & qui immunus sit à censu & tributo. Enimuero pisces sine duce & lege viuere videntur, & tale quid de illis dicit Habakuk: at Christo iubente vel ducente hic piscis ad Petri habiter. Deinde exemplo hoc obedientiam, quæ magistratibus debetur, suis discipulis commendat, docens, Deum eorum laboribus ac studijs benedicere, qui suis principibus fideles & obsequentes sunt, etiam si hos seueriores æquo & in multis rum præsidet. Et diuinæ huius benedictionis exempla hodie passim cernimus in multis, qui à Regibus per immodicas exactiones ita expilantur, vt mirum sit eos viuere posse. At ramentum & ipsi viuunt, & liberos honestè aducant: egentibus interim multum alijs, qui in libera Repub. magistratuum optimorum legibus æquissimis obediunt, & dolo malo vtuntur in ijs persoluendis, quæ iure ab ipsis postulantur.

Cur Christus
miraculum fecerit, vt cen-
sum daret.
Luc. 8.

Sup. 14. & 15

Hab. 1.

Præterea non temerè factum putabimus, quòd non pro se modò didrachma soluit Dominus, verum etiam vt Petrus illud soluat, iubet. Voluit hoc exemplo procul dubio eorum insolentiam confutare, qui sub religionis & successionis Apostolicæ prætextu immunitatem sibi vendicarunt: Romanos nimirum Pontifices & ab his vnctos & ramos sacrificos atq; monachos. Clamant illi, absurdum & iniquum esse, vt spirituales secularibus & laicis tributum dent, aut vectigal: adhuc non se modò immunes esse contendunt, sed insuper principes & magistratus omnes vnâ cum subditis sibi tributarios fecerunt. At velim dicant nobis, quis superbum illud spirituum nomen ipsis ceu proprium imposuerit, quòd Paulus omnibus Christianis comune facit, dicens: Si quis Spiritum Christi non habet, non est eius? Idem ment. Abba Pater. Quæro item quis vnquã spiritualior fuerit IESU CHRISTO, quem Pater vnxit oleo latitiæ præ consortibus suis, & de cuius plenitudine nos o-

Christus pro
Petro quoq;
soluit didrachma.

Rom 8.

Factum hoc in successoribus Apostolorum, ut in Apocalypsi per stellam magnam adumbratur, quæ cælo decidit, cui data est clavis putei abyssi, &c. Vide homiliam in Lucam nostrum 92.

Christus nouit
disceptationē
discipulorum

Sed Christum videamus, quem non latuit disceptatio, quam inter se mouerunt discipuli, & ideo eos arguit, imò tacentes & tergiuersantes fateri cogit, & sententiam ex ipso requirere. Est hoc nouum diuinitatis indicium, qualia iam multa videmus: & simul hoc exemplo admonemur, quàm displiceant Deo æmulatio & ambitio. Qui enim occultam redargutione & correptione dignam iudicauit, minime in ultos sinet aut impunitos eos, qui priuatae gloriæ aut cōmodi studio accensi sunt. clesia & Repub. turbas excitant, & scandalorum nocentissimorum authores Domini

Christus non di
recte respon-
det discipulis.
Phil 2.

Quoad causam verò, non directè ad quæstionem propositam responderet quid eorum, ut quis nam sit maximus ille in regno suo ostendat, sed docet potius quid eorum facere, quidue vitare oporteat, qui in illo volunt locum habere. Enimuero quis maximus sit in regno cælorum quærere ridiculum est, quando hunc esse *ES VM CH R* *ST VM* constat, cui datum nomen, quod est supra omne nomen, &c. Nobis hæc præcipua cura esse debet quærere, ut nos eius consortes fiamus. Itaq; præsentem discipulorum affectui responsionem accommodans, ambitionem ipsorum discedat, dum nisi illi longum valere renuntient, regnum suum nequaquam ingredi- furos esse minatur. Nec nudis verbis rem agit, sed Christa vitur, sicuti postea ab-

Ioan. 13.

lutione ipsis humilitatem commendat. Voluit autem tanto studio in hac causa vitare quòd sciret quàm difficile sit ex hominum animis superbiæ spiritum eximere, quem ex primis parentibus hausimus, qui illo decepti peccarunt: quæ causa est, quòd superbi- perbiæ peccati principium Sirachides dixit. Ideo in præsentem magna cum grauitate causam hanc agit Dominus. Nam puerulum vocat, & (ut Marcus annotauit) hunc in vlnas acceptum complectitur: deinde statuit in medio discipulorum, & non sine grauisima asseueratione ait: Amen dico vobis, nisi cōuersi fueritis, & fiat in pueruli, nequaquam ingrediemini in regnum cælorum. Quasi dicat: Quæritis, quid in regno cælorum maximus, adeoq; aliorum princeps futurus sit, & ambitio sed ut nulli ex vobis in regno meo locus futurus sit, nisi toti conuertamini, & depositis spiritu ambitionis, qui vos nunc agit, puerulorum similes fiat. Idem ergo hic dicit quod Nicodemus: Nisi quis fuerit renatus, non potest videre regnum Dei. Itaq; non modo discipulorum factum reprehendit, sed totam hominis naturam damnat, quam usq; progredi debeat, puerulorum nos vult similes fieri.

Eccli. 10.

Ioan. 3.

In quo pueruli
imitandi sint.
Gen 5. 8.

At hic quoque diligenter videre oportet, in quo nos puerulos imitari oportet. Nam si de pueris simpliciter dicendum sit, omnes in peccato conceptos & in ipse pronuntiat. Et in puerulis quoq; affectus superbiæ, æmulationis & inuidiæ obscuris indicijs sese prodit. Sed meminimus, similitudinem omnem (ut vulgo dicitur) claudicare, & ideo non ad vitium illas debere refecari. Et Christus simpliciter ad hoc respicit, quòd etsi lex peccati & naturæ vitiositas in pueris locum habeat, quæ eos etiam mortis reos facit, tamen nondum in eis dominantur affectus prauis, ut in opus erumpant, neq; adhuc norunt dignitatum gradus, multo minus & parentum complexu atque fauore contenti, nihil præterea expetunt: ad hæc disciplinam facile admittunt, si in tempore illis adhibeatur: offensi ad parentes recurrunt, & facile placantur. In his puerulos imitari debemus. Et hoc Paulus quocumq; mōnet, Corinthijs scribens: Fratres ne sitis pueri intelligentia: sed malitia pueri intelligite.

1. Cor. 14.

intelligentia verò adulti sitis. Et alibi quoad fidem & agnitionem Filij Dei nos adolefcere vult in virum perfectum, qui non fluctuemus, & puerorum instar incerti circumferamur quouis vento doctrinæ. Et Christus Dominus præsentî argumento solum puerulorum exemplum applicat, cum dicit: Quisquis igitur demiserit seipsum, sicut est puerulus iste, is est maximus ille in regno cœlorum. Et apud Lucam addit: Qui minimus est inter vos, iste erit magnus. Hæc autem dicendo non damnat legitimos dignitatum gradus in Republica & Ecclesia, sed docet, ad quid hi nobis seruire debeant, qua ratione item ad eos perueniri & quomodo retineri possint: Si nimirum ad seruiendum alijs prompti & parati simus, & quò altius quis supra alios eminent, eò plus alijs seruiat. Hic enim proprius donorum Dei vsus est. Consentit his quod alibi dicit Dominus: Qui maximus est inter vos, sit sicut qui minimus est: & qui princeps est, sicut qui ministrat. Et hoc ipsum proprio exemplo confirmat, addens: Nam vter maior est, qui accumbit, an qui ministrat? nonne est, quando res ipsa loquitur, omnes publicorum officiorum aut munerum dignitates cum ministerio coniunctos esse, & vt in domo bene constituta nemo magis seruus est, quam pater familiâs, qui pro omnibus sollicitus est, & toti domui prospicere debent, vt omnia inspiciant, & pro omnibus vigilent atq; laborent.

Estq; hoc diligenter obseruandum, vt in quo nam vera humilitas consistat, intelligamus. Nam hic vehementer errant hypocritæ, qui illam vt olim Pharisei, vestitu & gestibus metiuntur, cum interim superbiæ spiritu inflati supra Deum ferè efferantur, & omnes homines præ se contemnant. Sed quæ Deo probatur humilitas, in eo consistit: vt primùm coram ipso & sub eius potenti manu humiliemur, neque nobis ipsis aut nostris viribus aliquid tribuamus, ex quo illius gratiæ quicquam derogetur. Imitemur ergo patrem nostrum Abrahamum, qui etsi ipsum Deum fœdere iunxisset, & sui contra Sodomæos decreti conscius fecisset, tamen se puluerem & cinerem esse fatebatur. Et vt Dauid in regio throno sedens non obliuiscatur caulæ ex qua ipsum Deus extraxerat: vt item Paulus, cum plus omnibus Apostolis laborauisset in Verbi ministerio, pristinæ suæ conditionis non fuit immemor: ita nos qui quales simus natura meminerimus etiam tunc, quando nos supra multos Deus exiit. Hic certè veræ pietatis fons, & ad eandem stimulus est acerrimus. Ex eo alterum sequitur, ne quem præ nobis contemnamus. Etenim vt id à nobis fiat, nulla causa est. Si qui enim nobis inferiores sunt, eò plus illis debemus: quod Apostolus eleganter docet similitudine membrorum corporis nostri. Quod si qui nobis & multis alijs præstant, æquum est, vt in eis dona Dei exosculemur. Cogitent denique singuli, nullum esse inter homines, qui solus sibi ipsi sufficit: idcirco mutuis officijs indigemus, & exempla sunt potentissimorum regum, quos à seruis, aut piscatoribus, aut alijs obscuris hominibus seruatos fuisse legimus. Nec exemplis veteribus opus est, cum quotidie huius generis multa fiant. De his qui diligenter cogitant, hi facile deposito superbiæ spiritu sese humiliabunt, vt omnibus inseruiant. Hos autem Dominus exultat, vt alibi Christus loquitur: & tunc potest consistere.

Porro ne cui turpe aut indecorum vidèretur, Apostolos orbis totius doctores ad puerulum magistrum remitti, Dominus hunc magnificè commendat. Nam vt diximus, in vlnas eum accipit, & eundem quasi suo loco substituit, dicens: Quisquis receperit aliquem puerulum talem in nomine meo, me recipit. Recipiunt puerulos Christi nomine, qui ab ipso commendatos fouent, tuentur, iuuant, instruant, & vicissim eosdem imitantur, quatenus nobis ab illo ceu exemplar propositi sunt.

Ephes. 4.

Luc. 9.

Luc. 22.

Psalm. 113.

Humilitas in quo consistit.

Gen. 18.

2. Sam. 7.

2. Tim. 1.

1. Cor. 15.

1. Cor. 12.

Luc. 14.

Pueruli commendantur.

Isa. 1.
Jerem. 8.
Matth. 6.

Anabaptiste.

Phil. 2.

Quod si fiat, ipsum Christum recipimus doctorem. Nemo igitur doctrinam Veritatis aspernetur propter vilem & contemptibilem eius administrum. Vt enim a libi diximus, solet Deus humilia eligere, vt Verbo suo constet authoritas ex seipso; & vt nostram insolentiam deprimat, non ad pueros modò aut homines obscuros, sed sæpe ad asinos & boues nos remittit: ad aues item omnis generis, & ad flores terre mere in agris nascentes. Confutantur etiam huius loci authoritate Anabaptista, qui pueros indignos iudicant, qui in Ecclesiæ societatem recipiantur, & ideo symbolum Christianæ initiationis infantibus negant. Clamant, illos non intelligere mysteria regni cœlorum. Quid tum? At hæc ad illos pertinere sequenti Capite Dominus testabitur, & in præsentem iubet nos eorum similes fieri, si illius ciues & hæredes velimus fieri. Sed plura de hac re alibi. Nunc discamus humiliari sub potenti manu Dei, & alijs alijs seruiamus. Quòd si pudet à puerulis discere, IESVM CHRISTVM imitemur, qui cum esset æternus Dei Filius, humiliavit sese, & Patri obediens factus est vsq; in mortem crucis, vt nos exaltaret, & regni sui cœlestis hæredes faceret. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C X V I I I

Quisquis autem offenderit aliquem ex paruis istis, qui in me credunt, præstiterit ei vt mola asinaria suspendatur in collo eius, ac demergatur in profundo maris. Va mundo ab offendiculis. Necessè est enim vt veniant offendicula: veruntamen va homini illi, per quem offendiculum venit. Si verò manus tua vel pes tuus facit vt tu offendas, excinde ea & abijce abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi claudum, quam duas manus aut duos pedes habentem conijci in ignem æternum. Et si oculus tuus facit vt offendas, erue eum, & abijce abs te. Bonum est tibi luscum ingredi in vitam, quam duos oculos habentem conijci in gehennam ignis.

Vide Marcum
homil. 79. &
Lucam homil.
160.

Quoniam discipuli Domini nostri IESV CHRISTI ambitionis affectu ac censi de primatu inter se disceptabāt, hic ad humilitatem ita eos hortatus est, vt puerulo in medium producto grauius minatus sit, ipsos nullum omnino locum in regno suo habituros esse, nisi excusso prorsus superbiæ spiritu humiliantur, & puerulorum similes fiant. Et ne cui indignū hoc videretur, eos qui tam diu in Christi schola instituti, & orbis totius doctores futuri erant, nunc ad puerulos remittit, vt ab his discant quæ sui sint officij, hos tanti abs se fieri monet, vt seipsum recipi præter, si qui eos in suo nomine receperint. Quia verò ambitiosi illi primatus affectum res, qui sese alijs præferunt, fastu suo multos offendunt, præ cæteris autē simplices & qui nondum in fide confirmati sunt, vehementer offendi solent, si Verbum ministris, qui alijs modestiæ & humilitatis doctores esse, & calcato huius mundi fastu ad cœlestia aspirare debebant, ambitione & superbia turgere, ac inter se emulacione cæca committi videant: Dominus ex ea occasione arrepta, in doctrinam de scandalis digreditur: & primū admonet, quā grave scelus sit, si quis alicui scandalum præbeat: Deinde quantum periculi mundo à scandalis immineat, prædicat: postmodò, vt illa possint cauere & vitari, docet.

Scandalum
quid sit

• Vt verò rem omnem rectius intelligamus, initio de scandalo, quid hoc proprie & quā multiplex sit, dicendum erit. Græcis scandala & σκανδαλα dicuntur, magna, quibus in decipulis aut laqueis tendicula alligatur vel sustinetur, ad quæ se offensus aut obruitur aut capitur. Deinde in genere accipitur scandali vox pro omni eo, ad quod iter facientes offendunt, vt vel cadant, vel læsi impediuntur, vt minus possint progredi. Inde verò per Metaphoram ad vitæ conuersationem transferuntur

transfertur & scandalum dicitur quicquid in Domini vijs siue præceptis ambulanti-
bus obstaculo est, aut delinquendi occasione præbet. Nos Germani proprio vo-
cabulo id exprimimus & *Ergernuß* vocamus illud, quo homo deterior fit. Est igitur
scandalum dictum aut factum quodcumque, ad quod aliqui in suo officio aut sa-
lutis via impediuntur, aut peccandi occasione inde arrepta deteriores fiunt.

Est autem scandalum multiplex in dictis & factis, quoad item religionem & mo-
res, aut alia vitæ studia. Nocentissima sunt scandala, quæ in religione obijciuntur,
quia ex hac omnis salus hominis dependet. Et hic præcipuum est doctrina falsa, quæ
Deos novos aut alienos prædicat, cultus item novos tradit, & idololatrias facit: Vel
ut simplicioribus dubia & suspecta fiat. Deinde non minus hic peccant principes,
qui vel superstitione & falsa doctrina fascino eandem populo obrudunt: aut ut
regnum suum stabiliant, cultus novos & illicitos instituunt, & eiectionis Dei seruis fal-
sos doctores & suæ libidini seruietes mystas sibi accersunt, adhæc leges condunt,
quibus inuitos cogunt, ut superstitiones absurdissimas sectentur: quod olim Iero-
soamum, primum Israelitarum regem, deinde Herodem Magnum fecisse legitur.
Nec extra culpam sunt principes, qui etsi verum Dei cultum non abrogent, in alio-
rum tamen gratiam permittunt, ut simul idola & superstitiones introducantur. Sic
Solomon tori Iudæorum genti scandalum posuit sua indulgentia, qua vxoribus
alienigenis permisit, ut suis Dijs excelsa ædificarent & sacra facerent. Scandalum etiam
sibi ipsi aut suis in religione obijciunt, qui seipsum in paribus coniugijs obstringunt,
aut filias suas alienis à vera fide elocant. Scandalum quoque patiuntur non leue in-
firmiores, quando veræ fidei professores superstitionibus communicare, aut in ijs
quæ indifferentia & media sunt, libertate sua nimium licenter abuti vident. Et huc
refertur debent Encænia, Carnispruij ludi, vel potius Bacchanalia & Lupercalia, sol-
tationum item & chorearum licentia, & alia eius generis quæ ex Papatu, vel potius
gentilismo ad nos deriuata, magno cum multorum scandalo quidam retinent, qui
Euangelij doctrinam profitentur. Sunt præterea vitæ & morum scandala, quæ di-
ctis & factis præbentur. Etenim corrumpunt mores bonos colloquia praua. Multi
enim ex obscœnis sermonibus, aut cantu lasciuo libidinis occasionem arripiunt.
Ideo Apostolus scortationem, obscœnitatem, stultiloquium & quæcumque scurrili-
tatem redolent, inter Christianos ne nominari quidem voluit. Scandalum quoque
multis præbent, qui sacrosancto Dei nomine ad execrationes & deprecationes im-
piè abutuntur: qui absentibus obtreçant, aut pñs magistratibus & fidei Ecclesiæ
ministris conuittantur, aut calumnijs virulentis illos in odium & contemptum ad-
ducunt, quod hodie apud multos nimis vulgare est. Grauius peccat, qui ne à factis
quidem turpibus abstinent, & eò nocentiora sunt scandala, quò maior est eorum,
qui illa præbent, authoritas. Grauiusimè igitur peccant parentes, dum sua petulan-
tia & improbitate liberis tenellis pessimarum cogitationum materiam obijciunt, &
cupiditatum illicitarum scintillas in eorum cordibus excitant: Ministri item Ecclē-
siarum, qui sua intemperantia, libidine, auaritia, fastu & scurrilitate ministerium
Verbi contemptum reddunt. Quibus adnumerari debent magistratus, qui sua li-
centia bonas leges eneruant, & existimationem suam turpiter prostituunt. Ad eum
dem modum diuites pauperibus & egenis impatientia & murmurationis aduersus
Deum scandalum proponunt, dum in horum conspectu voluptuantur, comessant
& vestitu luxurioso superbiunt. Vicissim hi egentium multorum exemplo offensi
& eleemosynis bonorum turpiter ad ignauium otium & omnem licentiã abuti con-
spicantur. Denique fecundissima est scandalorum seges, & latissimè per omnes homi-
nū ordines extenditur: & omnib. applicari debet quod in præsentia dicit Dominus,

Scandalum mul-
tiplex.
Scandala reise-
gionis.

1. Reg. 12.

1. Reg. 11.

Scandala mo-
rum.

1. Cor. 15.

Ephes. 5.

Quam graue
scelus sit, scan-
dalum.

Docet hic primùm, quàm graue scelus sit, si quis alijs scandalo sit, & magna cum grauitate ait: Quisquis offenderit aliquem, vel vnum ex paruis istis, qui in me credunt, præstiterit ei, vt mola asinaria suspendatur in collo eius, ac demergatur in profundo maris. Primò, QVIS QVIS, ait: vt vniuersale hoc decretum esse ostendat, quo omnes cuiuscunque loci aut ordinis homines comprehendantur: vt nemo sit, qui se immunem possit dicere, cui in hac re plus quàm alijs liceat. Deinde addit, ALIQUEM vel vnum ex paruis istis: & hic quoq; indefinitè loquitur, ne quem excipiat, qui impunè offendi possit. Et vt nuper primò de puerulo quem in medio discipulorum stiterat, locutus est: deinde ad omnes, qui per fidem puerulorum miles facti sunt, orationem extendit, dicens: Quisquis receperit aliquem puerulum istum: Ita hinc vtrosq; comprehendit: nimirum quòd qui credunt, mundi iudicio parui & nullius pretij homines sunt, imò (vt Paulus ipsos Apostolos vocat) purgamenta & ramenta mundi censentur. Paruos autem hic nominare voluit, vt ijs occurrat, qui contemptu peccant, quod sibi putent quiduis licere in eos, quorum nulla est in mundo authoritas. Ideo etiam addit, Qui in me credunt: vt moneat, non spectandum esse, quis quisq; sit quoad suam conditionem, sed qualis quoad fidem sit: nimirum Christi discipulus & frater, & proinde Filius Dei atque Christi coheres. Estq; multa obseruatione dignum, quòd puerulos quoque credentibus ipsum adnumerat, non vtique quòd actu credant, sed procul dubio propter gratiam foederis, quæ eos Deus complexus est, quæ causa est, quòd iidem ad Ecclesie credentium societatem pertinent, & (vt in sequenti capite dicitur) ad ipsos quoque pertineat regni cælorum hæreditas. Sufficit hoc ad confutandum Anabaptistas, qui infantibus baptismum negant, eò quòd neque credere possint, neque fidem facere. Nam etsi hoc verè dicant, non tamen hoc obstat, quò minus fidei symbolum accipiant, & in Ecclesie societatem adscribantur, cum Dei Filius, qui & baptismi author & Ecclesie caput atq; sponsus est, eos credentibus adnumeret. Quoad autem causam præsentem, sceleris huius, de quo agitur, atrocitatem supplicij comminatione denotat, quòd apud Palestinos grauissimum fuisse, Diuus Hieronymus testatur. Qui enim lapide molari ex collo suo suspensò demergebantur in mari abyssum, indigni iudicabantur, qui vnquam Solis huius aut aeris beneficio fruere rentur. Quòd si verò præstaret hoc supplicio mulctari scandalorum authores, non obscure docet, eos in futuro quoque seculo pœnis sempiternis excrucianos fore. Et conuenit cum Christi dicto, quòd in Lege pronuntiat Deus: Maledictus qui cum errare aut impingere facit in via: & dicit omnis populus, Amen. Quòd si maledictionem meretur (qua nihil atrocius dici & fingi potest) qui quoad corpus offenderet, quid de illo fiet, qui scandalum infirmis & incautis ponit, quæ anima hominis in perditionis sempiternæ periculum adducitur? Rationes tametsi ræ comminationis alibi ex Pauli ad Corinthios epistola priori adduximus.

Scandali periculū frequens.

Etsi verò hoc sufficere debeat verè pio, vt sibi à scandalis caueat, vt tamè magis imprecatione partim scandalorum authoribus maledicit, partim monet à nullat magis cauendum esse quàm à scandalis. Et causam tam feræ admonitionis indicat. Necessè est enim, vt veniant offendicula. Et ne quis obijceret, Ergo excusati sunt qui illa dant, cum necessitate peccent: Præoccupat: Veruntamen vix homini illi per quem offendiculum venit. Non ergo hinc aliquis necessitatem fatalem fingat, cuius prætextu sese excusent, qui alios offendunt. Nam necessitas illa ex nobis est. Quia enim mundus hic totus in malo iacet, & homo animalis non percipit ea que sunt spiritus Dei, vbiq; occasiones inuenit Saran, per quas scandala obijciat incautis. Quid enim aliud in mundo occurrit, præter illecebras omnis generis, quæ carnis cupiditates accendere, libidinem oculorum inflammare, & latentem in nobis fatum

1. Ioan. 5.

1. Cor. 2.

1. Ioan. 2.

factum siue superbiam inflare possunt? Et adiuuat Satanæ conatum vulgi mos, qui hodie passim regnat, quod plerique sua scelera mundi exemplo excusant. Fieri ergo non potest, quin alius alium offendat, & vitia grauissima ceu contagione quaerita, vt scandala ipsi arripiant ex eo, quo ad virtutis studium & pietatem excitari debebant. Exempla huius malitiæ alibi in Caino, Esauo, Iosephi fratribus, Pharaone, Saule & similibus vidimus. Et nihil hodie vulgarius est, quàm quod multi ex aliorum felicitate & prospera Euangelij propagatione sibi scandala fabricant, & ad Christum offendunt (sicuti Simeon prædixit) vt ipsis fiat offendiculi lapis, qui electis salutis author est. Similiter Euangelium odor mortis est multis ad mortem, quod verè credentibus odor vitæ est ad vitam. Quia autem tanta est hominum peruersitas, quantò magis ipsi ea faciunt & loquuntur, quæ sibiipsis & alijs scandalo sunt? Permittit autem ista Deus, vt interea electi probentur, & fidei exercendæ materiam habeant. Admonet autem ista consideratio, quàm prouidos oporteat eos esse, qui salutem suam tueri volunt, ne vel alijs scandalum ponant, aut ipsi temere accipiant. Et in primis horum nos meminisse decet aduersus eos, qui in fide & religione patrum vestigijs aut multitudinis exemplo insistendum esse clamitant. Quia enim in mundo semper plures mali sunt, & ratio nostra in hoc clauduntur. Non temere ergo factum putabimus, quòd Dominus admonitionem hanc apud Lucam breui quidem, sed graui admodum Epiphonemate, concludit: *Luc. 2. 2. Cor. 2.*

In præsentem autem rationem quoque tradit, quam secuti scandalum omne euitare possumus: Si manus tua vel pes tuus facit vt tu offendas, excinde ea & abijce abste, &c. Et mox idem de oculo quoque præcipit. Simili vititur à chirurgis petito, qui totius corporis salus & vita periclitetur ob membrum aliquod vitiosum, illud resecare solent, vt hominis salutem consulant; Ita hinc nobis faciendum esse non net, vt tam seriò resistamus scandali occasionibus, vt ne membrum quidem proprijs parcamus, si nos illis offendi sentimus. Non autem simpliciter oculos eruere, manus & pedes abscindere iubet, sed vt affectus prauos coerceamus necesse est, qui nos ad scelera sollicitant. Lasciuunt plerunque oculi, dum mundi fastu delectantur, aut inspectandis formis alienis occupati sunt. Erue tunc illos, id est, auerte ab illicitorum contemplatione, & malam concupiscentiam, quæ ex illa concipitur, gladio Verbi iugula. Sentis manus tuas, id est, naturales agendi facultates, pedes item, id est, affectus carni insitos ad illicita propendere, & ijs offendi, quæ Satanæ & mundus obijcit. Mox igitur eundem illum gladium stringito, vt (quod Paulus monet) membra hæc terrestria mortifices, & corpus totum in seruitutem redigas. Quod autem singulis præcipitur, publicè etiam in Republica & Ecclesia obseruari debet. Quia enim ista non omnes spontè faciunt, Verbi prædicatione & legibus opus est, Verbi ministris item & magistratibus, qui opus Dei apud omnes vrgeant, & disciplina quoque vel castigatione seueriori in officio contineant eos, quos alijs scandalo esse vident. Sint igitur hi seduli in commissio sibi munere, vt neque oculis, neque manibus aut pedibus parcant. Oculi in Ecclesia sunt Verbi precones, qui ideo Speculatoribus conferuntur, & Episcopi dicuntur. Oculorum instar etiam sunt Ephoros magistratus, qui morum disciplina præfecti sunt, quos ideo Lacedæmonij Ephoros dixerunt. Manuum loco sunt officiales publici. Pedes & crura dicere possumus populum totum, qui nisi saluus sit, Respublica non potest consistere. His omnibus adhiberi debet hæc Christi regula, vt nemini propter sua merita aut dignitatem parcat, si alicuius scandali author sit: nemo etiã propter vilem & abiectam conditionem negligatur, vt ipsi impune peccare liceat. Etenim nullius hominis *Psalm. 119. Hebr. 4. Coloss. 3. 1. Cor. 9. Ezech. 3. 33. Acto. 20.*

Scandala quomodo caueri possint?

Psalm. 119.
Hebr. 4.

Coloss. 3.
1. Cor. 9.

Ezech. 3. 33.
Acto. 20.

tanta possunt esse merita, ut propter ipsum scandalum publicum ferri debeat: nec etiam securè negligi debet, quisquis suo exemplo vel minimum offendere potest. Brevius ista nunc annotamus, quia Capite quinto hæc eadem verba, prolixius interpretati sumus. Nunc monuisse sufficiat, communem ac generalem doctrinam hic tradi, quam sibi ipsis singuli applicent, & primò quidem curent, ne ipsi quemquam dicto aut facto offendant: deinde pro suæ vocationis & officij ratione apud alios quoque scandalorum licentiam coerceant: Ita denique viuant omnes, ut in ipsis Dei nomen glorificetur. Alij verò cum quibus versantur, in fide & pietate per eos proficiant, & ut in nouissimo illo Domini nostri IESU CHRISTI aduentu coram illo consistere, & regni cœlestis hæreditatem, cum eo adire possint. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C X I X.

Videte ne contemnatis aliquem ex paruis istis: dico enim vobis, quòd Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est. Venit enim Filius hominis, ut seruet quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui homini centum oves, & errauerit vna ex eis, nonne relictis ipsis nonaginta novem, profectus in montes querit eam quæ aberrauerat? Quòd si acciderit ut inueniat eam, amen dico vobis, gaudet super ea magis quàm super illis nonaginta novem, quæ non aberrarunt. Ita non vult Pater vester, qui in cœlis est, ut pereat vnus ex paruis istis.

1. Ioan. 3.
Deut. 27.

Contemptum
aliorum pro-
hibet.

Dominus & Seruator noster IESVS CHRISTVS non absque graui cautela discipulos suos, & in his omnes qui nomen eius profitentur, monuit, ut sic vitam suam instituant, ne quis ipsorum dictis aut factis offendatur. Quia enim peccatum (ut Ioannes definit) *involuita* est, id est, legis transgressio, & ideo per se omnia damnat, qui in illo perseverant, grauior est eorum culpa, qui insuper alijs peccandi occasionem præbent. At quia ea est ingenij humani prauitas, ut non possint non in mundo scandala quotidie noua incidere, redit ad id Christus, vnde præsentis disceptationis initium exortum fuit, ut fontem scandalorum obturet. Est hic superbia, qua quisque se alijs præfert. Parit hæc aliorum contemptum, qui causa est, quòd eos, quibus cum nobis res est, non putamus dignos, in quorum gratiam aliquid facere aut omittere debeamus. De hoc vitio igitur grauem admonitionem subtexit.

Propositio siue summa est: Videte ne contemnatis aliquem ex paruis istis. Rursus paruos nominat, & horum nomine partim ætate paruulos intelligit, partim eos qui paruulorum similes facti ab ipso vno pendent, & ideo apud mundum contemptui sunt, & tales ceptentur, quorum nulla ratio haberi debeat. Videre autem iubetur, ut hic multa cura & sollicitudine opus esse doceat. Quasi diceret: Scio quale sit hominis ingenium. Sublimia spectat, & non contentum sorte sua, subinde ad altiora contendit: cuius vitij exemplum habemus in primis parentibus, qui cum soli essent, neque aliquem ipsis præstantiorem haberent præter vnum Deum, huius similes fieri voluerunt. Estque hoc vitium ita commune omnibus, ut qui optimi sunt, & ab iniurijs facile abstinent, tamè alios præ se contemnunt, quos se inferiores esse vident, & ut id faciant, sibi licere arbitrantur. Et hoc iam in vobis ipsis experiri vidit Dominus. Vnde enim hæc de primatu disceptatio exorta est? Nonne quòd vnusquisque vestrum se alijs præstare sibi persuadet. Quòd si inter vos, qui omnes discipuli mei domestici, imò fratres estis, quos ego omnes hæcenus pari studio & amore complexus sum, hoc fit, quid fiet quoad alios, nisi de reprimendo hoc superbiæ spiritu seriò cogiteris? Itaque quàm chara vobis est salus vestra, videtis quòd

quæso, ne huic vitio locum detis: vt deniq; ne quem ex paruis istis, quos vobis nequaquam conferendos esse, palàm constat, contemnatis: Sed potius, quò quisque minor & indignior, vel infirmior videtur, eò magis illum omní dilectionis officio prosequamini. Etenim, vt aliàs monui, hoc charitatis proprium est, quod aliorum miseris afficitur, & his non superbè ac inhumaniter insultat, sed amicè condolet. Hic inquam verborum Christi sensus est. Et quod breuè dicto híc monet Dominus, Paulus ad Philippenses prolixè & admodum patheticè explicat, dicens: Si qua est consolatio in Christo, id est, Christiana, si quod solatium charitatis, si qua communitio spiritus, si quæ viscera ac miserationes: explete meum gaudium, vt itidem sitis affecti, eandem charitatem habentes, id est, parem aut mutuam, vnanimis, vt sententijs vni, nihil gerite per contentionem, aut per inanem gloriam, sed ex modestia quisq; alium se præstantiorem existimet neq; sua quisq; spectetis, sed vnusquisque etiam quæ sunt aliorum. Et his Christi exemplum addit, qui cum esset in forma Dei, adeoq; vnum cum Deo Patre, tamen vt nostræ salutis consuleret, demisit se, &c. Eòdem pertinet, quod alibi monet, vt alij alios honore præueniant, Rom. 12.

Luc. 10.

Philip. 2.

Quia autem in hac causa nihil nobis nimum dici potest, propter innatam nobis philautiam & ambitionem, rationem huius præcepti aut admonitionis grauisimam adducit, paruulos ita Deo Patri curæ esse, vt nolit aliquem ex illis perire. Vnde sequitur, in Deum ipsum eos peccare, qui illos contemnunt, & ex contemptu eis scandalum præbent. Id verò duobus argumentis confirmat, quæ mox parabola eleganti & consolationis plena illustrat.

Paruuli Deo curæ sunt.

Primum argumentum à Dei protectione petit, qui Angelorum ministerio paruulos custodiat. Nam ait: Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est: Paruulorum Angelos dicit, qui ipsorum custodiae ac defensionis deputati sunt. Et hi (inquit) illi ipsi sunt, qui perpetuò vident faciem Patris mei, id est, quos Pater suo seruitio destinauit, vt perpetuò in eius conspectu compareant, ac ipsius mandata exequantur. Argumentum est eiusmodi: Qui custodes & defensores habent potentes & robustos, n̄ non temere contemni aut offendi debent: Paruuli & mundo contempti custodes & tutores habent Angelos, & quidem non valentes, sed eos quos Deus sibi quasi domesticos famulos delegit: Ergo non sunt contemendi. Quis enim non dicat iniquum esse, vt n̄ à quoquam hominum parui fiant De hoc Angelorum præsidio Scriptura saepe loquitur: Meminit huius Abraham, quando seruo suo, quem in Mesopotamia ablegabat pro vxore Isaac filio quærenda dixit: Dominus Deus cœli qui tulit me de domo patris mei & mihi dimis habentur ista istam terram, is mittet Angelum suum ante te, &c. Et in Psal-
tem, & eripit eos. Item, Angelis suis præcepit de te, vt in omnibus vijs tuis custodiant te, &c. Quò Paulus respexit, quando Angelos scripsit esse ministratores spiri-
ritus, qui ministerij causa mittuntur propter eos, qui hæredes erunt salutis. Exem-
pla præsidij huius aut defensionis Angelicæ passim occurrunt in historia sacra, quæ alibi recitauimus. Et si de infantibus dicendum sit, res ipsa testatur, periculis
tam multis tamq; grauibus eos esse obnoxios, vt nulla parentum cura illis defen-
dendis aut seruandis sufficeret, nisi illis Angeli custodes adessent. Idem de nobis
ipsis possumus dicere, qui multoties ex periculis grauisimis, quæ ipsi ignoramus,
etiam præter animi nostri voluntatem subducimur: nimirum Angelorum minist-
terio, qui se nobis insinuant.

Angeli paruulorum custodes

Gene. 24.

Psal. 34. 91.

Habac. 1.

Errores hic co-
uenda.

Cauendus tamen est illorum error, qui vniciq; ab ipsa infantia duos Angelos, bonum & malum, affingunt. Nam nihil de eo affirmat Scriptura, quæ interdum toti alicui genti vnum Angelum assignat, vt quando Daniel Michaelis meminit,

Dan. 10.
Gen. 3.
1. Reg. 6.

Coloss. 2.

Vsus custodiae
Angelorum.

Rom. 8.

Christus venit
propter eos
qui perierant.

Parabola onis
perditae.

quem alius Angelus principem siue ducem populi Iudaici vocat: aliàs verò vni-
mini plures adfuisse docet, vt Iacobo, qui vidit castra siue cohortes Angelorum
Elifao item, quem innumerabiles Angeli, qui currum & equitum igneorum speciem
referabant, contra Syros defenderunt. Multò magis cauere debet superstitio, qua
nonnulli decepti Angelos idcirco colunt & adorant, quod nos ab eis iuuari aut
defendi audiunt. Quod olim quoque aliquos fecisse, author est Theodoretus in suis
in epistolam Pauli ad Colossenses commentarijs, vbi scribit, eos qui Legis iustitiam
defendebant, Angelorum quoque cultum docuisse, eò quòd Legem per hos datam
esse dicerent. Et licet Synodus Laodicensis hanc superstitionem damnasset, tamen
adhuc suo tempore in Phrygia & finitimis locis oratoria Sancti Michaelis videri
fuisse. Hodie autem apud multos Angeli cum Dijs coelitibus coluntur. Sed haec
confutandis sufficere nobis debet, quòd Angelus ille Sanctus, qui Ioanni reue-
tionis illius nobilissimae, qua eum Christus dignatus est, interpretis fuit, ipsi ad pe-
des eius prostrato vt eum adoraret, dixit: Vide ne feceris, cõseruus enim tuus sum
& fratrum tuorum, habentium testimonium IES V. Apoc. 19. & 22.

Vsus autem huius doctrinae de Angelorum custodia & ministerio nobis hic
esto, vt primò Dei bonitatem agnoscamus, qui non solum terrestres creaturas, ve-
rumetiam coelestes spiritus nobis (vt ita dicam subiecit) vt iidem ipsius & nobis
seruisint, & ex eo petamus consolationem, qua nos armemus aduersus metum
tentationibus, quas Satan aut mundus nobis mouent: vt cum Paulo dicamus, Per
suasum mihi est, quòd neque mors neque vita, neque angeli neque principatus, neque
potestates, neque instantia neque futura, neque sublimitas neque profunditas, neque
vlla res creata, poterit nos separare à charitate Dei, quae est in CHRISTO IESU
Domino nostro. Deinde nostrae huius dignitatis memores sollicitè caueamus, ne
morum impuritate aut sermonibus impijs siue obscenis nos ipsos tam necessarios
Angelorum praesidio spoliemus: sed perpetuò meminerimus, illos nobis adesse,
deoque quae puderet coram hominibus honestis dicere aut facere, multò minus
ciamus in illorum conspectu, quos Deus nobis custodes addidit.

Sed vt ad praesentis loci tractationem redeamus, alterum argumentum addo-
cit Christus, à proprio exemplo & sine sui in mundum aduentus siue incarnatio-
nis desumptum, quòd hoc dicto comprehendit: Venit Filius hominis, vt seruet quos
perierat. Si totius loci contextum consideres, dicere debebat: Veni vt seruem par-
uulos, & eos qui coram mundo propter me pro nullius praetij hominibus habentur.
Sed eorum meminit qui perierunt, vt argumentum comparatione firmiter statu-
quod ita formabis: Qui mei discipuli censei volunt, non debent eos contemnerent
quorum causa ego in mundum veni, vt per me seruentur: Veni autem vt ser-
uem eos qui perierant: Ergo non debent contemni etiam ij, quorum salus omnino
deplorata est quoad mundi iudicium. Hoc verò si praesenti causae applicabis, im-
fragabili consequentia concludes, multò minus paruulos contemni aut offendi
bere, qui eo ipso nomine Deo acceptiores & chariores sunt, quòd in hoc mundo
abiectionis censentur.

Argumentum verò hoc ratione ex communi hominum more petita confirmat
quòd fit, vt plus gaudeamus de ijs, quae cum amissa essent et perditae, recuperauimus
quam de ijs, quae nobis semper salua & integra manserunt. Id verò eleganti para-
bola illustrat, quae vt magis moueat animos discipulorum, initio ait: Quid vobis
datur: Id est, vos iudices appello, dicite quid ipsi de casu quae proponam, sentiant
& fat scio, quòd idem mecum dicturi sitis. Si fuerint alicui homini centum oves,
vna ex eis errauerit relicto grege, nonne ipse relicta alijs omnibus, profectus per
montes & valles, quæret perditam, quae aberrauit: Id certè vulgò solent facere
boni pastores sunt aut frugum patres familias, cum sciant rem domesticam non in
consilio

consistere totam, vt quæ hanc augment & ornant, acquiramus, sed non minus opus esse, vt quæ nobis parta & acquisita sunt tueamur, aut amissa & perdita recuperaremus. Quod si perditam & amissam ouem illi inueniat, sanctè vobis affirmo, quod super ea magis gaudet, quàm super omnibus alijs, quæ non aberrauerunt. Etenim dolor & sollicitudo, quæ ex amissione oborta fuerat, ex recuperatione conceptum gaudium augere solet. Ista verò ad causam præsentem applicans, cõcludit: Ita non vult Pater vester, qui in cœlis est, vt pereat vnus ex paruis istis. Et quia perditorum salute gaudet, non potest eos probare, qui superbo contemptu aliquos ita negligunt, vt eis scandali aut lapsus authores sint.

Apud Lucam eadem parabola aliquantum diuerso sensu & in alium finem re-
 petitur, & additur alia eiusdem generis vel argumenti de drachma vna ex decem
 amissa, vt Phariseorum insolentem confidentiam confutet, qui indignius ferebāt,
 quod publicanos & peccatis infames reciperet, & cum eis etiã vesceretur. Quibus
 per parabolas istas ita respondet, vt doceat, hoc abs se rectè fieri. Nam & Deum
 Patrem ita velle, & in cœlis Angelos gaudere, si peccatores, quorum salute despe-
 rata videbatur, in viam redeant ac salui fiant. Ita verò Phariseos potius impios esse
 probat, quàm sanctitatis amantes, cum Dei voluntati aduersentur, & eos perditos
 velint, quorum salute debebant gaudere. Et hoc sensu considerata parabola ista
 doctrinam & consolationem dulcissimam continent, qua vniuersum humanæ sa-
 lutis mysterium ceu in tabula adumbratur.

Luc. XV. Cap.

Vbi primùm occurrit, quæ sit omnium nostrum conditio, si quales natura simus,
 consideres. Eadem nimirum, quæ ouis perditæ & extra gregis septa vagantis. Est
 ouis animal stolidum, & futuri ignara, neq; seipsam iuuare potest, neq; si à grege
 secesserit, ad eum redire, nisi pastoris cura & studio reducatur: Ita homo ex semet-
 ipso non sapit ea quæ sunt Spiritus Dei, & præsentibus intentus, futura negligit.
 Adhæc si semel à via Veritatis aberret, & ab Ecclesiæ societate auellatur, nõ redit
 spontè eò vnde abierat. Imò vt ouis alias per præcipitia sequitur, & in exitium pro-
 pria voluntatis impulsu ruit: ita homo suorum affectuum libidine excæcatus in-
 cessit, vitium prolabitur, & ne exemplis quidem eorum, quibus hoc prius pessimè
 Omnes tanquam ouis errauimus, quisq; ad viam suam respeximus. Itaq; pastore
 opus erat, qui nos quæreret: quod de semetipso Dauid fatetur, dicens: Erraui sicut
 ouis perditæ, quare seruum tuum.

Conditio homi-
 num cõmunis.

Psal. 119.

At hic elucet Dei erga nos studiũ, qui cum quales futuri essemus, præuideret,
 ab æterno pastorem nobis prædestinauit Filium suum Vnigenitum, sicuti promissio-
 nes veteres docent & Prophetæ vaticinãtur. Et qualis nam ille pastor est? Qua-
 lem parabola hæc adumbrat. Primùm de certo numero ouium agitur. Habet ergo
 suos in numero, & (vt Paulus ait) nouit qui sint sui. Deinde non eas modò oues
 nouit, quæ cum grege manent, sed errantes quoq; & temere vagantes. Ita olim oues
 se habere dixit, qua inter gentes & superstitiones absurdissimas dispersa palabatur.
 Tertiò, vnam quoq; & solitariam non negligit. Ita Christus singulos quærit &
 nominatim vocat, sicuti olim Adamum fugitiuum & latebras quærentem, & Da-
 uidem inter libidines suas securè sese volutantem quæsiuit & vocauit. Sic postea
 face Euangelij accensa totum orbem terrarum lustrauit, vt filios Dei inter gentes
 dispersos colligeret. Quarto, quid agit cum inuentis ouibus? Num ferox & iratus
 in humeros attollit, & (vt Isaias olim prædixit) brachio suo congregat agnos & in
 gremio suo gestat, fœtas autem suauiter ducit. Non aliò autem quàm ad gregem
 suum reducit, id est, ad Ecclesiæ suæ societatem colligit, in qua sola pascua illa inue-
 niuntur, quæ Dauid commendat. Psal. 23.

Dei erga nos
 studium.

2. Tim. 2.
 Ioan. 10.

Ioan. 21.

Isa. 40.

Officium Christi
 Minorum.
 1. Tim. 1.

Ioan. 10.

Ephes. 4.

Simul autem nos officij ista admonent, vt primùm non desperemus in tentationibus de Dei erga nos bonitate, qui Filium suum nobis pastorem & Seruatorem dedit, & nunquam excidat nobis quod Paulus ex hoc Domini dicto desumpsit dicens: Fides sermo, & modis omnibus dignus quem amplectamur, quod CHRISTVS IESVS venit in mundum, vt peccatores seruaret. Deinde huic nos accomodemus, & licet frequenter aberremus, non tamen incurabili contumacia in errore pergamus, sed nos inueniri, & ad Ecclesiam colligi patiamur, atque nomine Christiani professioni respondeamus: neq; nos terreat nostra indignitas, qua in mundo contemptibiles redditi, & saepe causa est, vt nobis ipsis ita displiceamus, vt ipsi etiam Deo nos displicere putemus. Etenim vt oues Christi simus, non diuina non exquisita eruditione, non huius seculi prudentia, honoribus, dignitatibus, splendore, amicitijs aut clientelis opus est, sed pastorem nostrum agnoscere & vocem audire atq; sequi oportet. Hoc si fiat, hic vicissim nos agnoscat, vocabit iterum & Spiritu suo ducet, vt voluntarium obsequium ipsi praestando Angelos caelestium exhilaremus. Qui verò secus agunt, vt impij & contumaces esse pergant, & alij quoq; scandalo sint, ij Spiritum Sanctum tristitia afficiunt, & amisso salutis sigillo infeliciter in peccatis pereunt. Postremo, qui huius loci scopus est, deprimimus superbiae cristas, & ne quem contemnamus, sed vnusquisq; se alijs debitorum esse agnoscat, atque alij alios iuueamus, vt sancto & indefesso pietatis studio dignitatem filiorum Dei retinere possimus, quam suae mortis merito nobis acquiritur. IESVS CHRISTVS Dominus noster: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

H O M I L I A C C X X.

Si verò peccauerit in te frater tuus, abi & argue eum inter te & ipsum fratrem: si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Sin verò te non audierit, accipe tecum adhuc vnum aut duos, vt in ore duorum aut trium testium stabile sit omne verbum. Quòd si neglexerit eos audire, dic Ecclesiae. Quòd si Ecclesiam audire neglexerit, sit tibi velut quispiam ethnicus & quispiam publicanus.

Quomodo cum
 fratribus, qui
 nos laeserunt de
 gendum sit?

Diuisissima consolationis plena vox est Domini nostri IESU CHRISTI, qui nuper dixit: Venit Filius hominis, vt seruet quod perlerat. Debet autem non solum consolari in conscientiae terroribus aduersus peccatum & Satanam, verum etiam officij admonere, vt ipsi quoq; aliorum saluti consulamus quantum in nobis est, neq; putemus aliquem à nobis impune negligi posse, quem tanti seruatoris Filius, vt propter ipsum Filius hominis fieri, & in cruce mori dignatus est. Obstant hic nobis vehementer duo vitia, quae plerisque ex naturae nostrae vitiositate inhaerent. Primum est seueritas nimia, qua in eos vtimur, qui nos offendunt, & quam multi zelo pietatis & iustitiae palliant, dum scelerum impatientes deri volunt, eo autem praetextu vindictae cupiditati plus quam hominem Christum decet indulgent. Alterum est contumacia, quae admonitionum impatienter facit, & causa est, quòd multis non satis est offendisse fratres, sed insuper irascuntur, & eos ferre nolunt, quorum reconciliationem ipsi suppliciter quaerere deberent. Ita fit, vt & priores, qui laesi sunt, exasperentur, & simultates augeantur atq; scandala in immensum crescant. Quapropter Dominus hoc loco doctrinam vtilem & necessariam subtextit, Quomodo cum fratribus, qui nos laeserunt, agendum sit. Vbi etiam discemus, quanta sit fraternae correctionis utilitas, si admittatur.

Quibus Christus loquatur & de quibus sceleribus.

quid item de eius contemptoribus statui & iudicari debeat. Vt autem huius loci sensus & vsus melius & rectius intelligatur, videre oportet. Quod statim, ad quos pertineat doctrina ista, & de quibus peccatis aut delictis agatur.

Sunt enim nonnulli, qui dum Christi præceptum ad Verbi ministros & magistratus usque extendunt, sub eius prætextu publicas scelerum correptiones abolent, dum aduersus publicorum scandalorum auctores nihil vel publice dici, vel statui volunt, nisi prius hoc ordine procedatur. Anabaptistæ verò, qui magistratum omnem abrogatum vellent, totum hunc locum ad Excommunicationem suam detorquent, & nisi hæc obseruetur, Ecclesiam non consistere posse clamant. At Christus hic cum discipulis, ut cum hominibus priuatis loquitur, sicuti ex toto contextu patet. Nec enim quicquam hic dicitur, quod non ex æquo ad omnes Christianos pertineat, quorum omnium est, humiliter de seipsis sentire, omnem scandalum occasionem vitare, neminem contemnere, & cuiusuis salutem consulere. Deinde non simpliciter ait: Si peccauerit quis: Sed, si peccauerit **I N T E** frater. Itaque de priuatis iniurijs agitur, quæ singulis fiunt, & quarum remissio in nostra potestate est. Quare ne vindicta cupiditati indulgeamus prohibet, & ut eos, qui in nos peccando charitatis legem violarunt, lucrifacere potius studeamus, quam vlcisci aut diffamare. Conuenit ergo hic locus (ut alibi diximus) cum eo quod in Lege iubemur: Ne oderis in corde tuo fratrem tuum, sed libere reprehendas proximum tuum, ne feras propter eum peccatum: Ne vlciscaris, ne item sis iniuriarum memor erga filios populi tui: sed diliges proximum tuum ut teipsum. Minimè ergo detorqueri debet locus hic contra ordines à Deo institutos, quibus publica scelerum correptio & scandalorum extirpacio mandata est: Quales sunt Ministri sue precones Verbi, qui excubitorum instar, quid fiat obseruare, & (ut Paulus iubet) eos qui publice peccant, & scandalum alicuius auctores sunt, publice arguere debent, ut cæteri admoniti ab exemplo malo sibi caueant. Et ad illos pertinet quod Isaia dicit Dominus: Clama prauaricationem suam, attolle instar tubæ vocem tuam, & annuntia populo meo stratus, qui in Lege scelera excindere iubentur, & iudicia Dei sic exequi absque omni personarum respectu, ut neque diuites aut potentes reuereantur, neque patribus multis docemur, Reipublicæ & Ecclesiæ semper infeliciter cessisse indulgentiam nimiam, qua sceleratis & scandalorum authoribus parcitur. Inter quæ cum primis memorabilia sunt Heli summi Pontificis & Iudicis, Dauidis item, quorum vitæ dum filios sceleratos indulgentius tractat, Israelem totum in clades & calamitates grauissimas adduxit. Itaque qui in publico munere constituti sunt, fideliter faciant, quod in mandatis habent, neque obliuiscantur eius, quod Solomon non minus verè quàm grauiter dixit: Ex æquo abominatur Dominus tam eum, qui scelerata cum ab soluit, quàm eum qui innocentem damnat. Item, Qui dicit impio iustus es, huic maledicunt populi, hunc nationes detestantur. Cæterum in priuatis iniurijs, ex quibus nihil damni aut scandalum ad alios redundat, neque disciplina publica labefactatur, singuli ordinem hic à Domino præscriptum sequantur, qui tres gradus habet.

Leuit. 17.

1. Tim. 5.

Isa. 58.

Exod. 23.

Prover. 17. 24.

1. Priuata ree dargatio.

Primus de priuata admonitione est. Si peccauerit in te (inquit) frater tuus, ab ipso argue eum inter te & ipsum solum, &c. Quo loco singula verba considerationem merentur. Primum abire iubet, nimirum ad fratrem, qui te læsit, & de eo tibi reconciliando cogitare. Non ergo expectabis, donec ipse ad mentem redeat, & spontè veniens culpam deprecetur, sed tu prior de illo lucrando cogita. Conuenit hoc cum pastoris boni exemplo, de quo nuper dixit, qui ouem perditam quærit per montes & valles, & inuentam reportat ad gregem, & de ea letatur. Et supra Capite quinto tale quid monet, quando iubet munus ad altare relinquere, & cum fratre in gratiam redire, priusquam illud offeras. Est hoc factu necessarium. Ita enim plebs, ut non obseruent iniurias, quas alijs fecerunt: vel alios

has non animaduertere arbitrantur: vel non tantam esse iniuriam sibi persuadent, ut de ea sarcienda multum solliciti esse debeant. Necesse igitur est, ne frater dum hisce persuasionibus sibi ipsi delicias facit, induretur & pereat, ut ipsi illum queramus, qui iam a nobis alienus factus est. De hoc igitur studiosè cogitent, qui si illud faciatis, existimationi suae multum decedere verentur. Sed nihil ex eo periculi est. Fecit idem Deus, quando Adamum perduellem & diuinitatis affectatae reum quaesivit, & fugituum retraxit, clamans: Adam ubi es? Fecit idem Dei Filius, qui (ut initio dictum est) in mundum venit, ut peccatores, qui ipsum offenderant, nec quicquam de sua salute cogitabant, saluos faceret. Idem hodie adhuc accensa Euangelij sui face nos quaerit, & per ministros suos (ut Apostolus scribit) ipse nos precatur, ut Deo reconciliemur. Cur ergo te eius pudeat, quod tuae salutis ergo fecit Dei Filius, & quod nisi quotidie faceret, nemo nostrum seruaretur?

Deinde argue eum (inquit) inter te & illum solum. Non iubet, ut ei supplex fiat vel ut illi blandiaris, iniuriam tibi factam excuses, vel etiam factum laudes. His enim ille contumacior factus, in scelere periret. Sed arguere debemus eum qui peccatum id est, peccati gratuitatem, & quam indignè hoc fecerit, ei demonstrare debemus. Et quia plerunque fit, ut qui peccarunt, hominum iudicia facile contemnunt, tales ad Dei tribunal, si opus sit, citari debent, ut quid Deus de ipsis iudicet, & ut olim in milia delicta punierit, intelligant. Errant ergo vehementer, qui hoc contra charitatem legem fieri existimant, & ne quem offendant, ab omni redargutione aut correptione ne abstant. At iubet hoc Dominus de fratribus fieri, ut inter hos locum habere possit charitas, aut violata instauretur. Ideo ut priuatim arguamus iubet, ut nimirum ex eo intelligant, nos non infamiam aut ignominiam, sed emendationem & salutem ipsorum quaerere. Estque hoc propriissimum charitatis opus, quo nullum vitiosius & salutaris fingi potest.

Redargutionis
fraternae utilitas.
Iacob. 5.

Proverb. 18.

Idcirco addit Dominus: Si te audierit, id est, si admiserit redargutionem, ut eam admittam agnoscat, & deprecetur, lucratus es fratrem tuum. Breui dicto multiplex lucrum comprehendit. Etenim primo fratrem sibi lucratus es, qui alioquin periturus erat, nisi tu hoc officio illum praueuisses. Sed de eo Iacobus admonet, dicens: Fratres, si quis inter vos aberrarit a veritate, & conuerterit eum quispiam, scit quod qui auerterit peccatorem ab errore viae suae, seruabit animam a morte, & cetera. Quod ergo beneficium maius & salutaris homini conferri poterit? Deinde tibi ipsi lucraris fratrem, ut qui iam alienus esse coeperat, tibi reconciliatus verus & germanus frater sit. Itaque amicum fidelem tibi hoc officio paras, quo nullum melius aurum pretiosius esse, gentium quoque sapientes tradiderunt. Etenim amicum verum (ut Solomon ait) tenacius adhæret quam frater. Est quidem inter fratres amor, quem natura inter eos conciliat. At quia hæc vitiosa est, facile amor interfratrum tinguitur, imò in odium vertitur, si quid incommodi ex fratre sit metuendum. Hinc est, quod in hereditatis diuisione verini & germani fratres rixantur, quod item æmulatione accensi, alij alijs inuident, & tunc (quod pro uerbo dicitur) fratrum iræ sunt acerrimæ, & ferè implacabiles. Exempla huius rei in primis fratribus Cainus, deinde Ismael, Esau, Iosephi item fratres, & innumeri alij addiderunt, quorum mentio fit in sacris & prophanis historijs. Amicitia autem vera est, ut in periculis maximè sese exerat, & tunc animos magis inflammet, quam amicos in aliquo discrimine videt constitutos. Exemplo est Ionathas, quem Iosephus debet, neque patris Saulis reuerentia, neque regni maiestas & spes, à qua se excidendum debeat, neque pericula vlla à Dauide auellere potuerunt. Magnum ergo quod fecit, qui amica & fraterna correptione sibi ipsi amicum fecit ex eo, qui iam inimicus esse coeperat. Accedit tamen adhuc maius, quod Deo officium longe gratiosissimum præstamus, qui hominum salute & conuersione gaudet: Hinc enim

*Ecclesie iudicium
um cōtremens
seipsum ab hac
excludit.*

tendunt, in illis hoc ordine procedendum est, quem hoc loco Christus praescibit. Porro adhuc quærat aliquis, quid fieri opus sit, si neq; Ecclesiam & ab hac consuetudine institutos iudices cōtremax ille audiat? Huic respondet Dominus: Sit tibi velut quispiam ethnicus, & quispiam publicanus. Id est, hoc iudicio agnosce eum non esse tuum aut membrum germanum Ecclesiae: & quia ipse sese ab Ecclesiae societate segregat, dum huius iudicio refragatur, sit tibi ethnici & publicani loco, cum quo nihil porro consortij habeas, sed Dei iudicio illum permitte, qui tantā contumaciam inultam minimè finet. Hunc ordinem obseruarunt olim Christiani homines, cum nullos haberent magistratus Christianos, durum autem esset fratres, qui eandem cum ipis fidem profitebantur ethnicorum iudicio subijcere, qui aliās omnem in credentes fauendi occasionem auidè captabant. Itaq; in alijs quoq; casibus ab Ecclesiae consortio excluderentur publicis sceleribus infames, si incurabiles esse viderent, ne illis patrocinari viderentur, & religionem Christianam diffamarent. Interdum etiam Satanæ tradebant tales: quod non ex paucorū arbitrio fiebat, sed e publico Ecclesiae totius consensu, cui auctoritatem Apostolicam accedere oportebat, eò quòd hac potestate Apostolos peculiariter Christus armauerat, sicuti in hominis incesti causa, qui apud Corinthios fuit, est videre. 1. Cor. 5.

*Contra Excom-
municacionem
Anabaptistica.*

Quod autem hoc omne ad suam Excomunicationem Anabaptista detorquent, nimium ineptè & ridiculè (vt alia omnia) faciunt. Nam primò insolenter vendicant, quod Apostolis datum fuit, & Satanæ tradere volunt homines sua Excomunicatione, qua ne culicem quidem possunt occidere. Deinde eandem in coenam inueniunt, sine Christi instituto & exemplo. Plus item hic exigunt, quam Paulus à Corinthijs omni modo corruptissimis olim requisierit: quos contentus fuit monuisse, vt quisq; seipsum probaret, & ita de pane Domini ederet, & eiusdem poculo biberet. Sed plura de hac re alibi dedimus. In presenti sufficiat monuisse, intra cancellos verborum Christi nobis subsistendum esse, ne temerarijs iudicijs ad dissipationem eò abutamur, quod hic charitatis, fraternæ vinculum esse voluit. Interea student singuli eos, qui contra leges fidei & charitatis peccarunt, in viam reducere, & Ecclesiarum vnitatem inuiolatam seruare sub capite & sponso IESV CHRISTO cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

1. Cor. 11.

H O M I L I A C C X X I.

Amen dico vobis, quaecunque ligaueritis in terra, erunt ligata in caelo: & quaecunque solueritis in terra, erunt soluta in caelo. Rursum dico vobis, si duo ex vobis consenserint in terra, quodcunque in omni re perierint, fiet eis à Patre meo, qui in caelis est. Vbi enim sunt duo aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum.

Galat 3.
Ioan. 13.

Diuus Paulus IESV CHRISTO nihil valere ait, quam fidem, quæ per charitatem agit, & ideo hæc propria nota est, ex qua veri & germani discipuli Christi agnoscuntur, si alij alios diligamus, sicuti ille nos dilexit. Non temere ergo omnis scriptura charitatem passim commendat. Et quia ex innata nobis philantropia quotidie multa fiunt, quibus illa turbatur, docet etiam quibus rationibus inimicos foueri & conseruari possit. Huc pertinet, quod nuper Christus docuit, quemadmodum cum ijs, qui nos læserunt, debeat agi, vt concordia instauretur, ne multates & odia perpetua inde surgant. Summa eius doctrinæ est, vt fratrem, qui sua culpa à nobis alienus est factus, ita lucrifacere conemur, vt quoad eius fieri potest, honori & existimationi illius cōsuletur. Ideo iubet, vt initio priuatim cum illis agas, neq; apud alios quiriteris de facta tibi iniuria. Deinde vt si ille sit cōtumacia

arbitros adhibeas idoneos. Præterea si neque horum authoritati quicquam tribuat, causa verò eiusmodi sit, quæ seueriorem actionem mereatur, tunc demum illam referas ad Ecclesiæ iudicium. Et si hoc quoque contempnat, & omnem satisfactionem improbè detrectet, ethnici & publicani loco nobis sit, neque porro pro Ecclesiæ membro habeatur, à qua sese propria contumacia spontè abalienauit.

Cæterùm quia non ignorauit Christus, non defuturos qui hoc quoque non multum vereantur, si ab Ecclesiæ consortio separentur, sed exclusionem illam securilibus sannis eludant, adeoque gaudeant sibi ita maiorem licentiam fieri, nunc cum his grauius agit, vt & illorum audaciam rerundat, & animum addat p̄s, ne istorum proteruita se frangi aut vincì sinant. Nam initio graui sententia docet illis non cum hominibus solis, sed cum ipso Deo rem esse, dicens: Amen amen dico vobis, quæcunque ligaueritis in terra, erunt ligata in cælo: & quæcunque solueritis in terra, erunt soluta in cælo. Reperit hoc loco, quod supra Petro, & in hoc omnibus Apostolis promisit, & quod post suam ex mortuis resurrectionem eis præterna doctrina & Euangelij prædicatione agitur, ratas nimirum fore apud Deum fore comminationes, quæ credentibus in Christum fiunt: nec minus ratas dulis & pœnitere nescijs. In præsentî autem de morum disciplina sermo est, & in merarijs intercedunt, qui nos contra charitatis leges offenderunt. Itaque quod Apostolis dictum, vt prædicationis authoritas confirmetur, id in præsentî Christianis omnibus datur: & ad omnes gradus actionum illarum, de quibus nuper dictum est, hoc debet applicari, vt non dubitemus, coram Deo ratam fore, quicquid in eiusmodi casu vel priuatim, vel per arbitros, vel coram Ecclesia & eius ordinarijs iudicibus actum fuerit.

Etenim quoad priuatam actionem, dixerat Dominus: Si te audierit frater, vt culpam agnoscat, deprecetur, & tecum in gratiam redeat, lucratus es fratrem tuum. Id in præsentî exponitur & confirmatur: quod scilicet non tibi modo fratrem lucratus sis amicam fidem & constantem, verum etiam Deo, vt hic in cælis ratam habeat offensæ & iniuriæ remissionem per te factam. Rationes huius dicti multæ & graues sunt. Primò solet Deus, qui iustus iudex est, vlcisci iniurias, quæ iustis præter omnem meritum fiunt, in primis autem, quæ fiunt peregrinis, viduis, pupillis aut alijs eiusmodi hominibus, quibus nullæ ad se defendendum vires sunt, & idcirco querelas suas in ipsius sinum effundere coguntur. Testatur hoc ipse in Lege, & huc pertinet quod de mercenarijs mercede sua fraudatis & ad Deum clamantibus Apostolus scribit, & quod Syrachides admodum grauius ait: Supplicium lachrymæ viduæ ad maxillam eius defluunt, aduersus cientem eas auxilium inuocat. Oratio afflicti nubes penetrat, non conquiescit, non desistit, donec peruenierit ad altissimum, qui agit causam eius, & iuste iudicabit, &c. Ex quo sequitur, quod iram suam tunc quoque remittat Deus, si qui iniuriam passus est, ad ipsum clamare desinat, & eiusdem preces exaudire soleat pro eo, qui ipsi iniuriam fecit. Deinde vniuersalis promissio est, quod Deus omnibus, qui ipsum inuocant, & alijs qui iniuriam fecerunt, sua delicta remittere velit. Quanto magis ergo id fiet, quando & precibus illius gratiam implorant: Etenim delectatur Deus fratrum concordia, & eius mandatum est, vt tales benedictionem & vitam æternam percipiant. Admonet hoc omnes eos officij, qui alios offenderunt, vt quam chara ipsis est salus sua, cum ipsis in gratiam redire studeant: quia nisi id faciant, qualescunque

Qui radargh-
tionem contem-
nit, Deum contem-
nit.

Math. 16.
1847. 20.

Priuate redar-
gutionis autho-
ritas asseritur.

Exod. 22.
Deut. 24.
Iac. 5.
Eccli. 35.

Math. 6.

Psalm. 137.

Apo. 1. & 5.

illi sint, seiplos à Dei gratia excludunt, vt nullum apud hunc delicti sui remissionem sperare possint. Elucet præterea hoc loco, quàm magna sit hominum Christianorum dignitas, & quòd non temerè in Apocalypsi scriptum sit, IESVM CHRISTVM nos Deo & Patri suo fecisse Reges & Sacerdotes. Etsi enim Reipublice gubernatio & Ecclesiae ministerium publicum nequaquam promiscuè ad omnes pertineant, vnusquisq; tamen in sua causa sibi ipsi Rex & Sacerdos est, & Regis in libertate vtitur, vt sibi factas iniurias condonet, & vt Sacerdos culpam omnem remittat, à quo læsus est. Quod si fecerit, in cælo quoq; apud Dei tribunal rata est ista remissio. Hoc sensu veteres quoq; hunc locum intellexerunt, vt videre est in Theophylacto, qui inter alia scribit: Non solum quæ sacerdotes solunt, solent: sed etiam quæ nos, qui iniurijs læsi sumus, vel ligamus vel soluimus, ea solent vel ligata sunt.

Redargutio
per arbitros facta
asseritur.

Matth. 6.

1. Ioan. 3.
Ista. 1.

Publicæ redargutionis
authoritas stabilitur
Psal. 82.

Deus tuetur
eos, qui in ipso
consentiunt.

Porro eadem ratio est, si frater læsus actionem reconciliationis per arbitros constituat. Etenim, vt nuper diximus, faciunt hi opus Deo gratissimum. Si quis ergo talibus morem gerit, vt sibi persuaderi sinat, vt cum ijs, quos offendit, in gratiam deat, & culpam admissam deprecetur, hic obsequium illud Deo præstat, qui similiter in cælis rarum habebit, quod isti pacis & concordiae ergò in terra statuum. Contra si quis se contumacem & implacabilem præbeat, Deum ipsum non vno modo offendit. Nam primum iniuriam nouam facit arbitris illis, quos reuereri debet. Deinde scelus prius admissum impio piæ & fraternæ admonitionis contemptu auget & aggrauat. Præterea in propriam animam peccat, quia preces, quæ in eum cultum externum coram Deo sibi ipsi inuisilem reddit. Etenim dum fratri, quos læsit, reconciliari non vult, odium implacabile prodit, quod aut nulla iusta causa accensus concepit, aut exæcatus dilectionis obliuiscitur, sine qua Dei filij non possumus teneri. Itaq; proprijs precibus seipsum damnat, & quia quisquis fratrem suum odit (teste Apostolo) homicida est, ijs adnumerari meretur, qui inter preces suam manus sanguine plenas atollunt. Quis ergo dubitet in cælo ratam fore sententiam, qua arbitri illi iram Dei & damnationem spitemam improbo & contumaci denuntiant.

At quantò magis valet hæc ratio, si quis non contentus omnes reconciliationis vias priuatim respuisse, insuper vel Ecclesiae totius, vel eorum qui hac confiteantur iudices sunt, sententiam siue intercessionem contemnit? Hic certè non obsequium re ipsa testatur, se legum & iudiciorum Dei contemptorem esse, & proinde indignum, cui in populi Dei communionem locus detur. Ac quia hic confessio non tantum medijs interesse solet, non potest impunitum dimittere ordinis abs se iniuriam, & in hoc præsentem & futuro seculo illius contumaciam vlciscetur.

Cæterum, ne pij, quibus sum eiusmodi hominibus res est, eorum contumaciam fracti succumbant, promissionem istam amplius confirmat Dominus, & illis apud Deum præsidium certum paratum esse docet, qui ipsorum precibus minime deest. Nam rursus dico vobis (ait) si duo ex vobis consenserint in terra, quocumq; petierint, fiet eis à Patre meo, qui in cælis est. Sumit argumentum ab auctoritate generali, Deum non deesse votis suorum credentium, si quid pio & vnicuique consensu cum nominis sui inuocatione faciant. Ergo fieri non posse, quin firmum atque ratum habeat, quicquid in causa reconciliationis inter fratres aliqui firmerint, licet numero pauci sint. Et indefinite loquitur, si duo ex vobis. Quasi diceret: Modò ex credentium numero sint, non obstat conditio, etiam si non magis sint coram mundo hoc existimationis. Et hoc quoq; alio argumento confirmatur.

Vbi enim sunt duo aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. Enimvero vbi Christus praesens adest, illic necesse est exaudiri preces: At qui in meo nomine conueniunt (inquit) ihs ego praesens adsum: Exaudientur ergo, & a Patre meo quod petent impetrabunt. Maior confirmatur, quod Christus Filius ille Dei dilectus est, quem hic Mediatorem fecit, & propter quem nobis placatus est. Idem iam mortem aditurus promissionem hanc amplius stabilivit, dicens: Amen amen dico vobis, quaecumque petieritis a Patre meo in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

Matth. 3. 17.

Docemur autem simul hoc loco, quam serio & studiose Christiani homines agere debeant in causis ad aliorum salutem pertinentibus. Etenim Christus de reconciliatione inter duos fratres, vel potius de vnico homine, qui sese difficiliorem praebet, quam par sit, differens, tamen contentus in suo nomine facti, adhuc precum meminit. Idem Paulus facit, quando quid in hominis incesti causa fieri debeat, monet. Nam Corinthios reprehendit, quod non publico luctu testati sint, quam ipsis scelus hoc displiceret, & quantopere eis cordi esset hominis istius salus: deinde non obiter & vt quotidie solebant, illos conuenire iubet, sed ait: Vobis & meo Spiritu congregatis in nomine Domini nostri IESU CHRISTI, cum potestate Domini nostri IESU CHRISTI, tradatur eiusmodi homo sanari, &c. Quod si in vnus hominis causa tanto studio opus est, quanto magis hoc obseruari debet, quando totius Ecclesiae causa agitur, aut propter publicum scandalum salus multorum periclitatur: ibi nemo enim tantae autoritatis aut existimationis est, vt sibi dominium habeatur. Nemo enim tantae autoritatis aut existimationis est, vt sibi dominium in clerum siue haereditatem Domini, id est, in Ecclesiam vendicare debeat. Deinde omnia fiant in nomine Domini. Quod tunc fiet, quando relictis affectibus priuatis, & actionum suarum hunc finem sibi proponunt, vt illius gloria illustretur. Et quia ex nobis ipsis nihil possumus, publicae preces instituantur, vt Deus suo Spiritu consilia nostra & omnium mentes atque sententias dirigat. Hunc morem olim Apostoli obseruauerunt in ministrorum Verbi & diaconorum Ecclesiae electione. Et huius etiam meminisse debebant, qui in magistratu constituti ad Reipub. gubernacula sedent. Etenim hi quoque in Dei conspectu & in eius nomine conueniunt, qui suo Verbo loquentem: Finis autem & scopus consiliorum omnium sit Dei gloria & publica salus: & ad Solomonis exemplum serio precentur Dominum, vt suo spiritu mentes ipsorum illuminet atque regat. Haec si obseruentur in conuentibus Ecclesiasticis & politicis, non dubium est, quin Dei gloriam & regnum quarentibus Deus adsit, & illorum deliberationes moderetur. At quid vulgo fiat, & quales ferè coetus sint eorum, qui rebus praefecti sunt, res ipsa loquitur: vt nemo mirari debeat, Deinde priuati quoque homines admonentur, quanti facere debeant coetus Ecclesiasticos, in quibus conuenitur in nomine Christi, vt eius Verbum audiatur, Sacramenta administrantur & preces fiant pro publicis totius Ecclesiae & priuatis singulorum necessitatibus. Quid enim in horum commendationem praeclearius dici poterat, quam quod Dei Filius pollicetur, se illis interesse velle, & preces quoque in illis fiant, a Patre suo exaudiri? Id verò non semere ille pollicetur. Etenim vt Deus vnus est, ita vt nos in ipso vnum simus, & vnitatem istam coetibus publicis testis requirit. Ideo olim vnum modò tabernaculum esse voluit, ad quod populus vnus conueniret, in cuius locum postea templum successit, quod & ipsum vnicum fuit. Vnum etiam fuit altare, in quo sacrificabatur. Festa quoque publica in eum maxime finem instituta fuerunt, vt res in anno ex diuersis locis conuenirent omnes, qui in Dei populo volebant censeri. Damnantur autem Excelsa, & ij qui in illis sacrificando

Quam serio Christiani actiones suas instituere debeant? 1. Cor. 5.

1. Pet. 5.

Acto. 16. 15.

Psal. 82.

1. Reg. 3.

Coetus sacri quanti fieri debeant?

Deut. 16.

Ioan. 17.

Ephes. 4.

1. Cor. 10.

Psal. 42. 7
121.Rom. pontifi-
ces hoc loco ab-
butuntur.Argumentum
diuinitatis
Christi.
Jerem. 23.

ecclesiae unitatem scindebant. In nouo Testamento unitatem hanc Christus quoque commendat, & quam haec ipsi placeat, in seria illa precatione testatur, quam habuit iam mortem aditurus. Pater sancte (inquit) serua eos per nomen tuum, quas dedisti mihi, ut sint vnum, sicuti & nos. Et rursus: Non pro eis tantum rogo, sed & pro ijs qui credituri sunt per sermonem eorum in me: VT OMNES VNVM SINT, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint. Et ut solent quidem in primis necessariam suis commendando nunquam sibi ipsis satisfaciunt, mox addit: Ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, VT SINT VNVM, sicut & nos vnum sumus. Et facit huc quod Paulus scribit: Studete seruare unitatem spiritus per vinculum pacis: Vnum est corpus (nimirum Ecclesie) & vnus spiritus, sicut & vocationis estis in vnam spem vocationis vestrae: vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium. Et alibi per coenam mysticam quoque huius unitatis mysterium nobis commendans ait: Vnus panis, vnum corpus multi sumus: nam omnes vnus panis sumus participes. Cum vero in coetibus sacris haec omnia in oculos incurrant, & sensibus nostris quasi represententur, non possunt illos non magnificere, qui salutis propriae & gloriae Dei cura serio tanguntur. Superat tamen haec omnia, quod ex hoc loco discimus, nos in ipsius Filij Dei conspectum venire, quoties in illis convenimus, qui nobiscum loquitur, seipsum & meritum suum nobis communicat, & preces nostras Patri acceptas facit. Horum consideratio vltim sanctos mouit, ut si quando longius abessent a tabernaculo, aut ad sacros coetus non possent accedere, non sine maximo animi dolore clamarent: Sicut anima mea Deum, Deum viuum: quando tandem veniam, ut appaream in conspectu Dei? Et nota est Dauidis vox: Lator cum mihi dicunt, Eamus ad domum Domini: Quales ergo censerī debent, qui ad templum raro veniunt, Verbi praedicatorum fastidiunt, & nulla precum publicarum cura tanguntur, neque Sacramentorum vsu sibi opus esse existimant? Sunt hi prophani homines, & ab ingenio filiorum Dei alienissimi, cum Patris huius conspectum oderint, & eiusdem vocem audire dedignantur.

Porro turpiter & nefarie huius loci autoritate abutuntur Pontifices, ut suam tyrannidem stabiliant, quando sua decreta Ecclesiae obtrudunt, & priuato arbitrio quosuis soluunt aut ligant, sua denique excommunicatione non vulgus modo haec minimum, sed reges quoque perterrefaciunt. Etenim sibi vendicant, quod ad totam Ecclesiam pertinet. Et de suis conciliabulis intelligi volunt, quod Dominus dicit: Si duo ex vobis consenserint in terra, quodcumque petierint, fiet eis a Patre meo, qui in caelis est. Item, Vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum. Atqui Christus de credentibus loquitur, qui in illo consentiunt, non de prophanis Verbi sui illusoribus, qui contra ipsum & Ecclesiam conspirando haec traditionibus nouis & eius Verbo contrarijs grauant. Adhaec se ipsi adesse pollicentur, qui in ipsius nomine congregantur: Nihil ergo hoc ad eos, qui ut suae auariciae consulant, & male vsurpatam tyrannidem stabiliant, Concilia indicunt, in quibus nemini nisi qui in ipsorum verba iurauit, sententiam dicere licet, & quorum sententia ferere non alius est, quam quod bellis ciuilibus orbem terrarum turbant. Necesse quod Ecclesiae titulo sese pallent, a cuius communione se alienissimos esse praedant. Haec enim non leges nouas condit, sed a sponso suo Christo acceptas iustitiae seruat, neque vllius vocem audit, quam sponsi, cui se totam consecrauit.

Psal. 45.
Priusquam vero dicendi finem faciamus, obseruari debet argumentum diuinitatis Christi euidentis & irrefragabile, quod in his verbis continetur: Vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum. Etenim vbi que sententem esse solius Dei proprium est, qui dixit: Annon caelum & terram ego impleui.

Item: Coelum mihi thronus est, terra verò scabellum pedum meorum, At Christus *Isa. 66.*
 praesens est, vbi cunq; duo aut tres in ipsius nomine conueniunt: & idem Ecclesiae *Matth. 28.*
 suae, quae per omnes orbis terrarum partes dispersa, & nulli certo loco alligata est,
 dixit: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cōsummationem seculi. Ergo Deus verus &
 aternus sit oportet. At hic meminisse conuenit, personam eius ex Deo & homine
 constare, & Deum quidem esse ab aeterno, hominem autem factum esse praefinito
 tempore, neq; vquam deposuisse, quam semel assumpsit, hominis naturam. Itaq;
 secundum D. Augustini dictum, cauendum nobis esse, ne ita diuinitatem hominis
 astruamus, vt veritatem corporis auferamus. Perperam ergo & ineptè (ne quid gra-
 uius dicam) haec Christi verba detorquent, qui ex illis omnipraesentiam corporis e-
 ius colligunt, & hoc vbiq; esse contendunt. De hoc enim ille dixit: Me non semper *Ioan. 12. 16. 17.*
 habebitis: Confert vobis, vt abeam: iam non sum in mundo: Et innumera alia, quae
 in Euangelio & scriptis Apostolicis occurrunt: quae cum ijs quae de eius omniprae-
 sentia dicuntur, non aliter conciliari possunt, quam vt in vnitatem personae Christi na-
 turas distinctas diuinitatis & humanitatis obseruemus, & cum Augustino dica-
 mus: Secundum praesentiam maiestatis, semper habemus Christum: secundum pre-
 sentiam carnis rectè dictum est, Me autè non semper habebitis. Habuit enim illum
 Ecclesia secundum praesentiam carnis paucis diebus, modò fide tenet, oculis non vi-
 det, &c. Conueniunt haec articulis Symboli Apostolici, quibus nos insistere decet,
 ne verba Christi in sensum alienum detorqueamus. Soletur autè nos, quòd qui pro-
 pter nos hominem assumpsit, vt ea faceret & pateretur, quae propter humani gene-
 ris redemptionem fieri oportebat, eundem hominem post peractam nostrae redem-
 ptionis mysterium in caelos euegit, vt viam sanctorum nobis patefaceret, & nos *Heb. 9.*
 in nubibus caeli ad iudicandum viuos & mortuos, vt superatis & subactis omni-
 bus hostibus, & ipsa quoq; morte abolita, credentes suos ad se recipiat, & regni coe-
 lestis cōsortes faciat. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum.
 Amen.

Tunc adiens eum Petrus dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus,
 & remittam ei? Num vsque septies? Dicit ei IESVS S: Non dico tibi vsq; septies,
 sed vsque septuagies septies.

Omnibus hominibus innata est vindictae cupiditas, cui si indulgeatur, odia &
 simultates parit & quaecunq; alia dilectioni fraternae aduersantur, sine qua
 fides & religio Christiana non potest consistere. Ideo Dominus noster IESVS CHRI-
 STVS non temerè multis docuit, vt cum fratribus, qui nos laeserunt, ipsi reconcili-
 ationem quaeramus: & vt isti eandem admittant, grauius monuit quid eos mane-
 at, qui hic sese difficiles aut implacabiles praebent: Quod nimirum non possint nec
 debeant pro Ecclesiae membris censerì, & quòd Deus in caelis ratum habeat, quic-
 quid vel Ecclesia tota, vel pauculi fideles de illis statuerint. Quia verò de illis solis *Vt agendum*
 dixit haecenus, qui cum ipsi alios offenderint, de reconciliatione non cogitant, & tamen nunc quoque *cum ijs, qui con-*
 nisi ab ijs requirantur, quibus ipsi supplices fieri debebant, & tamen nunc quoque *piunt nobis &*
 non possunt adduci, vt culpam deprecantur, nihil autem de melioribus egit, qui *concordant.*
 spontè culpam agnoscunt & cum ijs, quos laeserunt, in gratiam redire cupiunt, nunc
 quomodo cum his agi debeat, docet: Summa totius tractationis est, necesse esse vt
 qui seruari volunt, ex animo offensas & iniurias omnes condonent ijs, qui sibi igno-
 sci petunt, & nobiscum reconciliari cupiunt.

Occasio huius
loci.

LUC. 17.

Petri questio.

Petrus peccat
preiudicio.

Præmittitur autem doctrinæ huius occasio, quam Petrus & reliqui discipuli Christo præbuerunt. Hi enim cum audirent, quam multa lenitate & indulgentia cum præfractis illis & implacabilibus agi debeat, & simul sentirent, quam hoc graue sit carni, quæ (vt initio diximus) vindictæ cupidissima est, pio animi affectu in preces erumpunt (sicuti Lucas annotauit) & clamant: Domine adijce nobis fidem. Quasi dicerent: Audimus equidem quid iubeas, & obsequi cupimus: sed sentimus quam multa hinc nobis obstant, & tanta est nostra infirmitas, vt ne fidem quidem tuis dictis possimus habere, nisi tu hanc largiaris. Precamur ergo, vt hanc augeas, & quod iubes, ipse largiaris, &c. At Petrus, qui passim reliquis discipulis seruentior, introducit, longius procedit: & quia facile ex ijs, quæ audierat, colligere poterat, adhuc maiori indulgentia tractandos esse eos, qui vbi nos læserunt, sponte veniunt, & culpam deprecando nobiscum reconciliari cupiunt. Quærit, quousque cum his sit procedendum? Quoties (inquit) peccabit in me frater meus, & remittam ei? Causa huius quæstionis est, quod sciret, multos qui reconciliationem querunt, non ex animo illud facere, sed sui commodi causa, & hos facile alio affectu arripere, vt iniurias siue offensas iterent, & licet id sapius faciant, semper tamen sibi agnosci velint. Id verò pijs quoque interdum bilem mouet, vt arbitrentur, indulgentiam istam & condonandi facilitatem necessariò restringendam esse, ne qui ea ferociiores fiant, & in nimiam licentiam effundantur. In primis verò qui naturam vindictam procliuiores sunt, hoc prætextu plausibili in speciem sese palliant, & se veritatem nimiam, qua iniuriæ toties sibi factas vlcersi student, zelo gloriæ Dei & charitatis fraternæ excusant. Idem affectus ergo etiam Petrum impulit, vt hanc quæstionem moueat, qua hoc omnino vult dicere: Rectè tu quidem omnes mones Domine, ne læsi ab aliquo, eum mox damnemus, sed potius lucrifacere studemus, vt quamuis intractabilior sit, quam tuum discipulum deceat, tamen omnia priuatim & publicè tentemus, priusquam pro ethnico & publicano habeatur. Quod verò cum ijs agendum erit, qui ipsi sponte culpam agnoscunt, & nobiscum in gratiam redire cupiunt? Enimvero, maiori indulgentia isti tractandi sunt. Verum tamen cauendum esse arbitror, ne dum hæc nimia est, illi non lucrifaciant, sed potius sensus esse videtur, qui procul dubio putauit, se magnū quid præstare si hoc faceret, & omni hominis Christiani officio abundè defungi.

Cæterum si rem ipsam propius consideres, videbis illum, dum de re bona & iusta quæstionem mouet, & germanus Christi discipulus videri vult, non vno modo peccare. Nam primò affectui priuato indulgens, præiudicio suo fallitur, hoc à Christo probari & confirmari cupit. At boni discipuli est, simpliciter querere de præceptoris sui sententiâ. Deinde animum vindictæ cupidum prodit, dum scire cupit, quis ignoscendi & condonandi finis esse debeat, & quando licet utrumque vlcersi, qui non contentus semel & iterum nobis iniuriam fecisse, nouas inde prioribus accumulât. Sunt tales hodie multi, qui etsi Verbi Dei studium plane in ore profitentur, tamen de multis rebus similes quæstiones eodem plane animo proposito mouent. Faciunt hoc, quantum ne scelus sit scortatio, quantum ne cælibes virginum aut matronarum pudicitia insidiantur, aut libidinibus longioribus sese polluant. Vel annon durior æquo & crudelis nimium sit inuenientia, quæ ad adulterium capite plectendum esse sentiunt? Num vitium tam inuenientia sit ebrietas & perporandi studium, vt legibus publicis coerceri mereatur? Num qui vt rei domesticæ consulant, pecuniam suam dant scœnori, & vsuris fratres exuuant, digni censeri debeant, qui à regno Dei excludantur? Et si quæ alia hodie in Christo

Christiani nominis professores in quaestionem veniunt. At isti omnes, ut pietatem & religionis studium simulent, non aliud quam licentiam quaerunt, ut excussio Christi iugo pessimis suis cupiditatibus indulgeant. Nisi enim hoc agerent, facile viderent, in his omnibus non multa quaestione opus esse. Etenim Lex Dei est: Ne sit scortum in Israele. Et in nouo Testamento Apostoli clamant: Scortatio & omnis impuritas, ne nominetur quidem inter vos. Item, Propter fornicationes suam quisque uxorem habeat, & proprium quaque virum habeat. Et rursus de alieni thori violatoribus Deus pronunciauit: Qui adulterium committit cum uxore proximi sui, morte moriatur, tam ipse quam adultera. Idem Væ illud horrendum ebriositas per Prophetas denuntiat, & non solum deportationem in alienas terras, sed infernales quoque poenas eis minatur. Vsuras verò morsum vocat Deus qui nemini inferri debeat, & inter montis sancti ciues nominantur, qui ab illis abstinent. Et notum est, quid de his omnibus Christus per electum illud organum, Paulum Apostolum, dixerit: Ne erretis, neque scortatores, neque idololatras, neque moechi, neque molles, neque qui cum masculis concumbunt, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque conuiuatores, neque rapaces regni Dei hereditatem consequentur, &c. Quid ergo quaerere aut disputare opus est de ijs, de quibus iam olim Deus suam sententiam tam disertè protulit: Rata hæc erit in æternum, neque nostris disputationibus aut iudicijs mutari vel aboleri poterit. Quin ergo in hoc speculo partim que contra Dei leges designauimus, cõtemplamur, partim agnita simul infirmitate nostra cum Apostolis precamur, ut Deus fidẽ nobis augeat, & vires largiatur, ut post hæc præceptis eius obedire possimus.

Sed audiamus quid Dominus Petro respondeat: Non, dico tibi, septies, sed septuagies septies. Corrigit primò Petri præiudicium, adeoque nullius aestimat hoc, in quo ille sibi mirificè placebat. Quasi diceret: Quid de septenaria remissione dicis o bone? Etenim si legi charitatis satisfacere, & meus discipulus atque regni mei hæres esse velis, ei qui in te peccauit, & ut sibi ignoscas precatur, septuagies septies remittere oportet: qui numerus quadringenta & quadraginta nouem facit. Apud Lucam, ut in die septies remittamus, iubet. Ponitur ergo numerus finitus, pro infinito, & sensus est: Remissionem delictorum, quibus in nos peccatur, nulli certo numero astringi debere, sed quotiescunque illam à nobis petunt, qui nos offenderunt, & nos ad ignoscendum faciles & promptos esse debere. Idque simpliciter affirmat, ut omnem prætextum eripiat ijs, qui sibi plus quiddam quam alijs licere putant.

At quia carnis ingenium est, difficilem admodum sese præbere, & benefacientiam mox fatigari, prodest certas rationes in promptu habere, quibus nos ipsos extimulemus. Inter has primum occurrat, nihil iniquum à nobis exigi, neque aliud Deum iubere, quam quod ipse facit. Etenim non possunt homines contra nos aliquid designare, quod non ipsi prius in Deum perpetrauerimus, ut supra cap. 6. demonstratum est. Attamẽ, ut tibi ille ignoscat precaris, & hoc ille liberaliter facit ijs, qui eius gratiam seriò implorant. Cur igitur tu ijs, qui eiusdem sortis & conditionis sunt, te duriorẽ præbeas? Deinde memineris, nihil tibi accidere inscio aut nolente Deo qui ut alijs nos offendat, iusto iudicio permittit, vel alicuius boni causa, quod ex eo sequeretur, vel quod nos iam ita meruimus, aut quod carnis nostræ petulantia sic coerceri opus est. Prioris exemplum in Iosepho habes, quem à fratribus vendi & in Ægypto seruum fieri voluit Deus, ut ea occasione euectus seruaret populum multum. Et hoc ille perpendens fratribus culpam deprecantibus facile ignouit. Posteriorius verò David obseruans, patienter ferebat maledici Semei conuiuia, & quæcunque aduersus ipsum improbi hostes designabant. In primis hoc tenere oportet, quando conuiujs petimur atrocioribus. Quia enim vitia nostra ipsi non agnoscimus

Deut. 23.
Ephes. 5.
1. Cor. 7.
Leuit. 20.
Amos 8.
Isa. 5.
Deut. 23.
Psal. 15.
1. Cor. 6.

Rationes quæ
ad cõdonandũ
nos excitant.

Psal. 105.
Gen. 45. 50.
2. Sam. 16.

mus, amici verò nostri eadem dissimulant, vel prae amore etiam non vident, vel metu ignaui non audent carpere, hostium linguas in nos acuit Deus, ut ex his audiamus quae nobis cognitu sunt necessaria. Captemus ergo hanc utilitatem ex inimicis (ut gentium sapientes monuerunt) nec patienter modo feramus quod faciunt aut dicunt, sed ex animo condonemus resipiscentibus. Quanta enim utilitas ex inimicis sperari potest, qui cum inimici essent, nobis beneficium non vulgare conferunt? Tertio cogitemus, nos nobis vix alia ratione melius consulere posse quae huius seculi vitam. Ita enim nos liberamus odio & invidia, pessimis affectibus, ubi dominantur, cor exedunt, vitam amaram reddunt, imò dum valetudini officunt, illius cursum abruptunt. Postremo, ut Christi praecepto obediamus necesse est. Quia enim vita haec iniuriarum plena est, quas alij alijs scientes & ignorant, volentes & nolentes faciunt, nisi ad condonandum propensi simus, nulla inter homines amicitia, nulla concordia, nulla pax consistere poterit. At quid istis laboratis, in vita haec iucundum erit? Solem è mundo tollunt (dicebat Cicero) qui amicitiam è vita tollunt. Accedit, quod nisi alij alijs offensas remittamus, nos ipsos diabolo ipse Christus prolixè disseret. Nunc sufficiat has rationes breuiter annotasse, ut harum consideratione innatam nobis vindictae cupiditatem restringamus, quando iniuriarum impatientia nos sentimus tentari.

Porro quod alibi monuimus, hic quoque repetendum est, Christum de priuatis iniurijs & offensis loqui, quarum remissio nostri iuris est, ut sic dicam, ut nulla ex hac ad alios iniuria aut noxa redundet. Cauendum ergo, ut ita illas condonemus, ne probare videamur ea, quae per se iniqua sunt, & Deo displicent. Nam si hoc facere & proximo nocemus, qui adulatione ista in scelere confirmatur, & Dei gloria derogamus. Multò minus ergo doctrinam hanc ad se transferre debent, qui in magistratu ad Reipub. gubernacula sedent, & quibus iudicia sua Deus commisit, ut scelera puniant, & malum è medio populi sui extirpent. Etenim ut alij alijs ignauius necesse est, & culpam deprecantibus propitij simus in ijs quae ad nos priuatis spectant. At alia est magistratuum conditio, qui ex officio, quod eis Deus impositum fuit, iniurias & malefacta punire debent, & licet nemo accuset, improborum peccantiam, imposturas & violentiam dignis supplicijs coercere. Vehementer ergo peccant illi, si quod priuatis hominibus dicitur, ipsi sibi applicent nulla sui rationis aut officij ratione habita. Excusant quidem sese nonnulli, dum impostoribus iniquis vel sceleratis pareunt eorum textu, quod nemo de illis conqueratur, nec accuset aut ut puniantur petat. Atqui calua planè est ista excusatio. Laudem merentur illi, qui sibi factas iniurias condonant, & hominis Christiani officij faciunt. Ignauia autem & iniusta dissimulatione peccat iudex, si per ipsum scelera impugnantur: nam & improborum audaciam auget, & impunitatem inuehit, quae Reipub. nocet, & eos negligit, quorum fortunas, famam, corpus tueri debebat. Solomon dicebat, aequè Deo exosum esse eum qui fontem absoluit, & eum qui fontem damnat. Prou. 17.

Præterea consoletur nos locus hic aduersus conscientiae tentationes, quas Satan mouet, si quando in peccata relabimur. Tunc enim persuadere conatur, quod agnos nos esse, quorum rursus misereatur Deus, ut iterum in gratiam recipiat, quod ipsi turpiter prostituerimus. At tunc meminerimus, Deum ipsum hoc facere, quod à nobis exigit. Nec enim à nobis superari vult misericordia, bonitate, & gratia debitorum remissione, quae propria ipsius opera sunt, & (ut saepe diximus) in omnibus iudicijs eius eminent. Perpetuae item sunt promissiones illae: Vivo ego, & nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Ego ego sum ille ipse, qui transgressiones tuas deleo, idè propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Et illud

Et illud Christi semper ratum erit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Quæ omnia sic prædicantur, ut nulla vel conditio vel exceptio adijciatur, quæ gratiam hæc restringat, aut aliquem eorum excludat, qui serua peccatorum pœnitentia tangitur, & cum fit de vera ad thronum gratiæ Dei recurrit. Exempla quoque passim extant eorum, qui etsi ad eundem lapidem sapius offenderint, tamen Dei misericordia seruati sunt, si ad illum conuersi hanc non fictis lachrymis experiuerunt. Testatur hoc totus ludicum liber, ut priuatorum hominum exempla præteream. Sed & ex filij Dei mandato quotidie precamur: Remitte nobis debita nostra: quæ precatio frivola & irrita esset, si relabantibus in peccata remissio negaretur. Confutatur igitur hoc loco Nouatianorum error, qui relapsis post baptismum pœnitentiam & remissionem peccatorum negabant, quod ipsum ferè nostro seculo Anabaptistæ faciunt. Contra quos olim ex præsentis loci autoritate rectè dicebat Chrysostomus *Χιλιά- τις μετανοήσας έσειλθθι*, id est, quin millies respiciens ingredi. Sed plura de hac re in parabola dici poterunt, quæ proxime sequetur. Nunc immensam Dei bonitatem agnoscamus, qui fores gratiæ misericordiæ nulli respicienti claudit, & eundem precemur cum Apostolis, ut fidem nobis confirmet & augeat, ut erga quosuis officio charitatis defungamur in hoc seculo, in cœlis autem viuamus olim & regnemus cum æterno Dei Filio IESU CHRISTO, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Matth. 11.
Ioan. 7.

H O M I L I A C C X X I I I .

Propterea simile est Regnum cœlorum homini Regi, qui voluit conferre rationem cum seruis suis. Et cum cepisset conferre, oblatu est quidam debitor decies mille talentorum. Cum autem is non posset hæc reddere, iussit eum dominus eius vendari, & uxorem eius & liberos, & omnia quæ habebat, & reddi debitorum. Procidens ergo seruus ille adorabat eum, dicens: Domine, esto longanimis erga me, & omnia tibi reddam. Commotus autem misericordia dominus serui illius, dimisit eum, & debitum remisit ei.

ET si charitate fraterna nihil iucundius, nihil salutaris & magis necessarium sit, multa tamen quotidie fiunt ex innato hominibus philatiæ & priuatæ cupiditatis vitio, quæ illam dissoluunt & turbas pariunt. Aduersus ea remedium nullum præsentius est, quam ut absque mora reconciliemur cum ijs qui nos offenderunt. Ut enim ignis subito accensus, facile restinguitur, si confestim aquam infundas, idem verò si cuncteris, vires acquirit & incendium parit inextinguibile: ita non magni laboris est dissidia componere, si in tempore ijs occurratur, priusquam ira in odium & hoc in inimicitias implacabiles exarserit. Idcirco Dominus noster IESVS CHRISTVS, qui discipulos suos in dilectione mutua synceros & conlatis, cuncterur, tu prior illum conuenias, & omnia tentes, quibus possit lucrifernes, tu te facili pœnitentia ductus petat, ut culpam admissam ipsi condoniam sibi dari petat, tunc quoque illam impetret, adeo ut ne septuages septies repetitis offensis te superari sinas, quò minus conuersum & culpam deprecantem sunt, inter quæ grauissimum meritò censerì debet, quod nisi id fiat, salus nobis constare non potest, cum proprijs precibus nos ipsos damnemus, quoties dicimus:

In offensis eius
reconciliatio
ne opus est.

Remitte nobis debita nostra, sicuti & nos remittimus debitoribus nostris. At quoniam in hoc certamine cito fatigamur, si iniurius in nos esse pergat is, cui aliquoties ignouimus, totam hanc causam eleganti parabola illustrat Dominus, qua ipse nobis exemplum nobis proponit, & hoc ita tractat, ut communis sensus vnumquemque admonere possit, inexcusabiles esse eos, qui illud imitari dedignantur.

Argumentum
& partes parabola.

Partes parabola tres sunt. Prima Dei bonitatem commendat, qui miseris nobis debita quantumuis multa & magna gratis remittit, si id serio petamus. Secunda communem malitiam & ingratitude arguit, plerique in Deum & homines peccant, dum se immites & inexorabiles praebeant fratribus & seruis suis, qui ipsos offenderunt. Postrema poenam istis denuntiat. Primam partem modo recitauimus, quam ita proponit Dominus: Propterea simile est regnum caelorum huic regi, qui voluit conferre rationem cum seruis suis, &c. Regnum caelorum vocat totum Ecclesiam & salutem, quae in hac sola inuenitur, mysterium siue dispensationem. Sensus itaque verborum Christi est: Negotium salutis aeternae inter Deum & homines ita se habet, ut inter herum & seruos solet fieri quoad dispensationem pecuniarum & aliarum rerum temporalium. Estque haec parabola pars diligentiori consideratione dignissima, quia vniuersum nostrae iustificationis mysterium ex quo omnis salus nostra dependet, ceu in tabula spectandum proponit. Ut ergo res illustrior sit, & melius seruiat institutioni nostrae, singula illius membra ordine inspiciemus.

Deus Regi confertur ratione
conferenti cum
seruis suis.
Isa. 66.

Principio Deus homini Regi confertur, rationem cum seruis suis conferenti. Rex dicitur Deus, utpote omnium creator & Dominus, cuius nutu omnia reguntur quae in caelo & in terra sunt. Talem se ipse profitetur, dicens: Coelum thronus meus est, terra vero scabellum pedum meorum. Idem vero homo dicitur, partim propter amorem, quo genus humanum complectitur, & quo sese demittit, & nostro captui accommodat, ut pleraque de illo in Scripturis ἀνθρώπων ἄνωθεν dicantur, partim quod aeternus ille Filius, qui vnum cum Patre est, hominem in personam unitatem assumpsit, ut idem Deus & homo sit. Is in seruos suos inquit, & rationem cum illis conferre dicitur: Non est ergo otiosus, qualem Epicurus fingebat, neque seruus eorum quae in terris fiunt, ad cardines caeli obambulat: sed ut omnia Verbo suo omnipotente creauit, ita omnia videt, seruat & gubernat. Idem quia sapientissimus & iustissimus est, nihil temere, sed omnia certa cum ratione facit, neminem item ἀπίστω, id est, indicta causa damnat, sed omnium quae fiunt aut iam facta sunt, rationes & causas inspicit & aequali lance examinat. Adhuc ut bonus paterfamilias a seruis suis: ita ille ab hominibus, quorum seruitio vititur, dictorum & factorum omnium rationes exigit. Quo loco in primis meminisse oportet, neminem mortali tantae auctoritatis aut tam potentem seu astutum esse, ut sese subducere, aut quod minus rationem reddat subterfugere possit. Citat enim ille nos quandoque in graues conscientiae tentationes, quae omnium quae vnquam fecimus aut diximus memoriam renouant. Fit idem in mortis articulo, & olim publice in totius mundi conspectu fiet in glorioso Filii Dei aduentu, quando non factis modo nostris, verum etiam quouis verbo otioso rationem reddemus. Neque hic testibus aut iudicibus opus erit Deo, qui nihil ignorat, sed corda & renes scrutatur, & vnumquemque proprio conscientiae testimonio conuincit. De eo omnes perpetuo cogitare debebant in sua vocatione, ut actioes suas secundum illius voluntatem instituerent, cuius de illis ratio erit reddenda. At hic plerique offendunt, dum alij carnis suae rationes sequuntur, alij mundo placere studet, multi principibus suis obsequuntur. Atque primo concupiscit aduersus spiritum & qui hominibus vel mundo placere voluit, Dei serui non sunt, imo amicitia mundi huius est inimicitia cum Deo. Deinde ad Dei tribuenda omnia

Matth. 12.
Ierem. 17.
Psal. 7.

Galat. 3. 1.
Iac. 4.

omnes sistentur, vbi neq; mundi fauor, neque principum autoritas nos tuebitur: imò tecum coram illo iudice sistentur hi, quos tu tibi patronos fore speras, & illis ipsis testibus conuincèris, te mundum & eius amicitiam pluris fecisse quàm Deum & Verbum eius, ideoq; dignū esse, qui cum mundo incurabili & eius principe con-

Rom. 14.
2. Cor. 5.

demnèris. Vide Matth. 10. Marc. 8.

Porro rationem conferenti cum seruis hero isti offertur quidam debitor decies mille talentorum. Talentum non eiusdem valoris apud omnes gentes fuit, vsi-

Que nostra cō
ditio coram
Deo.

calculo constat, qui antiquitatis inuestigatores diligentissimi fuerunt. Itaq; decies mille talenta milliones coronatorum sex, conficiunt. Notatur ergo summa, quam nemo seruus possit soluere, vtpote qui iam ante seipsum & omnia sua hero debeat.

Lex rationa=
rium Dei.

Est autem seruus hic typus humani generis, & quæ omnium nostrū conditio sit, docet. Sumus omnes Dei serui, & vt tales simus, ab illo conditi: Vt autem in istis rationibus omnes serui debitorum fuerunt, ita de nobis fiet, si rationes nobiscum

Deut. 6.

Deus subducat. Vt enim viri principes & opulenti in rationem suarum codicibus habent titulos varios & diuersos: ita Deus in Lege præcepta habet omnis generis, quibus quid ipsi debeamus docet. Sūt primæ tabulæ præcepta, inter quæ præcipuū est, vt vnum Deū agnoscamus, in quo omnis salutis fiducia nobis reposita sit: & ad huius præcepti expositionem facit, quod Moses dicit: Audi Israel, Dominus Deus

tuus Deus vnus est. Dilige igitur Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. Item, Dominum Deum tuum timebis, & ei soli seruias. Alterum præceptum est, ne Deo alicuius rei similitudinem affinga-

Leuit. 19.
Luc. 10.

mus, neq; cultum aut honorem aliquem simulachris qualibuscunque tribuamus. Tertium, ne sacrosanctum Dei nomen temerè vsurpemus, multò minus eo impie ad dolum & scelus aliquod abutamur. Quartum, vt Sabbatum sanctificemus, & quod Deus sibi consecratum esse voluit otium nullo labore non necessario, nullo item scelere prophanemus. Sunt deinde præcepta secundæ tabulæ, quæ omnia sub

fraternæ charitatis Lege continentur, quæ vt proximum sicuti nosipsum diligamus iubet. Verat ergo cædes, adulteria & stupra, furta & rapinas, testimonia falsa & ca-

Matth. 5.

feri optimus interpres Christus, & reos agit omnes, qui aliquid cōcupiscunt, quod Lex tangere prohibet. At si Legis codicem siue tabulas proferat Deus, & a primo præcepto exorsus rationes dictorum & factorum nobiscum conferat, nos in omni-

Acto. 17.
Dei debitores
sumus.

bus illis transgressores, & proinde debitores Dei esse patebit, eoq; grauius & infolubilius esse hoc debitū, quòd cum à Deo quotidie nouis beneficijs accumulamus (vt qui in illo viuimus, mouemur & sumus) non modò nihil pro illis rependimus, sed neq; debita officia illi præstamus, quibus sumus obstricti. Quotus enim quisq;

est, qui vni & soli Deo fidat in omni periculorum genere: cuius cor non aliò interdum respiciat: qui illum ex toto corde amet & veneretur: qui non aliquando illi mundum, honores, opes, voluptates præferat: quem item dabimus, qui non inter-

in hoc mundo veneratur & suspicit: Quis verò gloriari poterit, se nunquam Dei nomine ab usum esse, aut saltem incogitantius quàm decebat illud nominasse: Aut quis ille est, qui dicat, se Sabbatum semper sanctificasse: aut qui negare possit, se il-

lo die sapius fecisse, quæ nunquam fieri debebant: Idem dici poterit, si ad secundæ tabulæ præcepta vitam antea actam & nosipsum examinemus. Nam etsi obsequium & honorem debitum præstemus parentibus ijs, qui parentum loco sunt, etsi ne-

minem occidamus, nullum thorum violemus, nullius pecunias aut facultates præ-

ter ius rapiamus, linguam deniq; contineamus ne quem lædat, quis se ab omni cupiditate immunem dicere poterit: In multis labimur omnes, vt Apostolus ait, &

Iac. 3,
Pro. 24,
Isa. 64,
Deut. 2.

• Psal. 65.

• Quid merean-
tur omnes ho-
mines.

• 1. Cor. 4.

• Matth. 16.

• Quid facien-
dum peccatori-
bus.

septies in die cadit iustus: & quia cum bonis nostris operibus carnis cupiditates & cogitationes pravae concurrunt, iustitiae etiam nostrae instar sordidorum centonum pollutae sunt. Ergo in Dei aere sumus, & omnibus dici potest, quod olim Iudaeis dicebat Moses: Hoccine rependis Domino popule stulte & non sapiens? Sumus autem debitores decies mille talentorum; id est, peccata nostra tam multa & tam grauius sunt, ut non simus soluendo. Superant enim (ut Dauid ait) omnes nostras vires & facultates, quae reuera nullae sunt. Intellectus hominis animalis non percipit quae sunt spiritus Dei. Voluntas igitur ad malum propendet, & omnia cordis figmenta ab ineunte aetate pravae sunt: neque ipsi his morbis possumus mederi, qui ex nobis ipsis ne ad cogitandum quidem idonei sumus. Et haec quidem ira se habere, fatentur omnes, qui in Dei rationario vel Legis speculo sese paulo diligentius contemplati fuerint.

Quid ergo meremur, si Rex & herus noster Deus ius suum persequi velit? Hoc in praesenti Christus docet, de seruo isto dicens: Cum autem non posset hoc reddere, iussit eum dominus eius venundari, & uxorem eius & liberos, & omnia quae habebat, ac reddi debitum. Quae verba non eo sensu accipi debent, quasi hac ratione hero isti satisfieri, ac debitum omne dissolui poterit. Quem enim seruum dabit tanti pretij, qui etsi cum uxore, liberis & omnibus suis fortunis vendatur, pro tanta summa aeris alieni possit satisfacere? Enimvero cum & ipse & quaecumque habet, seruitij iure ad herum pertineant, hic quidem quod suum est repetere poterit, de summa vero debiti nihil decedet. Eadem plane est omnium nostrum ratio. Etenim Deo nos ipsos & omnia nostra debemus, nec aliquid habemus quod non ab eo acceptum catur. Peccando autem debitores & rei mortis sumus. Quia vero vnumquodque peccatum mortem sempiternam meretur (Dei enim dictum siue decretum est: Quaecumque de ex arbore hac comederis, morte morieris. Item, Maledictus qui non fecerit omnia quae scripta sunt in libro Legis huius) quid fiat, si tot millia peccatorum concurrant, quae ab ineunte aetate cogitando, concupiscendo, dicendo item & faciendo, imò etiã tacendo & otiaudo, id est, debitum obsequium aut officium negligendo, commisimus? Nulla ergo spes satisfactionis reliqua est. Vendatur totus mundus, eius tamen pretio ne vnus quidem hominis anima redimi poterit, teste Christo, qui nuper dixit: Quid prodest cupiam si totum mundum lucratus fueris, anima vero tua mulctetur? aut quam dabit homo compensationem animae suae? Nemo igitur ex hoc loco satisfactionis meritum colligat, quod omnino nullum est. Neminem pro more veterum loquitur Christus, qui erat, ut debitores qui soluendo deberent, vel vinculis constringebantur, vel vendebantur, aut etiam si pluribus vendiderent, in partes secarentur. Fuerunt enim antiqui iustitiae & fidei datae acerrimi vindicantes, & inter gentes ferè omnes grauius animaduersum fuit in eos, qui sub praetextu creditorum fallebant. Nam ut apud Gellium legitur, adimi vel e medicis si putauerunt subsidium hoc inopiae temporariae, quo communis hominum vita maxime indiget, si perfidia debitorum sine graui poena eluderet. Ceterum Christus in praesenti venditionis meminit, ut doceat, quid mereamur, si Deus stricto iure nostra scum agere velit, & (ut ex sequentibus patebit) quam necesse nobis sit ad miseriam diuinae Dei thronum supplices confugere. Venditio enim haec alienationem a Deo dederunt: & cum Dei serui esse deberent, Satanæ sese manciparunt. Atqui hoc omnibus hominibus dici posse, si quales natura sua sint spectes, Apostolus testatur, de seipso loquens: Lex spiritualis est, at ego carnalis sum, venundatus sub peccatum, &c. Rom. 7. cap.

• Quid ergo faciamus aliud, quam quod de isto seruo dicitur: qui prociens ad heri pedes adorauit eum, dicens: Domine, esto longanimis erga me, et omnia tibi reddam. Agno

Agnosceit se miserum esse, cui gratuita remissione opus sit: Petit autem dilationem, & omnia se reddere velle pollicetur: quod de more debitorum dicitur, qui soluendo sunt: vel potius arguitur vulgaris obaratorum leuitas, qua non pudet eos polliceri, quod se nunquam præstituros esse norunt. Itaque hoc minime in exemplum trahi debet, quoad causam hanc, quæ nobis apud Deum agenda est, cui (vt paulò ante diximus) nemo potest satisfacere. Itaque in eo solo imitemur seruulum hunc, vt primò toto corde contriti procidamus coram Deo & sub eius potenti manu humiliemur. Non desperemus autem, sed adoremus illum, & precibus testemur, nos de eius misericordia spem bonam animo concepisse. Quoad verò solutionem debitorum nostrorum, nihil polliceamur, sed fateamur ingenuè, hæc plura & grauiora esse, quàm vt simus soluendo. Velle quidem & optare ex animo debemus, vt Deo possimus satisfacere: sed quia ad eam perfectionem nunquam peruenire possumus, quoad in carne hac viuimus, fateamur Deo quod res est, ne Pharisaorū confidentium similes efficiamur, qui dum suorum meritorum enumeratione & euentis satisfactioibus Deo volunt fucum facere, seipso fallunt, & debitorum mentitis magis aggrauant. Nos cum Dauide & alijs sanctis Dei seruis dicamus: Ne intres Domine in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo vllus viuens. Si iniquitates obserues o Deus, Domine quis subsistet? Delictorum inuentus tuæ & transgressionum mearum ne memineris: sed secundum clementiam tuam memento mei, propter bonitatem tuam. Huius generis exempla in Nouo etiam testamento occurrunt, vt peccatrici, quæ ad Christi pedes conficiens, eos lachrymis ex contrito corde manantibus abluit: publicani item, qui non ausus oculos ad Deum attollere clamabat, Domine, propitius esto mihi peccatori, &c. Luc. 7. & 18.

Luc. 18.

Psal. 130.
130. & 25.

Horum vestigijs si insistamus, nostræ salutis consistum erit. Docet hoc Catastro phe huius loci, plena consolationis. Dicit enim Christus: Commotus autem misericordia Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum remisit ei. In quibus verbis primò obseruari debet, salutem nostram ex gratuita Dei misericordia pendere, vt modò diximus. Non enim temerariæ & stultæ promissionis ergo, qua debiti solutionem seruulus iste pollicitus fuit, herus illi pepercit, sed misericordia motus hoc fecit. Ita nullo nostrorum operum aut meritorum respectu, sed ex gratia nostri miseretur Deus. Eo autem argumento eius bonitas commendatur, quod licet inter precandum multa temere & ineptè effutiamus, multa etiam indignè faciamus, quando optimi sumus, non tamen illa nobis fraudi esse vult Pater ille indulgentissimus, qui nos ex terra & puluere factos esse nouit, & proinde infirmitatis nostræ rationem habet. Deinde modus & ordo salutis indicatur, quando seruulum hunc dimisit herus, & debitum ei remisit. Dimissione opus habebat, quia iam vincius tenebatur, vt abductus venundaretur. Rursus vt dimissio illa securum faceret, remissione debiti opus erat. Ita nobiscum agit Deus. Nam vt nuper monuimus, sumus nos quoque vinculis peccati & vitiosa naturæ constricti: sed dimittit nos Deus & libertate donat: ne peccatorum conscientia nos salutis incertos & anxios perpetuò detineat, illa liberaliter remittit & condonat. Postremò ne Deus hic aliquid temere aut leuiter, vel etiam iniuste agere putetur, meminisse oportet, remissionem peccatorum gratis quidem fieri quoad nos, qui non sumus soluendo, interim autem iustitiæ Dei iam pridem satisfactum esse per Filium Vnigenitum, qui homo factus debitum illud peccati, quo tenebamur, in se recepit, pro eodem mortis & sanguinis sui merito satisfecit, & chirographum Legis, quod aduersum nos erat, cruci affixum è medio sustulit. Et hoc illud est, quod olim per Isaiam promisit Deus: Ego ego ille ipse sum, qui deleo transgressiones tuas, idè propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Itaque nobis horum omnium vsus esto, vt primùm agnoscamus nos

Deus ex gratuita misericordia igno'cit peccatoribus.

Psal. 103.

Coloss. 2.
Isa. 43.

Ioan. 14.

1. Pet. 1.

peccatores esse ac mortis aeternae reos. Deinde ne ideo desperemus, sed confugiamus ad thronum gratiae Dei per fidem in IESUM CHRISTUM, cuius sanguine peccata nostra deleta sunt, & qui via est vnica, qua ad Patrem venit. Non dubitemus autem de satisfactione eius, ne forte illam non ratam habeat Pater. Hic enim ipsum nobis Seruatorem praedestinavit ab aeterno, eundem priscis patribus promissit, & de eodem caelitus testatus est, dicens: Hic est Filius ille meus dilectus, in quo placatus sum. Idem ille omnes, qui laborant & onerati sunt, ad se vocat, & neminem ad se venientem rejicit. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

H O M I L I A C C X X I I I I.

Egressus vero seruus ille inuenit vnum ex conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & prehensum illum suffocabat, dicens: Redde quod debes. Proci-dens ergo conseruus eius ad eius pedes, precabatur eum dicens: Estu longanimis erga me, & omnia reddam tibi. Ille vero noluit: sed abiens coniecit eum in carcerem, quousque redderet debitum. Cum autem vidissent conserui eius quae facta fuerant, contristati sunt vehementer: & cum vidissent declararunt domino omnia quae facta fuerant. Tunc eo aduocato dominus ipsius, dixit ei: Serue male, totum debitum illud remisi tibi, quia precatus es me. Nonne oportuit & te misereri conserui tui, vt & ego tui, miserus sum? Tunc iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, vsquequod redderet illud omne quod sibi debebatur. Ita & Pater meus caelestis faciet vobis, nisi remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris offensas eorum.

Parabola statuas.

Dominus noster & Seruator IESVS CHRISTVS parabola ista docet, vt fratribus, qui nos offenderunt, iniurias & offensas debeamus remittere. Eligenda doctrina haec plus quam necessaria, partim quia offensarum plena sunt omnia, & ideo nisi alij alijs condonemus, pax & concordia inter homines nulla esse poterit, partim quod neque quoad animas salui erimus, eo quod talis erga nos Deus est, quales nos sumus erga alios, & idcirco hunc quoque implacabilem sentient, quocumque fratribus veniam petentibus se duros & difficiles praebent. Quia vero natura vindictae cupidi sumus, & plerunque homines spectamus, qui ex illa fortitudinis laudem aucupantur ad exemplum Patris sui caelestis nos reuocat Dominus, cuius paternam bonitatem nuper ceu in tabula nobis spectandam proposuit. Etenim eadem omnium nostrum conditio est, si rationem nobiscum conferre & iudicare velit Deus, quae serui illius, qui decem millia talentorum debuit. Debetur ergo profus alienari a familia Dei, & Satanae tradi, vt aeternum multarentur. Sed remittit nobis debitum omne Deus ex gratuita misericordia propter filium suum vnigenitum, qui pro nobis spondit & satis fecit. Huius ergo nos meminerit, nisse decet, vt cum Dei Filij esse & dici velimus, patris nostri bonitatem imitemur. At sequitur secunda parabolae pars, qua in illo ipso seruo, qui tantam heri de-mentiam expertus fuit, comunem hominum malitiam & ingratitude. Etenim legimus, quae plerique non in homines modo, verum etiam Deum ipsum peccant. Etenim legimus, quod a conspectu & domo heri exiuisse dicitur, quando haec fecit. Indicatur causa omnis mali quae est, quod non manemus in Deo. Qui enim in hunc intenti oculi & perpetuo in consideratione bonitatis eius versantur, ij quocumque oculos eorum cunxerunt, clara & perspicua illius testimonia vident, quae ipsos non sinunt durare & in-

Communis hominum malitia et ingratitude.

cum ipsi summam tam magnam remisisset herus: quod item sui loci & ordinis hominem ita tractat, in cuius corpus ipsi nullum ius erat. Nam etsi centum denarios ipsi deberet, non tamen ideo herum eius seruitio fraudare debuit. Hæc autem ita narrantur à Christo, ut imagine ista doceat, quid fieri soleat, quando carnis affectu homines indulgent. Primum immemores gratiæ Dei, quam quotidie sentiunt, impotenter & inhumaniter agunt, imò hostiliter, cum ijs, quos pro conferuis agnoscere & amare debebant. Surdi item fiunt, ut deprecantes non audiant, neque videant in illis quid de ipsis futurum esset, si suum ius vellet Deus contra ipsos persequi. Ita verò non in eos modò peccant, qui ipsos offenderunt, verum etiam in eorundem coniuges, liberos & multos alios, quibus illi suam operam præstare debebant. Taceo eos, qui iram suam eò usque fouent, ut in posteris quoque vlciscantur sibi factam iniuriam. At dum hoc faciunt, plerunque in ipsum Deum iniuria ista redundat. Nam miseris illis authores sunt, ut impatientius sortem suam ferant, in vindictam cupiditatem ipsi quoque exardescant, & cum precibus assiduè Deum inuocant, & eidem gratias agere deberent, querelis impijs & murmurationibus in illum potestatem debebant quærere. Itaque in hac imagine seipsum contemplantur omnes homines, & quando serui istius inhumanitatem odio dignam esse vident, meminerint eadem culpa ipsos quoque teneri, quando sibi factas iniurias vlcisci volunt.

Deus nouit vt
à nobis tracten-
tur conserui.

Ierem. 23.
Psalm. 1. 3.

1. Ioan. 4.
Eccli 35.
Psalm. 56.

Apoc. 19. 22.
Luc. 15.

Psalm. 94.

Pœna implacabilium.

At quia de his plerique rarius cogitant, tertiam parabolæ partem Christus subiecit, qua docet ista non impunè fieri, dicens: cum autem vidissent conserui eius quæ facta fuerant, contristati sunt vehementer: & cum venissent declarunt domino omnia quæ facta fuerant. Dicuntur ista de Deo *αὐθρονομάθω*. Etenim ei minime opus est nuntijs, qui quæ in terris inter homines fiunt, ad ipsum referant, cum ipse cœlum & terram impleat, & ubique præsens, omnia videat & norit. Sensus ergo est, inhumanos illos, innumeros testes habere aduersarios, qui apud Deum de ipsorum improbitate testentur, & huius vindictam stricto iure postulent. Faciunt hoc hi ipsi, qui læsi sunt, quorum clamores & gemitus Deus clementer exaudit, eò quod vindictam non perant. Qui enim ipsa charitas est, non potest non irasci, si quos iniuste & iniuste affligi videat. Sic lachrymæ viduarum in cœlum redundare dicuntur, & Dauid suas lachrymas à Deo colligi dicit, & in huius conspectu semper conparere. Sed & pii quique, quando vident aliquos ex conseruis suis inhumaniter tractari, ijs condolent, & Deum pro eis precantur, ut miseros & afflictos vident. Sunt etiam conserui nostri Angeli (quod ipsimet fatentur) & quia nos amanti, & conuersione atque salute nostra gaudent, Christo teste, non possunt non contristari, quando ea fieri conspiciantur, quæ nos ab officio reuocant, & quo minus in via salutis pergamus, impediunt. De his cogitare debebant stulti illi Nabales qui se Deo oculos latere putant, & dum non solum iniurias sibi factas inhumaniter videntur, verum etiam innoxios insolenter affligunt & atterunt, dicere audent: Dominus non videt, Deus Iacob non intelligit. At audiant illi ipsis respondentem Spiritum Sanctum: Intelligite o insipientes in populo & o stulti, quando sapietis? Numquam autem plantauit, non audiet, num qui oculum finxit non videbit? Meminerint ergo tot coram Deo testes contra nos stare, quot nobiscum viuunt homines. & nulli essent angeli, inanimes creaturæ, cœli denique & terra exhorrescunt ad eorum crudelitatem & ingratitude, qui Dei miserentis bonitatem, toties experti, conseruos & fratres suos iniqui & inhumani esse pergunt.

Sed quid porro factum sit, audiamus. Herus aduocato seruo illo, eius improbitatem duriter arguens, dixit ei: Serue male totum debitum illud remisi tibi, quod precatus es me, &c. Habent singula verba suam Emphasis. Seruū malum vocat. Quasi diceret: Seruus frugi & fidelis esse debebas, ac mihi gratiam bonam reddidisti.

dere: sed reuera seruus nequam & malitiosus es, qui mihi & alijs molestiam facis. Et talem esse probat: Ego tibi remisi totum illud debitum tam magnum & graue, cui non eras soluendo etiamsi cum vxore & liberis omnibus fuisses venundatus. Et hoc feci qui herus sum, tibi seruo, in quem ius & potestatem absolutam habeo: nec alia de causa feci, quam quod me precatus es. Nonne ergo oportuit te misereri conserui, qui eiusdem tecum loci est, & qui suam operam tibi vicissim prestare poterat: & in quem quia meus est, non tantum iuris tibi vindicare debebas, vt me in scio aut nolente aliquid durius de illo statueres. Quæ ergo hæc audacia est, qua tu potius cupiditati iniquissimæ indulgere, quam meæ misericordiæ exemplum imitari voluisti? His infert sententiam, qua illum tortoribus tradere iubet, à quibus crucietur, vsquequò totum debitum reddiderit. Ita vero dicuntur ista, vt commutatio presentis causæ applicans Dominus, sermonē hunc concludit: Ita & pater meus coelestis faciet vobis, nisi remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris offensas eorum: vt nimirum ipsum quoque iratum & implacabilem sentiat, adeoq; irrita fiat vobis delictorum vestrorum remissio, quam per Euangelij prædicationem in me vobis offert. Vt ergo seruus iste nequam tortoribus est traditus ea conditione, vt non liberetur nisi prius soluto omni debito: ita neque vobis aliqua salus speranda, nisi pro peccatis vestris omnibus iustitiæ Dei satisfeceritis. Hoc autem non eo sensu dicit, quod peccata nostra pœnis certis expiari possint, quibus exactis serue eos qui fratibus suis offensas remittere nolunt. Tortores enim isti sunt diaboli, quorum ministerio in puniendis hostibus suis & omnibus pœnitere nescijs Deus vtitur. Et si de peccati pœna simpliciter dicendum sit, est hæc mors æterna, quæ perpetua est hominis totius alienatio à Deo atque regno eius: eiecto denique in tenebras exteriores, vbi est sempiternus ploratus, & stridor dentium penes damnatos, quorum vermibus non moritur, & ignis non extinguitur. Ridiculi ergo sunt, qui ex hoc loco ignem purgatorium colligunt esse carcerem illum, in quo animæ defunctorum pro peccatis suis satisfacere possint, vt tandem ad beatæ immortalitatis sedes transferantur. Sed de hac re supra Cap. 5. Homilia 66. diximus, vt plura hoc loco addere non sit opus.

Itaque huius loci doctrinæ insistamus, quæ vt luculentius nobis pateat, singula verba conclusionis Christi, quam ex parabola recitata infert, consideremus. His enim docemur primò, quibus hæc mandat, & qui nam debeat sibi factas iniurias aut offensas remittere? Nimirum omnes, qui se discipulos eius esse profitentur, & seruari volunt. Nam ait: Nisi remiseritis **QUISQUE**, id est, cuiuscunque loci aut conditionis fueris, diues vel pauper, herus vel seruus, nobilis aut obscurus. Omnes enim peccatores sumus, & quotidie precamur: Remitte nobis debita nostra, sicuti & nos remittimus debitoribus nostris. Obseruandum hoc superbis, quos sui generis aut dignitatis fiducia inflat, vt homines plebeios & obscuros impune lædi, & postea negligi posse sibi persuadeant. Deinde cui remittere debeamus, decet: Nimirum quisq; fratri suo. Poterat dicere, **CONSERVO**, sed vult nos oculos altius attollere, vt cogitemus, omnes homines non solum eiusdem conditionis & seruos Dei, sed insuper eiusdem naturæ & dignitatis, vt pote filios Dei esse, qui humiles & obscuros adeo non fastidit, vt filium vnigenitum propter nos pauperem & contemptum fieri voluerit, vt nos eueheret & diuites faceret. Tertio quid remitti debeat, monet: Offensa eorum scilicet. Indefinite loquitur, vt omne id comprehendat, quo aliqui nos offenderunt. Nam vt antea diximus, qualecunque illud sit, nullo modo cum ijs conferri potest, quibus nos Deum offendimus. Quarto modum quoque remissionis exprimit, dicens: **EX CORDIBVS** vestris, id est, non verbis natis,

Matth. 24. 25.

Marc. 9.

Tota condonandi fratibus ratio.

1.

2.

2. Cor. 8.

3.

4.

non simulato aut fucato animo, sed verè & seriò, vt nulla odij aut inuidiæ vel rancoris scintillæ in corde remaneant. Arguitur hac particula eorum contumacia, qui se remisisse dicunt, at simul protestantur, se iniuriæ acceptæ non posse nec velle obliuisci; & in conspectum suum venire nolunt eos à quibus offensi sunt. Hi non ex corde condonant aut ignoscunt, sed verbis modò: imò ne verbis quidem, cum *μνησικακείαν* corde foueant, & hanc non dissimulent. Vult ergo *ἀμνησείαν* & obliuionem omnium offensarum sancire Christus, qua post graues motus & periculosas mutationes in Repub. opus esse interdum, prudentissimi quicq; inter Ethnicos intellexerunt, & laudatur in historijs Thrasibulus, qui illam post eiectos triginta tyrannos Athenis sanciuisset, & hac ratione Rempub. pacauit & seruaui, quam quieuisset, nisi iniuriarum acceptarum memoria fuisset abolita. Vt vero inter eos fiat magis necesse est, qui ecclesiæ aut regni Dei ciues esse volunt. Etenim vt in condonando Dei exemplum imitemur, oportet. At is ita delet omnes iniquitates nostras, vt earum non amplius recordetur. Et vt ita fiat necesse est: quia quoad diu peccata nostra in memoriam veniunt apud Deum, non potest nobis spes salutis certa & solida constare. Ideo Dauid precabatur: Delictorum iuuentutis meæ & transgressionum mearum ne memineris. Quod ergo à Deo petere necessitas habet, ipsi quoq; præstemus omnibus, quibus cum nobis res est. Nam etsi remissionem peccatorum omnibus in filio suo offerat Deus, ea tamen indignos se faciant, qui fide per charitatem agente destituuntur. At qui hoc verissime in eos comperit, qui erga fratres se rigidos & implacabiles præbent. Damnantur enim hiaturæ lege, quæ est. Quæ mensura vos metimini, eadem vobis reddetur. Vidit hoc Sirachides, quando scripsit: Cupidum vltionis vltio manet à Domino, qui peccata eius sedulo conseruabit. Remitte iniuriam proximo tuo, tunc tibi quoq; orationibus peccata condonabuntur. An ne homo iram alat aduersus hominem, & à Domino salutem postulet? aut num peccata sua deprecetur, qui sui similis hominis miserum dedignatur. Quod si homo mortalis iram fouet & veniam petit à Deo, quis eius peccata expiet? Disputant hic aliqui de debitorum pecuniariorum remissione, & num magistratibus liceat capitalium scelerum reos, culpam agnoscentes & deprecantes occidere. At intempestiuæ mihi videntur hæ disputationes. Etenim non venit Christus, vt legem aboleret, sed impleret: Regnum item eius non est ex hoc mundo: idcirco neq; Rempub. neq; domesticam abolet, sed vult, vt & magistratus officium faciant, & singuli domui suæ prospiciant: quod fieri nequit, nisi & homines facinorosi puniantur, & contractus fiant, ad quos mutuum & fidei iuramentum & alia huius generis pertinent.

vsus parabola Parabola ergo huius nobis hic vsus esto, vt primum agnoscamus nos peccatores & in ære Dei esse, qui soluendo non sumus. Deinde ad thronum gratiæ Dei supplices recurramus per fidem in filium Dei IESVM CHRISTVM, cuius sanguine debita nostra deleta sunt. Memores autem gratiæ quæ nobis facta est, Deum nos gratos præbeamus: quod tunc fiet, si libertatem nostram, tanto pretio empta tueamur, & simul in Christo omnes homines amore fraterno complectamur. Quæ procul relicta iniuriarum omnium memoria, Dei Patris bonitatem imitemur, vt huius filij & fratres germani IESV CHRISTI simus, qui hanc dignitatem nobis meruit. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum,
Amen.

C A P V T X I X .

ET factum est cum finiisset IESVS sermones istos, soluit à Galilea & venit in fines Iudææ, traiecto Iordane. Et secuta est eum turba multa, sanavit eos illic. Tunc adierunt eum Pharisei, tentantes eum, & dicentes ei: Licet ne homini dimittere uxorem suam quavis ex causa.

DESCRIBITVR hoc cap. postremus Domini nostri IESV CHRISTI ex Galilea in Iudæam aduentus, & in initio quidem breuiter narratur, ut illic à vulgo exceptus sit, & ut vicissim ille cum populo ad se veniente egerit. Deinde eius actiones & colloquia aliquot narratur, quæ ipsi cum nonnullis priuatim intercesserunt, in quibus de diuersis vitæ generibus, siue hominum conditionibus disseruit: Vt pote de coniugio & diuortio: de liberorum æducatione & ut hi ad ipsum adduci debeant: de vitæ totius secundum Dei præcepta institutione vbi cum diuite quodam de re domestica & diuitijs huius seculi disseruit, & ut his vbi cum diuite quodam de re domestica & diuitijs huius seculi disseruit, & ut his consequi volunt. Vbi discemus, Dei Filium, etsi ut regnum Dei inter homines instauraret, in mundum venerit, nõ tamen aboleuisse à Deo Patre institutas olim vocationes siue status, sine quibus vita hæc in terris non potest honestè & pacificè re, verum etiam in hoc intentos esse debere, ut quisque in sua vocatione ita viuat secundum Christi regulam atque præcepta, ne quam ore profitetur fidem, vitæ & morum licentia abneget: Et sic Christi exemplum Apostoli imitati sunt, qui in suis epistolis cum doctrina fidei & salutis æternæ præcepta moralia & œconomica atque politica coniunxerunt. Estq; hoc obseruatu valde necessarium propter falsiticos, qui sub religionis prætextu coniugij leges, rei item domesticæ curam, denique legitimam magistratum potestatem, adeoq; repub. omnem abolent, ut confusionem plus quam Platoniam inuehant. Cæterum in præsentia hæc habentur.

Principio aduentus Christi Domini in Iudæam narratur: & factum est, cum finiisset IESVS sermones istos, quibus discipulos hucusque in vera fide aduersus omne genus scandalorum instituerat, soluit à Galilæa, quæ ipsi instar patriæ fuit, cum in ea æducatus esset, & maximam vitæ partem illic transegisset, & recta in Iudæam contendit, cuius fines traiecto Iordani ingressus est. Atqui non ignorabat, quid illic ipsi esset euenturum, & de eo non semel discipulos suos admonuit. Nihilominus faciem suam (vt Lucas scribit) obfirmavit, vt Ierosolymam iret, id est, constanti & obfirmato animo illuc perrexit, vbi se moriturum sciebat. Et causa huius instituti indicatur, quod tempus illud fatale appropinquaret, quando ipsum ex hoc mundo sursum recipi, & (vt alibi dicitur) ad Patrem redire oportebat. Apparet in eo inuicta animi constantia & fortitudo in Christo, & ardentissimū studium sue desiderium salutis humanæ, quod ipsum mouit, vt omni periculo contempto hoc vnum cuperet, vt Patris decreto obsequeretur, & seipsum daret pro mundi vita. De hoc postea testatus est, quando in vltima cœna discipulis dicebat: Desiderio desideravi hoc pascha vesci vobiscum, &c. Interim hoc ipsum carni graue & molestem fuisse constat, & hoc ipse confessus est, quando mortis acerbissimæ consideratione turbatus dicebat. Nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pater conserua me ab hac hora. At mox animum recolligens iterum, addit: Sed propterea veni in horam hanc. Debent hæc à nobis sapius & diligenter considerari, quia dul-

Argumentum
& vsus capituli

Christi postremus in Iudæam aduentus.

Luc. 9.

Ioan. 19.

Christi constantia.

Luc. 22.

Ioan. 12.

Christiani suā
vocationem in
trepidè sequan-
tur.

Acto. 14.

Comites Chri-
sti multi.
Luc. 10. 23.

Christo nun-
quam desunt
discipuli.
Ioan. 14.

Qui idonei
sunt discipuli
Christi?

Matth. 11.
Rom. 10.

Luc. 24.
Ioan. 16.

cissimam consolationem pariunt in tentationibus, neque nos sinunt dubitare de salute nostra, quæ Filio Dei ita curæ fuit, ut pro nobis mori tantopere desiderauerit. Deinde exemplum illius imitari discamus, ut quemadmodum ipse constanter perrexit in Patris sui vocatione: ita nos intrepidè sequamur quæ Deus nos vocat. Enimvero multa occurrunt in Dei vocatione ambulanti- bus, quæ ipsis impedi- mento sunt: quod olim in Israelitis ex Agypto in terram promissam contendenti- bus adumbratum fuit. Nam ut hi primum, quando res adhuc secundæ erant, Aeg- ypti delictis inescati, & idololatria seducti fuerunt, deinde à Pharaone oppres- sionem tristem seruitutem serui-erunt, quæ quò propinquior fuit redemptio ipsorum, eo magis aggravata est, tandem verò iam iter ingressos pericula vndiq; circumfere- runt, cum à tergo illis cum copijs militaribus Pharaon immineret, à fronte mare esset, & vtrinq; montes prærupti surgerent, & quocun- que se verterent plurima mor- tis imago miseris obuersaretur: ita adhuc fieri solet, ut in huius vitæ curriculo ver- santis omnis generis obstacula obijciat Satan, quibus eos reuocat, ne in Dei via progrediantur. Sed tunc exemplum Domini nobis ob oculos ponamus, & mem- nerimus dicti Apostolici, Per multas tribulationes nos ingredi oportere in regnum Dei, hunc verò etsi per ignem & aquam adeoq; per vallem umbræ mortis ambu- landum sit, suis adesse, ut metam optatam attingere & cursum suum consummare possint & iustitiæ coronam assequi. Vide Psal. 66. 23. 2. Tim. 4.

Sed ad Christum redeamus, quem turba multa secuta est. Nam ut ex Luca est videre, secum habuit non Apostolos modò, verum etiam LXX. discipulos, & quos- dam priuatim & publicè non semel prædixerat, quid ipsi euenturum esset, & multi in Galilæa in ipsum credebant, non dubium est, quin plerique ex illis ipsum secuti sint. Inter hos certè fuerunt mulieres illæ religiosæ, quarum Lucas in mortis & resurrectionis eius historia meminit: & (ut fieri solet) rei nouitas alios quoq; mouit, ut se comites adiungerent. Ut primum verò Iudææ fines attigit, ex his quoq; multi confluerunt, cum non ignotus veniret, & doctrinæ ac miraculorum eius fama iam pridem esset ad omnes diuulgata. Quales autem pleriq; horum fuerint, ex eo colligi potest, quòd illos sanauisse dicitur. Fuerunt ergo inualidi, claudi, cæci, muti, & diuersis morborum generibus obnoxij, vel ex suis habuerunt tales, quos ad Christum adduxerunt. Est autem hoc obseruatu dignissimum, quòd ad mortem mor- tus Christus, comites tam multos habuit. Fuit hic typus, quo docemur, regnum & Ecclesiam eius cruce ac persecutionibus non minui aut everti, sed potius crescere & augeri. Etenim potest ille, qui corda hominum nouit & in sua potestate habet, trahere quoscunq; vult, & ita pollicitus est, quòd exaltatus aut sublatu- s de terra vellet omnia ad se trahere. Docet etiam historia, Ecclesiam sub cruce & persecutio- nibus semper floruisse, & eandem ferè decreuisse, quando otio & pace abundauit. Ex eo igitur consolationem petamus, ne facile offendamur, aut desperemus, quando aduersa & pericula incidunt, quibus pij exercentur. Docet præterea locu- hic, qui præ alijs maximè idonei sunt ad regnum Christi: claudi nimirum, & cæci, & in- mancij, id est, peccatores, qui vitia & infirmitates suas non possunt dissimulare, & eorum sensu tanguntur, ut & illa agnoscant, & salutem seriò quærant. Etenim agrotus, qui vim morbi non agnoscit, neq; videri vult cui medicina opus sit, me- cum non admittit: ita qui se iustos & sanctos esse sibi persuaserunt, vix adduci possunt, ut ad Christum accedant, qui laborantes & oneratos ad se vocat. Et perperam raturum eris, quòd Paulus de Iudæis dicit, quòd qui propriam iustitiam confidunt, volunt, iustitiæ Dei nõ subijciuntur, quæ in eius Filio habetur, & sola nos ad illud tribunal defendit. Ideo Euangelij prædicationem ab articulo pœnitentiæ Christi inchoare iubet, & hoc primum Spiritus Sancti opus siue officium in Ecclesia fore re ait, quòd mundum debeat arguere de peccato. Sunt ergo reuera stulti & miserij, qui hoc

qui hoc indignè ferunt, similes nimirum eorum, qui à medico petunt, vt morbo, quo laborant medeatur, eundem verò de illo verba facere nolunt, nec vt eius causas & vim ipsis declaret.

Quid verò cum istis egit Christus? Marcus scribit, ipsum eos docuisse. Est hoc præcipuum munus, cui potissimum vacauit, quàm diu in terris versatus est, & ad quod se vinctum esse & in mundum venisse, ipsemet non semel testatus est. Quia enim in ignorantia tenebris versabatur humanum genus doctrina & institutione veritatis omnino opus fuit, quæ à nemine poterat melius præstari, quam à magno illo Propheta, quem Deus olim promiserat, & quem Filium illum Vnigenitum esse, Pater ipse cœlitus pronuntiauit. At qui Iudæis hoc proprium fuit, quod signa peterent, hæc subinde doctrina coniunxit, quibus hanc confirmaret, ne dubitarent eum esse, quem se profitebatur. Et opus erat in hoc postremo suo in Iudæam aduentu publicè demonstrari, eum adesse, de quo Iosim Isaias dixerat: Deus ipse veniet, & seruabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum referabundantur. Tunc saltabit claudus instar cerui, & lingua muti iubilabit. Nobis autem obseruandum venit hoc loco indefessum Christi studium in salute nostra promouendam, de quo ante etiam diximus. Etenim etsi morti obuiam eat, quam mox acerbissimam erat subiturus, non tamen sui officij immemor est, sed perpetuò inter eos docet, & eorum agrotos curat, in quibus plerique ingrati ac contumaces, mortis denique eius auctores futuri erant. Consoletur hoc nos, & in fide confirmet trepidantes, ne illum erga nos difficiliorem fore putemus. Qui enim inuitis & reluctandibus salutem liberaliter obtulit, qua ratione eos fastidiat, qui illi totis animis esurimus, & ipsum pro Seruatore ac Redemptore nostro agnoscimus? Etenim qui ad se inuitat omnes qui conscientia peccatorum pressi laborant, idem pollicetur quoque, quod neminem, qui ad ipsum venit, velit reijcere. Ioan. 6.

Porro dum alij longo itinere Dominum sequuntur, alij ex locis diuersis ad illum confluunt, vt eius beneficio seruentur, qui se omnibus facilem atque benignum præbuit, iamque spes bona esse poterat, regnum eius breui longè lateque potens futurum esse: ecce subito aduersus illum veteres hostes Pharisei insurgunt, qui eum tantam quæstione insidiosa. Quo exemplo docemur, quod vt vbiq; & semper discipulos habebit Christus, ita nunquam defuturi sunt hostes, qui se ipsi opponant. Perpetuò enim durabit inimicitia, quam inter ipsum & veterem serpentem sanciuit Satan, & quod Simeon ille diuinus prædixit, illum positum esse in casum & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicator. Quod ergo hic fecerunt Pharisei, hoc alibi quoque accidit, & in posterum quoque fiet. Est enim Ecclesia Christi (vt saepe monuimus) instar nauiculæ in medio maris. Vt ergo *γαλιον* siue tranquillitas in mari non potest diuturna esse, eò quod hoc & proprio actu mouetur, & à ventis vndique incipientibus turbatur: ita Ecclesiæ in terris accidere solet, quia intra huius parietes saepe falsi fratres sunt, qui turbas (vt ita dicam) domesticas excitant, & foris ab hostibus apertis vel ex insidijs vel aperta vi infestatur. Et prodest de eo saepe cogitare, ne quis spe otij & pacis perpetuæ seipsum decipiat, & postea turbis & periculis ex improviso incidentibus offendatur. In præsentem hostes Christi introducuntur Pharisei, qui quales fuerint saepe dictum est: hypocritæ nimirum, qui suorum operum iustitia freti, doctrinam de gratia Dei & Mediatore Christo, de fidei item iustitia, vt inutilem & minimè necessariam contemnebant, imò hostiliter oderant, quod illius luce ipsis larua detraheretur, & ita ipsorum existimationi multum derogaretur, & quæstus quoque frigeret, quem ex sacrorum nundinatione faciebant. Erant ergo similes Monachis nostri seculi, quos idem hypocrisis spiritus inflat & decipit, vt passim turbas dent Euangelij ministris ac sectatoribus: nec est, quod meliora speremus de illis, qui suam gloriam priuatam diuinæ præferunt. Ioan. 5.

Christus docet
& sanat.
Luc. 4.

Deut. 18.
Matth. 7.
1. Cor. 1.

Isa. 35.

Pharisei Christi
tentant.

Gen. 3.
Luc. 2.

Questio de iu-
re diuortij.

Deut. 4.

Deut. 14.

Ezr. 9. 10.
Nehem. 13.

Malac. 2.

Questio insi-
diosa.

Matth. 10.

Sed audiamus, quomodo illi Christum agresi sint. Mouent quaestionem de iure diuortij. Licet ne (inquiunt) homini dimittere uxorem suam quauis ex causa impudens & absurdissima quaestio, quam nemo honestus inter ethnicos facere uisisset. Nam perinde est, ac si quaerent, num quisque nulla de causa, ex priuata libidine uxorem eijcere debeat? Atqui vulgo iniquus & inhumanus iudicatur, qui famulum aut ancillam quauis de causa domo exturbat. Num ergo id fiat de uxore quae qualiscunque sit, tamen tua consors aliquando fuit, & fortunam omnem tecum communem habuit. Portento igitur simile est, in ea gente, quae Dei peculum erat, & quae olim sola sapiens dicta fuerat, quaestionem hanc moueri ab ijs, qui summam uirtutis & sapientiae existimationem sustinebant. Sed occasionem arripuerunt ex licentia diuortiorum, quae tunc inter Iudaeos regnabat. Quia enim Moyses permiserat, ut si quis aliquid foedum & sibi displicens in coniuge sua inuenisset, eam dato libello repudij dimitteret, hoc priuilegio, seu potius licentia, non minus turpiter quam inhumaniter abutebantur. Et uetus hoc vitium fuisse, ex ijs patet, quae post reditum ex Babylone facta sunt: quando ut Ezra & Nehemia libris patet, multi non ex vulgo solum, uerumetiam ex sacerdotibus & proceribus populi, uxoribus, quae ipsis exilij & calamitatum maximarum sociae fuerant, atque ideo curis & laboribus exhaustae & minus formosae aut delicatae erant, inhumanissime repudiatis, nouas ex ethnicis in otio & delitijs aducatas ducebant. Quod Malachias ceu immane & omni execratione dignum scelus in illis accusat. Ne dubium est, licentiam illam postea sub Romanorum imperio creuisse, cum hi illam in uoluptate concessissent, ut nimirum suis legibus uterentur. Et cur in Iudaeis peccatum et reprehensione dignum iudicassent Romani, quod apud ipsos vulgo fiebat? Quod loco obseruari merito debet, quousque tandem libidines uagae eos arripiant, qui enassueuerunt: ut nimirum non solum omnes aequitatis, iustitiae, honestatis, diligentiae item & pudoris leges transgressi, belluarum instar inter nefarios concubitus uoluptentur, uerumetiam crudeles fiant in eas, quarum impudicitiae, honori & uitae minus quam sibi ipsis debebant consulere. Exempla, quibus hoc demonstrari possent, quotidie occurrunt.

Ceterum ut ad Phariseos redeamus, ex hac diuortiorum licentia occasionem arripiunt, & quasi illa ipsis ex animo displiceat, quaerunt, num honestum, & quomodo & uerbo Dei conueniens sit, ut quis pro suo arbitrio ob quamlibet causam uxorem suam dimittat? At dum honestatis & conjugalis iuris studium simulat, Christum improbe tentant: ut scilicet hac quaestione irretitum vel illaqueatum in praesentia uirtutis aut existimationis suae discrimen adducant. Etenim si dicat sibi probari quod vulgo fiebat sub Legis praetextu, mox eum sibi ipsi contradicere, & uagarum libidinum patronum esse clamabunt. Nec enim ignorare poterant ea, quae supra scripta sunt de diuortijs publice dixerat. Quod si idem nunc repetat, & licentiam hanc defendat, tum Mosi contrarium esse calumniabuntur, & odium ei conflagant apud populum, qui licentiae iam assueuerat. Est ergo hoc incurabilis pertinaciae & impudentiae argumentum, quod illi insidiantur, quem publice omnibus benefacere uidebant, & quem ab omni sceleris suspicione alienum esse sciebant. Nec minus uidebatur, quam profundo astu hypocritae suas insidias calare possint, & quod non absque causa Dominus serpentinam prudentiam a suis requirit, quibus cum eius modi hominibus res est. Quae nos ita obseruare conuenit, ut tamen non terreamur, si quid huius nobis quoque accidat. Etenim ut Dominus noster IESVS hinc occasione arrepta doctrinam saluberrimam contexit, qua de coniugii prima institutione, dignitate & usu disserit, & improbos istos cum tota hominum libidinosorum cohorte confutat: Ita in suis etiam membris suo spiritu agere solent, ut quae aduersarij molliuntur, ut ipsos contemptos aut exosos faciant, ipsis honorificas

sint & salutaria. In illo ergo fortes simus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

H O M I L I A C C X X V I .

69

H O M I L I A C C X X V I .

IESVS verò respondens dixit eis: Non legistis, quod qui fecit [hominem] ab initio, marem & fœminam fecit eos, & dixit: Præterea relinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur uxori suæ: & qui duo erant, fient caro vna. Itaque non amplius sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo ne seingat.

CVm ad Dominum nostrum *IESVM CHRISTVM*, qui in Iudæam redierat, aggressi sunt Pharisei, qui vt eius concionem interrumperent, quæstionem inuisiosam mouerunt de iure diuortij: Quo exemplo docemur, nunquam defuturos aduersarios, qui sese Christo & eius Euangelio opponant, & hos plerunque futuros eos, qui præcipuam sanctitatis existimationem in mundo sustinent. Tales erant isti, qui simulant quidem displicere sibi licentiam diuortiorum, quæ sub prætextu Legis, vel potius priuilegij per Mosem concessi, inter Iudæos vulgò regnabat: interim hoc agunt, vt eum tanquam Mosi contrarium populo exosum reddant, vel vt sibi ipsi contradicentem in contemptum adducant, sicuti aliàs quoque fecerunt. Et prodest exempla eiusmodi obseruare, vt non offendamur, si quid simile sit hodie, vigilemus autem & nos ad certamina fortiter & prudenter excipienda præparemus. Et docet hoc proprio exemplo Dominus, qui præsentî animo & fortiter Phariseis responderet; & primò eos ad coniugij institutionem reuocat: deinde quæ ratio Mosem mouerit, docet, vt hoc patribus permitteret, quò ipsi tunc non minus inhumaniter quam turpiter abutebantur: postremò suam de diuortijs sententiam disertè explicat.

Quoad primam responsionis partem, ab acri & vahementi interrogatione exorditur, qua voluntariam & crassam ignorantiam ipsi exprobrat, dicens: Non legistis, quòd qui fecit, &c. Legerant vtique, neq; ignorabant prorsus, quomodo totam hanc mundi machinam, & postea hominem quoq; creasset Deus: sed negligenter (vt omnia alia quæ in scripturis traduntur) legebant ista, & quàmuis scirent inexcusabilem esse licentiam istam diuortiorum, & Domini de illa sententiam iam pridem audiuisent, odium tamen eius ita ipsos excæcabat, vt nò attenderent. Tales hodie etiam multi sunt, qui scripturas legunt, canunt & audiunt quotidie, neq; possunt improbare, quæ illis traduntur, attamen odio Veritatis fascinati tergiuersantur, & omnes contradicendi occasiones auide captando sibi ipsis tenebras offundunt, vt videntibus oculis cæcutiant. Quia verò interim rudi populo fucum faciunt, digni sunt, qui acrius corripiantur, vt omnes intelligant, non tantum eis tribui debere, quantum sibi vendicant. Cur enim illis parcat, qui sui nominis existimationem & commodum priuatum gloriæ Dei ac publicæ salutis præferunt?

Admonet præterea exemplo suo Christus, quid fieri debeat, si quando controuersia incidunt, de quibus iam olim suam sententiam Deus exposuit. Querunt isti de iure diuortij, & Mosi auctoritate nituntur. Sed Dominus ad primam cõiugij institutionem prouocat, vt ex ea colligant, quid de diuortijs sit statuendum. Ita Paulum fecisse legimus apud Corinthios, cum hi Cœnam Domini mysticam in vsum prophanum conuertissent. Idem ergo fiat in omnibus articulis cõtrouersis, & haec sopitis contentionibus rei Veritas patefiet. Disputant hodie de imaginibus, & harum vsu homines supersticiosi, & miris exceptionibus fucum faciunt imperitis, vt

Crassa Pharisæorum arrogantia arguitur.

Matth. 5.

In controuersijs quid fieri debeat. 1. Cor. 11.

Imagines.

Exod. 20.
Deut. 4.

illas in templis retineant, & eiectas reducant. At si Deum in Lege sua loquentem audiamus, mox disputandi finis erit. Prohibet enim Deus, ne sibi ullam imaginem affingamus, & se in nulla forma viri aut foeminae, aut alicuius rei creatae apparatus voluisse testatur, ne quae occasio inde inde arriperetur, alicuius imaginis ipsi affingendae. Monet praeterea, ut si qui alij imagines faciant, nullum illis cultum aut honorem tribuamus, sed ut vanitates, ut sordes & stercorea, ut abominationes denique reiiciamus: Doctrinam vero & admonitiones ex Verbo suo petere iubet, non ex simulachris, quae mendacij doctores & magistri a Propheta dicuntur. Quod si his omnes insisterent, abruptam mox videremus omnem de his contententiam materiam.

Habae. 2.

Dies festi.

Idem dici potest de diebus festis & ferijs, de quibus non minori contentione animorum disputatur ab ijs, qui Iudaico more dies & tempora observant, adhaerentiorum meritis & cultui plus tribuunt, quam fidei Christianae puritas permittit. Sed hi quoque ad primam Sabbati institutionem reuocandi sunt, quam omnium ceremoniarum, imo omnibus praecipuis alijs Dei antiquior esse constat. Nam in ipsarum rerum origine, cum Deus sex diebus perfecisset creationem caeli & terrae, atque omnium quae his continentur, quieuit die septimo, & huic benedixit atque sanctificavit eum, ut nobis quoque operum eius meditationi & verae pietatis exercitijs consecratus esse debeat. Neque ab eo tempore ferias alias instituit. Enimvero multa posteris temporibus facta sunt, quorum memoria nobis perpetua & sancta esse debet, utpote humani generis conservatio tempore diluuij, foederis quod tunc ab Abrahama videri poterat, instauratio cum Abrahamo facta, Iacobi in Aegypto deductio, & alia huius generis innumera: attamen cum Legem daret, nullas novas ferias instituit, sed Sabbati diem horum omnium meditationi sufficere voluit, & illius observationem praecipuo peculiari commendavit, cuius partes duae sunt: Prima ut sex diebus faciamus, quaecumque nobis factu necessaria sunt: Altera ut septimo die ab omni opere seruii feriemur. Ut ergo Sabbati otium nobis mandatur: ita non minus praecipitur, ut sex totis & continuis diebus operi intenti simus, ne videlicet otium sub religionis praetextu vel in superstitionem degeneret, vel licentiam peccandi pariat, ad quam natura proclives sumus. Quid ergo quaestione multa opus est de ferijs dicendum, quando nullas Deus instituit, quam quae ipsi consecratae sint, & vicissim relictis, quis diebus nos operari, non feriari iussit? Sed haec exempli loco adduxisse sufficit.

Gene. 2.

Ad coniugij institutionem
prouocat Dominus.

Gene. 2.

Audiamus nunc quid de coniugij institutione prima dicat Dominus. Eiusmodi, ut singula propere verba doceant licentiam diuortiorum nequaquam cum Dei instituto conuenire, & proinde nullo modo probari posse. Primum ait: Quis creauit, ab initio marem & foeminam fecit eos. Graece est *o mioras*, id est, qui creator & opifex est omnium, & qui hominem quoque fecit, is initio statim non unum solum, sed binos creauit, marem videlicet & foeminam, ut hi simul coniuncti viuerent. Ex quo sequitur, non debere illos duos temere seiungi. Ad confirmationem huiusmodi facit, quod Deus ipse de Adamo dixit: Non bonum est hominem esse solum, facturus, ei adiutorium, quod sit coram illo, &c. Secundò, Propterea relinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur, uxori suae. Inter homines nulla videtur certior esse coniunctio quam quae inter parentes & filios est, qui ex his progeniti vitam suam debent: & hoc gentium sapientes obseruarunt, qui parem gratiam parentibus reddi posse negauerunt. At arctius multò est vinculum coniugij, cui quae parentibus debetur pietas, cedere iubetur. Etenim cum ex omnibus animalibus nullum inueniretur, quòd Adamo conueniret, & ex eius sopiti latere Euam creauisset Deus, mox hac visa quasi exultans ille clamat: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: ideo vocabitur Ischa, id est, virago, quia de viro sumpta est. Et mox ex Spiritus Sancti suggestionem hanc coniugij legem fert, cuius in praesenti me

sent meminit Dominus, vt eam perpetuam & inuiolabilem manere debere doceat. Cum enim impij merito dicantur, qui debitum officium parentibus negant, quales merentur dici, qui coniugij ius violant, aut coniuges temere abs se dimittunt, quorum gratia, si opus sit parentes debent deserere: Ne tamen dictum hoc Adamo temere excidisse putetur, eius rationem reddit Dominus, & addit: Qui duo erant, fuerunt caro vna, id est, ea conditione coniunguntur vir & foemina, vt qui duo inter se distincti & separati erant, vna caro, id est, vnus homo fiant. Vt ergo homo non potest in partes diuidi, quin totus intereat: ita neque coniuges temere diuortiu facere possunt, quin Dei institutu violetur, & illi de salute periclitentur. Ex his firmissime concludit: Quod ergo Deus coniunxit, homo ne se iungat: & hoc dicens, turpe illam & crudelem vxores repudiandi licentiam ita damnat & abrogat, vt nemo quantumuis malitiosus, contradicere ausit, nisi primam coniugij institutionem damnare, & in Deum ipsum linguam laxare velit. At quia de diuortijs postea ipse plura addet, quando Pharisaeis priuilegium a Mose concessum obijcientibus respondebit, haec modo de hac causa dicta sufficiant. Interim hac occasione excitari discant Christiani homines, quanto grauius scelus sit, si qui absque omni iuris praetextu, turpi & impudenti scortandi aut moechandi licentia vinculum coniugij abrumpant. Quod tunc demum intelligemus, si quanta sit coniugij dignitas videamus, & quam multam ifariam peccent, qui illius leges adulterijs & vaga libidine violant.

Coniugium est legitima & a Deo instituta vnus viri & vnus foeminae coniugium, cum vtriusque consensu, vt se mutuo iuuent, sobolem generent, & illicitis libidinibus remedium inueniant. Conuenit haec definitio cum scripturis sacris. Etenim vt paulo ante diximus, Deus pronuntiauit non esse bonum, vt homo solus sit, sed adiutorio opus esse, quo cum vitam transigat. Idem ipse Adamo Euam vt nymphogus adduxit: & nuptijs eorum benedixit: Crescite & multiplicamini, & implete terram, & subigite eam, &c. Et Paulus ait: Propter fornicationes suam quibusque vxorem habeat, & proprium quaque virum habeat. Haec omnia coniugij dignitatem commendat. Primum ab auctore Deo, qui cum solus bonus & sanctus sit, nihil quam bonum & sanctum instituit & iubet. Huc respexit Solomon, cum dicit: Domus diuitiae ex parentum haereditate obueniunt, vxor autem prudens a Domino. Et vulgo dicitur coniugia Dei dispensatione contrahi. Deinde a vetustate, qua omnia alia hominum instituta & vitae genera superat: & ne propter molestias, quae postea irrepserunt, inter peccati poenas numeraretur, ante hominis lapsum coepit. Itaque per se sanctum est coniugium, & thoros coniugum impollutus: impij vero sunt & demoniorum dogma fouent, qui illud inter carnis opera numerant. Quoad finem & vsum, tale est, vt sine eo nec commode nec honeste viui, neque genus humanum legitime conseruari ac propagari possit. Et vt illius auctor est Deus, Apostolus ait, apud omnes omnibus seculis honorabile fuerit, & inter gentes quae non omnino barbaras, & ab omni honestatis sensu alienas poenis grauibus puniti sint, qui alienos thoros libidine sua polluerunt. Etenim quanti coniugium ante legem latam fecerint gentes, Pharaonis & Abimelechi Regum exempla docent, qui scelus inexcusabile iudicant, si Abrahami, hominis peregrini vxorem violauissent. Iob quoque inter scelera grauissima, a quibus se immunem fuisse testatur, aduulterium numerat, dicens: Si concupiscentiae vxoris alienae obnoxium fuit cor meum, & ante ostium sodalis mei insidiatus sum, permolat vxorem meam alius, & subigant eam alij. Hoc enim grande flagitium est, & iniquitas capitali actione persequenda, &c. Vnde apparet Deum, priusquam in lege Mosis capitalis poenam adulteris decerneret, hanc notitiam per legem naturae cordibus hominum inscripsisse, vt scelus hoc capitale esse intellexerint.

Coniugium
quid & quae
eius dignitas.
Gen. 1.
1. Cor. 7.

Prover. 19.

Heb. 13.
1. Tim. 4.

Gen. 12. & 20.
Iob. 13.

Adulterij sce-
lus multiplex.

Hodie quidem, quæ nostri seculi calamitas & nequitia est, leuiculum putatur, & multis lusus & iocus risu potius quam pœna aliqua dignus videtur, si & vxori propriæ fidem datam improbè fallant, & alterius coniugem insuper polluant. At quis omni carnis affectu posito rem penitius inspiciat, tam multiplex hoc scelus esse patebit, vt ne mors quidem vna illi expiando sufficiat. Etenim primò mulieriam in Deum peccatur primum coniugij authorem, quo auspice illud contrahitur atq; confirmatur. Multiplex etiam est iniuria, quæ fit non coniugij modò, verum etiam affinis & toti eius cognationi: ei item qua ad satiamdum libidinem suam adulteri abutuntur: liberis item proprijs, quorum salus ipsis propria vitæ prior esse debebat: adeò vt si adulterium cum alijs sceleribus conferas, vix aliquod inuenies, quod cum illo conferri possit, eò quod reliqua omnia ferè illud comitantur, aut ex illo emanant, vt non absq; ratione multiceps hydra omnis generis scelerum possit dici. At quia de his prolixè dictum est supra Capite quinto homil. minimè opus est hîc eadem repetere. De eo autem admonendi sunt Christiani homines, ne eorum argutijs & sophistica se decipi sinant, qui veteris Legis rigor in nouo Testamento abrogatum esse dicunt. Nam hos falsi arguit Christus, qui non ideo venisse ait, vt legem aboleat aut soluat, sed vt impleat. Idem non adulterij modò, sed concupiscentiam quoque alienæ mulieris prohibet, & per Apostolos ex regno cœlorum adulteros excludit. Denique quotidianis exemplis docemur verissimè ab Apostolo dictum esse: Adulteros & scortatores iudicabit Deus. Nam si ferè leges & iudicia publica fileant, & ideo libidines vagæ passim impune sentur, non dormitat tamen iudicium Domini, qui illarum sectatores & patronos mulctat in fortunis, corpore & anima. Huius ergo meminerint Christiani homines, & vasa sua ab omni pollutione seruent in sanctitate in diẽ Domini nostri IESU CHRISTI, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

1. Cor. 6.
Heb. 13.

1. Theff. 4.

H O M I L I A C C X X V I I .

Dicunt ei: Cur ergo Moses mandauit dare libellum discessionis, & eam dimittere? Dicit eis: Moses pro duritia cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ceterum à principio non fuit ita. Dico autem vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob scortationem, & aliam duxerit, eum mœchari: & qui dimissam duxerit, mœchari.

Vide hom. 71.
& 72.

Interrogarunt nuper Pharisei IESUM Dominum & Seruatorem nostrum, si liceat viro uxorem suam quauis de causa dimittere: Ille verò quia eos sciebat litiosè agere, nec aliud quàm calumniandi occasionem captare, non statim dilucide aut Categoricè (vt Dialectici loquuntur) respondet, sed in initio eos ad primam coniugij institutionem remittit, & suo exemplo docet, quid fieri debeat in controuersis articulis, & tunc quidem cum primis, quando nobis res est cum aduersarijs in lignis, qui non de veritate instigant, sed cõtradicendi ansam sollicitè querunt. Nam etsi cum talibus nihil proficias, vt qui ne Deo quidem cedant, prodest tamen cum illis methodum hanc sequi, quam Christus suo exemplo nobis commendat, vt simpliciores intelligant, nos Dei autoritate niti, & illorum contumacia minus offendantur. Porro de coniugij institutione prima sic disseruit Dominus, vt rectè concludat, non rectè facere eos, qui priuata autoritate vinculum coniugij dissoluunt, quod Deus indissolubile esse voluit.

Pharisei Christum præmunt
Mosis auctoritate.

Sequitur Phariseorum responsio, qui nouam quæstionem mouent: Cur ergo Moses mandauit dare libellum discessionis, & uxorem dimittere? Vbi apparet, quod illos probè intellexisse Christi sententiam, neq; hanc potuisse improbare: non tamen cedunt.

cedunt veritati, sed odij contra hunc concepti virus produnt, dum Mosis auctoritate illum premunt. Quasi dicerent: Tu quidem dicis, non esse seiungendos eos, quos Deus coniunxit: nec de eo iam disputare volumus. At alius nos scrupulus angit: nimirum quod longè alia videtur esse Mosis sententia, qui mandauit, vt si qui vxorem habeat sibi minus acceptam aut gratiosam, dato repudij libello eam dimittat. Et hoc dicendo non aliud quærunt, quàm vt apud populum illi inuidiam & odium conflent, quasi Mosis contradicat, & eo sanctior & sapientior haberi velit. In eius verba in alienum sensum detorquent, & illum dicunt mandasse, quod præter animi voluntatem certis de causis concesserat. Etenim nusquam ille iussit, vt quis vxorem suam quauis de causa ex priuata libidine dimittat, sed (vt postea sequetur) cum videret id in illa gente non posse omnino prohiberi, modum prescripsit, quem sequerentur ipsi, qui vxores eijcere volebant. Id verò isti dissimulant, & vt rudi ac simplici populo imponant, ex permissione præceptum siue mandatum fingunt. Ita solum hodie facere multi rixatores, dum aliquem scripturæ locum pertinacius secum dum literam vrgent, neq; vllas rationes ex ore Dei & institutis eius desumptas adhibent. Fit hoc in altercatione illa sacramentaria circa Cœnam Dominicam & ad hinc propè omnibus, de quibus contenditur. Itaq; magna cautione simul & fortitudine opus est, quibus cum talibus res est.

Deut. 24.

Exemplum quod sequamur, hinc quoque præbet Dominus, qui Pharisæis dicit: Pro duritia cordis vestri permisit vobis Moses dimittere vxores vestras. Permissum & concessionem nudam esse docet, quod illi mandatum esse dicebant, & insuper Mosem ita excusat & defendit, vt culpam omnem in Iudæos rejiciat, atq; si mul ostendat, illum etiam si hoc permiserit, minimè tamen licentiam diuortiorum probauisse, quæ tunc inter Iudæos regnabat. Quasi diceret: Quid opus est Mosem mihi obijcere, qui de patrum vestrorum contumacia toties conquestus est, vt non possit negare, ipsum in hac quoque causa illis præter animi voluntatem indulissem. Videbat enim plerosque ingenio tam feroci & implacabili esse, vt vxores, quas semel odisse cœpissent, occisuri essent, si eas retinere cogerentur, vel ita tractaturi, vt illas mori præstaret. Permisit ergo vt dimitterent abs se, sed cum conditione eorum absque causa iusta repudiatarum honori consulebatur. Addit autem ex prima coniugij institutione: A principio non fuit ita. Id est, Deus non ita fieri voluit, neq; in coniugio ita luserunt sancti patres, qui ante Mosem vixerunt, &c. Itaq; ciuiles multæ in legibus ciuilibus, præsertim municipalibus, inueniuntur, quas si quis ad viuum rescare velit, & cum Christi præceptis conferre, ab his illas non parum differre patebit. In illis ergo meminisse oportet Christianos homines, ipsis non solum differe coram Deo, quod per leges ciuiles licet, & ideo in omnibus actionibus suis suæ vocationis rationem habeant, & potius quid fides & charitas requirat, cogitent, quam quid priuilegia eiusmodi hominibus prophanis & seculo deditis concedant. Peccatur in eo hodie à multis non solum ex vulgo, verum etiam Ecclesiarum ministris & scholarum præfectis, qui si inter eos versentur, quibus per leges conceditur perpotare, alea ludere, licentius vestiri, & alia huius generis, mox sibi quoque ista licere existimant, & pessimo vitæ exemplo auctoritatem suam turpiter prostituunt, atq; ita sal fiunt infatuatus, qui extra Ecclesiam eijci & conculari meretur.

Cur Moses diuortium permisit.

Exod. 21.
Deut. 24.

Cæterum ne Christus tergiuersari & lucem subterfugere putaretur, suam de diuortij sententiam disertè profert: quod factu opus erat, cum procul dubio licentia illa, quæ olim cœperat, sub Romanis, qui tunc Iudæam per præsides suos gubernabant,

Christi de diuortij sententia.

bant, in immensum creuerat. Et ex verbis eius colligere possumus, frequens fuisse, ut mulieres, quæ se maritis suis displicere sentiebant, facilius alijs aures preberent, qui ipsis si dimitterentur, coniugij spem faciebant: quod item multas, quas dimiserant, ex nouo coniugio opulentiores factas, postea ad se recipere, quod non multis ante Filij Dei incarnationem annis, Romæ fecerat Caro, grauisimus (scilicet) honestatis publicæ vindex. Nam vxorem Martiam, ex qua filios conuenerat, & tunc quoque prægnantem, sub arctioris amicitia pretextu Hortensio concessit, & cum hic moriens illam hæredem scripssisset, eandem denuo ad se recepisset. Et ex historijs constat, quàm turpi leuitate multi ex Iudæis tunc gentium moribus atque opinionibus sese accommodarent: Quid enim non facerent, quando inter eos publice sua placita professi Sadducæi, qui Epicuræorum similes animarum immortalitatem & mortuorum resurrectionem negabant, & quæcunque de spiritibus tantis quam malis traduntur, ludibrio habebant. Quapropter quod supra in legis explanatione dixerat Dominus, in præsentem reperit, dicens: Dico autem vobis, quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob scortationem, & aliam duxerit, eum moechatur, & qui dimissam duxerit, moechari. Adulteria vocat, quæ ipsi coniugia dicebant, imò sub vno diuortio tria adulteria latere, vel potius palam committi, testatur. Nam qui vxorem dimittit, & aliam ducit, eo ipso adulter fit. Deinde vxorem quoque alteram facit, dum dato repudiij libello potestatem illi facit, ut alteri nubat. Tertium adulterium quoque committit, qui dimissam ducit. Ratio huius dicti est, quod in nubilius priuata potestate sit, coniugij legitimè facti vinculum dissoluere. Ex eo sequitur, quod etsi quis vxorem ita dimittat, apud Dei tribunal tamen adhuc firmum tantumque est coniugium illud: & qui illud facit, plus iuris sibi sumit, quam Deus ipse dederit, adeoque vxorem prostituit, quæ eius caro est, & cui se totum debet.

At hic probè obseruari debet, Christum de diuortijs illegitimis & temerarijs, qui, quæ tunc inter Iudæos ex cuiusque priuata libidine fiebant, quauis de carnis hoc enim dum quidam non obseruant, omne diuortium damnant, & dum coniugij & honestatis vindices strenui esse volunt, scortationis & adulteriorum parca sunt. Clamant quidem cum Christo, Quod Deus coniunxit, homo ne seungat, sed dum absque omni exceptione ad omnes extendunt, quod Dominus de iniquis & merarij vinculi coniugalis abruptoribus dixit, illi ipsi palam contradicunt, qui præsentem exceptionem disertè ponit, dicens: NISI OB SCORTATIONEM. Hæc enim particula causam exprimit, ob quam diuortium fieri debeat, adulterium videlicet. Conuenit hæc cum naturæ lege, & ideo Imperatoriæ quoque leges adulterium iustam diuortij causam esse sentiunt. Etenim adultera, dum sui copiam alteri facit, vinculum coniugij ipsa abrumpit, nec habet quod de mariti iniuria queratur: huic autem iniuria grauis, & honesto viro intolerabilis fit, si adulteram querere cogatur. Eadem est ratio inter vxorem probam & adulterum maritum, si quæras, cur in lege inter causas diuortij nulla adulterij mentio fiat? facilis est responsio, quod hæc adulterium capite plecti iubeat: quod si fiat, omnis diuortij quaestio abrumpitur. Quia verò hodie inter Christianos quoque lex Dei in hac causa ferè silet, & Imperatoriæ etiam plerisque duriores æquo videntur, cauendum tamen est magistratibus, ne indulgentia, qua adulteris parcunt, innocenti coniugio fraudi sit: & illi (ut modò diximus) scortationis & adulteriorum patroni fiant. Verò Christus diuortij iusti causam tradit adulterium, sub quo alia grauiora scelera comprehendit, alibi diximus: ita alterius etiam causæ Paulus meminit, quæ est religionis diuersitas, quando infidelis coniunx fidelem tam contumaciter infestat, ut ei cohabitare nolit, nisi fidem in vnum Christum abneget. Hic enim locum apud nos habere debet illud Christi, qui nos parentes & vxorem cum liberis, imò vxorem propriam, odisse iubet, si nos ab ipso velint abducere. Attamen fidelis curat, ne ipsa

Acto. 23.
Matth. 5.

Christus quæ
diuortia dam-
nat.

Causa iusti di-
uortij.
Adulterium.

Leuit. 10.
Deut. 22.

2. Religio.
1. Cor. 7.
Luc. 14.

diuortij author sit, sed hereat cū infideli, quoad eius fieri potest. Quod si verò infidelis aut discadat, aut fidelē, exturbat, aut exterrē factū sequi nolit, non est (vt Apostolus ait) seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi. Deo igitur causam cōmentur. Poterat de his omnibus prolixē dici, sed breuiter ista perstringimus, quia eadē supra Capite quinto exposita sunt. Nunc sufficiat monuisse, vt Christiani homines de coniugio honorificē sentiant, eius fidem sanctē colant, patienter ferant eius molestias, nullam diuortij causam alteri præbeant, multò minus temerè à suo compatore discedāt. Interim omnibus huius seculi commodis & amoribus præferant. Seruatorem & sponsum suum IESVM CHRISTVM, vt huic fidem seruent, & cum eodem in cœlis vivant. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C X X V I I I .

Dicunt ei discipuli eius: Si tale est negotium hominis cum vxore, non expedit contrahere matrimonium. Ipse verò dixit eis: Non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui ex matris vtero nati sunt ita: & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrarunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

Dominus noster IESVS CHRISTVS ad duas Phariseorum quæstiones respondit, quarum prima fuit: An liceat homini vxorem quauis de causa dimittere. Altera, cur Moses patribus mandarit, vt vxores, quæ displicebant, dato dimissionis aut repudij libello, ablegarent. Summa responsionis Christi est, coniugij vinculum sacrosanctum esse, quod nemo ex priuato affectu seu autoritate dissoluere debeat. Mosē verò ita excusauit, vt culpam omnem in ipsorum contumaciam reiecerit, simul autem docuit, diuortia, quæ hæcenus fecerint, non solum non probari Deo, sed multiplicium adulteriorum causam siue seminarium esse, quibus Deus offendatur. Etsi verò hæc ita tradiderit Dominus, vt Pharisei non haberent quod ipsi opponerent, discipulis tamen non per omnia satisfacit, qui quæstionem de cœlibatu mouerunt, de quo in præsentī agitur. Et est locus hic dignissimus consideratu, eò quod hodie multi religionem & pietatem in cœlibatu magna ex parte consistere putant.

Occasio, quæ discipulos mouit, vt de hoc quærerent, hæc fuit, quod ita apud Iudeos inualuerat diuortiorum licentia, vt eius abrogatio ipsis quoque iniqua & intolerabilis videretur. Ideo dicunt: Si negotium hominis cum vxore tale est, id est, si hæc coniugij lex est, vt cum vxore quam quis duxit, perpetuò viuere cogatur, atque etiam si rustica, morosa, iurgatrix, prodiga, deformis, denique omnibus modis molesta sit, non expedit matrimonium contrahere, sed profuerit absque hoc vitam cœlibem viuere, vt molestijs eiusmodi te liberares, &c. Et credibile est, in mentem illis venisse ea, quæ de eiusmodi coniugijs à Solomone dicta sunt: Præstat habitatio in pinna tecti, aut in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Item vxor rixosa est instar tecti iugiter perstillantis. Nam vt tecta pertusa & stillans, & supellectilem corrumpunt: ita mulier contentiosa & rixosa viro intolerabilis est, eiusdem existimationi derogat, domo quoque eum frequenter efficit, non sine rei domesticæ iactura. Ideo sapiens quoque Sirachi filius dicebat: Apud leonem & draconem habitare optarim potius, quam cum improba muliere. *Prover. 21. & 19. Eccli. 25.*

Et quia dicta hæc quotidie confirmantur exemplis multarum, quæ vitam ipsam
 ris suis acerbam reddant, non mirum est discipulos in hæc verba erupisse.

Error commu-
 nis hominum.

Cæterum imponit illis cõmunis error, quo ferè in omnibus vitæ generibus
 go peccatur: qui est, quod pleriq; incommoda sola, quæ ad ipsos redundant, obli-
 uant, aliorum non item: incommoda verò in vniuersum negligunt, quæ in vnaque
 conditione Deus nobis propinat. Ita fit in agricultura, de cuius laboribus & mole-
 stijs queruntur agricolæ, non obseruant autem laboris sui fructus vberrimos, quos
 ex terræ prouentu percipiunt, animi item securitatem & conscientiz tranquilli-
 tem, quæ illam comitatur, dum alij inter opes suas & delicias otio ignauo conu-
 scunt, aut curis mordacibus discruciantur, atq; noctes quoq; insomnes agunt. In
 solet inter heros & seruos fieri, dum hi quidem de solo seruitutis iugo queruntur,
 quæ autem heros grauant incommoda non expendunt. In primis autem in coniu-
 gio hic error cernitur. Mulierum rixositatem aut merositate indignissime ser-
 mariti, interim non cogitant, quanta grauior sit mulierum seruitus, quibus rei do-
 mesticæ cura & æducationis liberorum labores potissimum incumbunt, & quæ
 viros qualescunq; ferre coguntur, qui sæpe seipos & rem domesticam sua in sol-
 tia & libidine pellunt. Cur item non recordantur vtrinq; coniugium per se sa-
 ctum & vtile, imò ad vitam commodè conseruandam necessarium esse, incom-
 da autem & molestias, quæ concurrunt, ex peccato accessisse, & facile mitigari
 posse, si Deus obseruetur & timeatur, qui primus illius author est, & pijs coniu-
 bus benedicit. Huius si omnes in sua conditione meminissent, minus sentirent mo-
 lestiæ, & ex laboribus quoque & curis, quas sentiunt, fructum perciperent
 pœnitendum.

Gen. 3.

Satan coniugij
 hostis indica-
 fessus.
 Heb. 12.
 Leuit. 20.

Ante omnia verò obseruari debet in hoc discipulorum Christi exemplo Sa-
 næ ingenium, qui non desinit bonis Dei institutis insidiari, vt ea vel aboleat con-
 no, vel hominibus exosa aut contempra reddat. Factum hoc omnibus seculis
 cõiugio. Scit enim improbus ille quadruplator, sanctimonia opus esse ijs, qui
 Deo conciliari & eius gratia frui volunt: non posse autem illam consistere, vbi
 des & amor coniugalis non ritè colitur: eò quod innata omnibus generandi cupi-
 ditas incontinentes reddit, & vagas libidines parit, nisi hoc remedio & freno, quod
 Deus ipse dedit, coerceatur. Itaq; vbi coniugiorum reuerentia nulla est, ibi con-
 eationis sordibus polluantur, qui Spiritus sancti templa aut vasa esse debent.
 Itaq; à prima rerum origine in eo fuit Satan, vt matrimonia vulgo inuisa faceret,
 aut illorum vsum legitimum corrumperet. Huius suggestione factum est, quod
 primus parens Adamus transgressionis suæ culpam Eux coniugi acceptam ser-
 & ipsi Deo dicere ausus est: Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de arbore
 medi. Deinde mox bigamia inter Caini posteros cœpit, quæ in polygamiâ
 dem erupit, neq; inter prophanos gentes solum, verum etiam in populo Dei
 inuenit, & multa incommoda peperit. Nunc noui Testamēti tempore, imò dum
 Dei pristino nitore, & eidem germanum sensum restituit Dominus, imò dum
 coniugij prima institutione differit, & huius nocentissimam pestem, diuor-
 licentiam coercere studet, inconsiderato zelo Apostoli decepti, consultissimè
 arbitrantur, si qui vitam cœlibem viuant, neq; sese indissolubili hoc vinculo
 gi sinant, ex quo se non possint postea absq; scelere extricare. Et licet hi à
 edocti postea Ecclesiam diligenter præmonuerint, vt ab hoc errore
 Christiani homines, illis tamen mortuis, illum magno studio & miris artibus
 & omnibus persuadere conatus est Satan. Hoc enim authore Tacianus
 aperte damnauit, & hunc secuti Encratitæ & Severiani mulierem non à Deo
 à diabolo factam, atq; eos qui matrimonio iungantur diabolico operi vacare
 runt. Exorti sunt etiam alij hæretici, qui idem senserunt, & inter hos etiam qui
 dicitur

Gen. 4.

stolici dici voluerunt, & Apotactici à renuntiando, quasi procul relictis omnibus
 huius seculi studijs, soli Deo sese cōsecrauissent. Et in ipsa Ecclesia reperti sunt, qui
 de coniugio minus honorificè sentirent. Ex horum numero fuere, qui in Concilio
 Niceno Ecclesiæ ministros ad cœlibatum astringere voluerunt, quibus sese vir san-
 ctus Paphnutius opposuit, & consuetudinem conjugalem dixit castitatem esse: Li-
 ceret autem huic Synodus assentiretur, tamen non multis annis post sub Constantio
 exortus est Eustathius Sebastie in Armenia episcopus, qui secessus quæsiuit, vt mo-
 nachus, & coniugij vsum abrogandum esse censuit. Et quamuis hic quoq; à Gan-
 grensi Synodo exauthoraretur, non cessauit tamen Satan hanc Camarinam mo-
 tio, vt inter pios quoq; & non malè meritos de Ecclesia inuenti sint nonnulli, qui
 coniugio sese iniquiores præbuerunt: ex quorum numero D. Hieronymus fuit, qui
 Eodem tempore, viuente adhuc Hieronymo, Syricius Romanus pontifex, qui Da-
 malo successit presbyteros vxoratos à ministerio remouere, & verba Pauli, Qui Rom. 8.
 in carne sunt, Deo placere non possunt, &c. non minus impio quam falso sensu de
 coniugibus exponere ausus est, sicuti in Decretorum libro, Distinct. 82. est videre.
 Ab eo tempore decreta de cœlibatu exasperata sunt, & mysterium iniquitatis An-
 tichristi spiritus indies liberius & maiori licentiã peregit, donec impurum cœliba-
 tum Ecclesiæ obtrusit, monachorum & sacrificulorum agmina auxit, & ita impletū Dan. 11.
 est, quod olim Daniel & Paulus Apostolus prædixerūt. Nos autem ista ideo cōme- 1. Tim. 4.
 moramus, vt constet, Satanam omnibus seculis apud omnes gentes, in primis autē
 in Ecclesia, coniugio insidiatum esse, vt huius vsu legitimo abolito aut corrupto,
 vagis libidinibus locum faceret, & publicam morum honestatem aboleret. Quò
 magis aduigilandum est ijs, quos per Euangelij prædicationem Deus vocauit in
 admirabilem lucem suam, ne impostores admittant, qui sub ementitã castita-
 tis prætextu miseros circumuenire student, & Satanæ tentandos propinant.
 Sed audiamus, quid discipulis suis Christus Dominus responderit. Primò Cœlibatus non
omnibus con-
uenit.
 summam suæ doctrinæ proponit, dicens: Non omnes capiunt verbum istud, sed
 quibus datum est. Habent verba ista aliquam Concessionis speciem. Nec enim
 negat, commodius & minori cum molestia vitam institui posse, si ea esset hominis
 natura & conditio, vt nullo libidinis affectu titillaretur, & cœlibes possent castè
 & sanctè viuere: Sed longè aliud esse docet carnis ingenium, vt non omnes ad cœ-
 libatum idonei sint, sed ij soli, quibus hoc cœlus datum est, & idèo matrimo-
 nium necessarium esse & perperam facere eos, qui continentia legem vel sibiipsis
 vel alijs velint imponere. Et ad hunc locum respexit Apostolus, quãdo Corinthijs, 1. Cor. 7.
 scripsit: Bonum fuerit viro mulierem non attingere: sed propter fornicationes,
 suam quisque vxorem habeat, & proprium quæque virum habeat. Faretur Apo-
 stolus coniugium suas habere curas, sollicitudines & molestias, & proinde his li-
 beratos commodius & quietius vitam traducere, eos quibus datum est continen-
 tia donum. Sed addit: Propter fornicationes, id est, quia donum hoc rarum est,
 & aliud postulat carnis natura, eo remedio vtantur homines, quod Deus ipse de-
 dit: & ne fornicationis spiritu seducti, sanctitatem suam polluant, aut indefinen-
 ti libidinis aestu vrantur, matrimonium contrahant. Et hoc diligentius explicans,
 monet, ne quis etiã sub religionis prætextu secus agat. Vxori (inquit) vir de-
 berat benevolentiam reddat, similiter autem & vxor viro. Benevolentia nomi-
 teri debet, fideliter præstet. Et hoc ipsum in Epistola ad Ephesios per exemplum Ephes. 5.
 Christi & Ecclesiæ illustrat, quo nullum castius & sanctius fingi potest, & quod
 solum sufficit confutandis impuris illis, qui conjugalem consuetudinem dam-

nare non verentur. Rationem autem, qua sententiam suam confirmet, ex com-
 ni lege natura profert, quæ unicuique quod suum est iubet reddere: Vxor
 (quod proprium corpus non habet in potestate, sed vir: similiter autem & vir pro-
 prium corpus non habet in potestate, sed vxor. Et ex eo infert: Ne fraudetis ali-
 um, nisi si quid ex consensu, ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi: & tu-
 sum in vnum conuenite, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestra-
 Rursus ergo Paulus plus periculi timendum esse docet ex secubatione coniugii
 quam ex moderato coniugij vsu, & tunc quoque imbecillitatis nostræ nos mon-
 nisse iubet, quando propter priuatas aut publicas afflictiones nos totos religio-
 & precibus dedimus; ne ea occasione circumuentos Satan in scortationis laqueis
 pertrahat.

Eunuchorum
 tria genera.

2. Cor. 9. & 7.

Castitatis do-
 num peculiare
 est.

Cæterum ne quis hinc nimium sibi ipsi tribuat, probat Dominus, non omnibus
 datum esse, vt absq; coniugio cœlibes & castè viuât: Sunt enim eunuchi, qui ex ma-
 tris utero nati sunt ita: & sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eu-
 nuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Eunuchos vocat eos, qui
 bus coniugij vsu non opus est, & ideo ad cœlibatum idonei sunt. Horum tria ge-
 ra facit. Primum eorum, quos natura tales creauit, vt frigidiores sint, & ad gene-
 dum inepti. Alterum eorum, qui vel propter vitium aut morbum corporis, quod
 illunde accidit, vel etiam violenter castrantur, vt reginis & virginibus custodiendi
 idonei sint: quod olim apud barbaros vulgare fuit, & hodie etiam apud Turcas
 vsu est; & hi propriè spadones dicuntur. Tertij sunt, qui seipsos castrauerunt pro-
 pter regnum cœlorum. Eos intelligit, quos Dei spiritus efficaciter trahit, vt se non
 ipsius seruitio consecrent, & vt expeditiores sint ad regni cœlorum munera obedi-
 da, neq; curis domesticis distraherentur, persecutiones item & aduersa commoda
 ferant, à coniugio abstinent. Talis fuit Paulus, qui siue vxorem habuerit, siue non
 habuerit, eam tamen non secum duxit, vt reliqui fecerunt: idq; hæc dubie ex illius
 consensu, & quod vtriq; datum esset à Deo, vt castè posset viuere absq; in continen-
 tiæ aut tentationis grauioris periculo. Idem animus alijs quoq; Apostolis fuit, qui
 vxores suas secum circumduxerunt, quando id cōmodè fieri potuit, tamen si quæ
 celsitas grauior incidit, has quoq; reliquerunt, ne per eas in suo ministerio impe-
 rentur, sed expeditiores essent ad regnum Dei per totum orbem propagandum:
 cui illis Christus iniunxerat. Et tales esse docet Christianos omnes, vt si opus
 propter regnum Dei & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, non modo
 mnes huius seculi facultates verum etiam parentes, fratres, sorores, coniuges & li-
 beros relinquunt. Notum est enim illud Christi: Si quis venit ad me, nec odit pa-
 trem suum ac matrem, & vxorem ac liberos, & fratres & sorores, amplius autem eum
 animam suam, non potest meus esse discipulus. Luc. 14.

Porro ne quis ex eo, quod dictum est, esse eunuchos, qui seipsos castrauerunt pro-
 pter regnum cœlorum, legem communem statueret, & in propria cuiuscq; potestate
 esse putaret, vt seipsum castrare & ad cœlibatum possit idoneum reddere, con-
 cludit locum hunc Dominus graui epiphonemate: Qui potest capere, capiat. Quod
 diceret: Sunt quidem nonnulli, quibus datum est, vt continenter viuere, & tam-
 non seipsos castrare possint, vt nihil ipsis à Satana periculi sit, ne ab eius nemine
 nibus superentur, non tamen hoc commune est omnibus electis, & ideo nemini
 mere sibi ipsi aut alijs hanc legem imponere debet: sed qui potest hoc capere, capiat.
 qui sibi hoc datum esse sentit, capiat, & Dei dono religiosè vtatur: qui vero se
 miorem esse videt, is coniugium contrahat, quod Deus omnibus commune
 datum esse vult, quo imbecillitati suæ medeantur. Non ergo Legem vniuersalem
 sancit Christus, sed liberum cuique facit, vt quod sibi conducibilis esse sentit, en-
 gat. Idem postea quoque fecit Apostolus, qui cum dixisset: Velim omnes homines
 esse v-

esse ut & ipse sum. Mox addit: Sed vnusquisq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem ita, alius autem ita, &c. Vide 1. Cor. 7.

Debet ex his doctrina generalis peti, in nullius priuata potestate esse, ut se ad cœlibatum obstringat, sed vnumquenque diligenter vires suas expendere debere, ut quid Deus ipsi dederit, intelligat. Enimvero quis non dicat ridiculè nimis eum facere, qui volare velit, cum Deus homines implumes crearit, & terræ, non aeris, incolas fecerit: At non minus ridiculè quàm stultè faciunt, qui cum Deus primo nostro parenti, adhuc in statu perfectionis agenti, dixerit: Non est bonum, ut homo solus sit, & c: ipsi cœlibes & solitarij viuere instituunt, cum quotidie carnis vitiosæ & ad libidinem procliuis affectibus se tentari sentiant. Arguitur ergo huius loci auctoritate tyrannis Pontificum Romanorum, qui Ecclesiarum ministris coniugio interdicunt: & in primis confutantur monastica vota, quibus ad cœlibatum perpetuum sese obstringunt pueri & puellæ, hi inquam, qui sanè per ætatem nondum scire possunt, quid de ipsis Deus statuerit, multo minus vires suas examinare possunt. Etenim Pontifices legè certam & necessariam obseruatu ex eo faciunt, quod Deus liberum esse voluit, imò publica auctoritate prohibent, quod ille iussit: qui verò monasticam vitam profitentur, non exploratis viribus vouent quod non est in ipsorum potestate. Olim sub veteri lege non valebant vota, quæ filia & vxores absque patrum & virorum consensu nuncupassent, & his illa rescindere licebat. Quæ ergo iniquitas est, votis temerarijs & non solùm inuito Deo, verum etiam reluctanter iniquitas est, votis obstrictos tenere homines, ne libertate per Christum non bis parata fruantur? Est hæc inconsulta nimis temeritas, cum impio coniugij à Deo instituti contemptu coniuncta. Non sinit ergo hunc inultam abire Deus, qui plerumque iusto iudicio tales in sensum reprobum tradit, ut illicitis libidinibus se ipsos polluant & infames reddant, qui cœiugio, cuius thorum sanctum & immaculatum esse, Apostolus testatur, vti nolunt. Accidit hoc olim Eustathij, cuius supra meminimus, seſſatoribus, qui cum matrimonia damnarent, aliorum vxores ad se pertraxerunt, quarum multæ sub virili veste apud illos latebant, & cum quibus illi stupri consuetudinem habuerunt. Quid inter Christianos factum sit post stabilitum salchandi licentia inualuit, ut multis lusus & iocus videretur, virgines constuprare, alienos thoros polluere, & absq; omni pudore quarumuis pudicitie insidiari. Quid enim facerent aliud, qui suos pastores & doctores publice scortari videbãt? Quod si quis de ijs loqui instituat, quæ clam in cœnobijs facta sunt, & adhuc fiunt, nemo honestus ista patienter audire, nemo bonus de illis cogitare potest, quin totus exhorreat. Non temerè ergo Apostolus dæmoniorum doctrinam esse dixit, quæ nunc commendat, cuius vsum gentes etiam prophanæ non honestum modò, verum etiam necessarium esse intellexerunt. Etenim commendatur in historijs Metellus Numidicus, quem dixisse ferunt: Si sine vxore possemus viuere Quirites, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ira natura tradit, ut nec cum ijs satis commode consulendum est. Pudeat ergo sua inscitia & temeritatis Christianos homines, qui cum Dei Filium in Euangelio loquentem audiant, simul tamen impuri cœlibatus patronis aures præbent, qui cum Verbo Dei publicæ etiam honestatis leges impetulant, & religionem Christianam Iudæorum & Turcarum ludibrijs exponunt. Nos verò fratres IESVM CHRISTVM secuti coniugij leges sanctè colamus, & huius auctorem Deum glorificemus in corpore nostro, & in spiritu nostro. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Nemo vel se-
ipsum vel alios
obstringat ad
cœlibatum.

Num. 30.

Heb. 13.

1. Tim. 4.

Tunc oblatis sunt ei pueruli, ut manus eis imponeret, & precaretur. Discipuli autem obiurgarunt eos. IESVS autem ait: Sinite puerulos, & ne prohibere eos ad me venire: saluum est enim regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus, profectus est illinc.

Vide homi. 82.
in Marcum.

Postquam Dominus noster IESVS CHRISTVS de coniugio egit, & huiusmodi dignitatem argumentis ex prima eius institutione petitis, non solum aduersus diuortiorum & adulteriorum licentiam, verumetiam aduersus impuri coelibatus & ementitæ castitatis patronos asseruit: sequitur nunc ordine commodissimo & naturali (ut sic dicam) historia de puerulis, quos quidam ad illum attulerunt. Sunt enim pueri siue infantes proprius & præcipuus coniugij fructus, & quia ex his legitima humani generis propagatio dependet, iidem etiam Reipub. & Ecclesiæ seminarij sunt. Itaque non minus necesse quam vtile est, scire, quæ illorum dignitas sit coram Deo, quomodo item educari & institui debeant. Est ergo historia hæc consideratu dignissima, quia de his omnibus admonet, & simul consolationem duplicem continet: Primam quidem specialem, qua parentes sese consolentur aduersus æducationis molestias, dum audiunt, se inter has Deo seruire, ad cuius regnum illi pertinent. Alteram verò generalem, qua in conscientia tentationibus nos confortamus, ne quis facile de Dei gratia desperet, quando constat, hanc ad parvulos usque extendi, qui de illa ne cogitant quidem, neque ea sibi opus esse norunt, nedum ut eam precibus expetant. Et hæc causa est, quod Lucas historiam hanc subijcit parabola de Phariseo & publicano, qua docet Christus, salutem nobis ex nullo operum nostrorum merito, sed gratuita Dei misericordia obtingere, & ideo neminem sua iustitia cum aliorum contemptu superbire, neminem item de gratia Dei & salute propria desperare debere. Quæ omnia ut rectius intelligamus, singulas historias partes ex ordine videbimus.

Pueruli Christo offeruntur.

Primum occasio totius actionis narratur, quæ fuit, quod Christo pueruli oblatis sunt, ut eis manus imponeret, & precaretur. Qui fuerint illi, qui eos obtulerunt non exprimitur, sed haud dubie parentes fuerunt, aut qui ex parentum rogatu hoc fecerunt. Causa quæ illos mouit, fuit, quod hæcenus viderunt, eius contactum multis salutarem fuisse, & verba eius vim & effectum coniunctum habere. Itaque speciem certam conceperant, suis quoque infantibus hoc salutare fore, si manibus imponerent, sed fausta illis imprecaretur. Habemus in illis exemplum fidei, imperfectæ quidem, sed quæ multa habet imitatione digna. Nam primò liberis suis consultum cupiunt, quod argumento est, locum in illis habuisse σοφίας, id est, naturales animi affectiones, quas Deus parentum cordibus iniecit, ut molestias æducationis, quæ multæ & grauiores sunt, facilius ferant. Habuerunt ergo dilectionem, per quam fides in electis excipitur. Deinde ut infantibus suis consulant, non aliò quàm ad Christum illos afferunt. Vnde apparet, illos de eo magnifice sensisse: quamuis fidei quædam infirmitas & imperfectio concurrat, quæ in eo cernitur, quod ut illos tangat, & pro eis precetur. Non ergo eò usque progressi sunt, ut illum verum Deum agnoscant, qui locum nutu quiduis faciat: qualem Centurio agnouit, de quo cap. 8. dictum est. Rursus etiam in fidei robur & vis sese in eos profert, quod ipsos non pudet Christi, quem precibus suis exosum esse sciebant, sed fortes & intrepidi eum accedunt, & se de illis maiora quàm de homine vulgari sentire & sperare profitentur. Plus ergo laudis merentur, quam parentes cæci illius apud Ioannem, quos post beneficium amplius merum, quod filius à Domino acceperat, adhuc eius puduit propter Phariseos, ne in horum offensam incurrerent. Vide Ioan. 9.

Gal. 5.

Secunda

Secunda pars discipulorum de hoc parentum facto iudicium narrat. Dicuntur autem illos obiurgauisse, quod satis pro imperio fecerunt. Nec enim illos Dominus ianitorum aut satellitum instar esse voluit, qui ab eius congressu arcerent eos, quos ipsi indignos iudicassent, sed potius ad hoc destinati erant, ut quosuis ad eum adducerent, qui omnes ad se inuitabat, qui suæ opis se indignos esse sentiebant. At terrores causa est, quod carnis rationem in consilium admittunt. Hinc fit, ut primum infantes solos respiciant, & quia hi (ut apparet) non aliquibus morbis laborabant, qui eius opem medicam requirerent: per ætatem verò doctrinæ nondum capaces erant, non vident causam aliquam grauem & iustam, cur ad illum debeant afferri. Deinde Christum aliter sibi imaginabantur, quam par erat. Nam regem huius seculi fore sperabant, & sibi ipsi in illo dignitates & principatus promittebant. Ergo indignissimum eis videtur, tantum virum circa puerulos aut infantes occupari, quorum cura ad mulieres potius quam viros pertinet, & à negotiis grauioribus & magis necessarijs auocari. Est hoc memorabile exemplum, quo docemur, quid eis accidat, qui in ijs, quæ Christi sunt & ad regnum Dei spectant, carnis rationem audiunt. Quia enim hæc non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, non possunt non in errores multiples incidere. Exempla quotidie occurrunt in sapientibus huius seculi, qui dogmata absurdissima, quibus fundamenta Christianæ fidei & religionis conuelluntur, humanis rationibus propugnant, & ira sibi ipsi & alijs imponunt, ne in Veritatis cognitionem perueniant.

In primis autem obseruari debet hoc loco indefessum diaboli studium, qui ipsa rerum origine infantium saluti semper insidiatus est. Nam ut nihil de eo dicamus, quod institutione mala & prauis exemplis multi corrumpuntur, religionis prætextu plerumque abutitur, ut illos perdat. Etenim inter gentes olim multos ita dementaui, ut proprios infantes deo Moloch immolarent, & in impietate omnium crudelissima pietatis laudem quærerent. Et ne hoc alicui mirum & incredibile putetur, Iudæis quoque, qui veri cultus formam ab ipso Deo acceperant, tantum scelus persuasit, inter quos non vulgus modò hominum, verumetiam viri principes & Reges sese illo polluerunt: sicuti de Achazo & Manasse sacra historia perhibet. Hic per Apostolos Christum suspectum facere conatur, ac si is puerulos recere & fastidire soleat. Etsi verò hic illius fraudem detegat, posteris temporibus tamen effecit, ut plerique dum suos liberos Christo consecrare voluerunt, ipsi Moloch eos sacrificauerint: quando nimirum votis monasticis obstrictos in Cœnobis detruferunt, ubi inter horribiles libidinum ignes miserimè arserunt: & multi adhuc ita ardent, ut felices dici possent, si accelerata morte subito tollerentur. Hodie, quando hanc quoque carnificinam Deus per Euangelij prædicationem euertit, Satan è contra Anabaptistas excitauit, qui dum infantibus Baptismum negant, eadem ratione eos à communionem Ecclesiæ excludunt: quod non aliud est, quam illius infidij eos obijcere. Quo magis nos aduigilare docet, ut Christo cõsecremus eos, quos communis ille hostis sibi vindicare cupit.

Et huc cum primis pertinet postrema huius historiæ pars, qua quid Dominus fecerit, narratur. Primò indignatus est discipulis, quod illum rarissimè fecisse cõstat cum ipsissima sit charitas. Indignationis autè causas iustas & graues habuit. Nam parentum fides labefactari poterat, quando videbant eos sibi aduersari, quos Christo familiarissimos esse videbant. Deinde quantum in ipsis erat, infantum saluti obstabant, quasi eos Dominus ab Ecclesiæ suæ communionem arceat. Præterea regno Christi derogabant. Quota enim pars Ecclesiæ sunt infantes ex Christianis parentibus geniti? Hos igitur omnes à Christo arcendo, ab Ecclesia excludunt & hanc suo seminario spoliant, quo sublato non posset diu consistere. Ut enim parentum sterilitas & orbitas familijs nobilissimis interitum affert, ut paulatim intermoriantur.

Discipuli obiurgant, etc.

Satan infantium hostis.

2. Reg. 16. 21.

Christus discipulis irascitur.

tur & occidant: ita nisi infidelium defunctorum locum liberi ex his geniti succedant breui tempore de ecclesia actum erit, & nulli erunt qui IESVM CHRISTVM regem & servatorem suum agnoscant. Recte ergo & merito discipulis suis irascitur Dominus, & idem procul dubio nunquam feret eos, qui regni sui pomeria finibus angustiorem includere, & eos arcere satagunt, qui serio salutis desiderio accensum cum ipso reconciliari cupiunt. Vide Psal. 2.

Christus puerulis ad se aditum facit.

At non modo discipulis indignatur, sed simul puerulis, qui ad ipsum deferuntur, & horum parentibus aditum facit liberum, dicens: Sinite puerulos, & ne prohibete eos ad me venire. Et ne hec vox irato excidisse videretur, ratione grauissima eam confirmat: Talium est enim regnum caelorum. Id est, tales sunt regni mei ciues & Ecclesiae meae membra: Ergo non arcendi sunt, quod minus ad me veniant. At ne quis in vocabulo τοις τωις, id est, talium, cauillandi occasionem quarat, & dicat hoc non ad eos, qui aetate paruuli sunt, pertinere contendat, sed ad eos qui iam adulti & fidem in ipsum professi, puerulorum similes simplicitati, humilitati & obedientiae student (quo sophismate Anabaptistae vtuntur, vt paruulos a baptismo & ecclesiae contubernio excludant) apud Marcum & Lucam addit: Amen amen dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei tanquam puerulus, nequaquam introibit in illud. Et mox puerulos istos vlnis suis complexus est, & manibus suis super eos impositis benedixit eis. Quae ratio ergo iubet vt eos ad regnum Dei pertinere & in ecclesiam recipi debere negemus, quos ipse Dei filius complexus benedictione sua dignatus est?

Infantes baptizari debent.

Debet igitur ex hoc loco generalis doctrina peti, Christianorum esse, vt infantes ex se genitos IESV CHRISTO adducant. Id vero bifariam fit. Primo quando per baptismum initiantur, vt ecclesiae quae Christi corpus est membra fiant. Non negamus equidem propriam & veram rationem, qua homines Christo adducuntur, doctrina & institutione constare. At in praesenti disertè de infantibus loquitur Dominus, & vt hi ad se adducantur iubet: qui cum doctrinae & praedicationis non sint capaces, eo medio & ratione cum illis agendum est, cuius capaces sunt. Est haec baptismus, vt in veteri Testamento Circumcisio, qua masculi octavo a partu die insigniti in ecclesiae societatem adoptabantur. Obseruarunt hoc Apostoli, qui ideo totas familias baptizauisse leguntur, quod scirent diuini foederis gratiam ad credentium infantes quoque extendi, secundum promissionem: Ero Deus tuus & seminis tui. Et cur non baptizauissent eos, quos sanctos & Spiritus sancti capaces ecclesiae item & regni Dei ciues esse sciebant? Et hunc morem ab Apostolis acceptum, postea obseruauit Ecclesia, teste D. Augustino, qui non veritus est scribere paruulorum baptismum esse traditionem Apostolicam, & Ecclesiae vniuersitatem

1. Cor. 1.
Acto. 10. 16.

Lib. 4. de bap.
contra Donat.
Cap. 23. 24.

ideo hunc retinere dicit, & insuper addit: Si quisquam in hac re auctoritatem dicitur) tamen veraciter conicere possumus, quid valeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circumcissione carnis, quam prior populus accepit, &c. Et ibidem postquam Abrahami & Cornelij Centurionis exempla adduxit, disertè testatur, quod vt Abraham prius fide iustificatus est, & postea demum iustitiae fidei sigillum circumcissionem videlicet accepit, in Isaac autem e contra circumcisio iustitiam praecessit, quam adultus demum & institutus in fide obtinuit: ita etiam cum Christianorum infantibus fieri quoad baptismum, vt regenerationis sacramentum

Lib. 3. de peccatorum meritis,
Eccl. Cap. 6.

cedat, & si Christianam tenuerint pietatem, sequatur etiam in corde conuersio, cuius mysterium praecessit in corpore. Idem pater in alio libro scribit, vniuersam Ecclesiam antiquitus hoc constanter tenere, fideles paruulos originalis peccati remissionem per Christi baptismum consequi. Et huius sententiae testem adducit Cyprianus

Lib. 3. Ep. 8.

Cyprianum, qui idcirco paruulos à materno utero recentissimos iam idoneos esse asseruit ad percipiendum Christi baptismum. Hic certè epistolam de baptizandis infantibus ad Fidum presbyterum, qui non baptizandos censebat ante diem octauum, quo olim circumcidi solebant, nomine Concilij scriptam, concludens ait: Idcirco frater charissime, hæc fuit in concilio nostra sententia, à baptismo atq; à gratia Dei, qui omnibus misericors atq; benignus & pius est, neminem per nos debere prohibere. Quod cum circa vniuersos obseruandum sit atq; retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos obseruandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra, ac de diuina misericordia pius merentur, quod in primo statim natiuitatis suæ ortu plorantes ac flentes nil aliud faciunt, quam deprecantur. Et vt ad D. Augustinum redeamus, hic in libro contra Iulianum Pelagianum eiusdem sententia alios etiam testes citat ex orthodoxis patribus, qui ante ipsum floruerunt, Basilium Capadocem, Gregorium Nazianzenum, Hilarium Gallum, & ex sui seculi scriptoribus Innocentium Romanum, Ambrosium Mediolanensem & Ioannem Chrysostomum: ex quo apparet eandem fuisse olim omnium ecclesiarum per totum orbem doctrinam. Hæc autem propter Anabaptistas annotamus, qui non minus pertinaciter quam impiè contendunt, neminem baptizari debere, priusquam in Christum credere & fidem profiteri possit: ad quorum argumenta cum in Martino nostro responderimus, eadem nunc repetere non est opus. Sufficiat verè pijs & non contentiosis, quod Christus puerulos quoque sibi adduci vult: & cum id non possit alia ratione fieri, quàm vt per baptismum in corporis sui mystici societatem coopentur, id religiose fiat, & illum precemur, vt quæ ex vi fœderis in illis obligatur, iustitiam fidei, ipse suo tempore eis largiri & confirmare dignetur.

Interim ipsi etiam non desimus officio nostro, & vt primum per aratè doctrinæ atq; institutionis capaces sunt, hanc illis adhibeamus. Fecit hoc pater, credentium Abrahamus, & idem populo Iudaico in Lege Deus diligenter mandat: & nota sunt Apostolorum præcepta de hac re. Arguuntur hic prophani homines, qui filiorum, qui ex ipsis nati sunt, minorem rationem habent quàm iumentorum & pecorum, imò quàm canum & accipitrum, quos diligentissimè ad venationem & aucupium instituunt, filios autem turpissime negligunt, quoad ea, quæ ad religionem & salutem æternam pertinent. Nihil nunc de illis dicam, qui illos consultò corrumpunt, & teneram ætatem pessimis moribus imbuunt, vt iurare & execrari, potare, obscœna loqui & canere discant, priusquam quid ista sint intelligant: Deinde vbi ætate profecerunt ipsi vitæ generibus infelices mancipant, in quibus non possunt non perire, nisi eorum Deus misertus denuo illos educat. De illis loquor, qui in monasteria suos detrudunt, in militiam mercenariam mittunt, coniugijs imparibus implicant, vsurarijs artibus destinant: qui deniq; hoc vnũ quarunt, vt in mundum hoc diuites & honorati sint, neque illis curæ est, si Deo displiceant & æternum damnentur. Peccant hi in leges naturæ, & Reipub. atq; ecclesiæ pessime cõsulant, cuius seminarium (vt intus diximus) corrumpunt. Itaq; vt Christiani magistratus suam auctoritatem interponant, necesse est. Excipiet hos Solomonis exemplum, qui in prouerbijs non aliud magis vrget, quàm vt pueri rectè instituantur. Qui verò scholarum præfecti sunt, meminerint quam arduam functionem sustineant, & suæ fidei creditos pueros qui Reipub. & Ecclesiæ spes sunt, in veri Dei cognitione & fide sincera ad pietatem instituunt, vt Christo insiti in eodem adolescant. Hæc enim & huic officium longe gratissimum præstant, & de tota Reipub. & Ecclesia optimè merentur. Interea omnes ad se pertinere putent, quod in hac actione dixit Dominus, neminem ingressurum in regnum Dei, nisi qui hoc vt puerulus acceperit. Exponit hoc Petrus Apostolus, scribens: Deposita omni malitia & omni dolo & simulationibus & inuidentijs, & omnibus obtreccionibus, vt

Pueri instituendi.

Gene. 18.

Exod. 13.

Deut. 6.

Psal. 78.

1. Pet. 3.

2. Cor. 5.

Ephes. 4.

Apo. 16. 18.

modò nati infantes lac illud sermonis syncerum expetite, vt per illud adoleſcatis. Quibus verbis tria monet Apoftolus: Primum, vt quia natura mali, mendaces, plauti, & proinde inuidi ſumus, quæ obtreccionem, maledicentiæ & aliorum ſerulorum cauſa eſt, malitia hac depoſita in alios homines transformemur, & noua ſumus creatura, vt Paulus ſcribit. Deinde vt lac verbi Dei, quo nihil ſyncerius eſt, & ſanctius ex animo appetamus, & vt infantes nihil charius habent vberibus matris, ita nobis nihil antiquius & exoptatius ſit verbo Dei, quod vt ſemen eſt, ex quo nos renaſci oportet, ſic nutrimentum quoque ad vitam nobis ſuppeditat. Poſterum nõ ſolum incipiamus officium facere, ſed in eo proficiamus quod ex Dei verbo didicimus, vt ex infantibus tandem euadamus in virum perfectum, in mentis ram ſtaturæ adulti Chriſti, ne puerorum inſtar fluctuemus, ſed veritatem ſecundum cum charitate, adoleſcamus in illum per omnia, qui eſt caput, nempe Chriſtus. his (inquam) nos eſſe oportebat. At quæ noſtri ſeculi calamitas eſt, plerique ſe Chriſtianos eſſe ſibi perſuadent. Etiamſi in perdita & peccatrice conditione manent, & peccato ſeruire pergant: imò ijdem ſi quando aliquo uſq; profecerunt, leuiſſima quaq; occasione relabuntur. Et hi ſunt, quibus lac illud Verbi Dei ſordet, & circum poculum appetunt, quod magna illa mater ſcortationum illis miſcet, & omni religionis cura depoſita, mundi ſtudijs ſeſe totos dedunt, & tunc ſibi felices videntur, ſi peſſimis affectibus abrepti omnia pro ſua libidine faciant. Oremus ergo vnigenitum Filium Dei IESVM CHRISTVM, vt ex verbi ſui ſemine renati manu medicam adhibeat, atq; nobis benedicat, vt in ipſo adoleſcamus & ſeruemur. Ipſi debetur benedictio, honor, gloria & poteſtas in æternum, Amen.

M O M I L I A C C X X X.

Et ecce, quidam accedens dixit ei: Magiſter bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Ipſe verò dixit ei: Cur me dicis bonum? Nullus eſt bonus, niſi vnus, nempe Deus. Si vis autem ad vitam ingredi ſerua mandata. Dicit ei: Quæ? IESVS autem dixit: Non occides, Non mæchaberis, Non furaberis, Non dices falſum teſtimonium. Honora patrem & matrem, Et dilige proximum tuum vt teipſum.

Chriſtus non
abolet huius vi
tæ conditiones
2. Cor. 5.
Galat. 6.

Argumentum
actionis ſequē
tis.

QUAMVIS regnum Domini noſtri IESV CHRISTI non ſit de hoc mundo ſed in eo conſtat, vt per illum ex peccati ſeruitio redempti, & ex ſemine vi
bi eius renati, nouæ creaturæ ſimus, in quibus ille regnet & viuat: idem tamen non
abolet huius vitæ conditiones, ſine quibus in terris neq; genus humanum conſer
uari, neque commodè & honeſtè viuī poteſt, quales ſunt, Coniugium, liberorum
procreatio & educatio, œconomia, ad quam agricultura cum opificijs manuum
& mercatura pertinet, magiſtratus item & quæcunque in pace & bello ſunt neceſſaria.
Vt enim iſta omnibus ſeculis inter electos Dei cultores in uſu fuerunt, in
quid in his omnibus fieri & obſeruari debeat Spiritus Sanctus in ſcripturis dilige
tèr docet. Et huc facit totum hoc Caput, in quo huc uſq; de Coniugio diſſeruit Chri
ſtus, & liberorum inſtitutione. Sequitur nunc actio memorabilis cum iuvene quod
lento & magnæ dignitatis, qua docemur, quis nam adultis & in quocunq; vitæ
genere verſantibus ſtudioſum & actionum omnium ſcopus eſſe debeat: Nimirum
vt non ſolum in hoc ſeculo commodè viuam, ſed huius vitæ curriculum ementi
ternam aſſequantur. De qua ſic loquitur, vt ea occasione oſtendat, quantum im
pedimentum ad vitam æternam aſpirantibus diuitiæ obijciant, niſi in fide vera reſpon
ſimus inſtituti. Itaque traditur hic primum quæ vera ſit æternæ aſſequendæ ratio
deinde quis nobis opum uſus eſſe, & quid in tota re domestica & omnibus, quæ præſentem

presentem vitam faciunt, obseruari debeat. In presenti primam historiarum partem videmus, & breuitati quidem studebimus, quia prolixius de his dictum est in Marco nostro homil. 83.

Primus vero occurrit, qui toti actioni occasionem praebeuit. Initio quendam accessisse ait Matthaeus, & mox eundem dicit *ραβιωνου*, id est, iuuenem. Lucas principem suae primatum fuisse scribit: Certè diuitem & opulentem fuisse constat: quae fortassis (vt in mundo fieri solet) causa fuit, vt in ea aetate ad magistratum & publicas functiones eueheretur. Hic ad Christum accessisse dicitur. Non autem obiter, & quasi aliud agens, accessit, sed Marco teste, accurrit & accidit ad genua, vel cum genuum inflexione eum compellauit: quod magni studij & obseruantiae indicium est. Dicit autem: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam aeternam? Et Christus eum dilexisse dicitur apud Marcum. Itaque operae pretium fuerit, singula quae fecit diligentius inspicere.

Occasio huius actionis. Luc. 18. Marc. 10.

Principio de vita aeterna quaerit. Ergo non fuit ex Sadducæorum numero, qui cum animarum immortalitatem & corporum resurrectionem negarent, vitam aeternam esse non credebant. Hanc iste non credidit modo, sed beatam esse credidit, & ad solos pios pertinere, qui virtuti & sanctimoniae studeant. Magnum autem a-nimi verè p̄ij argumentum est, quod neque aetas, neque diuitiae, neque dignitates illum potuerunt auocare, quò minus de vita futura & aeterna sollicitus sit. Et in eo qui-ban dem omnes, qui Christum sequebantur, superat. Nam si eius discipulos domesticos spectes, hi tunc regnum terrenum somniabant. Reliqui propter miracula accedebant, vt morbis suis remedium inuenirent, aut epulo gratuito exciperentur. Multos inanis curiositas trahebat. Solus hic inuenitur, qui de vita aeterna interrogat. Estque hoc memorabile exemplum, quod iuuenes imitentur, & si quidem in primis, qui aliquando magnates futuri sunt. Existimant plerique vitae aeternae curam ad iu-niores nequaquam pertinere: sed aliud res ipsa loquitur. Quia enim Dei opus sit-mus, qui nos in vtero finxit, & in quo sumus, viuimus & mouemur, nos totos illi de-cum iuuenes perinde vt senes morti sint obnoxij, imò pauciores ad senectam praeueniant, necesse est, vt assiduis de vita aeterna meditationibus sese ad abitum ne quoque & disciplina seueriori & continua opus est, quae illos in officio cõtineat, ne quid in aetate illa lubrica designent quod aliquando in gradu sublimiori consti-tutis, existimationi ipsorum aliquid derogat. Semper ergo sibi ipsis occinant illud Dauidis: Qui nam emendabit adolescens viam suam? Si custodiat verbum tuum, Et illud Sirachidis: Memento finis tui, & non vnquam peccabis. Nec desunt exem- pla sanctissimorum iuuenum in vtroque testamento, quorum vestigijs potius in-sistant iuniores quam vt mundi illecebras sectentur, aut hominum prophanorum & illud vocem audiant.

Iuuenis de vita aeterna quaerit.

Psal. 139. Acto. 17.

Psal. 119.

Deinde obseruatu dignum est, quod de vita aeterna Christum interrogat, non Scribas aut Pharisaeos: nimirum quod hos diu nequicquam audiisset. Etenim vt alibi dictum est, frigide isti docebant, neque ipsorum dictis aliqua aderat spiritus sancti gratia, qualis in Christi labijs erat diffusa. Deinde nihil ferè praeter exter-nos sacrificiorum ritus, oblationes, ieiunia, ablutiones & alia corporalia exercitia tradebant, quae ad veram pietatem parum conferunt, neque cor stabilire possunt. Ergo stiebat ille adhuc, quod omnibus euenire dicit Dominus, qui tibi quam ex ipso bibunt. Itaque quia haud dubie ex fama, quae longe lateque spargebatur, praclarum de Cristo spem concepisset, ad hunc contendit, vt certum quid & solidum ex illo audiat. Imitentur hunc quotquot veritatis & salutis studio tenentur.

De vita aeterna Christus interrogetur. Math. 7. Psalm. 45. 1. Tim. 4. Hebr. 13. Ioan. 4.

Etenim qui ab hominum autoritate pendent, aut Conciliorum determinatione expectant, ij semper dubium pendent, & tandem misere falluntur.

Quaestio Pharisaeica.

Præstat verò quaestionem ipsam audire: Magister bone (inquit) quid bonitatem, ut habeam vitam æternam? Pia quaestio & quæ ex cælo bono mora fuit. Iste concurrens hic duplex error, quem ex Pharisæorum institutione hauserat. Primum est, quod vitam operibus & horum merito acquiri posse putat: alter, quod se peccatis prius viribus aut ex seipso aliquid boni posse facere, sibi persuasit. Vtrumque decebant Pharisæi, ut alibi demonstraui. Non agnouit ergo iste adhuc in seipso vitiositatem, qua fit ut ex nobis ipsis ne ad cogitandum quidem iustitiam. Et hic error ille communis est, qui non ludæos solos perdidit, dum spreto Deo iustitia suam constituere voluit, verum etiam omnibus seculis in toto orbe omni superstitionum causa fuit: & hodie adhuc lapidem offendunt omnes, qui Evangelij doctrinæ sese opponunt, quod pro suorum operum iustitia & merito pugnant. Et nocentissimi doctores sunt, qui Pharisæos secuti miseros peccatores ad opera sua remittunt. Faciunt hic perinde, ac si medicus ineptus paralyticum & omnium virium adminiculo destitutum currere aut salutare iuberet, & ex eo salutem eliceretur. Itaque à nostri ipsius cognitione initium fieri oportet: quod ipsum Christus sua responsione docet, cuius partes sunt duæ.

2. Cor. 3.
Rom. 10.

Christus quomodo boni nominem rejiciat.

Priori quaestionem novam opponit, dicens: Cur me dicis bonum? Et mox huius rationem reddens, addit, Nullus est bonus, nisi vnus, nempe Deus. At hæc dicit non negat se bonum aut Deum esse. Multo minus subtili argutia suam Deitatem astruere vult (ut quidam interpretantur) sed simpliciter ad iuuenis errorem reponens, ut huic medeatur, occasionem ei dare voluit altius quid de hac ipsa quaestione cogitandi. Quasi diceret: Quæris quid boni facere debas, ut vitam æternam possis assequi. Atqui ipsa Boni vox te docere poterat. Quia enim nemo ex seipso bonus est præter vnum Deum, nihil vtriusque bonum dici poterit, quam quod ipsi placet quod item ipse iubet, & in nobis agit. Quin ergo ad illum totus conuerteris, & de posita confidenti illa de tuis operibus persuasione, ad diuinæ gratiæ thronum curris per eum, quem ille inter seipsum & homines Mediatorem constituit, & de Hic huius dicti proprius sensus & vsus est.

Solus Deus bonus.
Rom. 9.
Psal. 51.
Gene. 68.
Psal. 14.
Rom. 3.
Ips. 59.

Interim diligenti consideratione dignum est, Deum reuera solum bonum esse, neque extra hunc aliquid esse, quod ex seipso bonum dici mereatur. Etenim ut Apostolus scribit, peccatum ex vno homine Adamo in omnem posteritatem derivatum est, & ideo omnes in peccato concipimur & nascimur, adeo ut ad omnes pertinet quod dicit Deus: Non contendet Spiritus meus perpetuo cum homine: quia caro est. Figmentum cordis humani malum est à pueritia sua. Item, non est iustus, ne vnus quidem, non est qui intelligat, non est qui exquirat Deum: Omnes delinunt, simul inutiles facti sunt: non est qui exerceat bonitatem, non est vsque ad vnum Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis suis ad dolum vsi sunt, venenum peccatorum sub labijs eorum: Quorum os diris & amarulentia plenum est: veloces peccatorum ad effundendum sanguinem, contritio & calamitas in vijs eorum: & viam pacis non cognouerunt, &c. Ad hæc propter nos vniuersa hæc mundi machinatur & vanitati obnoxia suspirat, ut liberetur. Solus ergo Deus ex seipso bonus & omnis boni fons est. Istorum verò hic nobis vsus esse debet: Ut primum Deo vni fidamus, & ab illo vno petamus quod nobis bonum & salutare est. Deinde miseramur donis eius, si quæ in nobis ipsis inuenimus, sed nobis ipsis dicamus: Quid habes quod non accepisti? &c. Simul etiam cogitemus, in quem finem accedemus: Nimirum ut Dei gloriæ & aliorum hominum vtilitati seruiat. Præterea Deus solus bonus, homines autem mali sunt, cur offendimur, aut iras implacabiliter concipimus, si qui nos dicto aut facto lædunt? Quid enim aliud faciat homo, qui natura

Rom. 8.

1. Cor. 4.

natura malus est. Socrates olim à temerario & petulante quodam temere & iniuste percussus, cum ab altantibus iuberetur illum in ius trahere, respondebat: si asinus me calce feriret, num me huic actionem forensam intendere iuberetis? Non arbitrator. At nisi hic asinus & verè rationis vsu destitutus esset, nunquam fecisset quod fecit. Si in ethnico philosopho tantum potuit innata omnibus vitiositatis consideratio, quid non eadem possit apud homines Christianos, si simul Dei bonitatem cum illa conferamus, qua fit, vt hunc diligentibus omnia adiumento sint in bonum? Romanos octauo.

Sequitur altera responsionis Christi pars, qua directè ad quæstionem iuuenis istius respondet, dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et illo quærente, Quæ? secundæ tabulæ præcepta recenset: Non occides, Non mœchaberis, &c. Quibus compendium omnium addit: Et diliges proximum tuum vt teipsum. Vbi quis miretur cur hunc ad legis præcepta remittat Christus, qui aliàs fidem exigit ab omnibus, hoc vnū itidem inculcans: Amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam, &c. Num ergo sibi ipsi contradicit? Aut num duæ diuersæ ad vitam æternam viæ sunt: vna per fidem in Christum, altera per operū legis iustitiam? Nequaquam. Etenim Christus, qui ipsissima veritas est, sibi ipsi nō potest esse contrarius: & idem solus est Via & ostium, vt nemo sine illo ad patrem veniat: neq; est aliud nomen sub cælo datum inter homines, per quod nos oporteat saluos fieri. Et quia hic non alia ratione quàm per fidem apprehenditur, rectè & propriè ille dicit: Qui credit in me, habet vitam æternam: propriè item loquuntur Apostoli, quando nos fide in Christum absq; operibus Legis iustificari & seruari docent. At quia hunc propriæ iustitiæ fiducia decipiebat, vt aliena sibi non opus esse putaret, quæ per fidem in promissum Seruatorem acquiritur, Dominus ad Legem remittit, ceu ad speculum, in quo infirmitatem suam siue defectum, & latentem in carne naturæ vitiositatem videat, & ea visa humilietur. Et hanc Christi sententiam siue mentem suam ad perfectissimum charitatis opus remittit, & vt omnibus diuenditis & in pauperes distributis, se sequatur postulat. Adde his præceptorū istorum interpretationem, quam supra Capite quinto audiuius & mox patebit, neminē esse mortuum, qui quæ istis requiruntur præstare possit. Vehementer ergo errant, qui ex hoc dicto Christi, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: operum iustitiam colligunt. Nam rectè quidem hoc dictū est, sicut & illud in lege, Custodite iudicia mea, quæ faciens homo viuet in eis: Sed his minorem propositionē subiicere oportet. At nemo ista facere & perfectam obedientiam eis præstare potest. Et irrefragabili demonstratione sequetur, Neminem ex præceptorum legis obseruatione iustificari aut seruari posse.

Quis ergo (inquis) vsus est legis? Magnus & multiplex o fratres. Primus, de quo nunc diximus, vt speculi instar sit, quod nostrā vitiositatem & imperfectionē arguat, & conuictos peccati, instar pædagogi deducat ad Christū, qui solus ei medetur. Alter, vt nos de Dei voluntate edoceat & quæ vere bona opera sint, ostendat, ne hominū traditiones secuti eorum specie & splendore fallamur, quæ secundum illas fiunt. Postremus, vt in officio contineat homines, ne qui prætextu fidei abutantur ad peccandi licentiā: quod multi (proh dolor) non sine publico multorū scandalo faciunt. Discimus ergo ex hoc loco, doctrinā de sola fide in Christum iustificante & seruante, neq; cum Legis doctrina pugnare, neq; bonis operibus inimicam esse, sed ad hæc nos potius per illam obstringi. Est enim fides certa & indubitata de gratia Dei in Filio suo IESU CHRISTO nobis facta persuasio, qua hunc ita apprehendimus, vt ipse in nobis viuat & agat, & nos ceu palmite ei insiti fructum multum feramus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Ad legis præcepta remittitur iuuenis hic

Ioan. 10. 14.
Acto. 4.

Leuit. 18.

Vsus legis.

Rom. 7.
Galat. 3.

Ioan. 15.

Dicit ei adolescens: Omnia hæc observavi à iuventute mea: quo adhuc deficior? At ei IESVS: Si vis perfectus esse, abi, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: Et veni, sequere me. Cum audisset autem adolescens eum sermonem, abiit contristatus: Habebat enim bona multa.

*Vide in Marc.
Homil. 84.
In Luc. 169.*

Quamuis omnes homines natura non solum peccatores, verumetiam ita confidiosi sint, ut ne ad cogitandum quidem idonei sint ex semetipsis, ea tantum confidentia illis innata est, ut suorum operum meritis vitam æternam se consequi posse sibiipsis persuadeant. Est hæc causa omnium superstitionum, in quas mundus scinditur. Ut ergo Deus Servatorem humano generi vnicum prædestinatum Filium suum vnicigenitum: ita speculum commune dedit, legem nimirum, in qua nos ipsos contemplando vitiositatem nostram agnoscamus, & intra animos nostris conuicti in filio suo oblatam salutem amplexemur. Idcirco hic nuper iuvenem, qui stultum, de vita æterna quærentem, ad præcepta legis remisit. Sed quid tunc quod fieri soleat, altera historiae pars in præsentem docet: ubi discemus, non sufficere Legem speculum obiter intueamur, sed efficaci spiritus virtute opus esse, quæ in animos nostros ille penetret.

Iuuentis confidentia.

Nec enim intelligit Christi consilium iuuenis iste, sed hoc audito in errore propriae iustitiæ fiducia potius confirmatur: ut hodie multi qui ex eo, quod nobis à Deo data est, colligunt, nobis vires inesse, quibus illi possimus satisfacere, & si quis hoc neget, Deum nobiscum ludere aiunt. Tale quid hunc quoque sensum apparet. Nam confidenter responder: Omnia hæc observavi à iuventute mea, quæ dicto tam arrogante, quo & sui ipsius & legis diuinæ ignorantiam prodicentus, addit insuper: Quo adhuc deficior? Quod nunquam dicturus erat, si Legem sensum & usum tenuisset, quem Christus supra capite quinto tradidit, non alium Legis usum esse putavit, quam ut ad politicam obedientiam nos instruat. Interim huic plus tribuit quam sanctissimi quique omnibus suis virtutibus, quæ in ipsis commendantur, vnumquam tribuerint. Omnium enim horum vox fuit: Ne egrediaris Domine cum seruo tuo in iudicium; Cor mundum crea in me Deus: & uerte nos, & conuertemur. Sed eò usque progrediuntur, qui semel incipiunt suis operibus fidere. Quia tamē non malitia aut impia confidentia peccauit, non propterea ei meretur: sed sunt aliqua in ipsis, obseruanda, quæ laudem & imitationem præstant.

*Psal. 143. 51.
Thren. 4.*

Legis vsus in vitæ institutione.

Psal. 119.

Primum, quod in hac ætate & fortuna, inter opes nimirum & dignitates, quæ vulgares sic vitam suam transegit, ut Legi Dei se obedientiam politicam præstare gloriari possit. Nam verè hoc illum dixisse, ex eo constat, quod Dominus eum non arguit falsi quoad externa vitæ officia, sed eum dilexit, ut nuper quoque ex Marcæ annotauimus. Habemus igitur in eo exemplum eius, quod Dauid ait: In quo emendabit adolescens viam suam? In eo, si Verbum tuum custodiat. Huius certe sententiam hunc in officio continuit, ut licet vitam æternam non potuerit mereri, cuius tamen probitatis siue integritatis laudem assecutus sit. Et qui huic animo sincerè intendent, horum pietas Deo grata est, qui eam præmijs suis in hoc seculo remunerant, & eadem conscientiam placat, & in aduersis consolationes suggerit non contemnendas, sicuti in Iobis exemplo est videre. At quæ nostri seculi calamitas est, plurimum inuenias hodie, qui præcepta decalogi ne numerare quidem, nedum de illorum obedientia gloriari possint.

Iob 31.

Legis iustitia non satisfacit conscientie.

Obseruari præterea debet, quod etsi de externa siue politica præceptorum Dei obseruatione sibi bene conscius esset, nihilominus tamen ad Christum venit, qui dicens, quid ipsum facere oporteat, ut vitam æternam consequi possit, & nunc quæ

porro sibi faciendum sit, quærit. Ergo legis iustitia, qua plerisque sui loci & ordinis hominibus præstabat, ipsius conscientia satisfacere aut salutis certum reddere non potuit. Fit hoc omnibus qui absque Christo ex operibus suis iustificari & seruari volunt. Etenim opus Dei quod animum hominis satiat & tranquillum reddit, ille miser, ut noster redemptor fieret. Veruntamen laudem meretur, quod proficere cupit. Etenim quia natura vitiosi sumus, nisi indies progrediamur, mox vel ignaui torpemus, vel in peius relabimur. Vidit hoc Paulus qui etsi in Pharisaismo præqualibus suis profecisset, & postea in Christi seruitio plus alijs Apostolis laborasset, tamen non dubitavit de seipso scribere: Non quod iam apprehenderim aut perfectus sim, sed persequor experiens an quoque apprehendam, &c. Turpiter erunt, quæ ipsi mandata sunt, quales dici merebuntur, qui vix dum cœperunt officium facere: Vide Luc. 17.

Ioan. 6.

Philip. 3.

Sed Christum audiamus, qui (ut Marcus annotauit) iuuenem hunc amicè intuitus est ac dilexit: Nimirum quod licet ex ignorantia erraret, proficere tamen cuperet, & ipso magistro vteretur. Quod probe obseruari debet, ne animi nostri intentionem bonam sufficere putemus. Etenim tunc demum probatur Deo intentione nostra, si quod ille iubet, facere cupimus. Et hæc causa est, quod istum nimis arroganter de seipso sentientem amico responso dignetur Dominus: Nam apud Marcum ait: vno deficeris. Quasi diceret: Videris tibi multum præstitisse, & laudo tuum institutum. Sed adhuc vnum tibi deest, & quidem præcipuum: Nimirum obedientia fidei, ut omnibus alijs rebus relictis ab vno Deo pendeas per fidem in me, qui vnicus sum inter ipsum & homines Mediator. Itaque si vis perfectus esse, abi, vendique habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni sequere me.

Christus diligit iuuenem.

Cur iubeatur iuuenis omnia vendere.

In quibus verbis diligenter videre oportet, quis scopus Christo propositus fuerit. Nam qui hunc non obseruant, hi præceptum generale dari putant, in quo perfectio Christiana consistat. At non omnibus præcipi quod huic dicitur, ex eo colligitur, quod alijs permittitur, res suas sibi seruare ut Zachæo, Iosepho Arimatæo, Lazaro Bethaniensi & sororibus: multi item iubentur domum abire, & suis adesse. Quid ergo in præsentem vult Christus? Defectum suum indicare vult confidenti adolescentulo, ut sentiat quam protul absit à perfectione. Itaque quia se habet in eius cor penetrat, ut intelligat, Deum in lege non solum politicam obedientiam, sed totum hominem requirere, ut quantus quantus est, ad ipsius obsequium paratus sit, ut vel propter ipsum omnia relinquat, vel ipso sic iubente omnia egenis distribuatur. Et hunc scopum Christo propositum fuisse, apparet ex eo, quod addidit: Et si quis reliquit omnia, quæ prius eximia duxit, & seipso abnegato, se totum illi consecrat. Ideo opponuntur inter se diuitia huius seculi & thesaurus, qui in cœlis nobis repositus est: Christus item & pauperes, quos libipsum substituit, ut alibi molumus. Et huius nos semper meminisse oportet, ut beneficentia in pauperes testemur, quanti faciamus Deum, qui illos nobis commendauit. Nam hic ille Lydius Exemplo nobis sit hic iuuenis, qui audito Christi præcepto, abiit contristatus. Tristitia causa indicatur, quod diues esset & bona multa haberet, fide autem in Christum adhuc destitueretur, quæ sola leuem nobis reddit, non modò opum, verum etiam proprii sanguinis & vitæ iacturam: ut exempla sanctorum Martyrum abunde testantur. Huic autem diuitiarum iactura difficillima visa est, qui ut ope-

Matth. 9.

Ioan. 5.

Marc. 5.

Iuuenis abiit contristatus.

rum suorum meritis fidebat, quoad vitam æternam: ita spem & fiduciam omnem in diuitijs sitam habebat, quoad vitam huius seculi: ita verò pudefunt iustitiam qui sibiipsis fidunt: & simul apparet, quantum impedimentum ad vitam æternam afferant opes, nisi in Christo diuites simus per fidem: de qua re in Sequenti Sermone prolixius dicetur.

Pius iuuenis
affectus.

Nunc autem obseruatu dignum est animi p̄i specimen, quod iste præbet. Tristis quidem discedit, quod carnis & infirmitatis humanæ proprium est, quæ sitis (quod Satyricus dicebat) ploretur lachrymis amissa pecunia veris. Attamen miserabiliter queritur de sua sorte, multò minus fremit & murmurat contra Deum. Etenim sentit nihil iniquum abs se peti, dolet autem ipsi, quod se infirmitatem esse sentit, quam vt officium possit facere. Itaque non vereor affirmare, quod licet nunc à Christo abierit, non tamen totum ex animo expuit, nec euandus huius amor, quo illum dilexit: sed suo tempore ipsum quoque efficaciter vocauit Dominus. Quapropter etsi interdum dura & grauias nobis videntur, quæ nobis mandat Dei Filius IESVS CHRISTVS, tamen istum imitemur, & contemptis omnibus, quæ hic mundus admiratur, illum magnis passibus sequamur, qui sanguinis sui pretio thesaurum incorruptibilem nobis in cælo parauit. Illi debetur beatitudo, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C X X X I I .

IESVS autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, diues difficile introibit in regnum cælorum. Rursum verò dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum Dei introire. His autem auditis discipuli eius percussi sunt valde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri. Intuitus autem eos Iesus, dixit eis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.

Vide Marcum
Homil. 85.

Historia diuitis adolescentis, qui Dominum IESVM CHRISTVM de ratione vitam æternam assequendi interrogauit, inter alia admonet, quantum impedimentum diuitiæ huius seculi ijs obijciant, qui ad vitam veram & cælestem contendunt, nondum autem in fide sunt recte instituti. Idcirco primum exemplo istius iuuenis adumbratur: qui etsi à pueris in Lege institutus esset, & serio regni Dei studio teneretur, tamen cum iubetur omnia sua diuendere & nudus nudum Christum sequi, tristis & toto animo perturbatus discedit, qui paulo ante ad omnem ministerium omnium institutioni seruiat, hac occasione in generalem doctrinam dignatur Dominus, qua diuites primùm de conditione sua periculosa admonet, deinde eisdem consolationem adhibet, ne de salute sua desperent. Estque summa lectio: Diuites ægre quidem seruari, adeoque quoad ipsos & diuitiarum naturam seruentur impossibile esse: quoad Deum verò, id factu facillimum esse, si eius voluntati sese accommodent. Sed videamus singula.

Diuites in regnum Dei ægre ingrediuntur.

Christus vbi istum tristem abire videt, & procul dubio hoc mirum viderem omnibus, qui ipsum prius accurrisse, & nihil non de seipso polliceri viderant. Etiam astantes circumspiciens (vt Marcus annotauit) admirabundus, & non sine animi dolentis significatione ait: Quàm difficile qui opes habet, in regnum Dei introibunt. Et mox hoc ipsum graui asseueratione confirmans, addit: Amen dico vobis, diues difficile introibit in regnum cælorum. Et discipulis ad hoc dictum expauescentibus, hoc ipsum cõparatione illustrans nõ amplificat modò, sed prorsus impossibile esse docet.

esse docet, inquit: Rursum dico vobis. Quasi diceret: Nemo hoc mihi temere excidisse putet, sed quod dixi repeto: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in regnum Dei introire. Est hoc graue dictum, & carnis iudicio intolerabile: Sed cogitandū hoc à Filio Dei dici, penes quem est omnis regni Dei potestas, qui item veritas ipsa & nostri amans est, nosq; saluos cupit: adhuc discipulis dici, quos amicorum loco habuit, & quos in presenti apud Marcum filiolum nomine cōpellauit. Nihil ergo affectui tribuit, sed ideo hoc dicit, quia verum & cognitu atq; obseruatu necessarium est. Vt autem institutioni nostræ melius omnia seruiant, duo tenere oportet.

Primum, de quibus ista dicat. Etenim vt alibi diximus, diuitiæ multæ sunt iustæ, quæ ex Dei benedictione obtingunt, & quas seruis suis ille largitur, vt de Iobo, Solomone & multis alijs legitur. Et inter Christi amicos scimus aliquos fuisse diuites, vt Zachæum, Lazarum cum sororibus, Iosephum Arimathæū, Centuriones, vt iam nihil de illis dicam, qui Apostolorum tempore ecclesijs totis adiumento & ornamento fuerunt, cum ditissimi essent. Sed sufficiat omnium loco exemplum Abrahami, qui etsi ditissimus fuerit, tamen pater credentium est, & in eius sinu in cœlis recumbit pauper Lazarus: multi deniq; ab Oriente & Occidente venient, vt in regno Dei accumbant cum Abrahamo, Isaaco & Iacobo, qui omnes diuitijs debet, sed de illis, de quibus Dominus ipse illud interpretatur, qui apud Marc. discipulis illo consternatis dicit: Filij quam difficile est eos qui confidunt opibus, in regnum Dei ingredi. Non ergo opes ipsæ per se, sed fiducia opum nocet. Hæc enim idololatria est, & quia Mammonæ seruos facit, Deo seruire non sinit. Deinde qui fiduciam in opibus habent, ij vt has consequantur, iustitiæ & charitatis leges violant, quia ferè malis artibus vndique corradunt, neq; aliorum penuria aut calamitatibus mouentur, imò ex eorum spolijs ditescunt, quorum egestatem ipsi sua libertate debebāt subleuare. Accedit fastus & luxus, qui opum abundantiam comitantur, vt pleriq; diuitis illius epulonis similes, de quo Christus apud Lucam loquitur, pauperes ac egenos inhumaniter negligant, vel si quid his largiuntur ad ostentationem id faciant, vt ab hominibus conspiciantur, ideoq; (vt alibi monuit Dominus) mercedem suam in hoc seculo recipiunt. Et vt acquirendo & possidendo peccatur, ita non minor peccandi occasio occurrit, si quando aliquo casu improviso amittuntur, aut si quod illas amittendi periculum instat. Tunc enim alij creditores fallunt, & conuasatis omnibus se aliò recipiunt. Multi ex his patriæ hostes fiunt, & huic turbas dant. Alij contra Deum fremunt, neque à conuiuijs abstinent. Taceo nunc curas mordaces, quæ auaros exeruciant, & ita cordibus insident, vt ne in mortis quidem articulo excuti possint. Fit ergo vt nihil acerbius sit memoria mortis ipsi, qui opes summum bonum esse arbitrantur, aut luxui & voluptatibus huius seculi assueuerunt, quarum materiam diuitiæ ipsis suppeditant. Quod sapiens ille obseruauit, cum diceret: Quam amara est mors tui memoria homini quieto in bonis suis, viro vacuo negotijs, felici per omnia & adhuc cibum sumere valenti. Quod si verò mors amara est homini securo, quid de ijs dicemus, quos mens sibi male conscia vexat, & iam morituris exprobrat, quæcunque contra æquitatis & dilectionis leges iniuste ac crudeliter designarunt. Non temere ergo Christus ait, diuites eiusmodi agre in regnum cœlorum ingredi. Quomodo enim per tot difficultates & obstacula eluctabuntur: quomodo per viam illam asperam & portam angustam penetrabunt cameli illi, qui seipsos tot tamq; grauibus curarum & arcinibus onerant? O si hæc omnes diligentius expenderent, qui felicitatem omnē in opum abundantia collocant, cui tam male cum regno cœlorum conuenit, paupertatem verò tantopere oderunt, quæ viam ad cœlos nobis facilem & expeditam reddit.

De quibus diuitibus hic agatur.

Luc. 16.
Matth. 8.

Ephes. 5.
Coloss. 3.
Matth. 6.

Luc. 10.
Matth. 6.

Ecclesi. 4.

Matth. 7.

qui Deo fidunt, & sorte sua contenti viuunt, quem quæstum multò vberius esse Apostolus docet, priori ad Timotheum 6.

Alterum est, vt sui officij diligenter meminerint diuites, quod in his feri contit. Primùm, vt ab vnus Dei benedictione pendeant, neque ipsi suis curis & laboribus opes acquirere velint. Nec enim temere cecinit diuinus Psalter: Nisi Dominus ædificet Domum, frustra laborant qui ædificant. Frustra est vobis manere felix nando surgere, serò quiescere, & comedere panem doloris, &c. Deinde si Deo benediciente opes abunde affluant, non tamen ijs cor apponant. Est enim instabilitas illarum possessio, & cum minimè putes auferuntur, vel tibi ab illis discedendum est. Adhæc non nisi præsentis vitæ vsibus seruiunt, quæ breuis est, & singulis momentis ad suum finem decurrit. Mortem verò diuitiæ (vt modò dictum est) non auerere possunt, sed accelerant potius, & eius memoriam acerbam reddunt. Miseri ergo reuera sunt, qui illis fidunt. Interim non opus est, vt illas cum Cratete Thebanum in mare abijcias, aut superstitione stolidi deceptus omnibus temere relictis egestatem non necessariam tibi accersas, sed quoad licet salua fide & religione, illis cum gratiarum actione vtitor, & simul charitatis fraternæ memor beneficentiæ studens vt thesaurum in cœlis tibi recondas nullis fortunæ casibus & iniurijs obnoxium. Qui his student, ij ad omnem euentum parati omnem fortunam intrepide & constanter ferunt, nemini item molesti sunt, multos autem sua pietate adiuuant. At quia his neglectis plerique insano & insatiabili ditescendi studio tumultuant, sibi ipsi atque alijs laborum & curarum authores sunt, & dum alij alios deglubunt atque deuorant, egestatem publicam sibi ipsi atque alijs omnibus accersunt, quæ tandem multis sempiterni exilij & interitus causa est.

Hæc certè in mentem venerunt discipulis, qui ideo perculsi dixerunt. Quis ergo potest seruari? Hactenus quidem regni Dei mysterium non tam arduum esse putarunt: Nunc autem vbi voluntariam omnium facultatum amissionem & amissos ab omni cupiditate alienos requiri audiunt, timent & turbantur. Etsi enim quæ de diuitibus dicta erant, nihil ad ipsos pertinere videri poterant, pauperes erant, & iam pridem relictis suis scaphis & retijs Christum secuti fuerant, sentiebant tamen inhærentes cordibus suis ambitionis & æmulationis affectus, qui hucusque contentionum & rixarum de primatu & regno huius seculi deditos dederant. Deinde doluit eis procul dubio, quod viderent plerosque homines diuitijs, luxui & cupiditatibus huius seculi ita deditos atque addictos esse, vt cœlestia securè negligant, vt de salutis æterna periclitentur. Vt ergo ipsi vitæ æternæ & regni Dei studio atque desiderio flagrarunt, ita alios quoque homines diuites participes fieri voluerunt, multum dissimiles eorum, qui suam egestatem impatenter ferunt, & è contra alijs meliorem sortem inuident, diuites omnes odiosè damnant, sibi verò regnum cœlorum deberi arbitrantur propter suam inopiam. Atqui affectus illi, quibus diuites huius seculi peccant, in ipsis quoque locum habent: In eodem igitur cum his luto versantur. Deinde vt diuitiæ per se neminem damnant: Ita è contra quoque neque paupertas alicui salutem confert. Solus Dei Filius IESVS CHRISTVS suæ egestatis merito nobis regni cœlorum heredes factos acquisiuit, qui ijs solis debentur, qui pauperes sunt spiritu, & de seipso desperantes illi vni fidunt. De eo igitur cogitent pauperes, qui suam sortem diuitibus præferunt, & meminerint, se quoque dilectionis fraternæ legibus teneri vt vitæ suæ rationem ita instituunt, ne cui molesti sint, aut oneri, sed quoad fieri potest, manuum labore sibi ipsi victum parent, & suis quoque prospiciant. Quod nisi faciant, non regni Dei ciues, non Ecclesiæ membra, sed ethnicis deterioriores sunt. Vide 1. Tim. 5.

Porro Christum audiamus, qui hanc actionem dulci consolatione concludit dicens.

1. Tim. 6.
Matth. 6.

Discipuli de omnium salute dubitant.

2. Cor. 8.
Matth. 5.

dicens: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omniaabilia sunt. Sunt autem huius dicti duæ partes. Prima in genere affirmat, quod discipuli interrogant: Nimirum, quoad hominis vires, impossibile esse, ut aliquis seruetur, siue diues siue pauper sit. Omnes enim in peccato concepti & nati, ex semet-ipsis quæ sunt Spiritus Dei non percipiunt, & ne ad cogitandum quidem idonei sunt. Itaque nisi quis renascatur, non potest videre regnum Dei. At quomodo seipsum regeneret homo, qui ne pilum quidem capitis sui mutare potest? Ne verò desperatione absorbeamur, dum de hac nostra infelici conditione cogitamus, alia vera huius dicti parte nos ad Deum remittit Dominus cui omnia sunt possibilialia. Hic enim corruptos ac perditos instaurare, ex verbi sui semine regenerare & notare & cum gaudio renuntiemus omnibus, quæ in hoc mundo carni magnifica videntur. Exempla sanctorum hominum, qui illud olim fecerunt, multa in Scriptura & historia Ecclesiastica occurrunt, & hodie non pauca videmus inter illos, quos persecutio premit, ut domi fidem non possint profiteri, neque saluis rebus suis aliò abire. Cum ergo hodie etiam Spiritus Sancti gratia in multis efficaciter agat, nemo temere de alicuius salute desperet. Potest Deus fulcire infirmos, & eos etiam qui lapsi sunt, erigere. Agnoscant autem singuli suam infirmitatem, ne quid arrogantius de seipsis sentiant, sed in Dei gratiam respiciant per fidem in IESVM CHRISTVM cuius Spiritu confirmati omnia poterunt. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Deus potest
perditos ser-
uare.

1. Cor. 2.
2. Cor. 3.
Ioan. 3.
Matth. 5.

Rom. 14.

Philip. 4.

H O M I L I A C C X X X I I I .

Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? IESVS autem dixit eis: Amen dico vobis, vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit Filius hominis in throno gloria sue sedebitis etiam vos super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israelis.

Dominus & Seruator noster IESVS CHRISTVS, qui idem nobis doctor à Patre datus est, non absque causa sapius inter discipulos de diuitijs huius seculi & periculoso diuitum statu disserit. Quia enim plerique in illarum abundantia omnem felicitatem consistere putant, plurimum in illis peccatur, & ferè fit, ut qui zelum regni Dei habent, & in omni vita integritati student, grauiter offendant, si quando propter Christum & Euangelium eius opes suas relinquere aut aliquam iacturam facere debeant. Exemplum eius rei memorabile vidimus, in opulento illo iuvene, qui etsi regnum Dei seriò quæreret, & à pueris legem Dei sedulo obseruasset, ut de externa obedientia gloriari posset, tamen quando iubetur omnibus diuitijs & in pauperes distributis Christum sequi, toto animo consternatus diminus aduersus illud nos amplissimis promissionibus instruit, quarum summa est, nihil eorum nobis perire, quæ propter ipsum amittimus, sed retributionem amplissimam nos accepturos esse tam in præsentem quam futuro seculo.

Deut. 18.
Matth. 17.

Occasionem huic actioni præbuit Petrus, qui eorum quæ cum iuvene acta erant, consideratione excitatus, quæstionem nouam ad discipulos omnes pertinetem mouet, dicens: Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis? Quæstionis huius causa procul dubio fuit persuasio de regno terreno Christi, quod illos sperauisse, saepe diximus: Cum ergo in illo non opes modò, sed regnum quoque sibi hucusque polliciti essent, non potuerunt non perturbari, nisi,

Petrus querit
de Apostolorum
premio.

quæ de periculosa diuitum conditione dixerat, eò quod huius spem omnem ipse negare videretur. Ideo omnium nomine querit Petrus, Quasi diceret: Enimvero quia te vnctum Dei & olim promissum Seruatorem & regem esse credimus, vocationem tuam secuti sumus relictis rebus nostris omnibus, spe bona pleni, nos reuerentiam tuam accepturos, quæ omnem iacturam nobis abunde sarciat. At si ea diuitum conditio, scire cupimus, quid nobis porro sperandum sit, &c.

Vitia Apostolorum quæ hic concurrunt.
Ioan. 15.
Matth. 5.
Luc. 22.

Elucet in hac quaestione humani ingenij vitiositas, quæ in sanctissimis Dei Filiis locum habet. Elegit istos Dei Filius ex toto humano genere, & amicriter se habuit atque instituit, vt sal terræ & lux mundi essent: ijdem ipsum alacriter secuti sunt, & multis alijs deficientibus hucusque constantes perseverauerunt: Atque non pauca hic concurrunt, quæ docent, multa adhuc ipsis defuisse. Nam primum vt diximus modò, adhuc titillantur spe regni, quæ superbiæ spiritu ipsos inflavit, quem paulò ante Dominus seueriter corripuit. Deinde satis ambitiosè iactant, quod propter Christum fecerint. Ecce, reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quasi dixerent. Quod iuuenis iste facere dedignatur, id nos iam præstitimus. Quæ vero fecerunt omnia illa, de quibus relictis gloriantur? Domus piscatoriæ, vel casa portus scaphæ aliquot, remi, conti, retia, hami, ipsa denique paupertas, & durus manus labor, quo duriter & parcè victitarunt. Interim in Filij Dei comitatu nihil ipsis deest, sicuti in vltima cœna postea confessi sunt, & viderunt atque audierunt quod multi sancti & Prophetæ videre & audire olim gestierunt. Adhæc conscientias debebant liberare à traditionibus scribarum & Phariseorum, qui intolerabiles servituras solebant miseris & incautis imponere. Ergo iam nunc plus receperant quam reliquerunt: sed apparet, non satis digne æstimauisse eximia illa Christi beneficia, quæ omnes mundi opes & dignitates superant. Quod vitium hodie nimis vulgare est, vt multi Deum adhuc sibi debitorem faciant in hoc seculo, etiam si liberaliter omnia suppeditet, quæ ad vitæ sustentationem faciunt, & insuper plus quam aurea animarum libertate fruuntur. Addunt hic tertium vitium, quod de præmiis quarunt priusquam ad metam peruenerunt adeoquæ cum nondum scirent, num illam vnquam essent peruenturi. Quod ipsum hodie etiam à multis fit, vt mercedem sibi reddi velint, quando de fide & perseverantia in suo officio potius cogitare debebant. Quid vero de illis dicemus, qui priusquam Christo nomen dederunt aut aliquid fecerunt laude dignum, omnia Dei verba & præcepta ad suæ rationis calculum reuocant, neque sibi aliquid faciendum putant, nisi de euentu & præmio prius certiores sint facti? Discamus ergo suspectum habere carnis ingenium, & Deo simpliciter credamus.

Christus ante respondet.

Sed Christum nunc audiamus, qui etsi correptionem mererentur discipulorum tamen illis respondet. Quia enim non absque causa turbatos videbat, infirmitatis ipsorum rationem habet, & promissionibus amplissimis eos erigit. Debet se consolari eos, qui suæ vitiositatis sibi ipsis conscijs metuunt, ne ipsos Deus fastidiosus Potest enim nobis compati, qui natura pater est indulgentissimus, & Filius Dei modo verus factus est, vt fidelis pontifex esset, & nostras infirmitates non modo agnosceret, verum etiam eis mederetur. Quod nos ita consolari debet, vt exemplo quæ seruiat, quod imitemur, & eadem lenitate vtamur in fratres, qui aliquid proter officium dicunt aut faciunt. Quoad verò responsionem Christi, constat ea diuina esse promissionibus, quarum prior ad Apostolos proprie pertinet, altera vniuersalis est, & ad omnes verè credentes extenditur. His postremo admonitionem subiicit, qua & ipsa omnes monet, ne efferantur, si bene cœperunt, sed in eo pergant & in finem usque perseverent.

Apostolorum premium.

Apostolis cum graui asseueratione ait: Amen dico vobis, vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit Filius hominis in throno gloriæ suæ, sedebitis etiam

vos super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israelis. Regeneratio-
 nis meminit, quæ particula bifariam exponi potest, vt vel ad præcedentia vel se-
 quentia referatur. Si ad præcedentia referas, de primo suo in carnem aduentu lo-
 quitur, cuius hic finis fuit, vt homines ex peccati seruitio & Satanæ tyrannide re-
 dempti, & ex perditis Adami filijs in filios Dei regenerati vitam nouam viuant,
 quam olim æterna & cœlestis sequatur. Quod si ad sequentia referas, de nouissi-
 mo suo aduentu hoc dicit, in quo mortui resurgent, qui autem tunc viui & super-
 stites erunt, in momento immutabuntur. Et dicitur hic dies regenerationis, vel (vt
 Petrus postea locutus est) restitutionis omnium, eò quod resurrectio instar rege-
 nationis erit, in quo corpora nostra corruptibilia & mortalia incorruptibilita-
 tem & immortalitatem induent, vt conformia fiant glorioso Christi corpore, & si-
 mul tota creatura, quæ nunc vanitati & corruptibilitati subiectæ ingemiscit, libe-
 rabitur, & terra noua & cœli noui fient, adeoq; omnia in melius restituentur. Non
 absurdè autem feceris meo iudicio, si vtrumque sensum coniungas, & tunc ita di-
 xit Dominus: Nolo vos de præmio sollicitos esse, quasi opera & impensa vobis pe-
 rierit, si in hoc seculo fortunas omnes mea causa relinquere oporteat. Quia enim
 in alios homines renati, relictis prioribus studijs, vos mihi consecrauistis, ego quan-
 tum vos faciam, olim in magno illo die vniuersalis regenerationis & restitutionis o-
 mnium toti mundo patefaciam. Cum enim ego, qui nunc non alius quam Filius
 hominis, imò abiectissimus hominum esse videor, in nubibus cœli venero cum
 sanctis angelis meis, & cõsederò in gloria Patris mei ad iudicandum viuos & mor-
 tuos, tunc vos quoq; sedebitis super duodecim thronos & iudicabitis duodecim tri-
 bus Israelis. Conuenit hoc cum eo, quod in vltima cœna discipulis dixit: Ego paci-
 scor vobis, prout pactus est mihi Pater regnum, vt edatis & bibatis super mensam
 meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israe-
 lis. Regnum pollicetur, cœleste nimirum & æternum, nullis huius mundi casibus
 obnoxium, in cuius consortium Apostolorum animæ, vt & aliorum credentium,
 receptæ sunt, vt primùm ex corporis ergastulo emigrarunt, & iam nunc ad men-
 sam Christi in cœlis edunt, & bibunt, id est, ea fruuntur gloria & beatitate, in quam
 ille ascendit: cuius spe Paulus confirmatus cupiebat hinc soluere, vt cum Christo
 esset. Deinde huius gloriæ manifestationem publicam promittit, quæ in nouissi-
 mo suo aduentu fiet, & hanc quoq; humano more describit, vt res sit illustrior &
 melius intelligatur. Etenim Reges & Monarchæ res magnas acturi, in throno sub-
 limi confident, & assessores habent principes cognatos aut consanguineos, proce-
 res item regni & consiliarios, quorum fideli opera aliquando vsi sunt Sensus ergo
 est, quod ipsos similiter suæ gloriæ socios habere velit, qui in terris hisce ipsius ami-
 ei & regni sui administrari fuerunt. Ad hæc igitur verba respexisse videtur Paulus
 ad Coloss. scribens: Quando Christus, vita illa nostra, patefactus fuerit, tum & vos
 cum eo declarabimini gloriosi. Et dilectus ille discipulus: Charissimi, nunc filij Dei
 fuerit, similes ei erimus, & c. i. Ioan. 3.

Ioan. 1.

Acto 3.
1. Cor. 13.
Phil. 3.
Rom. 8.
2. Pet. 3.

Luc. 22.

Col. 3.

Apostoli quos
modo iudica-
bunt.

Ioan. 3.
Isa. 43.
Ioan. 12.

Matth. 25.

Matth. 10.
Luc. 9. 10.

Ioan. 19.

Dan. 12.

In nouiss. die
nulla excusa-
tio erit incre-
dulis.

Matth. 23.

runt Apostoli, rectè dicuntur iudicaturi non modò Israeliticis tribus, verum etiam omnes gentes, ad quas ipsorum doctrina diuulgata est. Deinde testimonio suo iudicabunt, imò etiam damnabunt Iudæorum gentem, cui omnè excusationis prætextum eripient. Solet hic ferè ex ignorantia peti, idè in primis in religionis & æternæ salutis causa. Et in nouissimo die multos neglecta pietatis officia per ignorantiam excusaturos esse, ipse Dominus testatur, quando ipsi ita responsaturos ait: Domine, quando te vidimus esurientem aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut inuvalidum, aut in custodia, & non ministrauimus tibi? At conuincetur illi omnes conspectu Apostolorum, quando propria conscientia horum doctrinam ipsi in mentem reuocabit cum omnibus ijs, quæ illi inter eos dixerunt & fecerunt. Adhuc confirmationem facit, quòd Christus alibi ait, Euangelium in testimonium prædicari ijs, qui non credunt: quòd item Apostolos iubet puluerem ex vestibus & persequi. Præterea exemplo suo iudicabunt Apostoli Iudæos. Nec enim poterit quis illorum de Euangelij obscuritate aut difficultate conqueri, quando in totius mundi conspectu aderunt Apostoli, qui cum rudes & illiterati fuerint, illud tamen intellexerunt, & ex eo renati ac filij Dei facti sunt. Erig ergo hæc magna Apostolorum dignitas, quòd qui cum uiuerent, omnibus ludibrio & contemptui fuerunt, sua doctrina & exemplo omnes iudicabunt, qui ipsos contempserunt. In præteritum autem duodecim tribus Israelis nominantur, quia ex his electi fuerunt Apostoli, & ad illas primùm missi: & quidem duodecim numero, ut vel inde constaret, Christum esse promissum illum Seruatorem, qui filios Dei dispersos congregare debebat. At quod de Apostolis dicitur, idem de omnibus Euangelij ministris dici potest, qui officio suo fideliter funguntur. Nam & hi sua diligentia damnabunt omnes infirmos incredulos & pœnitere nescios, ipsi verò (ut Daniel prædicit) splendebunt in splendor firmamenti, & ut stellæ sempiternis temporibus.

• Hæc ut Apostolorum doctrinam commendant, & ipsos à contemptu vindicant, ita in genere omnes homines admonent, nullam excusationem in nouissimo die fore impijs & contumacibus. Ut enim Verbum Dei omnibus prædicatur, ita ex eo omnes iudicabuntur: & simul habent tunc omnis loci & ordinis homines exempla, quæ ipsis condemnandis sufficient. Iudæos iudicabunt non modò Apostoli, qui ex ipsis oriundi fuerunt, verum etiam Regina Sabæ, Niniuitæ & quot alij Euangelio crediderunt, & à peccatis conuersi sunt. Phariseos iudicabunt Nicodemus & Paulus: Verbi præcones infidos & improbos, non modò Prophetæ & Apostoli damnabunt, verum etiam ex plebe multi, qui zelo Dei vruntur, & religiosius quam illi viuunt. Diuites Abrahamus, Iobus & similes: Reges & principes Dauid, Ezechias, Iosias: pauperes murmurantes & impudentes Lazarus, & alij ita de reliquis fiet. Discant ergo omnes magnificere Euangelij doctrinam, & alij generi obseruare exempla eorum, qui olim crediderunt, neq; sibi ipsis delicias ferant in sua contumacia. Vna fides in IESVM CHRISTVM seruabit, qui ut iudex seuerus veniet impijs sui Verbi contemptoribus: ita suorum fidus aduocatus & benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C X X X I I I I .

Et quisquis reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, causa nominis mei, centuplicia accipiet, & vitam æternam hereditatis iure possidebit. Multi autem primi, et tunc vltimi.

Divus Paulus in priori ad Timotheum grauitè & verè pronuntiat: Pterea ad
 licet Deus electis suis, vt quæ promissionem habeat vitæ præsentis ac futuræ. Nam
 & vitæ æternæ præmia, præparauerit, simul tamen infirmitatis nostræ rationem
 habet, & quia huius seculi vita afflictionum plena est, atq; eos qui in Christo volūt
 piè viuere, persecutionem perpeti oportet, quoad illam quoq; solatia nobis præ-
 bet, quibus ad ferendam crucem confirmemur. Fit hoc etiam in præsentia tractatio-
 ne. Interrogauit Petrus omnium discipulorum nomine, quid præmij sperare de-
 beant ipsi, qui relictis omnibus facultatibus suis ipsum secuti sint? Respondet ad
 hanc quæstionem Dominus, & quia illi orbis totius doctores, & ideo alijs perfe-
 ctiores esse debebant, interim verò terreni regni spe falsa seipsos lactabant, prima
 responsionis parte illos à terrenis ad cœlestia remittit, & regni sui beati consortium
 pollicetur, quòd item in nouissimo die coram totius mundi conspectu gloriosi fu-
 turi sint, quando ipsos assessores haberi velit, vt ludæos contumaces suo exemplo
 & testimonio iudicent & condemnent.

Sequitur altera responsionis pars, quæ latius extenditur: Quia enim non soli
 Apostoli suis rebus relictis Christum secuti sunt, sed hoc ipsum ab omnibus exigi-
 tur, qui illi nomen dederunt, ac in ipso seruari volunt, vniuersali promissione hos
 omnes confirmat, dicens: Quisquis reliquerit domos, aut fratres aut sorores, aut pa-
 trem aut matrem, aut uxorem aut liberos, aut agros causa nominis mei, centupli-
 cia accipiet (nimirum in hoc seculo, vt Marcus & Lucas annotauerunt) & in futu-
 ro vitam æternam hæreditatis iure possidebit. Sensus huius promissionis est, eos
 qui sua propter Christum amiserint, ad eò nullam iacturam facturos esse, vt potius
 quoad huius seculi vitam, feliciores futuri sint ipsi, qui sua seruarunt: & olim regni
 cœlestis hæreditatem accessuros. At quia hic non pauca occurrunt, ad quæ carnis
 ratio offendere potest, necesse est singula paulò diligentius expendere: Et primò
 quidem, ad quos promissio ista pertineat: Deinde quid facere conueniat eos, qui ea
 frui volunt. Tertio quæ retributio nobis speranda sit, & qua conditione hanc Do-
 minus polliceatur.

Quoad primùm, in præsentia de illis loquitur, qui causa sui nominis relinquunt
 domos, agros, fratres, sorores, &c. Apud Marcum autem ait: Propter me & Euan-
 gelium. In Luca verò: Causa regni Dei. At in idem hæc omnia recidunt, eò quod
 per Euangelium Christus prædicatur, qui regnum Dei in nobis instaurat, & huius
 hæredes facit omnes, qui constanti fide ipsum amplectantur. Itaque ad eos perti-
 net hæc promissio, qui vt regnum Dei assequi & seruari possint, Christo ita adhæ-
 rent, vt hunc omnibus quæ in hoc seculo habent, præferant, adeò vt ipso vocante,
 absque omni mora aut tergiversatione ipsum quò vocat, sequantur, & si opus sit,
 vitam quoque amittere malint, quàm ab illo diuelli. Talis olim fuit Abrahamus,
 qui gestiuit videre diem Domini, & per fidem eo cognito & apprehenso ita exul-
 tauit, vt illo vocante è domo paterna discesserit, & spontaneus exul sit factus: ius-
 sus item filium Isaacum immolare, obsequentem sese præbuerit. Idem fecerunt A-
 postoli, qui suas nauiculas, retia, domus, telonia mox reliquerunt, vt primùm ab
 illo vocati sunt. Et hos imitatus postea Paulus, audita Christi voce cœlitus tonan-
 te, dicebat: Domine, quid me vis facere? Nihil ergo hæc ad eos faciunt, qui facul-
 tates suas non tam relinquunt, quàm dilapidant, & turpiter consumunt, adeòq; e-
 gestatem non necessariam petulanter sibi accersunt. Gloriantur hi illa sape, & se
 Deo propter hanc magis acceptos esse sibi persuadent. At talibus adeò nihil cum
 Christo negotij est, vt infidelibus deteriores esse dicat Apostolus, & ne in Ecclesia
 eis locus detur, monet, nisi ad frugem redeant. Non etiam ad eos pertinent ista, qui
 superstitionis causa facultates suas relinquunt, & eò se beatiore purat. Quia enim

1. Tim. 4.

2. Tim. 3.

Vniuersali
 premij promissio.

Ad quos pertin
 neat promissio

1. Gen. 8.
 Gen. 12. 21.
 Math. 4. 9.

Acto. 9.

2. Tim. 3.
 2. Theff. 3.

in paupertate ista voluntaria (vt ipsi loquuntur) salutis meritum collocant, Christi sibi ipsi inutilem reddunt. Probè ergo obseruari debet causa hæc, quam Dominus allegat, dicens: Quisquis reliquerit suas facultates causa nominis mei, aut prope me & Euangelium, vel causa regni Dei, &c: non autem, Quisquis sua dilapidauit aut reliquerit propter superstitionem aut hypocrisim, aut sub voluntaria paupertatis prætextu opes amplissimas & dignitates huius seculi vānetur: quod plerumque istorum facere constat.

Quid relinqui
debeat pro
pter Christum.
Gal. 1.

Deinde, quid relinqui & quando id fieri debeat, videamus. Nec enim abiqua causa tam diligenti enumeratione vtitur Dominus, qua domus, fratres, sorores, parentes, coniugem, liberos, agros recenset. Sunt hæc omnibus, qui sensum commune non prorsus exuerunt, charissima: imò necessaria sunt, eò quod vita hæc sine illis neque commodè neque honestè sustentari potest: ideoque sine ignominia vix possunt relinqui. Quòd si de parentibus, liberis, coniugibus, fratribus, sororibus, cendum sit, hos Dei Lex & natura ipsa nobis ita deuincit, vt meritò impietatis summa damnentur, quicumque ab eis temerè discedunt, aut suam illis opem absque causa necessaria negant. Quoad ergo domus, prædia & facultates honestè partæ, vt cum Christo & salua fide retineri possunt, non temerè relinqui debent. At si autem ista relinquere, aut Christum & fidem in hunc abnegare oportet, tunc pro nobis habenda sunt, & illorum iactura pro lucro reputari debet. Eadem est personarum, quæ hic nominantur, ratio. Quoad parentibus, coniugibus, liberis, fratribus, & cognatis, patriæ denique communi & ciuibus, debita officia præstare possunt, salua pietate & religione, qua Christo sumus obstricti, impij & fidei abnegatores, vt infidelibus (vt paulò ante dictum est) sceleratiores erimus, si illos deseramus. Quòd si verò isti à Christo nos auocent, iam eos non modò relinquere, sed odisse debemus. Luc. 14. Non ergo commune mandatum hic præscribitur, sed quod si debeat, indicatur, si necessitas vrgeat. Docet hic Dominus re ipsa, quando multis hoc permisit, vt cum suis manerent & rem domesticam curarent, quos tamen amicorum loco habuit: quales fuerunt Zachæus, Lazarus Bethaniensis cum sororibus, & alij similes: quibus adde dæmoniacum illum, ex quo totam legionem dæmoniorum eiecerat, quem cum precaretur vt cum ipso manere posset, noluit in communitum suum recipere, sed domum remisit, vt suis renuntiaret beneficium, quod ab ipso acceperat. Quoad coniuges & liberos, nota est Pauli sententia, qui ne infidelis ab infideli sub religionis prætextu discedat, grauitè prohibet, si ea sit infidelis coniugis modestia & humanitas, vt fidelem amicè ferat, neque fidem abnegare cogat. De hoc eò diligentius admonemus propter eos, qui ab Anabaptistis fascinati, religio coniugibus & liberis discedunt, etiamsi inter eos habitent, qui publicæ Euangelij prædicationi locum dant, & inter quos fidem profiteri & piè viuere ipsis licet. Quod hoc facit, quales nouissimis temporibus multos fore, Apostolus prædixit. Videtur enim aliquando mulierem, quæ cum per multos annos honestè cum marito vixisset, & septem liberorum mater esset, quorum minimus adhuc lactebat, ab Anabaptistis persuasa maritum verè Christianum, cum omni prole sua reliquit, & cum interbiduum à vicinis inuenta ac domum reducta esset, ita se optat & omnem matris affectum tam breui temporis spacio exuerat, vt liberos ne aspicere quidem dignaretur, & paruulum illum ad ipsam brachia tendentem & vbera materna cum vagante requirentem abs se repelleret, & hæc quidem siccis oculis, cum alij qui præsentem aderant, ad achrymis non possent abstinere. Interim illa non aliud in ore habebat quam hunc Christi locum, & quod idem alibi dicit, Si quis venit ad me, & contrem suam ac matrem, & uxorem ac liberos, & fratres & sorores, amplius item animam suam, non potest meus esse discipulus, &c. Quis verò Dei Spiritum esse ex-

Phil. 1.

Mate. 5.

1. Cor. 7.

1. Tim. 3.

dat, qui omnem charitatis sensum in hominibus restringit: Quis Christi fideles esse dicat eos, qui à charitate, quæ propria discipulorum eius nota est, tam sunt alieni, ut nulla infantulorum ex ipsis natorum commiseratione tangantur: Exemplorum autem eiusmodi vsus hic esto Christianis hominibus, ne huius loci abusu sibi imponant, ut temerè eos relinquant, quorum curam ipsis Deus commendauit.

Sed ad Christi verba redeamus, qui de præmio quod illi debetur, qui facultates suas & homines sibi charos propter illum relinquit, loquens ait, illum in hoc seculo centuplam retributionem accepturum, in altero autem seculo vitæ æternæ hereditatem aditurum. Habemus ergo hîc (ut initio monuimus) promissionem præsentis & futuræ vitæ. Quod autè de centupla remuneratione Matthæus annotauit, Lucas sic expressit: Multiplicia recipiet in hoc seculo. Ponitur ergo hic numerus finitus pro infinito. Videtur autem Christo contradicere ipsa experientia, quando quotidie videmus, multos pios omnibus facultatibus exutos, quod reliquum vitæ superest, in summa egestate transigere: quæ causa est, quod prophani homines nos rident, ut olim Iulianus faciebat, ut Dei Filium mendaciæ argueret. Sed obseruari debet, non vnum esse huius retributionis modum. In nonnullis hæc fit *ἡ γὰρ τὸ πῦρ*, vel secundum literam, ut diuitijs & dignitatibus amplissimis donentur, qui Dei vocacionem secuti aliquam bonorum suorum iacturam fecerunt. Factum hoc est in Abrahamo, patre credentium, quem post eius ex natali solo discessum in terra peregrina opibus auxit Deus, & principibus viris charum & socium fecit. Similem habemus, qui à Iuliano propter Christi confessionem, & quod sacerdotem idololatram, à quo aqua lustrali aspersus fuerat, pugno percussisset, baltheo militari spoliatus, post illius obitum ad Imperatoriam dignitatem euectus est. Sed & vulgo videmus fieri, ut qui propter fidem Christi extorres sunt, in exilio innumeros fratres inueniunt, qui ipsis omnia Christianæ dilectionis officia præstant, adeoq; omnia cum ipsis communia habent. Quod ipsum olim Apostolis accidit, quibus in Christi seruitio nihil vnquam defuit, sicuti in vltima Cœna confessi sunt. In alijs vero rata est promissio Christi quoad animi affectionem. Etenim verè diues est, qui presentibus, quæ Deus largitur, contentus, nihil præterea cupit, & ideo Paulus maximum quaestum dicebat *κατ' αὐταρκείας*, id est, cum animo sua sorte contento. At qui hunc reuera soli credentes habent, qui Christum omnibus huius seculi bonis præferunt. Hi enim de nulla re solliciti, ante omnia quarunt regnum Dei, & norunt cum Apostolo, in quibus sunt, ipsi ipsis contenti esse, & cum Dauide dicunt: *lehoua est sors portionis meæ & calicis mei: Tu Domine sustentas sortem meam: Funes ceciderunt mihi in locis amœnis: vtiq; hereditas pulchra est mihi. Deniq; hæc causa est, quod tantillum boni, quod pijs inter huius vitæ molestias accidit, eos maiori gaudio recreat, quàm impios diuitiæ vndiq; affluentes, inter quas illi Tantali instar perpetuò sitiunt & esuriunt, curis deniq; mordacibus torquentur. Ethuc referri possunt ista Solomonis: In domo iusti thesaurus multus, at in prouentibus impij turbatio. Item, Melius est bucella sicca cum tràquillitate, quàm domus plena victimis contentionis. Prou. 16. & 17.*

Porro diligenter obseruari debet conditio, quam Marcus annotauit, quod nihil mirum retributionem hanc Dominus promiserit cum persecutionibus, quæ fidelibus perpetui sunt comites. Nec enim æquum est, ut discipulorum & seruorum sors melior sit, quàm Christi Domini & præceptoris fuit in terris. Neq; mirabit mundus ingenium suum, quod est odisse lucem & huius filios persequi. Id verò fieri sinit Deus, quia sic nobis prodest, ne cum mundo polluamur, sed ut afflictiones, quibus quotidie nouis infestamur, illius fastidium nobis pariant. Debemus de eo semper

Premium eorum, qui sua relinquant propter Christum.

Retributionis modus duplex.

Gen. 14. 24.

Iob. 1. 42.

Luc. 22.

1. Tim. 6.

Phil. 4.

Psalm. 19.

Retributio fidelium persecutione.

Ioan. 13. 31.

Vita eterna.
Isa. 25. 64.

Admonitio con-
tra confidentiam
am & securi-
tatem.

1. Cor. 15.

Rom. 1.

Luc. 9.
Matth. 24.

Phil. 3.
1. Tim. 4.

cogitare ut animum à terrenis auocemus ad caelestium meditationem. Ideo Do-
minus veram retributionem in illis monstrat, quando vitam aeternam pollicetur
cuius hereditatem adituri simus. Incipit haec per fidem in terris, dum adhuc in mor-
tali corpore agimus, perficietur autem in caelis: Vult enim nos secum esse Christus
& illic absterfis omnibus curis & lachrymis, fruamur bonis illis, quae oculus non
vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Qui de his sermo cogitatus
ihs leuitula est omnium fortunarum huius seculi iactura: imò hi cupiunt vitam quae
que hanc mortalem cum immortali commutare, &c.

Ceterum nouerat Dei Filius confidentiam discipulorum, Petri in primis, qui
omnium nomine quaestionem illam mouerat. Ergo ut eos intra modestae limitum
& in metu contineret, ne vel alios praese contemnerent, vel securitati se dederent
quae multis in salutis negotio nocet, Epiphonemate graui & acuto istam tractationem
concludit, dicens: Multi autem primi, erunt ultimi: & ultimi primi. Quo dicitur
eos, qui bene coeperunt ad strenue agendum hortatur, ne in medio cursu deficiant.
Quasi diceret: Enimvero bene coepistis, & aliquosque progressi estis, ut multos
alios anteuertitis. Sed nondum metam attingistis, multo minus brauium consecuti
estis. Itaque quod in stadio currentibus accidit, semper in animum reuocare. So-
lent illic saepe qui initio alijs omnibus praecurrunt, vel ex lapsu improviso, vel ip-
sorum interclusionem, aut virium defatigatione impediri, ut à postremis vincantur, &
ipsi postremi fiant. Ita hic fieri solet. Et exempla sunt publica & priuata, quibus
hoc dictum confirmatur: Inter primos eueurit Iudas, sed idem non ultimus mor-
discipulorum, sed proditor quoque factus est: Et contra postremus illis ceu abor-
uus accessit Paulus, qui & Iudam anteuertit. & plus alijs omnibus laborauit. Po-
blice verò primi in toto genere hominum Iudaei fuerunt, quibus se Christus sup-
nifestauit: sed sua confidentia & securitate decepti exciderunt, & à gentibus sepa-
rati sunt. Qui verò ex gentibus primi ad fidem Christianam accesserunt, Africa-
nimirum, Africani, & ex Europaeis Graeci: ij nunc omnes sub duro & impio Ma-
metis seruitio laborant, libertate autem in Christo fruuntur, quibus hic postremus
est praedicatus. Et si ciuitates spectes, quanta olim fuit Romae dignitas, quando
des eius per totum orbem praedicabatur? & quam illa nunc infamis & misera est
dum Christi loco personatus huius vicarius illic regnat? Quod si eos consideras
libeat, quibus primis nostro seculo Euangelium praedicatum est, & qui fidei sermo
re & zelo omnibus alijs palmam praeripuerunt, non absque causa multi metuan-
ne hoc Domini dictum illis quoque conueniat. Discant igitur illud sibis appropin-
care, quotquot in hoc stadio Euangelico currunt, nec quantum spacij consecerunt
sed quam procul adhuc à meta absint, respiciant, neque illis vnquam excidat quod
Dominus dixit: Nemo qui manu sua ad mota aratro, respexerit ea quae à tergo sunt
aptus est regno Dei: sed qui perseverauerit in finem, saluus erit: Qui verò in
Basiliius scribit) progressum in bonis actionibus fecerit, deinde ad pristinam con-
suetudinem reuersus fuerit, non modo laborum praeteritorum mercede priuatus
sed etiam acerbioris condemnatione dignus iudicatur. Quam diu ergo in hac car-
ne viuimus, cum Apostolo cogitemus, nos metam nondum apprehendisse, pergen-
dum verò nobis esse, ut certamen illud bonum decertemus, cursum consummemus
fidem seruemus: ad constantiam verò nos excitet perpetua iustitiae coronae recep-
tatio, quam Dominus noster IESVS CHRISTVS, iustus iudex, in magno glo-
die reddet omnibus, qui illustrem illum aduentum ipsius experie-
rint. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas
in aeternum. Amen.

C A P V T X X .

Simile est enim regnum caelorum patrifamiliâs, qui exiit cum prima luce ad conducendos operarios in vineam suam. Pactus autem cum operarijs denario in diem, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in fore otiosos. Et illis dixit: Abite & vos in vineam, & quodcumque iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Rursus egressus circa sextam & nonam horam, fecit itidem. Circa horam autem undecimam egressus, inuenit alios stantes otiosos, ac dicit eis: Cur hic statis totum diem otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit eis: Abite & vos in vineam: & quicquid fuerit iustum, accipietis.

DOMINVS & Seruator noster IESVS CHRISTVS, nuper suis discipulis, qui relictis omnibus ipsum secuti fuerant, amplissima præmia promiserat. Quia verò omnibus hominibus innatum est, quod si aliquousque progressi laudem merentur, sibiipsis mirificè placent, & ipsius Petri quæstio, quam omnium discipulorum nomine mouerat, dicens: Quid erit nobis? abundè testabatur, illos altum quid spirare & sapere, ac ideo confidentiores & securi fieri poterant, grauem admonitionem subiecit isti promissioni, qua eos ad modestiam & humilitatem hortatus est, hoc argumento: Fieri posse, vt qui primi sunt postremi fiant, nisi diligenter sibi caueant, & in eo quod bene cœperunt, constanter perseuerent. Continet autem gnome ista generalem admonitionem, & omnibus admodum necessariam, eò quod (vt alibi dictum est) qui relabuntur, eorum postrema prioris demerita: in primis autem docet, qui nam primi illi sint, quibus periculum incumbit, ne fiant postremi, id est, ne à regno Dei prorsus excludantur, & salute omne excidant. Hi nimirum, qui suorum meritorum fiducia elati, alios præ se contempnunt, securi denique & confidentes Deum sibiipsis debitorem faciunt, & eius iudicij obloquium arripiant disputandi de merito, eò diligentius illa considerari debet, vt quid verum Dominus, rectè intelligamus.

Summa parabola est, regni caelorum eandem esse conditionem, quæ est vineæ, in quam paterfamiliâs initio operarios certa mercede conductos mittit ad opus faciendum, deinde iisdem alios diuersis horis submittit, de nullo certo pretio cum illis paciscens: at vbi vespera venit, quam primis illis pactus est mercedem, omnibus ex æquo largitur, nec illorum murmura curat, qui postremos iniquè sibi querunt, cum quod illis debetur, acceperint. Imò docetur horum exemplum inter iustitiosos murmuratores indignos esse, quos bonus ille paterfamiliâs porro aut damnum ad ipsos redijt. Vocatur autem hoc loco Regnum caelorum Ecclesia, in qua Deus regnat, & vniuersos salutis æternæ thesauros inter suos non minus iustè quàm liberaliter dispensat.

Confertur autem vineæ Ecclesia, quæ similitudo in vtriusque Testamenti libris admodum frequens est. Huius enim Moses meminit de Iudæis loquens, David item, qui eosdè vites ex Ægypto petitas & transplantatas nominat. Et præter Prophetas Isaiam & Ieremiam Christus non hoc solum loco, verum etiam in sequenti Capite veterem Ecclesiam Vineæ, Sacerdotes autem colonis malè fidis confert.

Argumentum
& status parabole.

Matth. 12.
Pet. 2.

Summa parabole.

Ecclesia Vineæ
confertur.
Deut. 23.
Psalm. 80.
14. 5.

Et alibi seipsum veram vitem, credentes autem palmites dicit, quarum curam habet beat Pater, quo nullus melior est vinitor siue agricola. Quia verò in presenti non de vinea noua aut nuperrimè demum plantata loquitur, sed simpliciter vineam Dei Patris nominat, in quam hic operarios miserit, non obscure docet, Deum omnibus seculis habuisse & porrò habiturum Ecclesiam suam, cui ille prospiciat, & quam gubernet & seruet.

Deus omnibus
seculis habet
Ecclesiam.
Gen. 3. 4. 5.

Gen. 17.

Matth. 28.
Psalm. 110.

Est ea, sicuti in Symbolo Apostolico profiteremur, Sanctorum communio sua societas, in qua doctrina de Filio Dei IESU CHRISTO prædicatur, Deus ex his Christi inuocatur, & Sacramenta, quæ hic salutis promissæ olim & iam quæsitæ partæ sigilla esse voluit, ritè secundum eius institutionem dispensantur. Cæpi hæc ecclesia ista in primis parentibus, qui promissionem de semine mulieris à Deo acceperunt, & eandem posteris suis fideliter tradiderunt, cuius sigilla tunc erant facticia, quæ illis vilitata fuisse, ex Caini & Abelis historia constat. Et licet eius seminum illius loco alium substituit Deus, Sethum videlicet: ex quo filiorum Dei progenies usq; ad Noa propagata est, cum quo Ecclesiæ reliquæ tempore diluuij in arca seruata, & inde ad Abrahamum usq; deductæ sunt, cum quo fœdus suum Deus instituit. Ab eo tempore Ecclesiæ aut vineæ Domini nomen siue titulus penes Israhælorum gentem mansit usq; ad exhibitum Messias vel Filij Dei aduentum in carne. Sed illis propter incredulitatem & ingratitude suam repudiatis, gentes vocatae sunt, & Ecclesia per Euangelij prædicationem in toto orbe terrarum propagata est, sicuti olim Prophetæ prædixerunt. Atq; toto veteris Testamenti tempore in continuas ferè persecutiones & varios orbis terrarum motus admirabili Dei protectione seruata durauit usq; ad Christi natalem: ita post eius in cœlum Ascensionem quoq; inter crudeles tyrannorum conatus, non modò seruata est, verum etiam in fine uitæ, & adhuc hodie durat, atq; salua manebit, usq; ad Christi ad iudicium summe salutis nouissimum aduentum. Ita enim ille pollicetur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi: Oportet enim perpetuo verum & iustum esse, quod Dauid prædixit, Christum regnaturum in medio inimicorum suorum. Habet hæc Ecclesiæ perpetuitas dulcissimam consolationem, qua nos in fine confirmemus. At quia Ecclesiæ titulum alia etiam sibi vindicant, non tam vilitat quam necessarium est, proprias notas veræ Ecclesiæ Christi obseruasse, ne aliis meretricio suo fuce & ornatu decipiant. Comprehendit illas Lucas, quando de apostolica Ecclesia scribit: Erant perdurantes in doctrina Apostolorum & communicatione (quam fraterna charitas peperit) & fractione panis (id est, in vsu Cœnæ Dominicæ) & precationibus. Ergo Ecclesiæ veræ notæ sunt: doctrinæ Euangelicæ puritas, vnus Dei veri inuocatio per vnicum Mediatorem IESUM CHRISTUM Sacramentorum vsus, qui primæ institutioni respondeat: Charitatis fraternæ amor, qui mutua auxilia parit, & cui cohæret disciplina morum & totius vitæ, quæ obstat, ne propter nos fides Christiana malè audiat. Vbi hæc habentur, ibi est vinea Domini, ibi Ecclesia est, ibi Sanctorum communio, à qua nemo auelli debet, qui vult saluus fieri.

Ecclesia Deo
cura est.
Psalm. 113.

Cæterum quantopere Ecclesia Deo curæ sit, parabola ista pulchrè docet. Et huc facit initio, quòd patrisfamilias personam illi Christus tribuit, vt illam sub eius potestate & dominio esse, & ab eodem fideliter inuisi & curari ostendat. Etenim si cet in alto habitet, & eius gloria cœlis sublimior sit, demittit tamen sese, vt videri quæcunque in cœlo & in terra sunt. Et quæ ratio fingi potest, vt cogitemus, illum Ecclesiam negligere posse, quam Filij Vnigeniti sanguine redemit, qui nos frugulos pascit, aues cœli, & pullos coruorum alit, flores in agris vestit, qui nos frugulos nostros in numero habet: Christus certè apud Lucam ita illum deseruit, vt cum

vt eum vineam suam quottannis peculiari studio inuisere dicat, & velle, vt arbor-
 res inutiles aut steriles excindantur, ne vitibus officiant aut terram inertem red-
 dant. In presenti autem, illum primo diluculo exiuisse dicit, ad vocandum opera-
 rios, quos in vineam suam mitteret: Deinde rursus idem fecisse hora diei tertia, que
 nostra nona aut meridiana respondet: Rursus etiam alios missos esse hora sexta
 & nona, id est, in ipsa meridie, & sub tertiam horam pomeridianam. Denique sub
 vndecimam quoque quando iam serus vesper instabat, & vnica modo hora diei
 supererat, adhuc de quibusdam operarijs mittendis sollicitum fuisse. Quo admo-
 nemur, nullam diei partem, nullam horam, imò ne momentum quidem vllum ela-
 scurrunt per vniuersam terram: Et non dormitat, neque dormiet custos Israelis.
 Quoad verò huius parabolæ argumentum & statum, hæc nobis ex ordine consi-
 deranda veniunt.

Luc. 19.

Zach. 4.
Psalm. 124.

Primum, quòd ipse paterfamiliàs exit, vt vocet quos mittat in vineam suam.
 Docet hæc particula, solius Dei esse in Ecclesiæ consortium vocare quos vult, &
 in illa certam cuique functionem siue ministerium assignare. Etenim quia omnes
 in peccato concipimur & nascimur, ex nobis ipsis ad nihil idonei sumus, ne ad co-
 gitandum quidem, vt Paulus scribit. Quoad ergo nos non vocat & suo seruitio
 Deus destinat, stamus in huius mundi foro siue theatro otiosi spectatores, nec ha-
 bemus, quod vtiliter agamus. Affectant quidem multi munera publica, & phi-
 lautia philtro fascinati, se ad quæuis obeunda idoneos esse, sibi persuadent. Sed
 nisi à Deo efficaciter vocentur, nunquam ad Ecclesiæ Christi societatem acce-
 dent, & licet aliquo priuato carnis affectu moti accedant, & rebus agendis sese im-
 misceant, absque fructu & laude id faciunt. Quod enim de doctoribus, qui sua
 sponte currunt, dixit Apostolus, Quomodo prædicabunt, nisi missi fuerint, id de
 magistratibus, de officialibus publicis, de omnibus denique debet intelligi, qui
 ad aliquas functiones temere aspirant. Debet hoc omnes homines admonere, ne
 ex suo arbitrio genus vitæ sibi deligant, quod vel priuati commodi, vel gloriæ
 studium, vel cæca animi libido dicat: sed quisque suo sese modulo metiatur, &
 propria infirmitatis memor, vocationem Domini expectet: qui quos vocat, eos
 donis quoque necessarijs instruit, & idoneos reddit, vt suum officium rectè pos-
 sint facere.

Deus ipse vocat & mittit.
2. Cor. 5.

Rom. 10.

Deinde quos & quales vocet, videndum est Operarios nimirum. Ergo non o-
 tiosos ventres, non inutiles sponso Penelopes, non inertia telluris pondera & fru-
 ges consumere natos, qui non aliud agunt, quàm vt orientur, fastu sese ostendent,
 tempus omne in delitijs & voluptatibus transigant, vel vt ditescant, aut titulis am-
 bitiosis omne sibi in Ecclesiam ius atq; imperium vsurpent: quales hodie plerique
 sunt, qui non solum Præsules & Antistites Ecclesiæ, sed ipsissima Ecclesia dici vo-
 lunt: adeò, vt quod ipsi statuunt aut decernunt, omnibus hominibus Ecclesiæ no-
 mine obtudere ausint. Tales (inquam) non mittit in suam vinam bonus ille & fru-
 gi paterfamiliàs, sed operarios, qui opus aliquod sedulo faciant, quod publicè ac
 priuatim totius Ecclesiæ & singulorum ædificationi seruiat. Sunt hic, Apostolo se-
 ste, ministrorum discrimina, idem tamen Spiritus, idem Deus, qui dona largitur,
 & in omnibus agit. Primum gradum tenent administri Verbi: quorum est non o-
 biter modo docere, sed exemplar præbere fidelium in sermone, in conuersatione
 in charitate, in spiritu, in fide, in puritate: prædicare item sermonem, instare tem-
 pestiue & intempestiue, arguere, obiurgare, exhortari cum omni lenitate & doctri-
 na. Denique fidos excubitores, industrios pastores, laboriosos colonos & archite-
 ctos agere. Proximi his sunt viri principes, qui ad Reipublice clauum sedent, quos
 Deus Ecclesiæ suæ nutritios, patronos & tutores constituit. Horum manus & pe-
 P 2.

Quos et quales vocet Deus.

1. Cor. 11.

1. Tim. 4.
2. Tim. 4.

Isa. 49. 60.

des quasi sunt, quibus officia reliqua, legum item & iudiciorum siue decretorum executio commissa est. Qui nisi in suo munere diligentes sint, non possunt fideliter operari censi in vinea Domini. Habent praeterea singuli priuatim quod agant: diuites, pauperes, coniuges, heri & serui, opifices, summi, infimi. Nec enim aliquis cuiuscumque sit loci aut ordinis otiosum esse vult in sua vinea ille paterfamilias, aut infrugiferos, sed ut quisque seipsum priuatim excolat, ut vel ficus saecunda sit, vel palme virens, qui fructum ferat, quo Dei nomen glorificetur, & alij emendentur. Huc referri debent quaecumque in Scripturis passim de sanctimonia & innocentia, de iustitia & aequitate, de dilectione mutua traduntur, quibus studere oportet eos, qui in Ecclesia censi volunt.

Diuerso tempore vocatur in vineam Dei.

Tertio obseruatu dignum est, quod praeter communem morem operari non omnes simul summo mane conducuntur & mittuntur in vineam, sed diuersis horis, & quidem nonnulli sub vesperum demum, aut die iam ad occasum demerente. Hoc alij de patribus praeis, de ijs item qui sub Mose vixerunt, exponunt. Prophetarum item, Christi & Apostolorum tempora, ad nos denique qui in hoc mundi senecta viuimus, & a Domino vocamur, referunt. Qui sentus esse non minime reijci debeat, & in se verum sit quod isti dicunt, simplicius tamen illud intelligo, quod nimirum doceat Christus, nos omnes homines ut primum nati sumus aut a pueris statim vocari, ut veri serui & cultores Dei sint, & membra Ecclesiae utilia, sed Deum prout ipsi placet vnumquemque vocare, quando vult. Fit hoc quoque ad publicas functiones tam politicas & Ecclesiasticas. Nam alij expectulari Deo consilio a pueris statim in suo seruitio educantur & instituuntur, quod de Samuele & filijs Prophetarum dici potest, quorum in libris Regum mentio fit: alij postquam ex ephelis egressi, virilem aetatem attigerunt, & bonam aetatis partem in studio vitae genere transegerunt, ad Dei & Ecclesiae suae seruitium vocantur. Sic Moses in aula Aegyptiaca vixit priusquam populi Dei curam susciperet: Elizeus & Amos rusticam & pastoritiam vitam, sectati sunt, priusquam Prophetae fierent. Postoli piscatores & publicani fuerunt: Paulum etsi ab utero matris segregatum esset ad Euangelium, tamen Pharisaeorum lacunis immergi & Ecclesiae perceptorum fieri passus est, ac postea demum inde extraxit, ut Apostolum organum & lectum faceret. Similia sunt in priuatis hominibus quoad vitae actiones, mores & studia. Nam alij ex pijs parentibus nati fidem & religionem veram a pueris discunt, & in pietatis officijs instituuntur: alij dum pueri sunt ita negligunt, ut precari quidem possint, & in adolescentia demum praecipuos inueniant, a quibus docentur: multi illam quoque in ignorantia transigunt, & virilem quoque aetatem vitij & scelerum licentiae consecrant, quando autem ad limen senectutis propinquant, tunc demum de salute propria incipiunt cogitare, ut in vinea Domini opus faciant Christiana professione dignum. Sunt qui sub mortis horam demum vocantur, ut latro ille Christi in cruce socius. Videmus item fieri, ut quidam quando iam duodecima vitae hora illis instat, & morbis confecti vires defecerint, vitam finem appropinquare sentiunt, a spiritu Domini illuminentur, ut seriam vitam male transactae poenitentiam agant, peccata cum lachrymis confiteantur, misericordiam Dei implorent, suos de pietate admoneant, & iam morituri bonam operam praestent in vinea Domini, dum exemplo suo multos docent & officij admodum. Et haec quidem omnia certa cum ratione facit Deus, cui licet in suis facere quod lubet. Nos vero horum consideratio admonet, nullum vitae tempus esse, quod non aptum & idoneum sit Dei seruitio, & huius gratiam non esse astrictam legibus ullis, quod minus in quavis aetate & conditione ijs affulgeat, quos ille vocare dignatur. Non temere ergo de alicuius salute desperemus, sed potius precemur sedulo Deum, ut eos qui otiosi adhuc stant, aut etiam in Satanæ palastro tempus suum

*Luc. 3.
Ioan. 15.*

1. Sam. 1. 2. &c.

*Exod. 2.
1. Reg. 19.*

Amos 1. & 7.

Luc. 23.

impie non absq; publico scandalo transigunt, efficaciter vocet & suo Spiritu tra-

hat, vt ipsi seruire discant.

Interim omnes cuiuscunque loci aut ætatis sint, hac parte admonentur officij. Etiam diuersis horis isti vocentur, nemo tamen illorum paterfamilias responsauit: primi non queruntur, se nimis mane, vix dum Sole exorto, vocari, quando, quæ cœli facies futura sit ignoretur: medij non causati sunt æstum, quem meridies pariturus sit: postremis denique non ridiculum visum est, si imminente iam crepusculo ad opus exeant: sed heri mandato omnes paruerunt: Idem faciant omnes, quodcumque vocantur à Deo. Si qui in pueritia statim destinentur ad Dei cultum & Ecclesiæ ministerium, agnoscant Domini singularem bonitatem, qua ipsos præ multis alijs dignatur, dum non vult illos vllum vitæ tempus inutiliter transigere. Similiter qui serius florente iam ipsorum iuuenta, dum ætas illos aliò vocat, à Domino reuocantur, non detrectent officium. Qui verò vitæ genus iam susceperunt non omnino laudabile, in quo sibiipsis potius quam Deo seruiuerunt, aut otio suo consulere voluerunt, ijs non graue sit, illo relicto in Domini vineam abire, si ab eo mittantur. Deniq; si qui in extrema senectâ demum vocentur, hos quoque non pigeat mores & vitæ genus mutare: pudeat potius, tam diu otiosam & inerte vitam egisse, aut diabolo seruiuisse, & agnoscant Dei beneficium, qui iam breui morituros gratiæ & honoris sui organa facere dignatur. Itaq; vt fidus & strenuus operarius, quò serius ad opus accedit, eò magis operi instat, vt breuis illud tempus hic ad meliorem vitam migraturus esse sentiunt.

Quartò videamus quomodo & qua conditione isti operarij in vineam missi sint. Cum primis paciscitur paterfamilias denario in diem, cum alijs non item, sed simpliciter illis dicit: Quodcumq; iustum fuerit dabo vobis, &c. Quoad primos, sunt qui meritum operum nostrorum hoc exemplo stabiliri contendunt, sed hi dum singulas parabolæ partes curiosius examinant, extra oleas (quod dicitur) currunt, & multa dicunt à Christi instituto & scopo aliena. Etenim si propriè loquendum sit, Deus nemini quicquam debet, suo autem iure ab omnibus hominibus debitum obsequium exigit: vtpote omnium creator & Dominus, in quo viuimus, mouemur & sumus, & qui omnia agit in omnibus. Et licet ipsi præstemus quæcumq; illi præcipit, serui tamen inutiles sumus, qui ex nobis ipsis nihil eorum fecimus, neque aliud fecimus, quam quòd debuimus facere, ne æternum periremus. Bonitatis ergo gratuita est, quòd nobiscum paciscitur Deus, & promissionibus lactat eos, qui bys mandandi ius habet. In eo enim patres fidos imitatur, qui liberis munuscula pollicentur, vt sibi obsequetiores faciant eos, qui puerilibus desiderijs ab officio reuocari solent. In præsentia verò paterfamilias ille bonus cum primis pactus esse dicitur, vt postea illis ob gratiam alijs factam murmurantibus, constaret, nullam ipsis iniuriam fieri, cum pactam mercedem acceperint, sed ipsos potius iniuriam heri & socijs facere, qui illum in ordinem redigere conentur, ne quod vult de suo faciat, his verò inuideant illius liberalitatem, ex qua nihil damni ad ipsos redundabat. Alteros verò in vineam mittit, nulla certa mercede conductos, vt partim doceat, Deo liberum esse, vt nobiscum agat pro sua bona voluntate: partim vt nos officij admoneat, quod est ipsius vocationi simpliciter parere, non autem confidenter quaerere cum Petro: Quid erit nobis: quid præmij dabitur? Sed de hoc plura in ijs peccare: hac audita, simpliciter illi obedire, & eius voluntati nos subijcere. Ipsi denique fidere, qui iustus, verax, beneficus & liberalissimus remunerator est. Dedit hic nobis iam pridem Filium suum Vnigenitum, IESVM CHRISTVM, qui nobis ab illo factus est sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Is nos secum esse

Deum vocantem omnes se qui debent.

Quomodo & qua conditione operarios vocet?

Rom. 11. Acto. 17.

Luc. 17. 2. Cor. 3.

1. Cor. 1. Ioan. 12. 14. 17. Luc. 22.

vult, vbi ipse est, & ad suam mensam in regno suo accumbere. Quid ergo praeter
 quarimus? Sufficiat, nos in suorum operariorum numero censeret & vt filius ille per
 ditus non aliud querebat, quam vt in patris domo locum qualemcumque haberet: ita
 nobis abunde satisfactum putemus, si nos Deus vilissimorum seruulorum loco ha
 bere dignetur: nec de praemio nostro, sed potius de nostro officio solliciti sumus. De
 debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C C X X X V I.

Cum autem serum diei esset, dicit Dominus vineae procuratori suo: Voca
 perarios, & redde eis mercedem, incipiens ab vltimis vsq; ad primos. Et cum ve
 nissent qui circa vndecimam horam exierant, acceperunt singuli denarium. Ve
 nientes autem & primi, existimarunt se plus esse accepturos: sed acceperunt ipsi
 quoque singuli denarium. Et cum accepissent, murmurabant aduersus patrem fa
 milias, dicentes: Isti vltimi vnam horam opus fecerunt, & eos aequales nobis se
 cisti, qui portauimus pondus diei & aestum. Ipse vero respondens dixit vni eorum:
 Amice, non facio tibi iniuriam: nonne denario pactus es mecum? Tolle quod tu
 um est, & abi. Volo autem huic vltimo dare, vt & tibi. Annon licet mihi quod
 volo facere in meis? Annon oculus tuus malus est, quia ego bonus sum? Sic vlti
 mi erunt primi, & primi vltimi. Nulli enim sunt vocati, pauci vero electi.

AV diuimus nuper primam huius parabolaem partem, in qua Deus adumbrat
 sub persona frugi ac fidi patrisfamilias, qui diuersis horis toto pene die oper
 rios conduxit, quos ad opus faciendum misit in suam vineam. Vbi didicimus, De
 omnibus seculis fuisse Ecclesiam, cuius ille curam diligentem semper habuit, vt
 de operarijs siue colonis prospiceret. Mittuntur autem isti non omnes eadem hora
 matutino nimirum tempore, sed diuersis horis (vt diximus) vt doceat, de nullius
 hominis salute temere desperandum esse. Potest enim fieri, vt qui nondum tran
 tus ad opus Domini, magnam vitae suae partem in otio ignauo & inhonesto tran
 egit, adhuc vocetur: Curent modo omnes, vt quando vocantur, se Deo obsequen
 tes praebent, & pro suae vocationis aut functionis ratione in opere suo fideles
 & industrii. Ad omnes enim pertinet, quod Ieremias dicit: Maledictus, qui fecerit
 opus Domini maligne. Sequitur altera parabolaem pars, qua narratur, vt operari
 singulis mercedem reddiderit paterfamilias, quid item fecerint primi illi, qui
 vocati plus alijs laborauerant, & vt his murmurantibus ille responderit. Qui locum
 docebit, qui fiat, vt ex primis vltimi fiant: imo vt qui reliquis praestare videntur
 opere Domini, a salute prorsus excidant.

Ierem. 48.

Merces incipit
ab vltimis.

Matth. 23.

Apoc. 3.

2. Cor. 5.

Operarij qui
Deo placent
pra alijs.

Cum iam serum esset diei, procuratori suo in mandatis dat herus, vt operari
 singulis mercedem reddat, initio facto a postremis, qui sub horam vndecimam
 in vineam missi erant, & quoad morem vulgo receptum, non poterant
 tum sperare, cum vix horam vnam fuissent in opere. Ab his (inquam) procurator
 initium facere, & ad primos vsq; progredi debuit, cum quibus paterfamilias
 rio in diem pactus erat. Procurator iste Dei est IESVS CHRISTVS, aeternus Do
 Filius, cui omnis potestas data in caelo & in terra, & qui solus habet clauem
 mus Dauidis, siue regni caelorum. Hic in fine mundi veniet, vt suam mercedem
 reddat omnibus, tam bonis quam malis. In praesenti vero docere vult, salutem
 pro meritorum nostrorum ratione conferri, sed prout Deo placet, & qui nam op
 rarij pra caeteris ipsi placeant. Primi certa mercede conducti fuerunt, vt ipse
 mines venales, & (vt ex eorum murmure postea colligi potest) fortassis non ab
 ri in vineam, nisi hanc pactus illis esset herus. At caeteri omnes, cum nihil ceru
 ipsi possunt.

ipsis polliceretur, sed simpliciter eis diceret, Quodcunque iustum fuerit, dabo vobis: eius bonitate & æquitate confisi abierunt. Qui tales sunt, ij reipsa testantur, se industrios esse, & operis faciendi cupidos, neq; aliquam eius occasionem negligunt. Et ijdem nunc primi mercedem recipiunt. Itaq; præ cæteris placent Deo, qui etsi diu otiosi stent, nec quicquam facturi videntur, tamen serio illi seruiendi desiderio tenentur, & quam primùm vocantur, occasionem oblatam auide arripiunt, & quantum ille virium largitur sedulo faciunt quod iubet, nec seruiliter ad mercedem respiciunt, sed à Dei bonitate pendent, quem liberalem remuneratorem esse firmiter credunt: ita tamen, vt nihil illi præscribant. Contenti ergo sunt eo quod datur, vt pote quod sciant se nihil meruisse, sed seruos inuitiles esse, qui nihil quàm quod ex officio debebant, fecerint. At qui hæc vera pietas, hoc fidei synceræ ingenium est, sine qua nemo potest Deo placere, & qua sola apprehenditur vita salusq; quam nobis Christus acquisiuit: ideoque qui hac præditi sunt, primi in regno cælorum censentur.

His opponuntur primi, quibus certam mercedem pactus est paterfamiliàs, & quales se gesserint, narratur. Primùm visa illius erga alios liberalitate, sperant se plus accepturos esse. Vnde hoc: nimirum quod de suo labore, quem sustinuerunt, magnificè sentiunt, & se alijs omnibus præferunt. Deinde etsi recipiant quod ipsis ex pacto debebatur, eo tamen non contenti murmurant aduersus patremfamiliàs, à quo se duplici iniuriã affectos putarunt: cum vltimos sibi præferri viderent, quoad ordinem: & quod ijdem ipsis æquentur quoad mercedem diurnam, qui non totum diem cum ipsis in opere fuerant. Ex quo sequitur, quod ita quæruntur de heroynam horam opus fecerunt, & eos æquales nobis fecisti, &c. Quasi dicerent: Isti totum diem otiosi steterunt, & vt solent ignaui, subdixerunt se, ne ab aliquo ad opus faciendum conducerentur. Quæ ergo hæc iniquitas est, quod nunc nobis æquantur, qui totius diei laborem & æstum magna cum molestia sustinuimus.

Exprimuntur hic ceu in speculo hypocritarum iustitiorum mores & ingenium. Nituntur hi suorum operum meritis, & ideo hæc magni æstimaunt. Exemplum habes apud Isaiam, qui tales cum à Deo corripentur, ita huic responsantes introducit: Quare ieiunauimus, & tu nõ aspicias: affligimus animas nostras, & tu ignoras. Et apud Micheam superbe quærunt, quid porro facere debeant, tantum non dicentes: Si non sufficiunt quæ fecimus, age dic quid præterea velis, nec in nobis mora erit, qui & volumus & possumus quicquid iusseris. Quorum similis Pharisæus ille, quem Christus apud Lucam producit, dicentem: Gratias ago tibi, quod non sum vt reliqui homines rapaces, iniusti, mœchi, vel etiam vt iste Publicanus: ieiuno bis in hebdomade, decimo omnia quæ possideo, &c. Et huius generis multæ hodie audiuntur ex ore hypocritarum nostri seculi. At si diligentius examinentur omnia illorum opera, quæ tantopere illi factant, ferè nullius pretij illa esse patet. Nam si quid faciunt boni, ex debito faciunt. Non habent ergo, quo gloriantur: idq; eo minus, quod non suis viribus illud faciunt, sed à Dei Spiritu excitati, ferè certis de causis interdum in hypocritis vel palàm impijs quoque agit. Cætera sunt, & ne illis ipsis quidem qui eis fatigantur. Quod enim de ludæorum ieiunijs olim Deus per Zachariam dixit, Quando ieiunastis & planxistis mense quinto & septimo per annos istos septuaginta, num ieiunando mihi ieiunastis? Et cum comeditis & bibitis, annon vobis comeditis, & vobis bibitis? Hoc ipsum de ferijs, de peregrinationibus, vigilijs, cucullis, cantionibus & omnibus alijs potest dici, quæ ab illis nullo Dei mandato, sed ex humanarum traditionum præscripto fiunt. Adde quod multa faciunt, quæ Deo vāhemāter displicent, vt quando idola colunt, sacra

Quales se gesserint qui primi conducti fuerint.

Iustitiorum hypocritarum mores. Isa. 58. Matth. 6. Luc. 8.

Zach. 7.

caupoantur, vsum Coenae Dominicae peruertunt, ex mortuis tributa exigunt, & his alijsq; multis meritum aeternae salutis collocant, non sine atroci iniuria, quam Christo faciunt, cui soli haec gloria debetur. Veruntamen tanti ista faciunt, ut ceolum sibi solis deberi existiment, & alijs omnibus salutem inuideant, neq; ferre populi sint eius doctrinae praedicationem, quae peccatoribus gratuitam omnium delictorum remissionem in nomine IESU CHRISTI annuntiat. Et haec causa est, quod contra bonum illum Patrem familiam impiè murmurant, cuius bonitatem gratiam tam exosculari & praedicare debebant. Hoc alibi fecisse scimus Phariseos, quando Christum cum publicanis familiariter versari videbant. Et hodie passim audientur sermones istorum hominum, quos non pudet dicere: Si propter solam fidem in Christum gratis iustificamur, si nullum est nostrorum operum meritum, fructus utique seruitur Deo, frustra bonis operibus studetur, ne quicquam carnis lascivitis nequitia castigatur: Quin ergo facimus quicquid carnis libido dicit, ut locum habeat gratia Dei, & abundantior fiat? Denique Evangelij doctrinam istis homines bonis operibus inimicam esse clamitant, adeoq; Christum omnis licentiae ferulorum authorem fingunt: Qua blasphemia nulla atrocior fingi poterat. Annon ergo digni sunt isti, qui ex primis ultimi fiant, & ab Ecclesiae & regni Dei societatibus Iudaeorum postea dixit: Amen dico vobis, quod publicani & meretrices praecedunt vos in regnum Dei. Matth. 21.

Responsio patris
familias.
Matth. 26.

Sed audiamus quid herus ipse mercenarijs istis responderit: Vni eorum dixit illum, ait Dominus: Amice, non facio tibi iniuriam, &c. Exprimitur rursum patrisfamilias nae Dei bonitas ac indulgentia, qui adhuc amicos vocare dignatur, iniquos illos murmuratores, qui in ipsam & socios laborum iniurij erant. Huic simile est, quod Christus Iudae proditori in osculum eius ruenti postea dixit: Amice, ad quid ades? Debent exempla eiusmodi non oscitanter observari, ut pudeat Christianos homines suae impotentiae, qui ob leuissimam offensam charitati fraternae renuntiant, & insuper linguas ad conuitia & execrationes laxant, quibus in Deum simul & homines grauisime peccatur. Porro responsionis huius partes sunt tres. Prima summum excusat Paterfamilias. Secunda obiectioni respondet, quam murmuratores poterant praetexere. Postrema acriter corripit illorum nequitiam, qui ex eius bonitate inuidiae, odij & murmuris occasionem arripiant.

Dei excusatio,
quod nemini fa-
ciat iniuriam.

Primae partis propositio est: Non faciam tibi iniuriam. Vnde sequitur, illud iniustum esse, qui murmuret & de ipso quiritetur. Id vero euidenti ratione probatur, quod eis ex pacto debetur, non habent illi iustam quiritandi occasionem: Atqui ego contra me murmuras: Quin accipis quod tuum est, & eo contentus me missum facis? Voluit autem interrogatione urgere murmuratorem iniquum, ut proprio testimonio conuictum magis confunderet. Possunt autem hoc argumento in genere omnes conuinci, qui de Deo conqueruntur & aduersus illum murmurant, si non omnia ex sui animi voto accipiunt. Nam si iniuste queruntur qui quod ipsis debetur, accipiunt: quanto maior est eorum iniquitas, qui cum plura, quam quae debentur, recipiant, nihilominus tamen de Dei bonitate aut iniustitia quiritantur? Atqui nemo est mortalium, qui non plura acceperit, & quotidie adhuc accipiat à Deo quam ipsi debetur. Etenim hic nos omnes condidit, cum nulli effemus: hic nobis spiritum vitae largitur, & in ipso viuimus, mouemur & sumus: hic nos alit, velut seruat, imò in nobis alendis & seruandis omnes creaturas occupatas habet, adeo ut Angelos quoque nobis ministros & defensores adhibeat. Sunt haec magna, ad quae omnia gratiarum actionem superant, nedum ut aliquid horum nobis deberi, debet.

Hebr. 1.
Psalm. 43. 91.

ere possimus. Accedunt tamen his maiora, quæ omnem quoque humani ingenij
 eaptum excedunt: quòd nimirum Filium suum Vnigenitum pro nobis dedit, qui
 æternam mortem merebamur, quòd illum nobis fecit iustitiam, sanctificationem
 & redemptionem nostram: quòd in eodem nos adoptauit, vt ex iræ filijs, filij gratiæ
 & bonorum eius omnium hæredes fieremus: quòd eundem nobis ingratis, inobe-
 dientibus, & vix vnquam serio de salute cogitantibus, per Euangelium offert, &
 plerunque reluctantes ad regni sui cœlestis possessionem inuitat. An non ergo
 Deum tantumnon in ius vocant aliqui, dum quarunt: Cur hic seruetur, & iam
 moriturus in gratiam recipitur, qui præteritam vitam omnem in sceleribus transe-
 git: Cur hunc diuitijs beat Deus, ad honores euehit, me verò cum inopia confli-
 tari, contemptum & exosum plerisque in sordibus iacere sinit? Cur denique bo-
 nis & malis, iustis & iniustis benefacit? Cur eadem gratia mecum dignatur multos,
 qui non tam multa pro eius nomine fecerunt aut passi sunt, quam multa ego feci
 & pertuli: Sed his quoque breuiter respondet Dominus: Volo huic vltimo dare
 vt & tibi. Liberam suam voluntatem allegat, & hac omnes ratiocinationes carnis
 abrumpt, vt se eum esse ostendat, qui nemini teneatur rationem reddere, vt pote
 qui omnium Dominus, & proinde nulli legi subiectus sit. Ideo addit: Annon licet
 mihi quod volo facere in meis? Enimvero hæc naturæ lex est, quæ comuni sen-
 su probatur, & vulgo inter homines recepta est, qua cuique licet de suis statuere
 vt libet, & prout sibi vtile ac commodum videtur, siquidem id absque alterius frau-
 de & iniuria fiat: Id autem ego facio, inquit Dominus. Tu iam recepisti quod tibi
 debebatur, neq; vlllo iure amplius quid à me potes exigere. Quid verò ad te, quod
 tantundem alijs quoque largior, cum id ex meo faciam, & absque tuo incommo-
 do: Debent hoc responsum sibiipsis applicare, quotquot rationem iudiciorum suo-
 rum à Deo exigere audent, & si quid eis iniquius aut absurdius esse videtur, cogi-
 tent omnia illius nutu gubernari, qui non solum omnipotens sed etiam perfecte
 bonus & iustus est. Hic (vt mater Samuelis canebat) neci dat, & vitæ restituit: deij-
 git & euehit: pauperem facit & diuitem: In ipsius deniq; manu sumus vt lutum fi-
 cere ex luto vas quaecumq; ipsi placuerit. Hæc consideratio multis quæstionibus
 finem imponit, quæ circa prouidentia & prædestinationis diuinæ negotium ab
 hominibus vel prophanis vel impiè curiosis mouentur & simul patientia nos ar-
 mat, & ne quid temerè contra Deum dicamus aut faciamus prohibet, si quid nobis
 præter animi voluntatem accidit.

Sed stomachum mouit mercenarijs illis, quod ipsis pactam mercedem postre-
 mus quoque reddit, qui minus operis fecerant in vinea, quod iniuste & contra iu-
 stitiæ distributiua leges factum arbitrantur. Et hoc est, quod hodie quoque mul-
 tos offendit. Etenim audiuntur obiectiones non tam iniquæ quam acerbæ, quibus
 Deum tantumnon in ius vocant aliqui, dum quarunt: Cur hic seruetur, & iam
 moriturus in gratiam recipitur, qui præteritam vitam omnem in sceleribus transe-
 git: Cur hunc diuitijs beat Deus, ad honores euehit, me verò cum inopia confli-
 tari, contemptum & exosum plerisque in sordibus iacere sinit? Cur denique bo-
 nis & malis, iustis & iniustis benefacit? Cur eadem gratia mecum dignatur multos,
 qui non tam multa pro eius nomine fecerunt aut passi sunt, quam multa ego feci
 & pertuli: Sed his quoque breuiter respondet Dominus: Volo huic vltimo dare
 vt & tibi. Liberam suam voluntatem allegat, & hac omnes ratiocinationes carnis
 abrumpt, vt se eum esse ostendat, qui nemini teneatur rationem reddere, vt pote
 qui omnium Dominus, & proinde nulli legi subiectus sit. Ideo addit: Annon licet
 mihi quod volo facere in meis? Enimvero hæc naturæ lex est, quæ comuni sen-
 su probatur, & vulgo inter homines recepta est, qua cuique licet de suis statuere
 vt libet, & prout sibi vtile ac commodum videtur, siquidem id absque alterius frau-
 de & iniuria fiat: Id autem ego facio, inquit Dominus. Tu iam recepisti quod tibi
 debebatur, neq; vlllo iure amplius quid à me potes exigere. Quid verò ad te, quod
 tantundem alijs quoque largior, cum id ex meo faciam, & absque tuo incommo-
 do: Debent hoc responsum sibiipsis applicare, quotquot rationem iudiciorum suo-
 rum à Deo exigere audent, & si quid eis iniquius aut absurdius esse videtur, cogi-
 tent omnia illius nutu gubernari, qui non solum omnipotens sed etiam perfecte
 bonus & iustus est. Hic (vt mater Samuelis canebat) neci dat, & vitæ restituit: deij-
 git & euehit: pauperem facit & diuitem: In ipsius deniq; manu sumus vt lutum fi-
 cere ex luto vas quaecumq; ipsi placuerit. Hæc consideratio multis quæstionibus
 finem imponit, quæ circa prouidentia & prædestinationis diuinæ negotium ab
 hominibus vel prophanis vel impiè curiosis mouentur & simul patientia nos ar-
 mat, & ne quid temerè contra Deum dicamus aut faciamus prohibet, si quid nobis
 præter animi voluntatem accidit.

His subiicitur acris & vehemens correptio, quam omnes merentur, qui in
 Dei iudicijs affectui carnis indulgent. Ait enim sub patrisfamiliâs persona: An o-
 culus tuus malus est, quia ego bonus sum. Oculum malum dicit pro inuido &
 aliorum commodis dolente. Vt enim visus inter sensus corporis nobilissimus ha-
 betur, ita animi affectiones per illum in oculis maxime se produnt: quales sunt, iræ,

Ioan. 3.
 1. Cor. 1.
 Rom. 5. 8.

Psal. 119.

Obiectio iusti-
 tiorum
 luitur.

1. Sam. 2.
 Jerem. 28.
 Rom. 9.

Corripit hypo-
 critas iustitia-
 rios.

amor, tristitia siue dolor, gaudium, & in primis inuidia seu odium. Itaque sensus verborum est: Æquumne est, vt tu alijs inuidendi occasionem ex mea bonitate & liberalitate arripias? Perstringitur autem hoc dicto præcipua causa murmuratum & querimoniarum, quibus contra charitatis fraternæ leges in proximum, & in Deum ipsum peccatur. Est hæc inuidia, quam innata nobis philautia parit. Per hanc fit, quod dum nobis melius esse volumus quàm alijs, nobis deberi purem quæcunq; alijs obtingunt commoda, Quæ causa est, vt alijs inuideamus, & simul Deum iniustitiæ accusemus, vt qui nobis neglectis beneficia sua in indignitate conferat. Id verò sine manifesta impietate & atroci, qua Deus ipse afficitur, iniuria non potest fieri. Itaque hæc maximorum scelerum causa est, & diaboli filios facit, sicuti in Caini exemplo est videre. Quotquot ergo inuidiæ fascino se tenent, sentiunt, primò cogitent bonorum omnium, quæ vel ipsis vel alijs obtingunt, Deum thorem esse Deum, qui vt natura bonus est erga omnes, ita iustus quoque est, & ideo iniquos esse, qui eius beneficentiam reprehendunt. Deinde meminerint, inuidiosos non tam alijs, quam sibiipsis nocere. Ethnicus error est, quo creditur inuidiosos aut maleficos homines oculorum fascino infantibus aut etiam pecoribus nocere posse. Ideo pastor ille Vergilianus dicebat:

Nescio quis teneros oculos mihi fascino agnos.

At pijs & quæcunq; ad eos pertinent, sub Dei tutela sunt, vt neque Satan ipse, quæ inuidiæ & odij parens est, illis possit nocere. Quid ergo homines inuidi aut malefiosi faciant aliud, quam quod sibiipsis nocent, & cor proprium exedunt, atq; in inuidendo contabescunt. Rectè igitur poeta Satyricus dixit:

Inuidia Siculi non inuenere tyranni

Tormentam maius.

Et alius item de illo cecinit:

Et videt ingratos intabescitq; videndo

Successus hominum carpitq; & carpiunt vnâ.

• Procul ergo hanc pestem arteant Christiani homines, quorum nota propria est fraterna & mutua dilectio, cuius exemplum ipsis Dei filius præbuit.

Statim parabola repetitur.

In primis verò moueat, quod Christus postquam hoc Patris familiars responsum exposuit, statim parabole totius repetit, dicens: Sic vltimi erunt primi, & primi vltimi. Quo dicto non solum vt prius ad humilitatem & diligentem salutis curam hortatur eos, qui aliquò vsque profecerunt, verum etiam docet quæ causa sit, quæ vltimos faciat in regno Dei, vel etiam prorsus ab eo excludat multos, qui primi esse videbantur: superba nimirum propriæ dignitatis & meritorum fiducia, quæ inuidiam parit erga eos, quorum saluti nos congratulari decebat, & simul linguam contra Deum laxat, vt huius misericordiam gratuitam carpant, quibus vltimæ salutis spes in illa debebat esse reposita. Quis verò neget salute indignos esse, qui talia designant? Quia verò hæc vitia ferè innata sunt hominibus, & in plebe dominantur, quoad non renascuntur ex verbi semine in novas Creaturas, aliud dictum æque graue & vehemens subtexit, quò huius parabole doctrinam conuertit: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi: qui videlicet Dei vocationem non sincera sequantur, professioni suæ respondeant, & fideles sint in vinea eius operarij. Sed quia de hac sententia commodius infra dicetur in nuptiarum & inuidiosorum parabola, sufficiat nunc tenuisse, quanta sit bonitas Dei, qui nos in Ecclesiam suam vocare, & donis necessarijs instruere dignatur: sequamur ergo vocationem suam huic fidele præstemus officium, vt olim cum Filio Dei æterno, IESU

Matth. 23.

CHRISTO, in cœlis viuamus & regnemus, cui debetur
benedictio, honor, gloria & potestas in
æternum, Amen.

Et ascendens IESVS Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos priuatum in via, & dixit eis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morte: tradentq; eum gentibus, ut illudant & flagellent, & crucifigant: sed tertia die resurget.

Symma vitæ Christianæ & veræ pietatis, quæ promissionem habet præsentis & futuri seculi in eo consistit, vt communem regulam sectemur, quam Dei Filius IESVS CHRISTVS omnibus, qui eius discipuli censi volūt, præscribit, dicens: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Quia verò carni nihil acerbius & magis aduersum est cruce, & plerique non ijs modo offenduntur, quæ ipsis ferenda sunt, verum etiam ipsius Christi crux, vt olim Iudæis, sic hodie multis scandalo est, qui sibipsum in illo omnina læta & secunda pollicentur: ipse frequenter de illa apud discipulos suos sermonem habuit, & quidem tunc potissimum, quando tempus illud præfinitum appropinquabat, quo mori debuit. Factum hoc nuper, quando illustrem illam fidem dei in ipsum confessionem omnium discipulorum nomine Petrus edidit. Nec multo post, cum in monte Thabor se in clarificationis gloria spectandum exhibuisse discipulis tribus, inde descendens, ter mortis & resurrectionis suæ mentionem reperiit. Et nunc idem facit denuo, quando iter Ierosolymitanum ingressus Ierichum appropinquabat. Non pigeat ergo nos eadem sapius audire & meditari, de quibus ille, qui æterna Dei sapientia est, toties verba facere dignatus est. Id verò vt in præfenti commodius fiat, hoc ordine locum istum excutiamus: vt primum de loco dicatur, vbi ista Christus dixit: deinde quibus hæc dixerit, & qua occasione. Postremo, qua diligentia hoc factum sit.

Ad primum pertinet, quod Euangelista hæc Christum dixisse scribit, cū ascenderet Ierosolymam. Ergo in via, quam fecit, vt Hierosolymam moreretur. Solet autem hæc in monte sita, & circumquaque montibus cincta fuit (vt Psalmi docent) qui superstant patriam, vel etiam ecclesiæ triumphantis, quæ (vt Paulus scribit) sursum vel in cœlestis & de cœlo descendisse dicitur eò quod cœlitus ex Verbo Dei virtute Spiritus Sancti regenerantur eius filij, qui ex corruptis & maledictis Adami filijs, Dei filios facit & cœlestis regni hæredes: Quotquot ergo illius membra germana fieri & esse volunt, eos non terrenis inhærere, sed animis in cœlum per fidem euectis quæ sursum sunt quarere & sapere oportet. Illic enim (vt Apostolus ait) vita nostra abscondita est cum Christo in Deo, reuelabitur autem cum gloria in manifesto illo die, quando hic veniet ad iudicandum viuos & mortuos. Vide priorem Epistolam, Ioannis 3. Cap.

Debet autem non oscitanter obseruari, quod Ierosolymam ad crucis supplicium ascendens Dominus discipulis suis de sua morte concionatur. Ita enim docet, quæ via nos omnes ad cœlestem patriam, quæ beatæ immortalitatis sedes est, contendere oporteat. Per crucem nimirum, quæ in hoc mundo, quem vallem lachrymarum Scriptura vocat, nobis ferenda est. Etenim de eo nos admonere potest communis sensus, non alia via nos illuc peruenire posse, quam qua ille iuit, qui nobis filius ius suo merito acquisiuit. Ideo ipse ait: In mundo afflictionem habebitis. Et Apostoli eius Spiritu illuminati dixerunt: Per multas tribulationes oportet nos ingredi

1. Tim. 4.
Sap. 16.
Luc. 9.

1. Cor. 1.

Matth. 17.

Christus Hierosolymam descendens de sua morte differuit
Psalm. 48. 125.
Galat. 4.
Apoc. 3. 21.

Coloss. 3.

Ad cœlos via est per crucem

Psalm. 84.

Ioan. 16.
Acto. 14.
1. Tim. 3.

in regnum Dei. Item omnes qui volunt pie vivere in CHRISTO IESU, perfectionem patientur. Nec temere (vt initio diximus) ad crucem ille vocat omnes, qui eius discipuli esse cupiunt. Et sane ita fieri necesse est, vt mundi fastidium possumus concipere, qui carni nostrae ita adlubescit, vt si omnia in eo nobis iucunda acciderent, de caelesti patria nunquam cogitaturi eramus. Sed dum per huius mundi lebras & inhospita resqua, per Labirynthos item periculi plenos & per mille mortales nobis iter est, soletur nos, quod aeternus Dei Filius, non solum viam nobis monstrat, sed seipsum nobis viam facit, & eiusdem ducem, qui nobis praestit, & similitudinem porrigit, atque gressus nostros dirigit, ne procul a tergo relictis deficiamus. Non enim bonus ille pastor oves suas, neque eas sibi ex manibus eripi sinit. Idem res suggerit infirmis, defendit item ab hostili vi, ne quid nocere possit ijs, qui in fide intrepida sequuntur. Denique is est, qui omnia huius vitae aduersa & difficultates suae crucis merito sanctificauit, vt ipsum diligentibus omnia adiuuare possent bonum. Haec qui diligenter meditantur, ijs nulla afflictio tristis aut noxia esse poterit.

Ioan. 14. 10.

Rom. 8.

Christus cum
discipulis duodecim
privatim agit.

Secundo videamus, quibus & qua occasione Christus in praesenti locutione Dicitur autem duodecim discipulos suos in via assumpsisse privatim, & ista die in profectioe ipsum fuisse comitatam. Cur ergo solis discipulis mysterium hoc praedicat, cuius cognitio omnibus est necessaria? Cur non publice omnibus conuocatis de illo differuit? Atqui vt id fieret, non necesse erat, & fortassis non profectioe

Zach. 9.

Ioan. 15.

Acto. 1.

Marc. 10.

Quia enim plerique regnum terrenum somniabant, & huius seculi commoda persequerentur, plerique dilapsuri fuissent, si quid ipsi eventurum esset, vt olim Zacharias praedixerat, & proderat quam plurimos esse spectatores mortis suae ex illis, qui prius miracula in Galilaea plurima viderant. Discipulorum vero praedictioe alia ratio fuit. Nam hi testes delecti & designati erant omnium, quae illum seculum & pati oportuit. Ergo nihil eos celari debuit, vt certius de omnibus testari possent.

Ioan. 8. 10. 11.

Deinde Marcus annotauit, illos in ea profectioe expauisse & timuisse. Etenim sciebant Ierosolymae crudelissimos Christi hostes regnare, qui non multo antea semel atque iterum lapidibus obruere conati fuerant: & ideo illi profectioem illam dissuasisse leguntur alibi. Quia vero nihilominus ipsum sequebantur, & defectionis periculum, aequum erat, vt de ijs quae prius saepe audierant, rursus moniti in fide confirmatiores fierent, qui prima pro illo certamina subitari erant. Praeterea de omnibus eos praemonuit Dominus, vt quando in morte viderentur, omnia, sicuti praedixerat, accidere, postea de resurrectione minus dubitarent, sed eius promissionem animo repeterent. Et hanc causam non obscure Angelus ait, quando mulieribus ipsum in sepulchro quaerentibus ait: Quid inter mortuos quaeritis eum qui uiuit. Non est hic, sed surrexit: memento vt locutus sit vobis cum adhuc in Galilaea esset. Et ipse Christus horum repetitione discipulos haec testes confirmat, dicens: Hi sunt sermones, quos locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum, &c. Et mox: Ita scriptum est, & ita oportuit Christum pati, & resurrexerit a mortuis tertio die, &c.

Luc. 24.

Discipulorum
Christi infirmitas.

Luc. 22.

Habemus autem in discipulis hoc loco infirmitatis humanae exemplum. Vnde derunt hucusque innumera diuinae potentiae exempla in Christo, & licet multis illis defecerint aliquoties, ipsi haecenus cum eo perseverauerunt in omnibus temptationibus eius, quo nomine ab illo in vltima cena commendantur: denique quod ues ille ituenis facere dedignabatur, ipsi praestiterunt, & eo usque profecerunt, quasi re omni confecta interrogarent: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid erit nobis? At iidem etsi Christum penes se habeant ducem & profectorem, tamen, vt ipsis noua consolatione & institutione opus sit. Quod si cauti

quæras, non alia reddi potest, quam quod admonitiones priores, quas multas au-
dierant, & quæcunque hæcenus viderunt, non ea qua decebat attentione conside-
rarunt, adeo vt quod de sua morte dicebatur, ipsis adhuc nouum esset ac insolens:
nimirum quod adhuc regnum terrenum somniarent, sicuti ex actione filiorum Ze-
bedæi patebit, quæ mox sequetur. Itaq; ex ambitione falsa concepta persuasio ob-
stitit, vt sub illius cruce latens redemptionis mysterium nec videre, nec ex eo vires
aduersus metum hunc concipere potuerint, vt animos fide constanti erigerent.
Nemo igitur sibi ipsi nimium tribuat, in primis autē caueant sibi, qui Christi disci-
puli esse volunt, ne in illo quærant quæ huius seculi sunt. Nam qui id faciunt, si sibi
persuadent, posse fieri, vt quis Christum sequatur, & Euangelio credat, & tamen
mundo placeat, vt nihil periculi sit metuendum. Qua persuasione in regno Dei ni-
hil nocentius excogitari potest. Nam ea fit, vt mundi amicitiam quærant si, qui ter-
renis omnibus renuntiare, adeoq; se ipsos abnegare debebant, vt Deo placere pos-
sent. At qui mundo placere volunt, huic indulgeant oportet, & proinde (vt de se-
ipso Paulus dicebat) Christi serui esse non possunt: & reuera in illis fit, quod Iaco-
bus scribit, amicitiam huius mundi esse inimicitiam cum Deo: neque potest aliter
fieri, quando mundus totus in malo facit, & lucem veritatis odit, Deus autem sum-
me bonus & ipsa veritas est. Et vt nihil aliud maioris mali accedat, saltem tepidi
sunt eiusmodi homines: vt Dei zelus in ipsis paulatim intermoriatur. Itaq; dum in
parte vtriusq; claudicant, non possunt Deo placere, qui ipsos vt cibum insipidum
& noxium euomit. Est magnus horum numerus hodie, & tales ferè sunt, qui regni
Dei mysteria humanæ sapientiæ modulo metiuntur, & non aliter se tutos fore exi-
stimant, quam si mundum sibi amicum habeant. Et his non satis est, si ipsi ignaui
& tepidi sint, sed insuper oderunt verè pios, qui zelo Dei ardent, & mundi corrup-
tis studijs sese opponunt. Ideo in peius multi proficiunt, & ferè regnum Christi in-
his locis deficit, vbi lucem Euangelij primum accendit Deus: & ita postremi fiunt,
qui primi fuerunt. Semper ergo meminerimus eorum, quæ Dominus dixit: Si de-
mundo fuissetis, mundus quod suum est amaret: quia verò de mundo non estis,
sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus. Etenim res ipsa docet,
aliter, quam Christi abnegatione restringi queat: Sed o miseros, qui vt mundo a-
mico vtantur, Christum abnegant qui semetipsum pro nobis tradidit, & extra quem
salus nulla inuenitur. Quotquot ergo infirmitatem aliquam in seipsis sentiunt, si
etiã timeant, non tamen ideo Dominum deserunt, sed sibi ipsis quodammodo vim
faciunt, & illum trepidi licet comitantur.

Quod vt à nobis quoque fiat, proderit Christi facilitatem obseruasse, qui infir-
mos & nunc trepidantes tam patienter fert. Petrum quidem nuper acerrimè corri-
puit qui confidenter nimis ab officio reuocare conabatur, cui illum pater destina-
uerat. At idem verò non abiicit eos qui ex carnis infirmitate humanum quid patie-
bantur, nihilominus tamen stationem suam tenebant: sed priuatim assumptos in-
stituit & consolatur. Est ergo reuera fidelis ille Pontifex & mitis Seruator, qui no-
bis infirmis condolere potest, neq; extinguit linum fumigans, neq; arundinem vi-
mas agentem comminuit. Itaq; ex eo consolationem perant, qui se metu & forma-
dine tentari sentiunt, & licet Christum non possint paribus vestigijs sequi, sequan-
tur tamē vt possunt, & Deum seriò orient, vt hic ipsis vires sufficiat. Amittentur quo-
que filij Dei facilitatē Christiani homines, ne infirmos & meticulosos temerè ab-
siciant, sed assumant potius in spiritu lenitatis non ad certamina disputationum;
sed ad ædificationem. Potest enim Deus (vt Apostolus monet) infirmos confirma-
re, & lapsos erigere: & in primis hic locum habet, quod vulgo dicitur: Vir fugiens

Galat. 1.
Iacobi 4.
1. Ioan. 5.
Apoc. 3.
1. Reg. 18.

Matth. 13.

Acto. 4.

Christi in ferè
his infirmis fan-
cilitas.
Matth. 20.
Iud. 2. 4.
Matth. 22.
Isa. 42.
Rom. 14. 15.

denuo pugnabit. Exemplo est Petrus, qui cum Christum turpissimè abnegasset, postea accepto Spiritu Sancto primus in aciem prodijt, & eundè magno cum successu prædicavit. Vide Actorum secundum, tertium & quartum Cap. &c.

Quomodo cū
discipulis Do-
minus agat?

Porro videamus, quomodo cum discipulis egerit Dominus? Diserte & plenè omnia prædicat, quæ passurus erat, neq; ullis verborum phaleris vtitur, quibus periculum mitiget. Quo exemplo docemur, admoneri debere quosuis homines periculis imminentibus, ut sibi ipsi prospiciant in tempore, ne si quid ex improviso accidat, gravius offendantur. Imitati sunt præceptoris sui exemplum Apostoli, quando quid p̄ij & credentes passuri, quæ item Ecclesiæ sors novissimis temporibus futura sit, ex Spiritu Sancti suggestione diligenter ac sape prædixerunt. Sed tunc autem & malè faciunt, qui pericula dissimulant, & promissis inanibus temporè faciunt eos, quos p̄ijs adhortationibus & præceptis instruere atque ad certaminè præparare debebant. Solent hoc nonnulli apud eos facere, qui lætalibus moribus correpti, iam iam vitam hanc mortalem cum immortali commutaturi sunt. Eundem interdum, quando Euangelium aliquibus prædicatur, & omnia læta in hoc seculo promittuntur ijs, quibus certissima crux propter Veritatis professionem imminet. Atqui ex proprio carnis ingenio homines sibi ipsi spontè eiusmodi spem fingunt, quibus seipos lætant & fallunt, ut minimè opus sit securos facere eos, qui plus satis ad securitatem & confidentiam natura proclives sunt. Ut ergo huiusmodi imperator militibus indicat quæ hostium vires & quanta eorundem alacritas sit, ut vigilantes & providos reddat: ita ecclesiarum ministri priuatim & publice Christianos homines de mundi & principis eius conatibus diligenter præmoneri debent, & eosdem armis spiritualibus instruere, ut in fide constantes pericula omnia facilius vincant.

Quibus argu-
mentis discipu-
los consolatur
Christus.

Cæterùm audiamus sermonem Christi, quem ad discipulos habuit. Propositi & status eius est, timidos & trepidantes consolari, quod facit hoc ordine. Primò in genere docet, sibi euentura quæcunque olim Prophetæ vaticinati sint. Annouit hoc Lucas, qui illum scribit dixisse: Ecce, ascendimus Ierosolymam, & peribunt Filio hominis omnia, quæ scripta sunt per Prophetas. De hoc illos auertentia admoneri oportebat, ne quid fortuito fieri aut tantas hostium vires essent tarent, sed omnia ex Dei decreto fieri intelligerent, eoq; minus offenderent. Deinde ex ordine omnia prædixit, ut nullas circumstantias prætermittat: ut ex colligerent, nihil sibi ignorantia aut præter voluntatem accidere, sed ipsum necessario quidem ex Patris decreto mori, attamen id voluntarium facere, neque alium quem esse, qui ipsum possit cogere. Erat hoc evidens diuinitatis argumentum, quod vnum sufficiebat ad remouendum crucis scandalum. Ideo alibi quoque eadem prædixit, & simul diserte testatus est: Ego pono animam meam, ut rursum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego ponam eam à meipso: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam. Præterea se tertio die mortuis resurrecturum dicit. Quasi diceret. Faciant hostes mei quod lubet, nihil tamen regno meo aut gloriæ derogabunt. Etenim licet omni contumelia generè me obruant, occidant, sepeliant denique, & armato milite sepulchrum cubent, olim prædictum est, cum extremè humiliatus ex torrète in via biberò, caput meum iam. Ex his peti debent consolationis argumenta, quibus nos ipsos aduersus pericula & ex his nascentes tentationes confirmemus. Primo enim nobis quoque per fortuitum accidit. Etenim tempora nostra (ut David ait) sunt in manu Domini, qui pilos capitis nostri numerauit, & cuius prouidentia ad flores in agro nascentes & coruorum pullos atq; passerè extenditur. At quia idem bonus & fidelis est, non sinit nos supra vires tentari, sed ut perpassiones Christi in nobis redundent, &

Ioan. 10.

Psal. 110.

Psal. 31.

Matth. 10. 6.

Luc. 12.

1. Cor. 10.

Luc. 18.

Ignorantia my-
steriorum Chri-
sti.

Ephes. 3.

vt in vitæ nouitate ambulemus. Sunt hæc perspicua & plenissima consolatio. Sed arguitur hic nostræ naturæ infelicitas. Nam discipulos nihil horum intellexisse, Lucas scribit: nimirum quod partim metu, partim falsa de regno eius terrore, partim persuasione erant præoccupati. Atqui eadem ignorantia & cæcitas adhuc regnum mortis & resurrectionis eius intelligunt? Si enim hoc intelligerent, vno contenti essent, adhuc peccata, quæ tanto pretio expiari oportuit, odissent. Ac cum apud omnes loci & ordinis homines regnet atrocissimorum scelerum licentia, & vniuersarum autem remissionem & satisfactionem in absurdissimis superstitionibus perquirant, quis illos mysterium hoc vel intelligere vel credere dicat, quod non profitentur, quoties Symboli Apostolici articulos recitant? Vides ergo quid multo studio opus sit, in primis verò ardentem oremus Patrem luminum, vt Filius sui IESVS CHRISTI cognitione animos nostros illustret, vt hic inhabitet fidem in cordibus nostris, vt in charitate radicati & fundati, valeamus assequi omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, & profunditas & sublimitas, id est quam sit opus illud nostræ in Christo reconciliationis omnibus suis numerum & partibus absolutum, ideoque illo vno contenti, in ipso viuamus & seruemur: cuius betur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C X X V I I I .

Tunc venit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Ipse verò dixit ei: quid vis? At ei: Dic, vt sedeant isti duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram, in regno tuo. Respondens autem IESVS dixit: Nescitis quid petitis. Potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum, & baptisate, quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei: Possumus. Tunc dicit eis: Poculum quidem meum bibetis, & baptisate, quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam & sinistram meam, non est meum dari, sed dabitur quibus paratum est à Patre meo.

2. Tim. 9.

Acto. 14.

1. Cor. 3.

Quamuis Dominus & Seruator noster IESVS CHRISTVS dilectis suis discipulis qui omnibus relictis ipsum secuti fuerunt, nuper amplissimam remunerationem pollicitus sit, forte nimirum vt quando ipse sedeat in throno gloriæ suæ, illi quoque tanquam sui assessores sedeant in thronis duodecim, & tribus illis iudicent: mox tamen ne istud secundum carnis sensum de huius seculi gloria otio ignauo intelligerent de regno suo ita differuit, vt abunde doceat longe aliam esse huius quam regnorum huius mundi conditionem. Nam primò parabola vineæ recitauit, in quam à Patre Deo operarij mittantur, non otiosi sicut autem tres ignaui, qui carnis suæ desiderijs indulgeant, sed qui seipsum & alios excoriant ad ferendum fidei fructus. Deinde quæ ipse Ierosolymæ passurus sit, ex ordine illis prædixit, vt suo exemplo doceat, nobis quoque crucem ferendam esse, quæ discipuli & regni eius consortes aut ciues esse velimus. Consentiant his, quæ scriptum in Scripturis de piorum afflictionibus habentur, per quas illos in regnum Dei ingredi oporteat. Cæterum in hac causa potissimum cernitur, quàm verè Patris dixerit, animalem hominem non percipere ea, quæ sunt Spiritus Dei, & quàm non sufficiat nobis vlla externa institutio, nisi Spiritus mentes nostras illuminet, & quàm habeat. Exemplum eius rei euidenter exhibet historia, quam modò recitauimus, & quàm primùm in præstantissimorum discipulorum postulatione ostendit, quid caro in Christo & eius regno potissimum querat: deinde quæ sint Christiani hominis officia ad quæ

ad quæ se ipsos præparare oporteat eos qui regnum illius possidere volunt. Quæ ut rectius maiori cum fructu intelligamus, singulas actionis istius partes ex ordine videbimus.

Principio producuntur duo Zebedæi filij, Iacobus & Ioannes quorum mater à Domino IESU supplex postulat, ut ipsi velit dare quod petitura sit. Marcus ipsos filios postulationem hanc Christo proposuisse scribit: Nimirum quod ipsi matrem ut hoc faceret, subornarint. Fuit hæc (ut veteres tradiderunt) Salome Iosephi filia ex priori vxore aut soror, & ideo idonea visa est, quæ ex iure cognationis & familiaritatis, quæ ipsi cum IESU à pueris fuerat, hoc facile impetratura esset, quod illi cupiebant. Qua verò occasione id fecerit, temporis circumstantia indicat. Dicit enim Euangelista: Tunc venit ad eum mater filiorum Zebedæi, &c. quando nimirum vinea parabolam recitaret, qua ad modestiam & humilitatem discipulos adhortatus fuit: & mox IESUS quid Ierosolymæ euenturum esset prædixerat. His ergo auditis conijciunt, nunc tempus esse, quo regnum suum cõstituere & inchoare velit, & proinde ipsis maturandum esse, ne qui hactenus inter Apostolos ex primis fuerant, ab alijs præueniantur. Credibile item est extimulatos etiam fuisse æmulationis affectu, quod non ita pridem clauces regni cœlorum Petro promissas esse audierant, & quia discipulos simul omnes suos assessores fore dixerat in regeneratione, sibi in hoc confessu aliquam prærogatiuam deberi putarunt. Petunt ergo, ut vnus ad dextram Christi alter ad sinistram collocetur, id est, ut primos post ipsum dignitatis gradus in eius regno obtineant. Quia verò pudor & reuerentia eos non nihil absterrebat, per matris intercessionem impetrare cupiunt, quod ipsimet non audebant petere. Venit ergo hæc, & primò adorat Christum, ut gestu indicet causam postulet, priusquàm quid velit proponat. Quod non vulgaris confidentiæ argumentum est, dum sibi peculiari promisso eum obstringere vult, de cuius fide & bonitate omnia quæ honestè & vtiliter peti & dari possunt, simpliciter debet sperare.

Filij Zebedæi per matrem petunt primatum

Habemus ergo hic primo ambitionis muliebris exemplum, quæ plerumque matres extimulat, ut neglectis IESU, sine quibus filij vere beati & felices nõ possunt esse, alia petunt, quæ illis neque vtilia neque satis honesta sunt. Etenim si quæ Christus discipulis dixerat, rectè expendisset, amplissima erat occasio longè alia filijs ab illo petendi, ut nimirum fidos in sua vinea operarios faceret, & Spiritus sui donis instrueret atque confirmaret, ne inter Crucis certamina succumberent, sed in fide illa terrenum somniabat, locum teneant, petit: nec expendit, quam periculosa sit eorum, qui in gradum sublimiorem ascendunt, conditio. Est vitium hoc nimis vultu, qui non ad hunc lapidem offendant. Etenim prima ferè cura omnibus est, ut liberis suis de coniungij opulentis & honoratis, de vitæ genere quæstioso, de huius mundi fauore & amicitijs prospiciant, nihil aut parum solliciti, num in Dei cognitione vera instituti sint? num Deo piè & sanctè seruiant? num honestè viuant? Adeo ut omnium cordibus inscriptum videri possit Satyricum illud:

Parentum ambitio quoad liberos suos.

O ciues ciues quærenda pecunia primum, Virtus post nummos.

Et hæc causa est, cur liberi malè educuntur, & morum licentiã passim regnet, non Occurrit præterea hoc loco memorabile peruersitatis humanæ exemplum, quæ in electis quoque locum inuenit. Fuerunt Iacobus & Ioannes ex primis qui Christi vocationem secuti sunt, & hoc eos ex fide fecisse, ex eo constat, quod patre Zebedæo & rebus omnibus relictis, hactenus illi constanter adhæserunt, neque

Humani ingenij peruersitas Matth. 4.

Marc. 3.

aliorum leuitate, qui quoridie ab illo deficiebant, moti sunt, vt idem facerent. Eodem Dominus propter Spiritus sancti virtutem & zelum qui in ipsorum concubibus se proferebat, filios tonitruu dixit. Attamen ad hunc lapidem offendunt, vt petant quod à Christi regno alienissimum erat, & de quo ille omnes discipulos ad modum grauius admonuerat non multò ante, vt Cap. 18. audiuius. Quod si tu ti erroris causam quæras, non alia reddi potest, quam quod de regno illius non rectè iudicant, sed terrenum somniant, quod instar regum huius seculi habiturus sunt. Et hoc illud est, quod hodie multis imponit, & ideo sub prætextu Euangelij CHRISTI opes & diuitias quærent, honores & dignitates, voluptates item & rerum licentiam, scelerum denique immunitatē. Idcirco multa passim inepre, indignè inhonestè & cum publico scandalo fiunt, & propter eos ferè malè audit Euangelium & fides Christiana, qui suo exemplo alios ædificare & Christo adducere debebant. Quamobrem necesse est, vt preces ad Deum Patrem luminum asiduum fundamus, vt non semel modò veritatis cognitione nos illuminet, verum etiam cogitationes & gressus nostros dirigat, vt animis in cælos euectis ea, quæ supra scripta quæramus, vbi vita nostra abscondita est in Deo cum Christo, vt cum hic paterctus fuerit, nos cum illo declaremur gloriosi, &c. Vide Coloss. 3.

Iacobi 1.

Christus non temere annuit.

Ierem. 17.

Porro quid Christus, hac postulatione audita, fecerit, videamus. Non statim annuit, vt se facturum promittat, quicquid petierit, sed quærit, quid velit? Quo exemplo docemur, non temerè promittendum esse cuique mortalium, priusquam scias, quid petatur, vt si opus sit, de re tota diligentius cogitare possis. Est enim scrutabile cor hominis (vt per Ieremiam ait Dominus) & multorum insatiabilis cupiditas, quos nihil pudet petere, modò ipsorum desiderijs & libidini satisfactum. Exemplum eius rei in Herode & Herodiade exhibet Ioannis Baptistæ decollationis historia. Et si Christus in præsentia annuisset temerè huius mulieris postulationi, militet facturum erat, quod ipsum non decebat, sicuti ex eius verbis intelligemus. Nam postquam mater ista petitionem suam proposuit, sermone ad filios conuerso, se illud facturum negat. Respondet autem non matri, sed filijs, quos totius negotij authores esse sciebat, & quos in regni sui cognitione melius institutos esse debebat. Rursum ergo docet suo exemplo, quod si quid vitij committitur, quod reprehensione & correctione dignum est, eos cum primis peti debere præ alijs, quos illius præcipui authores sunt. Enimvero canes absq; iudicio lapides qui in ipso proijciuntur, mordicus inuadunt. At non ita decet homines facere, quos intellexit & ratione instruxit Deus. Nec etiam temerè negat Dominus, sed simul argumentis grauib; illorum postulationem confutat.

Filij Zebedæi quid petant nesciunt.

Ioc. 18.

Primum ab illorum persona petit, dicens: Nescitis quid petitis. Quo dicitur vult argumentari: Qui quid petant, aut quæ sit petitionis ipsorum utilitas, non intelligunt, indigni sunt qui exaudiantur. At vos petitis quod nescitis: Ergo vester postulationi nõ debeo satis facere. Minor facile probatur. Etenim arbitror multos se rem equam, iustam, honestam, vtilem atq; salutarem petere. Sed error multiplex concurrebat, quem ipsi ambitione fascinati non poterat in seipsis agnoscere. Nam primò ignorabant conditionem regni Christi, quod hic de mundo esse negat. Nam moriturus, ipsi verò terrenum esse sibi persuaferunt. Deinde officio & munere ipsos Deus destinarat, contrarium erat quod petebant. Nam Euangelium prædicare, non more huius seculi regnare debebant. Præterea ipsis vehementer nocuit, si quod iam animo cõceperant, impetrassent. Accedit his quod in fratres & locos iniqui & iniuri sunt, dum supra alios eminere volunt, cum potius humiliter de se ipsis sentire, & mutuis officijs inter se certare deberent. Rectè ergo dicit Dominus eos ignorare quid petant, & indignos esse quorum votis satisfiat.

Debet autem ex hoc loco generalis doctrina peti, quales esse oporteat eos, qui in precibus suis exaudiri volunt? & quæ causa sit, quod interdum precantes non exaudiat Deus. Extant quidem promissiones eius: In die afflictionis inuoca me, & liberabo te. Item: Fiet, vt priusquam inuocent, ego respondeam: & adhuc illis loquentibus, ego exaudiam. Et ipse Dominus in Euangelio ait: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Item, Amen amen dico vobis, quæcunq; petieritis à Patre meo in nomine meo, dabit vobis. Verum ijs solis rata sunt promissiones istæ, qui certa cum ratione petunt, quæ licita sunt, & sibi salutaria esse sciunt. Nihil ergo ad eos faciunt, qui affectibus abrepti & ignorantes petunt inepta, absurda, indigna, iniusta, & proinde noxia quoq;. Etenim cum Deus summè sapiens & bonus sit, adhæc hominum amans atq; nos saluos velit, non potest neq; vult iniqua & noxia petentes exaudire. Possunt hoc proprio exemplo intelligere parentes, quibus liberi sunt ex ipsis nati. Nam etsi illi suapte natura mali & toti corrupti sint (vt Christus alibi ait) norunt tamen dona vtilia & salutaria dare filijs suis, neq; his lapidem pro pane, scorpionum pro ouo, serpentem pro pisce portarent: ijdem paruulos cultum improbius poscentes, virgis cædunt potius, quam vt ipsorum cupiditati indulgeant. Quanto magis ergo Deus, qui ipsa bonitas est nihil dabit, quam quod nobis vtile & bonum esse nouit? Inter homines item qui ratione sana vtuntur, furioso non dant gladium, ne vel seipsum vel alios lædat. Cur ergo miramur, si Deus nobis neget ea, quibus ceu gladio nocentissimo abutere mur? Atqui gladij instar sunt auaro diuitiæ, ebrioso vinum & aliarum frugum abundantia, superbo dignitates, crudeli & sanguinario potētia, libidinoso corporis forma & sanitas. Itaq; his omnibus loquitur Iacobus, dum quorundã preces damnat & rejicit, dicens: Petitis & non accipitis, eò quod mala petatis, vt in voluptates vestras insumatis. Quod ne nobis dici possit, has precandi regulas obseruari oportet: Vt primò petamus quæ nostræ vocatiõni & præsentì conditioni coueniunt. Deinde vt ne quid præscribamus temerè Deo, sed eius voluntati bonæ & iustæ vota nostra subiiciamus, de quo Dominus nos in orationis formula ab ipso tradita, adhæc proprio exemplo admonet, quando dirum crucis supplicium deprecans dicitur: Non mea Pater, sed tua voluntas fiat. Precemur præterea vt sua gratia & spiritali nos Deus dignetur, vt ab ipso acceptis donis rectè vtamur ad sui nominis gloriam atq; nostri & multorum aliorum ædificationem. Hæc si obseruentur, procul dubio rata erunt preces nostræ, & licet non det Deus quod petimus, maiora tamẽ dabit, fidei nimirum constantiam, patientiam, consolationem, vt quæcunq; etiam aduersa accidunt, nobis ad bonum adiumento sint.

Alterum argumentum à credentium siue fidelium communi conditione petitur, quæ est, vt cruce exercentur, & per multas tribulationes introeant in regnum Dei. Quia verò discipulos hos confidentiores esse sciebat, per interrogationem illud proponit, dicens: Potestis ne bibere poculum, quod ego bibiturus sum? & baptizari baptisate, quo ego baptizor? Poculi vocabulo fors quæ vnicuiq; à Deo decreta siue destinata est, intelligitur: & frequens est in Prophetis ista similitudo, quando de calice iræ aut furoris loquuntur, quem Deus Iudæis & gentibus propinare velit. Et infra de sua sorte, quam in cruce subire debuit, loquens Dominus præcatur: Pater si possibile est, transeat à me poculum istud. Eodem sensu baptisati quoq; meminit, & eodem baptismo secum baptizari dicit eos, qui eandem cum ipso crucem ferunt. Præsentu autem instituto ista locutio melius conuenit, quia in baptismo militiæ Christianæ initiatur, & Christo quasi nomen damus, vt eius auspicijs sub crucis vexillo contra mundum & eius principem militemus. Itaq; hic verborum sensus est: Vos de regno meo & dignitatibus, quas vobis in regno meo pollicemini, quæritis. At qui longè alia sunt, de quibus vos sollicitos esse & quærere

Qualiter esse debeant qui preces
tantur.
Psal. 50.
Isa. 65.
Math. 7.
Ioan. 16.

Math. 7.
Luc. 11.

Iac. 4.

Regula precandi.

Math. 26.
3.

A commune fidelium conditio.

Isa. 51.
Ier. 25. 4. 9. 11.

decebat. Etenim qui militiæ adscripti sunt, non debent de triumpho quarere, pro quam ex hoste victoriam referant. At vos meæ militiæ nomen dedistis, & dura certamina manent: Ergo de his potius, & quibus armis victoria obrineri poterat, quarere debebatis.

Christiani ad certamina vocantur.

Ioan. 3.
Psal. 31.
1. Cor. 10.
Marc. 15.
2. Tim. 2.

Arguitur hoc argumento communis hominum ignavia, qui priusquam viderint hostem, triumphos agere & otio se dedere cupiunt. Nunquam ergo excidit electos ad certamina assidua vocari, quæ ipsis sub Crucis vexillo decerranda sunt. Neque finit nos meliorem sortem sperare mundi peruersitas, qui lucem odisse non desinet, quoad steterit: & ut ita fiat propriæ carnis prauitas requirit, quæ nisi per crucem & afflictiones in ordinem redigatur, nunquam emendabitur. Soletur autem nos in istis certaminibus, primum prouidentia Dei: in cuius manu sunt dies nostri & qui unicuique suum calicem certa mensura distribuit, adeo ut nihil nobis fortuitum accidat, neque etiam cum fidelis & hominum amas sit, nos amplius, quam re possimus, tentari sinit. Deinde quod Christi poculum bibimus, & eodem baptis mate cum illo baptizamur. Id est, illius in cruce ferenda socii sumus, & ut olim mon Cyrenæus illius crucem ferimus, qui remunerator est liberalissimus. Insuper cum illo morimur, cum eodem viuemus, si cum illo sufferimus, cum eodem regnabimus. In horum meditatione nos sedulos & assiduos esse decebat. Sed plerique Bacchi & Sileni, Veneris & Mammonæ calicem sibi deligunt, & cum indelesibus insatiabiles sint in exhauriendis poculis, quæ illis Satan propinat, aconitis & coccolatrali mixta, magnam sibi iniuriam fieri arbitrantur, si honestè & pie uiuerentur, & pro Christi nomine persecutionem aliquam sustinere debent.

Confidentia filiorum Zebedæi.

Matth. 26.
Marc. 14.
2. Cor. 3.
1. Cor. 4.

Sed ad Zebedæi filios redeamus, qui non minori confidentiâ, quam qua prius tum sibi dari postularant, se posse affirmant idem cum Christo poculum bibere, & eodem cum illo baptis mate baptizari. At quam temerè hoc dixerint, euenisse debet, quando ad montem oliueti ne vnus quidem horulæ spacio cum illo vigilauerunt, & illo capto vna cum alijs metu superati & turpi fuga dilapsi sunt. Non uero ergo humanæ confidentiæ & temeritatis specimen exhibent, nec memoriam sunt, hominem ex seipso ne ad cogitandum quidem idoneum esse, neque aliquid habere, quod non acceperit. Quia tamen aliquando futurum erat, ut nouis viribus confirmati pro Christo multa sufferrent (etenim Iacobus ab Herode Agrippa captus est gladio, Ioannem autem sub Domitiano feruenti oleo immersum miraculose se quidem seruauit Dominus, at idem usque ad extremam senectam multa & graua certamina sustinuit) ne ex præsentis actione aliquam meriti fiduciam conciperent.

Acto. 12.

A conditione regni, cœlestis.

Luc. 17.
Rom. 8. 11.

Tertium argumentum sub Correctionis specie adducit Dominus, dicens: Poculum quidem meum bibetis, & baptis mate, quo ego baptizor, baptizabimini: sed ore autem ad dextram meam & sinistram meam, non est meum dare, sed ihs dabitur siue continget, quibus paratum est à Patre meo. Sumitur argumentum ex conditione regni cœlestis, & ipsius Christi persona, & duplex est: Primò enim sic colligit. Regnum Dei & qui in eo sunt dignitatis atque beatitudinis gradus non pro merito rationum aut cognationis iure, sed ex gratuita misericordia dispensantur. Ergo etsi multa pro me sufferatis, non tamen ex merito aliquid postulare, sed potius vos inuites seruos esse debetis fateri, ut aliàs monui. Deinde ita quoque ratio natur. Deus Pater ab æterno elegit quos mihi daret, ut mei regni cohæredes & consortes faceret, & illius dona & uocatio firma sunt, ut horum non possit illud petere: Ergo non meum est, ut neglecta illius electione ex personarum aut meritorum respectu ista bona inter meos distribuam. Summa istorum huc credit, ipsos postulare quod minimè eos deceat, & quod ipse non possit dare. Non debet autem hoc ita accipi, quasi non eadem sit Filij cum Patre diuinitas atque potestas (perpetuum enim ratum manet quod alibi dixit: Ego & Pater vnum sumus: Qui me videt, Patrem videt).

Ioan. 10. 14.

arem videt, &c. sed in persona Mediatoris loquitur & ad suæ dispensationis mysterium respicit, quod in assumpta carne debuit obire, & quod in electorum redemptione, non in cœlestis gloriæ distributione versabatur. Et necesse erat discipulorum errorem confutari, qui propter cognationis ius & propria merita sibi ipsam aliquam prærogativam vendicabant.

Hoc igitur firmiter teneamus, hæreditatem regni cœlorum à gratuita & libera Dei electione pendere, nec aliquid hominum dignitati aut meritis deberi. Etenim Filij Dei non ex carnis voluntate nascuntur, neque nostris viribus aut meritis, sed per fidem fiunt, quæ Dei donum est, ut rectè Paulus dixerit: Non est volentis aut currentis, sed miserentis Dei. Ut ergo hic nostri meriti fiducia evertitur, & Dei gratia nos validissimè confirmat atque consolatur. Præterea de officio admonet, ut humilitemur sub potenti manu Dei, deique nosipsis modestè sentiamus, Deo autem gratifsimus, & (ut Petrus monet) vocationem & electionem nostram firmam efficiamus effectus fidei, quæ nos gratiam Dei in Christo verè apprehendisse testentur. Interim nihil nobis sibi tribuamus, neque huius mundi gloriam sectemur, ut nos supra alios efferamus, sed cœlestia & æterna bona quæramus per fidem in IESUM CHRISTUM, qui vnicus redemptor est, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

v. sus loci totius.

Ioan. 1.
Ephes. 2.
Rom. 9.

2. Pet. 1.

Et cum hæc audissent alij decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem cum eos aduocasset, ait: Scitis quod principes gentium dominantur in eas, & qui magni sunt licentia vtuntur in eas: Verum non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister: Et quicumque voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus. Sicut Filius hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, daretque animam suam in redemptionis premium pro multis.

In prima huius historię parte Dominus IESUS CHRISTVS cum duobus Apostolis, Iacobo & Ioanne egit, qui per matrem suam postularant, ut in regno eius primatum tenerent, & grauitè docuit, longè aliam esse regni sui conditionem, quam regnorum huius seculi: Se enim per crucem in illud ingressurum, quam vitam omnes sequi oporteat, qui ipsius consortes velint fieri. Sequitur altera pars, in qua Dominus eandem doctrinam omnibus discipulis applicat, & ad omnes, qui suum nomen profiterentur, pertinere docet ea, quæ Iacobo & Ioanni dixerat. Debet autem hoc obseruari in vniuersa doctrina Euangelij, ne quis sibi ipsi immunitatem in aliquo illius articulo polliceatur. Præcipua eius capita sunt, fides in vnū Deum per vnum Mediatorem Christum, dilectio fraterna, vitæ sanctimonia & honestas. Ad ista ergo omnes obstringuntur, quotquot Christo in baptismo nomen dant, & in Ecclesiæ societatem adoptantur, cuiuscumque in hoc seculo sint loci aut ordinis. Quoad verò locum, quem recitauimus, Christus humilitatis studium in genere omnibus commendat, & ut alij alijs seruiant: & simul monet, hanc esse viam, qua ad veram regni cœlestis gloriam peruenitur.

Quod duobus dixerat Christus, discipulis omnibus applicat.

In initio occasionem narrat Euangelista, quæ Dominus mouit, ut cum discipulis denuo de eadem differeret. Fuit hæc, quod alij decem indignius rulerunt duorum postulationem, & animi indignationem haud dubiè verbis odiosis testati sunt, ex quibus inter illos contentio aut lis exorta est. Indignantur autem non quod ipsis displicet ambitio, sed quod simili affectu accensum, non possunt eos ferre, qui primatum,

Occasio huius actionis, discipulorum contentio.

Vitiositas hu-
mani ingenij.

ad quem ipsi aspirabant, & quem sibi tanquā praestantioribus deberi sibi ipsi
pridē persuaserant, ipsis praeferre conati fuerant. Venit hic obseruanda deploranda
humani ingenij vitiositas. Acriter modò corripuit Dominus duos discipulos, & per
stultationem eorum docuit absurdam, iniustam & à regni sui conditione meliorem
mam esse: adhuc de cruce eos admonuit, idē suo exemplo, ne sortem meliorem
possent sperare: & de his ita locutus est, vt facile intelligere potuerint, ista ad om-
nes ex æquo pertinere. At ecce alij omnes eo ipso morbo laborant, cui ille non
mederi voluit, neq; illos pudet in corde latentem ambitionem apertis verbis & ge-
stibus, ipso audiente & vidente prodere. Est hoc vulgare admodum in alijs quibus
sceleribus, vt ea in alijs damnemus, eadem autem nobis licita putemus esse, & e-
absq; omni pudore indulgeamus. Sic scortatores & vagis libidinis addicti
suis indignantur, & hos praeter ius & fas agere clamitant, quando violata con-
iugali fide hoc faciunt, quod ipsi quotidie designant. Ita avari monopolis & vici-
rijs sese inimicos praebent, milites militibus mercenarijs malè dicunt, quod sibi
obstare vident, quod ipsi cupiditatibus suis minus possint satisfacere. Er qui
in alijs magno illorum merito accusari fatentur, & hoc nomine gaudent, eadem
semetipsis non agnoscunt. Debent hoc diligenter obseruare Verbi administratores
quos Deus Ecclesiae suae excubitores constituit, vt discant sibi magno & ac-
dio opus esse, neq; se officio suo satisfecisse putent, si in genere scelera corrip-
sed singulis applicent Verbum, vt fidei admonitionibus, correptionibus item
minis, si opus sit, quosuis in viam reuocent. Iniquissimè quidem hoc pleriq; ferunt
& vt ægroti & malè habentes ringi solent, si chirurgi sectione & cauterijs vana
ita fremunt & murmurant homines, qui peccatorum licentiae assueverunt, si
Dei verbum liberius arguantur: sed eo ipso suam ignorantiam produunt cum in-
cusabili confidentia coniunctam, quando discipulis Christi meliores & perfectiores
res censerit volunt, quibus quotidiana institutione & correptione opus fuit.

Isa. 58.

2. Tim. 4.

Ambitio quam
sit noxia.

Apparet praeterea in exemplo discipulorum, quam pertinax & noxiam
ambitionis malum, si semel mentes hominum occuparit. Fuerunt Apostoli ferè
quales à pueris, homines nimirum obscuro, & qui duro manuum labore sibi
etiam quaesierunt. Et si qui ex illis laetiori fortuna fuerunt, non ferè ex telonijs &
etigalibus questum fecere prius, eoq; magis exosi erant & contempti vulgo, vt
Romanae tyrannidis administrari aliquando fuissent. Nullam ergo habebant con-
sionem aut causam grauem qua alij aduersus alios superbirent. Deinde ab om-
bus quotidie charitatem fraternam requirebat Dominus, & hanc dicebat pro-
am notam esse, ex qua sui discipuli dignosci possint. Est autē haec ambitioni
maximè contraria. Quod enim de prophano amore dixit Poeta,

Isa. 58.

*Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur
Majestas & amor:*

hoc ipsum de Christiana dilectione multò verius potest dici, quae vt Apostolus
scribit, non inuidet, non est insolens, non inflatur, nihil fastidit, non querit
sua sunt, non irritatur. Quae omnia ab ambitiosis fiunt, neq; possunt abesse, ubi
cunq; inanis gloriae & dominandi studium regnat. Quod alius Poeta similiter ob-
seruauit, cum diceret:

2. Cor. 13.

*Nulla fides regni socijs, omnisque potestas
Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

Cum ergo discipuli non eiusdem potestatis & regni consortes esse, sed alij supra
lios eminere voluerunt, satis apparet, quam parum quotidiana de mutua & frater-
na dilectione admonitiones apud eos profecerint. Quod eò magis reprehensibile
nem morantur

nem meretur, quod ne pericula quidem magna, quæ vndiq; ab hostibus struebantur, ipsos mouerunt, vt sibi vnanimi consensu & concordia opus esse cogitarent. Et si nihil horum fuisset, saltem vnus Christi præceptoris exemplum, quod in oculis quotidie incurrebat, illas in officio continere debebat. Sed quia ambitioni locum dant, non conditionis modò communis & officij, sed periculi quoque imminentis & quotidianæ institutionis immemores, inuident, alij alios oderunt, rixantur & cogitationes alij contra alios concipiunt, quæ procul dubio maius aliquod incendium peperissent, nisi Deus sua gratia & Spiritu aduisset. Exempla huius generis, & quidem atrocissima, passim in sacris & prophanis historijs occurrunt, & vti non hodie experiremur magno nostro malo, ministrorum Ecclesiarum contentionibus ambitiosis, Ecclesias passim turbari, & Euangelij cursum impedi, multos item simpliciores offendi, vt à fide deficient, in qua progressus magnos facturi videbantur. Quotquot ergo propriæ simul & publicæ saluti consulunt volunt, ambitionis pestem detestari & odisse discant, studeant autem humilitati & paruuli illi fiant, quibus regni sui mysteria Deus reuelare dignatur. Matth. 11.

Porro quid fecerit Christus, videamus. Principio conuocat discipulos: & hoc ipso attentos reddit & dociles, vtpote ostendens, quòd de re graui & cuius cognitio ad omnes pertineat, cum ipsis velit agere. Deinde etsi magnam & iustam habet at seuerius ipsos corripiendi occasionem, amice tamen & humaniter eos instituit, vt litem inter eos exortam componat. Status verò totius actionis est, vt ad humilitatem & mutua officia illos adhortetur, quæ fidissima dilectionis & concordie nutritrix est. Ita verò nouum mansuetudinis & patientiæ exemplum præbet, quando discipulos tam carnaliter affectos tam diu pertulit, & adhuc ipsorum mores tam benignè fert: & vt idem nos quoque faciamus monet. Hunc exempli Christi vsum Apostolus tradit, ad Romanos scribens: Debemus nos qui firmi sumus, imbecillitates infirmorum portare, ac non indulgere nobis ipsis: vt scilicet nostro animo morem geramus, vt solent qui nulla aliorum cura tanguntur. Vnusquisque enim nostrum proximo indulgeat in bonum, id est, ad eius ædificationem. Etenim Christus non indulget sibi ipsi, &c. In primis autem exemplo suo commendat pacis studium. Quia enim tam citò, & à nemine requisitus, suam auctoritatem interponit, vt dissidentes conciliet, euidenter demonstrat, se nihil minus ferre posse, quam suorum dissidia. Ideo tam ardentè precatur iam mortem aditurus: Rogo Pater, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quòd tu me miseris: Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, &c. Imitentur ergo Christi exemplum omnes, qui alijs mandandi ius habent, vt nimirum consensionem animorum inter illos foueant. Hac ratione & hominibus beneficium maximum conferent, & Deo officium præstabunt longè gratissimum, qui (vt David docet) concordia fratrum delectatur, & benedictionem suam illis non sine expresso mandato pollicetur, quæ ex illis in multos alios redundat. Et notum est illud Christi: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Porro quoad sermonem Domini ad Apostolos, constat hic tribus partibus.

Primò ad fontem mali accedit, vt hunc obturet. Erat hic, quod nesciebant, quæ esset regni sui conditio. Docet ergo, hanc longè aliam esse quàm quæ est regnorum huius mundi. Ex eo colligit, ipsos aliter affectos esse debere, quàm homines, qui alij imperant, quibus volupe est alijs imperare. Nam quod in præsentia Scitis quòd principes gentium dominantur in eas: id apud Marcum sic enuntiat: Scitis, quòd quibus placet imperare gentibus, dominantur eis, &c. Obiter ergo perstringit, tyrannicos & feroces ambitiosorum hominum animos, qui

Quomodo
Christus cum discipulis agit?

Ad humilitatem
hortatur.

Rom. 15.

Pacis studium
commendatur.

Ioan. 17.

Psal. 33.

Matth. 5.

Regni Christi
ratio alia quàm
mundi regno-
rum.

cum cupiant imperare, ferè potestate concessa abutuntur, vt se dominare ostendant. Itaque vt hic loquitur Dominus, licentia vtuntur in subditos, & quiduis suo arbitrio faciunt, nulla iuris aut æqui ratione habita. Ideo horum quasi propria vox est:

Sic volo sic inbeo, sic pro ratione voluntas.

Cum verò his Apostolos suos Christus opponat, & dicat: Verum non ita eritis vos: ad hunc modum argumentatur: Quicumque mei discipuli & mei regni administrari esse volunt, non debent imitari Reges gentium prophanos, qui nullam rationem habent, sed ambitiosè sese aduersus omnes efferunt: Atqui ego elegi, vt mei discipuli, & regni mei cœlestis administrari ac dispensatores fierent. Ergo non ambitiosè debetis vos alijs præferre, sed potius quisque quæ aliorum sperare & querere.

Christus non
damnat magi-
stratum.

Matth. 5.
Psal. 72.
Isa. 49. 60.

Rom. 13.

Vnde Papa &
Episcopi habent
in sua regna.
Luc. 22.

Psal. 2.
Isa. 60.
Matth. 23.

Iom. 22.

Vbi obseruabis, nominari quidem hic Reges gentium, & his licentiam in qua potestate sua malè abutantur: at non ideo magistratus legitimos à Christo damnari, multò minus hunc ordinem prorsus aboleri. Sed ita loquitur, vt patet perstringat Apostolorum ambitionem, qua ita sese alij contra alios efferbant, vt prophanis principibus non multum differreat, quoad animi affectum: pariter magister magistratus politicos & Ecclesiasticam functionem, quæ illis committi debet, distinguit. Nam (vt sæpe monuimus) turpiter & seditiosè errant, qui per functionem Christianam magistratum & iura politica abrogari sentiunt. Non enim legitimis magistratibus credita sunt, vt secundum illa ius dicant, Deinde Ecclesie suæ curam Deus commendat, & eiusdem nutritios & patronos fecit, hoc Prophetæ passim docent. Vt denique Prophetæ de Regum & Principum conuersione ad fidem Christi vaticinantur: ita non legimus hunc aut Apostolos eius alicui fidem conuerso mandasse, vt si Christianus haberi velit, magistratus functionem relinquat, & vitam viuat priuatam. Neminem ergo offendant furor Anabaptistarum, sed meminerint magistratus, se Dei seruos esse, & huius Filium osculentur, hoc hic confessibus ipsorum interesse solet, ius sanctè dicant, leges bonas condant, eas sedulo tueantur, vt Dei gloria in ipsis illustretur, & Ecclesia quotidie in maiorem proficiat. Vide Psal. 2. & 72. Item 2. Par. 19.

Sed aliud hoc loco occurrit non leui admiratione dignum: Vnde nimirum hodie Apostolici dici & esse volunt, regna sua habeant & subditos, quibus principum huius seculi dominantur: cum Christus illud omne neget Apostolus, postea quoque in vltima cœna, cum litem istam ambitiosam instaurarent, iterum dicat: Verum non ita erit inter vos. Vel, Vos autem non sic. Ipsi quidem regna & iurisdictiones sibi vendicant primò ipsius Christi nomine, cui Pater dixerit: Potestas à me, & dabo tibi gentes, vt sint hereditas tua. Item, Gens & regnum quod abierit, seruiert, peribunt. Et qui ipse in Euangelio pronuntiarit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Deinde Petrum Apostolum allegat, quem ille summum vicarium fecerit, & cuius ipsi sint legitimi successores. Sed vtrumque frivolum & inane. Nam quoad primum, etsi Christo gentes obedire debeant, & eidem meum non est hoc mundo. Quoad alterum alibi demonstrauimus, futile esse illud Vicarium Christi cõmentum, nec plus potestatis Petro datū esse quàm alijs Apostolis: Sed potestatem etiam huius loci autoritate abundè demonstrari poterat, si opus esset. Sed potestatem demonstratione non est opus, vbi res ipsa loquitur. Nam etsi ipsi longum Cæsarem regum terrarum & urbium contendant, quas Petri patrimonium dicunt, contra se neminem necque collegas eius quicquam huius habuisse. Etsi Constantini, Pipini & Caroli Magni atque Ludouici donationes prætexant, nos hunc locum opponimus.

opponimus, ex quo apparet, ipsos ista non debuisse accipere, cum Christus tam dis-
 fertè interdicit, ne instar principum huius seculi cuiquam dominantur aut impe-
 rent. Vnde ergo ista habent? Ex eo nimirum, quòd in hac etiam parte Romanos
 Pontifices palàm testari oportuit, ipsos magni illius *ἀντιχριστοῦ* siue Antichristi spiri-
 tu agitari & factum intolerabilem cum insatiabili avaritia coniu-
 ctum Propheta Daniel & Apostoli tribuunt. De Christo legitur, quòd cum ipsi to-
 tius mundi regna Satan offerret, & vicissim vt prostratus se adoraret, peteret, cum
 magna indignatione eum reiecerit, dicens: Discede à me Satana, &c. Petrus item à
 Simone Mago oblatam pecuniam recipere noluit, & Ceterioni Cornelio ipsum
 adorare volenti, dicebat: Surge, & ego ipse homo sum. At non ita Pontifices, qui
 vt rebus suis melius consulerent, primatum in Ecclesia à latrone Phoca ipsis con-
 cessum auide amplexi sunt, deinde terras alienas sibi donatas similiter acceperunt,
 & sublimes aliorum humeris gestari, reges ad pedum suorum oscula procumbere
 volunt. Itaq; non Christi exemplum sectantur, sed Giezi spiritu ducuntur, qui que
 herus Helisæus à Naamano Syro oblata munera accipere noluit, ipse mox heri no-
 mine impudenter postulauit. Huius ergo vestigijs cum insistant Pontifices & ab
 his facti Episcopi & Abbates, non pro Apostolicis haberi debent, sed digni sunt,
 qui cum Giezi leproso ab Ecclesiæ consortio excludantur & quibus idem dicatur,
 quod Petrus olim Simoni Mago: Argentum vestrum & primatus vester & omne
 regnum vestrum vobiscum pereat, &c. Act. 8.

2. Thess. 3.
 Dan. 11.
 2. Pet. 2.
 Luc. 4.
 Act. 8 & 10.

3. Reg. 5.

Sed ad Christum redeamus, qui secunda sui sermonis parte, quæ discipulorum
 conditio aut functio sit, docet. Quicumq; voluerit (inquit) inter vos primus esse, sic
 vester seruus. Quod non eo sensu accipi debet, quasi ipsos seruire iubeat, vt primi
 aut alijs superiores fiant: sed in regno Dei eos magnos censerì dicit, qui plurimis ser-
 uunt. Vnde sequitur, donis spiritualibus adeò neminem superbire debere, vt po-
 tius qui plura alijs acceperunt, eò magis se alijs obstrictos ac debitores esse memi-
 nisse debeant. Et hanc esse donorum Dei rationem, Dominus apud Lucã in dispen-
 satione parabola docet. At hic obseruari debet, de quo seruitij genere loquatur: Ni-
 mirum non de sordido illo, quod reuera seruile dicitur, quando nos ad vniuscuius
 que arbitrium demittimus, vt omnibus gratificemur: sed de eo, vt pro nostræ voca-
 tionis ratione omnibus seruiamus ad ædificationem ipsorum, vt salui fiant. Ita o-
 mnibus seruiuerunt Apostoli, dum omnibus omnia facti sunt, vt omnes Christo lu-
 crifacerent. Ita toti populo & singulis subditis seruiunt viri principes, dum omni-
 bus ius dicunt, bonas leges tuentur, & Christiana disciplina peccandi licentiam co-
 erceri student, ne quis sibi ipsi exitium temerè accersat. Ad hunc modum omnium
 in familia seruus est paterfamilias frugi & fidelis. Et qui ita omnibus seruiūt, simul
 Dei serui sunt, qui hominum salute potissimum delectatur.

apostolorum
 conditio que?

Luc. 16.

1. Cor. 9.

At quia carnis nostræ ea est ambitio, vt quando nos præ alijs instructos senti-
 mus donis eximijs, agrè nos demittamus ad aliorum seruitia, multi etiam sibi iniu-
 riam fieri putent, si hoc ab ipsis exigatur, proprio exemplo discipulos vrget & sti-
 mulat Christus, dicens: Sicut Filius hominis non venit, vt sibi ministraretur, sed vt
 ministraret. Quasi diceret: Cur cuiquam vestrum graue sit, quod me quotidie vi-
 detis facere, qui studio indefesso omnibus omne officium præsto, vt salutem omnium
 consulam? Enimvero si in mundum venissem, vt Regis terreni instar dominarer, sa-
 tellitum & seruorum turba stiparer, qui omnes in meo seruitio occupati essent, me
 rito tale quid vobis quoq; polliceremini, & primatum somnarietis. Sed cum ma-
 iestatem & regno: quod mihi ab aeterno cum Patre commune est, me quasi abdica-
 factus sim, forma serui assumpta, nulla vobis excusatio reliqua erit, si sub mei no-
 minis prætextu alijs vos imperare velitis.

Exemplo suo
 humilitatem
 suadet Chris-
 tus.

R

Christus se pro
nobis tradidit.

Ioan. 15.
Rom. 5.

2. Cor. 5.
1. 4. 53.

vsus loci hu-
ius.
Ph. 2.

Matth. 11.
Ioan. 13.

Redemptionis
humane ratio.
Rom. 7.

Matth. 3. 17.
Ioan. 19. 7.

Cæterum omiſſis alijs ſeruitijs, quæ docendo & miraculoſè multos ſanatos
quotidie præſtitit omnibus ad ſe venientibus, præcipuum allegat, quo omnium
luci conſuluit, & cuius meritum atque virtus etiam hodie omnibus ſalutaris
qui illud cum fide apprehendunt. Nam ſe veniſſe ait, vt daret animam ſuam in
redemptionis pretium pro multis. Superat hoc omnia officia, quæ inter homines
alijs præſtare poſſunt. Nam ipſo teſte, maiorem hac charitatem nemo habet, qui
vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis. At ipſe pro inimicis quoque mori dig-
tus eſt, vt eos qui natura filij iræ erant, Patri reconciliaret. Et fieri poteſt, vt
pro alijs ſe vitæ periculo exponat & moriatur, attamē illos nō ſeruet, ſed ipſi quoque
vnà cum illo pereāt. At Chriſtus pro nobis moriendo nobis vitā contulit: eo quod
mors eius λύτρον, id eſt, redemptionis pretium ſufficiens eſt pro peccatis totius
di. Ideo enim qui non nouerat peccatum, & in cuius ore non inuentus eſt dolus
fraus, peccatum, id eſt, hoſtia pro peccato factus eſt, vt nos efficeremur iuſti
in eo, dum quæ in illo eſt iuſtitia, nobis propter fidem, qua ipſum apprehendi-
& ei vnimur, imputatur. Et facit ad huius beneficij amplificationem, quod nō
vno aut paucis ſeipſum dedit, ſed pro multis, id eſt, pro omnibus credentibus,
hi Iudæi ſint, aut Græci, ſerui aut heri, diuites & pauperes. Non eſt enim per
reſpectus apud Deum, & in CHRISTO IEſV non eſt Græcus & Iudæus, Circe-
ciſio & preputium, barbarus, Scythæ, ſeruus, liber, ſed omnia in omnibus Chriſti
Coloſſ. 3. Gal. 3.

Porro vsus huius loci nobis eſto: Vt primò ad ſtatum præſentis actionis re-
ratur, & doceat exemplum Chriſti imitari, vt procul depoſita omni alioſ exceden-
di cupiditate, humiliemur in conſpectu Dei, & (vt Paulus monet) nihil per
tentionem geramus, aut per inanem gloriam, ſed ex modèſtia alium quiſque
præſtantiorẽ exiſtimet: neque ſua quiſque ſpectet, ſed vnusquiſque etiam
ſunt aliorum. Eſt enim hoc præcipuum, quod in Chriſti exemplo nos imitare
cet: de quo nos non ſolam in præſenti, verum etiam alibi admonuit, dicens: Dic
à me, quod mitis ſim & humilis corde: In primis autem huc referri debet, quod
vltimam Cœnam diſcipulorum pedes abluit, & ſe exemplum præbuiſſe teſtatur,
quod imitentur quicunq; ſui diſcipuli cenſeri volunt. Et ſanè, ſi cogitemus quomodo
ille, quid item fecerit pro nobis, & qua facultate ſeſe ad nos quotidie demittat,
patebit, inanem, imò turpem eſſe omnem prætextum, quo ambitioſi & ſuperbi
ſe ſupra alios efferunt. At quia de hac re alibi fuſius dictum eſt, hæc in præſenti
ſta ſufficiant.

Deinde de tota ſalutis ratione nos hoc Chriſti dictum admonet. Etenim quomodo
redemptionis meminit, qua opus fuit, non obſcurè docet, nos omnes ſub peccato
venundatos (vt Paulus ait) & non huius modò mancipia, verum etiam morti ob-
noxios fuiſſe. Dum verò redemptionis pretium in ſe monſtrat, hoc nuſquam alibi
ueniri innuit. Si quod enim aliud fuiſſet, vtique non opus erat æternum Filium
infamem & acerbam mortem in cruce ſufferre. Itaque atrocem illi iniuriam facere
quotquot redemptionem humani generis extra illum quærunt, & hanc ſuis
liorum meritis tribuunt. Nobis autem illa applicatur, vel noſtra fit, per ſuis
paulò ante diximus. Et certa eſt redemptio iſta, adeò vt de illa dubitare neſciamus
Nam Patris teſtimonio confirmatur, dicentis: Hic eſt Filius ille dilectus, in quo
catus ſum. Et ipſe iam moriturus dicebat: Conſummatum eſt. Quis item ſuſcepit
tur, illum nos negligere poſſe, aut perditos velle, quos tanto pretio redemit, & pro
quibus animam ſuam dedit: Contenti ergo ſimus tanto redemptore, qui omnes ſuis
nouit, neque eas ex manibus ſuis eripi ſinit. Ipſi debetur benedictio, honor, gloria
potestas in æternum. Amen.

Tunc egredientibus ipsis ex Iericho, secuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes iuxta viam, cum audissent IESUM præterire, clamauerunt, dicentes: Misere nostri Domine, Fili David. Turba autem obiurgabat eos, vt silerent. Illi verò magis clamabant, dicentes: Misere nostri Domine, Fili David. Et cum substitisset IESVS, vocauit eos, & ait: Quid vultis faciam vobis? Dicunt ei: Domine, vt aperiatur oculi nostri. Misericordia autem commotus IESVS, tetigit oculos eorum, & statim visum receperunt oculi eorum, & secuti sunt eum.

Quemadmodum parens noster Adam peccando non solum à dignitate sua & posteros perdidit, vt homo animalis non percipiat, quæ sunt Spiritus Dei: non temerè inter promissi Seruatoris IESV CHRISTI beneficia non postremum celebratur, quod ipse Sol ille iustitiæ sit, in cuius alis est sanitas, & Lux illa mundi, quæ solamentes illuminat, vt possint videre, quomodo in hoc seculo viuere debeant, vt æternam salutem assequantur. De hoc David in Psalmis loquitur: Penes te est fons vitæ, in luce tua videbimus lucem. Item, Iehouah lux mea, à quo timebor: Et Isaias de Christo vaticinans: Populus positus in tenebris, vidit lucem magnam, & constitutus in regione & vmbra mortis lux exorta est. Quem locum supra Matheus annotauit, & de illo interpretatus est. Ioannes item de illo scribens: In ipso vita erat, & vita illa erat Lux hominum. Ipse denique Christus apud Ioannem publice exclamat: Ego sum Lux illa mundi: Qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et rursus: Dum Lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Quia verò tanta est hominum prauitas, vt plerique tenebris gaudeant: & ideo quasi sibi ipsis sufficiant, sibi non putent alia luce opus esse, Christus quod verbis profiteretur, signis & miraculis multis demonstrauit, dum secundum promissionem veterem, cuius Isaias meminit, multis cæcis oculos aperuit. Ex quibus aliqua hucusque vidimus, quibus accedit quod in præsentî narratur: vt nimirum Ierichum transiens, duos cæcos visu donarit urbem egressus, cum prius in urbis ingressu (vt Lucas scribit) idem beneficium cuidam contulisset. Quia enim iam instabat mortis hora, signa accumulari voluit, & ideo postquam Ierosolymam venit multos cæcos & claudos sanauit in templo (sicuti proximo Capite dicitur) vt scandalo crucis mederetur, & doceret penes se quærî debere, quæcunque ad salutem sunt necessaria. Sed quia miraculi huius descriptio multa habet, quæ nostræ institutioni seruiunt, præstat omnes historiæ circumstantias ex ordine videre. Primò nimirum, qui fuerint ij, in quibus miraculum est æditum, & quid fecerint: Deinde, quid cum illis egerit Christus: Postremò, vt beneficium ipsis colatum acceperint.

Quoad primum, cæci fuerunt: & licet non exprimât Euangelista, ex natiuitate te ne cæci fuerint (vt ille, de quo Ioannes Capite nono scribit) aut ex casu aliquo vel morbo hoc vitium contraxerint, constat cecitatem ingens malum esse, eo quod visus ad res agendas tam necessarius est, vt nullo alio sensu minus possimus carere: quæ causa est, quod cæcus, etsi nihil aliud mali accedat, vulgò homo miser & calamitosus dicatur: Blind man/arm man. At istos simul dura egestas pressit, quæ eos in publico vias obsidere coegit, vt à prætereuntibus stipem peterent ad vitam sustentandam. Vt verò alibi annotauimus, quoties mendicantium meminerunt Euangelistæ, populi Iudaici corruptus status perstringitur, qui Legis Dei immemor egenos & pauperes immisericorditer neglexit. Etenim aliter illam Rempub.

Vide in Matheo homil. 90.

In Luca. 171.

1. Cor. 2.

Malac. 4.

Psal. 36. 27.

Isa. 9.

Matth. 4.

Ioan. 1. 8. et 12.

Isa. 35.

Luc. 18.

Cæcorum conditio.

Deut. 15.

Acto. 4.

instituerat Deus, cuius constitutio erat: Ne sit in te mendicus. Nimirum, quod mendicitas publica animos immites & à dilectione fraterna alienos arguit: ita morum honestati & religioni, disciplinæ denique officit, quam nulli minus ferimus quam qui absterfo pudore mendicitatis assueverunt. Ideo primitiva Ecclesia à Apostolorum institutione hoc vitium correxit, quod Sacerdotum avaritia inuenerat, & ita egenis suis prospexit, ut non esset inter eos, qui Christo nomen detulerant, qui victum mendicando sibi parare cogeretur. At hodie impossibile putatur, quod olim factum est, quando nullas opes habuit Ecclesia, quam quas quotidie credentes conferebant. At conuincunt illos nostri seculi mores, cum plerisque ad luxum sufficiat, multi etiam ex ijs ditescant, quæ olim viri principes & p̄i contributorum ut Ecclesiæ ministris & egenis prospiceretur.

Cæci quid fecerint?

Rom. 10.

Psal. 2. 89.

Isa. 11.

Ier. 23. 67.

Porro quia isti totius humani generis typum gerunt, & nostram miseriam præsentant, qui mente & intellectu cæci & omnium indigimus (ut initio dictum est) videamus quid fecerint, ut quid nobis in hac nostra conditione misera ac deplorata faciendum sit. Primum, quando audiunt IESUM per illam viam transiitum, mox illum inuocant. Vnde apparet, illos prius de Domino & miraculis eius operibus audiuisse, & bona spe concepta occasionem captauisse, ut eius beneficio fruerebantur. Est hoc salutis initium, ut Euangelium de IESU CHRISTO audiremus, & audito credamus. Etenim ex auditu fides est, quæ nos serio salutis desiderio accendit, & industrius reddit, ne quam illis occasionem negligamus. Quæ ergo Verbum audire detrectant, salutis nunquam participes fient. Deinde prima inuocationis exprimitur: Miserere nostri Domine, Fili David. Ita Messias vulgò vocabant Iudæi propter promissiones Davidi factas, quæ in secundo Samuelis libro, capite septimo, & in Psalmis aliquibus extant: In Prophetis item, quos illum germen Isai & Davidis vocant. Agnoscunt ergo illum esse promissum, & expectatum humani generis Seruatorem: & plus vident ex Spiritus sancti suggestione, quam Sacerdotes & Scribæ, qui sibi ipsi oculatissimi videbantur, haud minus autem neque doctrina neque miraculis eius moueri potuerant, ut de illo amplectendo cogitarent. Est autem fidei veræ certum indicium, quod quem Filium Davidis agnoscunt, in morbo incurabili & deplorato inuocant. Ex eo enim apparet, ipsos altiora & sublimiora de illo sibi pollicitos esse, quam vulgus Iudæorum qui non aliud quam regnum huius seculi & liberationem ex Romana tyrannide ex illo sperabant. Præterea solam illius misericordiam implorant: quod modeste argumentum est, quæ animi quoque facultate & omni merito se destitutos esse sentiant, & proinde spem omnem in gratuita illius bonitate habent repositam. Accedit his constantia fidei. Nam etsi à populo obiurgarentur, in quo alios improbat, clamor fortassis offendit, alij Christo in via festinanti remorâ obijci nolebant, inuocati etiam ingenuam fidei confessionem, qua Filium Davidis esse testabantur, negatius ferebant: pergit tamen illi, nec propterea ab inuocatione abstinent, neque eius formulam mutant. Et hæc quidem diligentius annotantur ab Euangelista, ut ex illis exemplum petamus. Itaque ipsi quoque agnita nostra miseria, capremus quæramus studiosè omnes salutis occasiones, & per Christum oblatos accipimus: In sola autem misericordia eius gratuita speremus. In primis fidei confessionem, & quæ ex illa sit Christi inuocatione impedire conentur, si hanc mundus infelix, & ideo extinctam cupit. Hypocritæ iustitiarum fremunt, si illius Christi misericordiam & merito tribuatur, quod ipsi suis meritis solent ascribere. Sunt item ex nostris sæpe, qui in aduersariorum gratiam nos dissimulare vellent, quod in corde sentimus: Accedunt conscientiam terrores, qui inter precandum nos dubios reddunt, & nostram nobis indignitatem exprobrant. Multos etiam in precibus remissionem

remisiores reddit, quod Deus interdum opem differt, & quasi nos non audiat, contemptim prætere videtur. Sed aduersus omnia ista constanter eluctari nos oportet. Cur enim mundi iudicium audiant, quos ex hoc mundo Christus selegit, vt sibi illos consecraret? Cur verò hypocritas timeant, qui Christo nomen desiderunt, qui oues suas tuetur, nec eas sibi ex manibus eripi sinit? Cur intra conscientias suas trepidant, quorum iustitia, satisfactio, sanctificatio & redemptio est Dei Filius, qui Patrem nobis placauit? Quod si aliquando cunctetur Dominus, cogitemus nostro bono id fieri, vt maiori gratiæ Dei desiderio accendamus, in fide exerceamur & confirmemur, & illustrior sit tandem Dei nos seruantis bonitas & potentia.

Facit ad horum confirmationem altera pars historiæ istius, qua quid Christus fecerit, narratur. Primùm subsistit ad clamorem cæcorum. Bonitatis eximitæ argu-
mentum, quæ neminem fastidit: quando gradum sistit propter mendicos, ex quibus non aliud, quàm molestiam & laborem sperare poterat. Docet præterea hoc exemplum, quanta sit efficacia preceationis ardentis & ex fide vera manantis. Et enim cælos penetrat, & patent illi aures Domini. Sistit ergo cursum siue executionem iudiciorum Dei, & iam à nobis discessurum, quasi manu iniecta retinet. Exempla, quibus hoc confirmetur, passim occurrunt. Illa certè maris rubri alueum aperuit & exciccauit Moses, vt tutum transitum Israelitis daret. Eadem Iosue Solis & Luna cursum cohibuit: Elias item cælum clausit & aperuit: vt iam taceamus omnia, quæ in Euangelio innumera huius generis narrantur. Quod hodie minus proficitur, ex eo est, quod in precibus plerique frigent, & absque fide precantur: aut pietatis sensu destituti circa inutilia, aut ea, quæ carni seruiunt, occupantur.

Secundò, vocat eos ad se. Atqui absentes sanare poterat, vt Centurionis famulum, & regij illius aulici filium, & Syrophœnissæ filiam. Sed ad se vocat istos, partim vt miraculum à pluribus obseruetur, & vt eos arguat, qui illos ipsum inuocantes satis pro imperio obiurgarant: partim vt doceat, ad se accedere oportere eos, qui illuminari & salutem consequi cupiunt. Ad ipsum verò accedunt, qui Verbum eius audiunt, & in hoc sese offerentem fide non fucata amplexantur. Sic ipse hoc exponit apud Ioannem. Cùm enim dixisset: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Mox per expositionem subiicit: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina aquæ viuae fluent ex ventre eius. Nam fidei effectus est, quod in illo vno acquiescimus, & relictis omnibus alijs rebus, cœlestia quarimus, & erga quosuis beneficentiæ studemus. Non mirum ergo, hodie paucos illuminari in tanta Euangelij luce, quæ se omnium oculis ingerit. Pauci enim sincero corde ad Christum accedunt, imò plerique sibi iniuriam fieri putant, si propter ipsum vel superstitiones veteres vel carnis ac mundi studia relinquere iubeantur.

Tertiò, quid sibi fieri velint, interrogat. Poterat hoc ridiculum videri: Sed ex mendicorum numero erant, qui plerunque ex morbis quæstum facere solent, multum quoque, vt hunc vberiore faciant, corporis vitia sibiipsis improbè accersunt, aut ex se natorum infantium membra luxant: digni quouis supplicio cùm nihil à parricidio differat scelus illud, imò atrocius multò sit, eò quod istorum mendicitas cum sacrilego nominis diuini abusu sit coniuncta. Et qui ista faciunt, hi curari non lunt, sed turpem quæstum corporis salutem præferunt. Interrogat ergo illos Christus, primò vt pateret eos non esse ex nebulonum & erronum istorum societate: deinde vt fides ipsorum manifesta fieret, ne adulatoriè clamauisse putentur: Miserere nostri Domine, fili Dauid: cùm ea ab illo petant, quæ præter Messiam nemo dare poterat. Serium ergo salutis studium requirit Dominus, neque eos probat, qui in te-

nebris desiderare malunt, & perire quam vera luce illuminati Veritatem profiteri & sequi. Quin abominatur eos, qui errores semel conceptos tanta cum contumacia tuentur, ut non pudeat publicè testari, se cum illo aut illo errare & perire malè quàm cum ijs rectè sentire, quos semel odisse cœperunt. Sunt hi digni, qui in erroribus suis animo & corpore pereant.

Oculos cecorū aperit.

Heb. 11.

Heb. 1.

1o. 14.

Cæterùm istis non aliud petentibus, quàm ut oculi ipsorum aperirentur, misericordia motus Dominus, oculos eorum tangit, & statim illuminati visum recuperant. Diuina ergo virtute hoc factum est, causa autem, quæ illum mouit, est gratuita Dei misericordia, qua hic omnes dignatur, qui ex fide illum inuocant. Et quidem hac opus est, quæ sola apprehendit ea, quæ ingenij nostri captum superant sine qua Verbum quoque Dei non potest intelligi. Fide autem percipimus quod Deus: quæ eius voluntas: quæ vera salutis ratio: Quæ omnia in solo **SV CHRISTO** habentur, qui cum sit splendor gloriæ & character diuinæ substantiæ aut personæ expressus, adeoq; vnum cum Patre, rectè olim Philippo dicitur: Qui videt me, Patrem videt. Non temerè ergo nobis fides commendatur, ut quæ la iustitiæ & salutis participes faciat.

Cæci à Christo vocati inueniunt ad eum.

Marc. 10.

At præstat postremò videre, quid cæci isti fecerint. Primò vocati mox veniunt ad Christum, etsi nihil ipsis pollicetur. Est hoc nouum fidei veræ indicium, quò humilè restantur, se de illo omnia sperare, quæ saluti conferant. Simpliciter ergo obediunt: quod ita ab omnibus exigitur, ut necesse sit omnia relinquere, ut Christum vocantem sequamur. Facit hoc Bartimæi cæci exemplum, de quo Marcus narrat, quòd relicto pallio suo exilierit, & ad Dominum festinarit. Ita nihil carnis nos retineat, quæ carni iucunda, aut etiam necessaria videntur. At hic sano de rebus huius seculi iudicio opus est, ne caro nos fascinet, quæ mundum hunc, & quibus in mundo sunt, admirari solet. Quid verò in illis omnibus admiratione aut amore dignum est? Fortunæ bona incerta & fluxa sunt. Corporis forma, valetudo, virtus fragiles sunt. Animi dotes fallunt, nisi Spiritu Dei dirigantur. Itaque si hæc omnia simul cum iustitia nostra coniungas, reuera nihil nisi centones sunt, quibus vere mendici vtuntur, & ideo neque ornare nos, neque tueri possunt. Sunt ergo vera uera stulti & miseri, qui Christo ipsos vocante, rebus caducis & friuolis inhærent, quæ non solùm inutiles, sed noxia sunt, quando ab illo nos abducunt, qui solus uiuat & gaudio solido exhilarat.

Isa. 64.

Cæci Christum sequuntur.

Luc. 9.

Prætesea, ut ad Christum ipsos vocantem cæci isti accedunt, & non aliud petunt, quàm ut oculi ipsorum aperiantur: ita postquam hic eos voti compotes fecerit, illum secuti sunt, & eo se gratos pro accepto beneficio, adhuc non tam corpore quàm animo illuminatos esse testantur. Estq; eo laudabilior illorum promptitudo, quòd eum sequuntur, qui (ut paulò ante diximus) nihil quod mundo magnificum est suis sectatoribus pollicebatur, & quos pauperes, obscuros & huius seculi petentibus exosos esse videbant. Itaque faciunt, quod ab omnibus ille requirit. ipsius discipuli esse volunt, dicens: Si quis uult post me venire, abneget seipsum, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Quod ergo isti faciunt, hoc omnes qui illi nomen dederunt, in exemplum sibi factum esse existiment, ut ipsi quoque abnegatis & mortificatis vitiosæ naturæ desiderijs & procul relictis mundi impetibus

bi studijs, toti innouentur, & post **IESVM CHRISTVM** in ipsius vijs ambulent, ut hic in ipsis glorificetur, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

ET cum appropinquassent Ierosolymam, et venissent Bethphagen ad montem olearum: tunc IESVS misit duos discipulos, dicens eis: Ite in vicum, qui vobis est ex aduerso, & statim inuenietis asinam ligatam, & pullum cum ea: Soluite, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite: Dominus vobis opus est: Et statim mietet eos.

MAGNITUDINEM IESVM CHRISTVM recte agnoscamus, probe tenendum est, eum non solum Sacerdotem esse aeternum, qui sui corporis & sanguinis sacrificio peccata mundi expiarit, & pro nobis apud Patrem intercedat: verum etiam quod Rex sit, qui nos ex diaboli potestate vindicabit, & regnum habeat aeternum cuius non sit finis. Talem passim Prophetæ describunt, quorum vaticinia olim Iudæi norant quidem, sed in eo non solum vulgus, verumetiam domestici illius discipuli errabant, quod regnum in illo terrenum somniarent: quæ causa erat, quod alij quidem IESVM hunc, qui pauper & inops nullo splendore commendabatur, non possent pro Messia agnoscere, discipuli verò regni terreni spe decepti inter se ambitiose de primatu rixarentur, & postea eius vinculis offensi diffugerent. Itaque ille cum iam mortis suæ hora instaret, re ipsa docere voluit, se Regem esse, & quæ sit regni sui conditio. Nam urbem non vt antea solitus fuerat, pedes ingreditur, sed pullo asinæ insidens, se publicis populi acclamationibus celebrari sinit, & totius urbi, hostibus autem maxime, terrorem incutit, & multa facit, quibus maiestatem regiam exerit: laterim apparatus est eiusmodi, qui satis ostendit, regnū eius non esse de hoc mundo: tandem verò capitur quoque & iniquo iudicio damnatus in cruce moritur, sed ex mortuis resuscitatus cælos conscendit, vnde misso Spiritu Sancto Apostolos totius orbis doctores fecit, quorum prædicatione regnum suū inter gentes longè lateque propagauit. Ex quo apparet, illum eiusmodi Regem esse, qui per Crucem de mundo & eius principe triumpharit, & in cœlestem gloriam euectus omnes hostes pedibus suis subiecerit. Nobis autē historię istius hic vsus esse debet, vt non offendamur illius cruce, neque etiam aduersis, quæ nobis accidunt. In præsentī quomodo se ad ingressum in urbem præpararit, narratur, vbi multa concurrunt, quæ nos in eius cognitione instituunt.

Christus agnosci debet Sacerdos & Rex.
Deut. 7.
Dan. 7.
Luc. 1.

Ioan. 18.

Christus misit pro pullo asino.

Christi sapientia.

Principio cum Dominus comitantibus ipsum turbis appropinquasset Ierosolymam, vbi montem olearum sita fuit, misit duos ex discipulis, qui ex proximo vico ipsi adducant asinam cum pullo suo, cui insidens postea urbem ingressus est. Poterat hoc ridiculū videri, vili nimirum iumento, & eo quidem precario sumpto illum vehi, qui se promissum illum Regem gloriæ esse docere volebat. Etenim huius seculi Reges vnquam aliās superbiunt, se ipsos tamen quasi superant fastu & luxu, si quando vrbes, regnorum suorum præcipuas sedes, ingrediuntur vt in regni possessionem veniant. At Christus nunc proprio exemplo confirmat quod nuper Apostolos monuit, non debere ipsos Reges gentium imitari, sed potius modestiæ & humilitati studere. Ita tamen hæc facit ipse, vt in sua humili ac vili specie earum virtutū regnare volentibus necessaria sunt: quales sunt, Sapientia, potentia & iustitia, de quibus singulis dicemus.

Quoad sapientiam, in primis ea à Regibus requiritur, vt nimirum norint, quæ in genere ad Rempub. pertinent, & quibus Legibus opus sit: deinde qui populi,

qui ipsorum fidei creditus est, mores sint, & quomodo ipsum regere oporteat. Sunt enim instar capitis in corpore humano. At nisi illud sapiat, recordetur, visus, auditu, olfactu, gustu praeditum sit, capitis officium nunquam praestabit, nec maior eius quam pedum aut alterius vilissimi membri dignitas erit. Imò idolorum similes sunt principes, qui nihil sciunt, nihil vident neque audiunt, nullam denique rerum praesentium & futurarum habent rationem. Quod Solomon observans, cum optinere a Deo haberet postulandi quod vellet, sapientiam sibi dari petiit, ut posset ingredi & exire coram Domino, & ea facere, quae populi tam magni & multi salus exigebat. Atqui in eo Christus omnes Reges superat, quotquot unquam fuerunt, aut adhuc sunt. In eo enim reconditi sunt omnis scientiae & sapientiae thesauri, quod (ut nunc alia omittamus) haec historia abunde docet. Qui enim modo ex Galilea veniebat, videt & novit quid fiat in vico illo, & quid illic inuenturi sint discipuli, praedicere potest. Id verò consolationi seruiat, quando Satan suggerit, nos ab illo negligi, aut etiam ignorari. Quomodo enim ovium suarum non haberet curam, qui auiculas & corvorum pullos, adhuc asinos respicit? Videt ergo nos in quoque periculo. Novit innocentiam nostram, quando calumnijs improborum hominum premimur; videt vim apertam, quae nobis fit. Et quia ita nos dilexit, ut seipsum pro nobis tradiderit, non sinet nos tentari supra quam ferre possumus. Deinde ad vitam etiam institutionem facit haec consideratio, ut memores, nos illi curae esse, qui olim in nubibus caeli veniet ad iudicandum vivos & mortuos, sanctitatem tueamur & tectemur, ne eius oculos offendamus, qui nos sanguinis sui laacro abluere dignatus est.

1. Reg 3.

Coloss. 2.

Ioan. 10.

1. Cor. 10.

Omnipotentia Christi. Rom. 13.

Deinde evidens potentiae suae specimen hic aedit Dominus, qua Regibus & omnibus, qui magistratum gerunt, opus est, ut contumaces in ordinem cogere possint, & vim apertam a populo suo depellere, ac bonos tueri. Ideo eos gladio & auctoritate armavit Deus, quam gentes omnes, etiam barbarae agnoscunt. At quoad hanc quoque omnibus potentior est Christus, ut qui corda quoque hominum in sua manu habet, & ex inuitis voluntarios facit. Huius enim opus fuit, quod isti asinam cum pullo abduci sinunt ab hominibus peregrinis, & ut videretur, ignotis. Si milia quid in ipsis discipulis factum fuit prius, quando ab illo vocati, alij sua negotia, alij quaestum suum & munera publica subito reliquerunt, & ipsum secuti sunt. Sic Paulus ex lupo rapace in momento ovium factus, sese ad omne obsequium sponte offerebat, dicens: Domine, quid me vis faceres? Ideo David de illo vaticinabatur olim: Populus tuus ultroneus in die ostentationis copiarum tuarum. Nam Paulus teste, idem ille in omnibus agit velle & facere. Quod similiter nos consolari debent: Poterit enim hodie etiam mentes hominum flectere, ut nobis egentibus beneficiant; & hostes placare iratos, ut a vindicta abstineant, & qui paulo ante nostram sanguinem sitiebant, cum lachrymis culpam deprecantur: quod Saul in Davidis causa aliquando fecisse legimus. Esauum item, quando Iacobo obviam veniit, quem prius coegerat in oras longinquas profugere. Quod si non murent ingentem tamen freno suae potentiae eos coercere potest, ne tantum noceant, quantum volunt; cuius rei exempla in Achabo, Zedechia, & similibus tyrannis extant. Quod enim non possit in homines ille, qui mari terminum suum posuit, qui item damonum in officio continet, ne absque ipsius nutu aliquid possint. Sin vero vel his vel illis aliquid aduersus nos permittit, nostro bono illud fit, quos castigari prodesse, ne cum mundo infelici condemnemur. 1. Cor. 11.

Acto. 9.

Psal. 110. Philip. 2.

1. Sam. 24. 26. Gen. 33.

Iob 23. Marc. 5.

Iustitia Christi

Præterea iustitiae etiam exemplum hic aedit, sine qua nulli Reges vel Magistratus consistere, aut regna sua servare possunt. Ideo enim instituti sunt, ut iudicia Deorum enuntient, & absque omni personarum respectu ius dicant. Quod nisi faciant, in terrenarum potestatem degenerat ipsorum auctoritas, neque diu ipsi durare possunt.

Nam Deo iniusti sunt, qui iniusta iudicia abominatur, & abalienantur ab illis hominum animi, quæ causa est, ut ferè contemptissimi hominum fiant, & tandem malè pereant. Exempla huius generis multa in historijs occurrunt cum sacris tum *Prover. 29.* prophanis. Quare non absque causa olim Solomon dixit: Qui iudicat pauperes in veritate, huius solium perpetuò firmum erit. Item iudicio Rex ditionem confirmat: at qui tributis & exactiõibus inhiat, evertit eam. Porrò quoad hoc quoq; Christus omnibus præstat. Etenim etsi hic omnium Dominus sit, & legitimam a *Psal. 8.* Patre potestatem acceperit omnium quæ sunt in cælo & in terra: attamen nullius *Matth. 28.* domo aut bonis vnquam vsus est, illo nolente, aut reluctante: & in præsentì discipulos iubet rationem sui facti reddere, si interrogentur, cur asinos abducant. Ergo vel hoc etiam nomine regnum eius æternum est. Arguit autem suo exemplo fanaticos turbatores, qui sub Euangelij & Christianæ aut fraternæ communionis prætextu Platoniam aut Anabaptisticam bonorum omnium communionem intro- *Acto. 2. 4. 5.* ducere student: & in hunc finem primitiæ Ecclesiæ exemplo abutuntur: quod ratio suo loco demonstrauimus. Sufficiat nobis vnus Christi exemplum, neq; in aliorum fortuas nobis plus licere putemus, quàm ille sibi licere voluit, qui optimo iure omnibus, ceu proprijs vti poterat. Itaq; singuli egenis ex suis facultatibus beneficiant, alijs autem sua relinquunt, ne dñi Christiani perfectissimi videri volunt, fures & raptores fiant. Huius autem loci hic nobis vsus esto, vt *I E S V M C H R I S T V M* agnoscamus Regem sapientissimum & omniscium, omnipotentem & iustum, & proinde ipsi soli fidamus & obsequamur.

De hoc discipuli isti duo nos suo exemplo admonent. Erant enim multa quæ *Discipulorum* ipsos absterere poterant, quò minus huic Christi mandato obedirēt. Inhonestum *obedientia.* suspectum & periculosum erat, homines peregrinos in salutatis heris asinam alligatam *Matth. 4. 9.* soluere, & cum pullo suo abducere. Sed vt prius omnibus suis rebus relictis *10.* illum secuti sunt, & ipsi ad prædicandum eos mittendi absq; commeatu & viatico simpliciter paruerunt: ita nunc quoq; nõ responsant, neq; tergiuersantur, sed absq; *2. Cor. 10.* contradictione faciunt, quod iussi erant. Est hoc præclarum obedientiæ fidei exemplum, quod imitari debemus, eò quòd sine illa germani *I E S V C H R I S T I* discipuli esse non possumus. Etenim frequenter fit, vt quæ ille iubet, carnis rationi & mensuris nostris absurda, indecora, iniqua, periculosa deniq; & noxa videantur. Sed tunc & sola illius autoritas nobis sufficiat. Qui enim ipsa iustitia, adhæc omniscius & nostri amantissimus est, nihil iubet quod iniustum quod inhonestum, quod superuacaneum aut cum periculo non necessario coniunctum sit: & idem cum Dominus exercituum sit, & ipsi omnes creaturæ obediunt, in suis præceptis incedentes *10.* tueri potest, ne vllis periculis succumbant. Itaq; aduersus illius mandata disputare, impium & sceleratum est. Quia id non potest fieri, quin stultitiæ & iniquitatis insimuletur. Et exēpla sunt, quæ docent, quàm infeliciter hæc audacia multis cessarit. E contra qui Dei mandatis obediunt, & in eius vocatione ambulant, ijs leuia & tuta ille facit, & facilia factu, quæ impossibilia & plena periculi videbantur.

Imitemur ergo discipulos istos, & simul confirmet nos illorum exemplum, ad quos asini isti pertinabant. Nam vt Marcus annotauit, quidam ex illis discipulos compellarunt, dicentes: Quid facitis qui soluitis pullum? Quod non temere factum est. Nimirum enim rerum suarum securus & negligens esset, qui eiusmodi facientes *Obedientia eorum, qui asinos Christo permiserint.* homines peregrinos alto silentio præteriret. Sed audito discipulorum responso, qui Domino suo *I E S V* his opus esse dixere, mox eos abduci passi sunt: ita nimirum animos illorum mouente Domino, cui (vt nuper diximus) in omnium corda ius est. Docemur autem hoc exemplo, ne quid Christo negemus orū, quæ à nobis requirit.

1. Cor. 3.
Isa. 49.

Ierem. 14.

Ioan. 14.
Matth. 25.
Prouerb. 18.Exod. 22.
Deut. 23.

Ipse quidem nullius eget, cum sibi ipsi abunde sufficiat, utpote æternus & omnipotens Dei Filius: sed ex immensa & gratuita bonitate nos suæ gratiæ & gloriæ valde facere, & ut suum regnum prouehat, nostro ministerio uti dignatur. Et quia ipse ita vult, opus est ei ministris Euangelij sui quorum prædicatione homines ipsi adducantur: opus est principibus viris, qui Ecclesiæ suæ nutritij sint & defensores: opus est ei parentum studio & fide, qui ex se natos in eius cognitione instituant, & disciplina seueriori in officio retineant. Isti ergo omnes fidele ipsi obsequium præstent, neque eos alicuius laboris aut industriæ pigeat: & meminerint sibi etiam male esse, quod olim Propheta pronuntiavit: Maledictus, qui facit opus Domini male. Eget item, esurit, alget & exulat sæpe Christus in membris suis, & tunc ipsi nostro hospitio, pecunijs, victu & amictu opus est. Tunc ergo similiter erga eum benifici & liberales simus. Quis enim honestior, iustior, quæstuosior opum huius seculi usus est, quam ut eum alamus, vestiamus, in aedes nostras recipiamus, in qui creauit, qui omnes alit, vestit, seruat, quiq; nobis in cælo mansiones parauit, in qui bus æternum viuamus & regnemus? Et hic excitet nos promissio eius, qua se in minimis, in ipsum credentibus præstiterimus. Ideo Solomon dicebat: Domino serueratur quisquis benefacit pauperi. In primis verò nostri officij esse meminerimus, ut nos ipsos, qui natura asini sumus effrænes, obstinati & omnis iugi impatientes, ipsi adducamus, & eius seruitio consecremus: Ut item alijs idem præstemus officium, & si quos asinorum instar sub scelerum sarcinis succumbere, & ut boues relicto hero suo vagari & oberrare cernimus, eos prius admonitionibus, quæ passim re & Domino adducamus. Sed o socordiam, o duritiem incurabilem, quæ passim regnat. Laborant passim & egent non priuati modò homines, sed tota Ecclesiæ perbi pabulum & consolatio subducitur, & clamat ubiq; Christus, opus sibi esse ministrorum fide & industria, principum forti defensione, patrum familiâs diligentia & seueritate, nostrum omnium conuersione. Sed quotus quisque clamantem audiat, & egenti opem fert? Et ut rursum de singulis loquamur, quoties ille mittit suos seruos, qui nos ad ipsum adducant, qui ut asini refragatores in vjjs præceptorum subsistimus, qui voracitate & gulæ studio in porcos, libidinibus vagis in canes, inuidia, odijs, truculentia in lupos, vrsos, serpentes degenerauimus: At paucos inuenias, qui vocantem sequantur: sed pleriq; huius mundi Loto inescati in Circo stabulo grunnire malunt, & in turpissimorum scelerum cæno volutari, quam ad Ecclesiæ septa colligi, ut Deo viuant, & filiorum eius libertate fruantur. Est hæc præcipua & propria malorum omnium causa, quæ nos vndiq; circumstant. Imitentur ergo istorum exemplum, & quando nos à Filio Dei IESU CHRISTO per suos seruos vocari sentimus, voluntarium illi præstemus obsequium, ut eius frano gubernamur in hoc seculo vitam viuamus nostræ professioni conuenientem, & tandem cum illo in cælis regnemus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C X L I I.

Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filie Zion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & insidens asina, ac pullo filio subiugis. Profecti sunt autem discipuli, feceruntq; sicut imperarat eis Iesus. Et adduxerunt asinam ac pullum, & imposuerunt pallia sua in via: alij verò cedebant ramos ex arboribus, & sternebant in via. Porro turba que præibat, & que sequebatur, clamabat, dicens: Hosanna Filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna ei qui est in altissimis. Quemad-

Locus Zachariae IX.

Christus cum exultatione excipitur. Matth. 13. Ioan. 8. Luc. 1.

Psal. 98.

Christus nobis venit.

Isa. 9.

Qualis Rex Christus?

Sed audiamus Prophetam Zachariam, per quem ista praedici voluit Deus, ut ne quem humilis illa & contemptibilis rerum facies offenderet, sed potius ex ea consolationem possent petere omnes, qui intra conscientias suas innata viriositate & peccatorum sensu cruciantur. Quod ut commodius fiat, totum locum recitabimus, qui eiusmodi est: Exulta vehementer filia Zion, iubila filia Ierusalem: Ecce Rex tuus venit tibi iustus & seruator, pauper ipse vel mansuetus, vehens super asino, & pullo asinarum. Excindamque currus ex Ephraim, & equos ex Ierusalem excindeturque arcus bellicus, loquetur pacem gentibus, & imperium eius a mari ad mare, & a fluuio usque ad fines terrae. Principio Zionem & Ierosolymam compellat Propheta, sub cuius nomine vniuersa electorum & fidelium Ecclesia intelligitur, quam ut Christum cum gaudio & exultatione excipiat, hortatur. Fuit enim hic spes patrum, qui omnes nihil magis in votis habuerunt, quam ut dies ille illuceret, quo promissus Messias venire debebat. Et de Abrahamo ipse testatur, quod gestierit, ut diem suum videret. De Simeone vero iam sene & iusto scribit Lucas, quod cum IESVM infantulum, quando in templum inferebatur, ex Spiritus Sancti suggestionem agnouisset, gaudio magno repletus illum in vlnas accepit, & exultans exclamarit: Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum Verbum tuum, in pace: Quia viderunt oculi mei salutem tuam, id est, eum, quem tu destinasti, ut nobis salutis author ac mediator sit, &c. Eodem igitur respiciens Prophetas pios exultare iubet, & pra gaudio iubilare, ut doceat hoc ipsis non fraudi fore, quod maior sit impiorum & contumacium numerus, qui illum recipere dedignati sunt. Et haec pertinet, quod Matthaeus Zachariae vaticinium adducturus, quod addidit: Dicite filiae Zion: Nimirum, ut omnes doctores officij admoneat, quod est, aduentum IESV CHRISTI praedicere, ut ex eo afflictae conscientiae consolationem percipiant. Eiusdem generis est, quod Dauid aduentum Filij Dei in carne nascituri prauidens, dicit: Cantate Domino cantionem nouam, quia mirabilia fecit, & salutem ipsi suppeditauit dextra sua brachiumque eius sanctum: Notam fecit Iehoua salutem suam, in oculis gentium patefecit iustitiam suam, &c. Et his commemorat, quod Angelus, cum Christi natiuitatem pastoribus nuntiaret, gaudij magni meminit, quod ad totum populum ex illo sit rediturum. Sunt ergo alieni a regni legibus & disciplina Christi coerceri nolunt. Sunt illi hostili in eum animo, & ideo ipse illos iusto iudicio vlciscitur, ut ferreo suo scepro eos comminuat, sicuti olim Dauid illis minatus est. Psal. 2.

Caeterum quia electi interdum ex innata omnibus infirmitate trepidant, gaudio & exultationis istius causam Propheta subtexit, dicens: Ecce Rex tuus venit tibi Demonstratiua particula ad certitudinem salutis facit, dum illum ceu praesentem monstrat, qui post annos quingentos demum venturus erat. Deinde, Venit tibi inquit, id est, tuo bono, ut tibi salutem & gaudium afferat. Id vero omnes sibi ipsi prouatim applicare debent, ut Dei Filium ipsis venisse, id est, propter omnes hominum factum & mortuum esse, & a mortuis surrexisse credant. Etenim non suspicant causa haec fecit, sed ut nobis salutifer esset, et miseros mortales Deo Patri reconciliaret. Ideo Isaias de illo vaticinans, similiter dicebat: Puer natus est nobis, Filius datus est nobis. Et Evangelij promissiones omnes vniuersales sunt, ut quisque eas ad se transferre, & in suis tentationibus consolationem ex illis percipere possit.

Ad confirmationem huius facit descriptio Regis & regni istius, qua docet, quod qualis ille sit, & quae sit regni eius conditio. Et primum quidem Iustum vocat, quod Matthaeus omisit, utpote ijs contentus, quae ad humilitatem Christi pertinent. At nobis diligenter obseruandum est hoc eius Epithetum. Iustus enim dicitur, non solum quoad suam personam, in cuius ore non est inuentus dolus, neque alicuius peccati

peccati vnaquam redargui aut conuincipotuit: sed quòd nobis à Patre iustitia factus, omnes in se credentes iustificat. Idcirco Seruatorem dicit Zacharias, eiusmodi nimirum, qui (vt Angelus interpretatur) populum suum ab omnibus peccatis seruet & liberet. Talem Isaias quoque fore promisit, cum diceret: Deus ipse veniet, & seruabit nos. Item, propter transgressiones nostras vulneratus est, & atrox propter iniquitates nostras. Multa nostræ correctionis ipsi imposita est, & eius liuore sanati sumus. Et hæc quidem vera & vnica salus est: quia peccato expiato & sublato, vt nobis non amplius imputetur, nullus præterea damnationi ac mortilocus est. Itaque sic nos seruauit Christus, vt si quis fontem non modò ex carnis funditis euertat, sed insuper crucem seu patibulum, ex quo debebat suspendi, stidit, neque ius suum rigidè persequitur, sed omnes amice inuitat, qui sibi refocillatione opus esse sentiunt. Et tollite (inquit) iugum meum super vos, & discite à me quòd mitis sum, & humilis corde. Quasi diceret: Si me totum, habitum & momentum terere possit. Et hoc sensu Propheta addit: Vehens super asino. Innuit enim, longe alienum fore à Regum huius seculi moribus, qui intolerabili fastu, immodico luxu, sumpibus & prodigalitate sua, adhæc equitatu & apparatu magnitate, gratiæ suæ thesauros aperit, vt omnibus suæ opis indigis beneficiat, quoad commodum, iucundum & salutare est, adeoq; necessarium præstitit: vt nimirum vni Deo Patri per ipsum fidamus, in ipsius solius merito acquiescamus, & alij alios diligamus: quæ quicunq; obseruant, ij vitam hanc mortalem sibi ipsi iucundam faciunt, & salutem æternam in ipso consequuntur. Præterea cum huius sæculi Reges ferè bella non necessaria gerant, quæ subditis grauiæ & pernitioua sunt, Christus pacis princeps est, & ad pacem suos instituit, adeo vt posito armorum studio hanc inter se, & quantum in ipsis est cum omnibus colant. Et id facile potest, quia regnum habet, quod latissimè per totum orbem extenditur.

Arguunt ista personatos Christi vicarios, & simul illorum insaniam, qui relicto hoc Rege tam miti & benefico, illos sequuntur, qui fastu, luxu & libidine huius seculi Reges superant, & insuper iam seculis aliquot orbem terrarum bellis non necessarijs & seditionibus turbant: vt nihil de immani illa conscientiarum carnificina dicamus, qua multos in horribilem desperationem & æternæ damnationis periculum adducunt. Sunt hi plane Corinthiorum similes, qui Paulum, fidelem Christi ministrum contemnebant: in pretio autem habebant impostores, à quibus in seruitutem adigebantur, expilabantur & cædebantur. Sed est hoc iustum Dei iudicium vt qui à Deo missum seruatorem nolunt recipere, eos admittant, qui in proprio nomine veniunt, & ex auditorum certa perditione quæstum faciunt. Et hoc est, quod Iudas interminat Christus, dicens: Ego veni in nomine Patris mei, nec recipitis me. Si alius venerit in nomine suo, illum recipietis. Ioan. 5.

Sed ad discipulos Christi reuertamur, qui etsi multa prætexere possent, & càuari, simpliciter tamen illius mandato paruerunt, & cum asinam atq; pullum eius adduxissent, hunc instrauerunt vestibibus suis, & his imposuerunt Dominum. Quod nouum est humilitatis Christi argumentum. Solent principes equos suos insternere serico & purpura, & mulas suas Episcopi & Cardinales sellis pretiosis, phaladringentos D. Bernhardus illis exprobrauit, Satyricum illud in eos detorquens: In frænis quid facit aurum? At Christus asino, quem precario sumpserat vehitur,

Isa. 53.
Ioan. 8.
1. Cor. 1.
2.
Matth. 11.
Isa. 35. 33.
3.
Matth. 11.
Isa. 11.
Rom. 12.
Personati vicarij Christi.
2. Thess. 2.
2. Cor. 11.
Discipuli asinū insternunt vestibibus suis.

qui ne sella quidem vulgari instructus fuit, adeo vt illi vestes aut pallia sua discipulos insternere oportuerit, vt commodius in his sederet. Docent autem suo exemplo discipuli, vt ne grauemur Christo ea, quæ nobis charissima & necessaria sunt, commodare, si his illi opus sit. Eget autem ille interdum in membris suis, pauperibus nimirum: qui etsi vulgo contemptissimi sint, & interdum vix asinorum loco habeantur, nobis tamen sufficiat, quod Christi asini sint, quorum seruitio ille vti dignatur, vt in eis habeamus occasionem, qua ipsi gratificemur, & vt similitudinem eiusdem nomen illius glorificetur.

vt Christus à
populo dedu-
ctus et excep-
tus sit.
Ioan. 12.

Sequitur pompa, qua IESVS in urbem vsque deductus, & qua ibidem excipitur est. Fit hic turbæ magnæ & ex multis collectæ mentio. Ex his autem alij illum ex Galilæa vsq; comitati, & passim toto illo itinere ad eum collecti fuerunt: alij vero qui iam Ierosolymam ad festum venerant, cum (vt Ioannes scribit) audissent illum aduentare, ei obuiam egressi sunt, vt venientem honorificè exciperent. Inter omnes verò istos nulli numerantur aulico luxu aut ornatu superbi, vel armorum strepitu & turbarum clangore terribiles: sed ex vulgo fuere, qui illum beneficia recipientem audiuerant miraculorum spectatores fuerant, & ex his beneficia receperant, per illum curati à morbis quibus tenebantur. Et horum alij præcedunt, alij subsequuntur, omnes verò certatim illum honorare & celebrare student. Nam qui ex vrbe obuiam veniebant, ramos palmarum manibus gestabant, quod antiquitus victoriæ symbolum fuit, & Iudæi in festo tabernaculorum idem solebant facere: alij ramos ex arboribus vicinis cædunt, quos in via sternunt: multi vestes quoque substernunt in via. Addunt his faustas & lætas acclamaciones, quibus regi victori & triumphanti gratulantur: Hosanna Filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna ei, qui est in altissimis. Desumpta sunt hæc ex Psalmo 118. qui in festis solennibus, præcipuè autem in tabernaculorum festo decantari solebat, & ideo omnibus notus erat, & solennem precationem pro regna Messiaë instaurando continet, cuius aduentum ab illis magno desiderio expectatum fuisse, supra diximus: itaq; quando hac acclamatione in IESV excipiendo virtutum & eundem Dauidis filium vocant, & vt ipsis opem ferat precantur (id enim Hosanna vox significat) non obscure fatentur, se illum pro Messiaë agnoscere, quem suo tempore venturum esse Deus Patribus promiserat. Apud Lucam ex Angelorum hymno, quem hi in illius natali cecinerunt, addunt: Pax in cælo, & gloria in altissimis. Et merito quidè hoc additur: quia Filius ille dilectus est, in quo placuit Patri vt omnis plenitudo inhabitaret, & per eum reconciliaret sibi omnia, pacificum est Spiritum Sanctum linguas ipsorum rexisse, vt de illo aliquid homine mortali maius & præstantius profiterentur, etiam si ne discipuli quidem eius domesticum mysterium hoc verè & perfectè intelligerent.

Luc. 19.
Coloss. 1.

Dei consilium
vulgus ignobile
de excitantis.

Est autem hic multa obseruatione dignum admirabile Dei consilium, qui istos excitauit, vt aduersus Pharisaorum edicta, quæ Christi sectatoribus excommunicationem minabantur, quæq; multos principes terruerunt, ne illum confiterentur, hæc ausi sint: ita etiã illuminauit, vt veteris Scripturæ verbis eum celebrarent, quem Sacerdotes & Scribæ neq; ex prophetijs, quas quotidie videbant impleri, neq; ex signis & miraculis potuerunt agnoscere. Ad hæc peregrinis ista tribuimus: Euangelistæ, quod hunc honorem Christo habuerint, cessantibus interea in officio Ierosolymitanis qui præ alijs instructi esse debebant in cognitione Scripturæ & mysteriorum regni Dei: Habemus ergo hic exemplum eius, quod Dominus alibi testatur, Patrem mysteria ista abscondisse à sapientibus huius mundi, reuelare autè ea paruulis. Possumus ergo ex huius loci historia respondere aduersarijs, qui in receptis dogmatibus & ritibus Ecclesiæ nihil à quoquam mutari debere contentantur.

Matth. 13.

contendunt, sed expectandam esse Pontificum & Imperatorum auctoritatem, aut vniuersalis concilij definitionem. Idem enim istis quoque dici potuisset, & hoc solictos fuisse suis occinere Sacerdotes & Pharisaeos, ex ijs constat, quæ aliquando seruis suis, quos ad Christum capiendum miserant, cum eos de illo quædam honorifice loqui audirent. At laudantur isti, quod non expectata illorum auctoritate, qui Mosis cathedram tunc occupabant, IESVM CHRISTVM secuti sunt, & eundem publicè celebrarunt. Non igitur peccant pii principes, qui vt publicæ salutis consulationem in suis terris instituunt, & Regi gloriæ portas suas aperiunt. Merentur hi quoque immortalem gloriam, et reuera ecclesiæ nutritij sunt, quo titulo per Isaiam Reges pios Deus exornat, Isa. 49.

Ioan. 7.

Matth. 23.

Docet item huius loci historia, quid eos facere conueniat, ad quos Christus venit per Euangelij prædicationem. Primò agnoscant eum esse regem à Deo nobis datum, qui expiato peccato mundi, de morte, inferis & diabolo triumpharit, & nobis benedictionem & salutem certam acquisierit. Deinde agnitum publice confessione, neque ipsos illius inter hostes apertos pudeat. Præterea adiuuent illum in reuersione, & ipsi adducant asinos, id est, homines obstinatos, & qui haereticus effrenes vixerunt. Vestes denique illi substernant, per quas vitæ totius conuersatio denotatur. Exuant ergo veterem hominem & priuatæ iustitiæ centones, sed totos illi subiiciant per fidei obedientiam. Sunt ista hodie rara admodum inter eos, qui Christianum nomen profitentur. Quam multos verò inuenias, qui portas suas ocludunt ad illius aduentum, & appropinquantem impiè reijciunt. Alij contemptim negligunt sese ipsis offerentem, & mundo potius eiusque principi seruire malunt, quam Deo fidelissimo remuneratori. Qui verò optimi videntur, non exuant veterem hominem, sed hunc & huius studia cum Euangelio conciliari possunt arbitrancur, & centonibus superstitionum, quibus assueuerunt, nouum pannum assuere student. Quæ causa est, vt in vera pietate pauci proficiant, Deus autem passim iram suam diris indicijs manifestet. Hæc igitur emendemus, & assiduis precibus petamus à Dei Filio IESV CHRISTO, vt ad nos quoque diuertere, nobiscum manere, & nos sibi mancipare dignetur, vt in ipso viuamus & seruemur. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Quomodo
Christus debet
at excipi.
Coloss. 2.
Marc. 8.

Coloss. 3.
Isa. 64.

Et cum introiisset Ierosolymam, commota est vniuersa vrbs, dicens: Quis est hic? Turba autem dicebat: Hic est IESVS ille propheta ex Nazareth Galilæa. Et introiuit IESVS in templum Dei, & eiecit omnes vendentes & ementes in templo: mensasque numulariorum & cathedras vendentium columbas subuertit, & dixit eis: Scriptum est, domus mea, domus orationis vocabitur: at vos fecistis eam speluncam latronum. Tunc venerunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.

Narrauit nuper Matthæus regium Domini nostri IESV CHRISTI in vrbem Ierosolymam ingressum, & vt homines peregrini, quorum aliqui cum iplo ex Galilæa aduentarunt, alij verò aliunde ante illum priores ad festum venerant, ipsum deduxerint & exceperint. Vidimus illic in vili & contemptibili apparatu illius non obscura diuinæ virtutis & potentis indicia, & (vt diximus) ita rotam hanc actionem instituere voluit, vt doceret, se quidem esse Regem illum olim promissum, regnum autem suum non esse ex hoc mundo, ideoque de eius successu non dubitari aut desperari debere, etiamsi nulla huius seculi pompa commende-

2. Cor. 12.

tur. Etenim in tota regni Christi consideratione perpetuo teneri debet quod ipse Apostolo dixit: Potentia mea in infirmitate perficitur vel ad finem suum perducitur. Ad huius confirmationem facit etiam hic locus, quo narratur, quomodo Ierosolymitani ciues ad hunc eius ingressum affecti fuerint: deinde quid ille fecerit postquam in urbem venit.

Ierosolyma tota ad Christi ingressum commouetur.

Deut. 18.
Ioan. 1.

De illis dicitur, commotam siue turbatam fuisse vniuersam urbem, nimirum terrore & metu. Ita verò fieri necesse fuit: quia nisi timor obstitisset, nunquam passi fuissent ista fieri. Et apparet non Iudæos modò, verumetiam Pilatum præsidem cum suis nouo hoc & insolito spectaculo perturbatum fuisse, vt nihil aduersus Christum ausus fuerit nunc, qui aliàs ob multò leuiore causas ad arma & caedes solebat proficere, si quæ tumultus publici species in populo appareret. Interrogarunt autem in ista trepidatione Ierosolymitani, Quis est hic? Quibus à turbis peregrinorum, qui illum comitabantur & deducebant, responderetur: hic est IESVS ille propheta ex Nazareth Galilææ. Prophetam dicunt, non autem vulgarem, cum addant articulum demonstratiuum, ILLE: vt se de eo loqui testentur, de quo olim Moses patribus dixerit: Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me, &c. Idem ergo isti nunc dicunt, quod initio Philippus Nathanaeli de illo dixerat: Inuenimus illum, de quo scripsit Moses in lege & prophetis, &c. Nec dubium est Spiritum Sanctum, qui prius populo rudi & nondum instituto in perfecta illius cognitione acclamationes illas solennes ex Pilatis suggessit, vt eas IESV CHRISTO accommodarent, nunc istam quoque commotionem in ore ipsorum formauisse: vt quamuis ipsi tanquam regi acclamarent, tamen non regem, sed prophetam dixerint: ne in seditionis suspicionem ventrem & Romano præfidi ante horam eius neci præfinitam aliquid aduersus illum tentandi occasio daretur.

Diuina Christi potentia.

Matth. 2.

2. Cor. 1.

Est autem hoc nouum & memorabile virtutis & potentia diuine argumentum, quod cum tota hæc actio ridicula potius quam formidabilis videri posset, tamen ad eius spectaculum vniuersa vrbs commouetur. Simile quid IESVS primum nati factum fuisse legimus, quando ad Magorum ex oriente aduentantium prædicationem Herodes rex turbatus est, & cum eo tota Ierosolyma. Adumbratur autem exemplis istis Euangelicæ prædicationis vis, cuius stultitia (vt Paulus scribit) sapientiam mundi huius confundit & infatuat, vt plus quam panice terroribus confternati tumultuentur etiam illi, qui paulò ante omnibus admirationi & terrore erant. Ita in præsentis vrbs populosissima cum omnibus qui in illa religionis, sapientia & potentia existimationem sustinebant, anxia turbatur, exulante interea in Christo peregrinorum turba. Et hodie videmus ex Euangelij prædicatione gaudium percipere vulgus hominum, miserè autem tumultuari & rerum suarum incertos fremere alios quorum maxima est in mundo potentia & autoritas. Et hoc illud est, quod futurum esse olim Dauid prædixit. Non igitur offendamur, si quid huius hodie fiat, & homines obscuro ac contempti Euangelio exultent, infanctibus aduersus illud regibus & tyrannis. Sed tunc meminerimus, hoc Dei placuisse esse, vt mysteria regni sui paruulis manifestentur, cælentur autem ipsi, qui soli sapienter videntur. At si ad latum IESV CHRISTI nuntium terrentur impij & terribili homines, quid fiet in nouissimo die, quando ad Archangeli vocem & terribilem illam tubam Dei mortui resurgent, & Filius hominis apparebit in gloria Patris sui cælestis ad iudicandum viuos & mortuos? Tunc plangent omnes tribus terræ, & se miserimos mortalium esse sentient, qui nunc se solos regnare arbitrantur. Horum consideratio nos ad serium & indefinens sanctitatis & innocentia studium excitet: adhæc consoletur nos, ne prophanorum hominum successibus offendamur, qui nobis insultare non verentur.

Psalm. 2.

Matth. 11.

1. Theff. 4.

Matth. 24.

Sed ad præsentis historię tractationem reuersi, videamus quid fecerit Dominus postquam in urbem venit. Occurrit hic primum, quod recta in templum diuertit, ut eo quoque testaretur, se promissum illum Messiam esse, de quo Malachias dixerat: Subito ad templum suum veniet Dominus, quem vos queritis, & legatus fueris, quem vos desideratis. Et mirum videri poterat, illum non in palatii regium (quale tunc erat Antonia Arx, quam magnifice extructam Herodes in Antonij honorem ita nominauerat) aut in prætorium, sed in templum potius diuertere voluisse. Ita verò testatus est, se non regni terreni causa in mundum venisse, sed ut veritati testimoniũ ferret (sicuti postea Pilato confessus est) & ea omnia compleret, quæ per templum & totum illum cultum, qui illic pergebatur, hætenus adumbrata fuerant. Quia tamen in tota hac actione Regem egit, exemplo suo docet, religionis curam ad viros principes potissimum pertinere. Nam etsi illa non huius seculi armis, sed verbi prædicatione & Spiritus Sancti virtute propagetur & seruetur, quia tamen omnes, qui ad Reipub. gubernacula sedent, potestatem & autoritatem suam omnem à Deo acceperunt, iure hic ab illis hanc gratiam requirit, ut cultum suum inter suæ fidei creditos sartum tectum seruare studeant. Ideo olim liber legis regibus commendabatur, ut hunc descriptum haberent, & tunc in eo legent, quando in solio suo sedebant, & potestate regia potiebantur. At continet lex præcepta de puniendis blasphemis & falsis prophetis atque seductoribus, de Sabbataribus & sacrorum prophanatoribus. Quorum omnium acerrimi vindices fuerunt reges, quorum fidem & pietatem Spiritus Sanctus prædicat. Sui ergo officij pariter memores, qui ista nihil ad se pertinere putant: imò iidem suam dignitatem turpiter prostituunt, quæ in eo potissimum consistit, quod Deus illos Ecclesiæ suæ nutritios fecit. Sed hoc etiam malum debemus Pontificibus & Episcopis, qui ut ipsi soli dominantur, reges & principes à religionis cura & sacrorum tractatione remouent, nisi ubi illorum autoritate sibi opus esse sentiunt, ut malè usurpatam tyrannidem tueantur. Simul autem hoc Christi exemplo Anabaptistæ confutantur, qui neminem Christianum esse, & simul magistratum gerere posse contendunt. Ergo ne præter officium fecit Christus, quando qui ut rex Ierosolymam venerat, in templum rectè diuertit, & illic collapsum Dei cultum restaurauit? Aut num peccasse dicemus Iosephum Arimathæum, Cornelium, Paulum Sergium & similes, qui magistratum gessere postquam fidem in Christum professi sunt? Sed neque Christiani quicquam temere fecit, neque peccarunt sancti illi homines Dei, dignitates & functiones politicas retinendo, quoad licuit, ut regnum Christi feliciter possent propagare. Neminem ergo moueant fanaticorum hominum voces, qui dum sanctissimi videri volunt, Ecclesiam & religionem præsidij suis spoliant, quibus illam Deus in hoc seculo munire & confirmare solet.

Quid autem in templo fecit Dominus? Num obiter modo quid ibi fieret in spexit, intacta autem reliquit omnia? Imò reformationem fecit, & sublatis ijs, quæ improbi & auari Sacerdotes priuati quæstus ergo inuexerant, contra Verbum Dei, ea substituit, quæ huius cultui vero & hominum saluti seruiunt. Nam eiecit omnes vendentes & ementes in templo, adhuc mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas subuertit. Quia verò idem ab illo factum esse scribit Ioannes sub initium quæstionis suæ in primo suo aduentu Ierosolymam, de corruptissimo qui tunc inter Iudeos fuit religionis statu historia ista nos admonet. In initio priusquam cultus sui sedem fixam constituisset Deus, tabernaculum fieri voluit per Moysen, quod facile loco moueri, & prout necesse erat, hinc inde transferri poterat. Vfus huius erat, ut apud illud sacrificia sua offerrent, illuc item conuenirent ad festa solennia, & ibidem precarentur publicè & vota sua persoluerent. Postea Dauidi locum certum monstrauit Dominus, in quo templum edificauit. So-

Christus in templo diuertit.
Malac. 3.

Ioan. 18.

Religionis cura ad principes pertinet.

Deut. 27.
Leuit. 24.
Deut. 33.
Num. 37.

Isa. 49.

Quid Christus in templo fecerit.

Ioan. 2.

Corruptissimus status religionis inter Iudeos.
2. Sam. 24.
Psalm. 132.

Ioan. 1.

Iomon. Disertè autem cautum erat, vt sicut initio vnum modo tabernaculum fuit, ita huius loco vnicum modo templum extrueretur, ad quod ceu ad publicam & communem parochiam totus Israel conuenirent, & vnicum haberent altare hoc locausti, vnicam aram thymiamatis, quibus vnus IESVS CHRISTVS figurabatur, vt ita omnes in vnus religionis consensu retinerentur, & scismata cauerentur, quæ facile exoriri poterant, si in locis diuersis fuisset sacrificatum: Cæterum cum in toto cultu externo Christus obseruari deberet, qui solus tollit peccata mundi, Sacerdotes, vt quæstum facerent maiorem, satisfactionem pro peccatis & eorum remissionem in externis hisce sacrorum exercitijs monstrabant. Et cepit hoc fieri temporibus prophetarum, sicuti in horum sermonibus est videre. Posterioris verò temporibus auctus est error, quando sub Romanis præsidibus sacerdotum venale factum, & annuæ Sacerdotum vices introductæ sunt. Simul enim hæc manus traditionibus locus datus est, quibus legis doctrina corrupta, & doctrina de Messia prorsus extincta est, vt rari inuenirentur, qui hunc rectè agnoscerent, & fidei fiduciam in eo haberent collocatam. Et quia Iudæi iam tunc in gentes diuersas longè lateq; dispersi erant, & ideo ex longinquis locis ad sacra & festa Ierosolymam veniebant, ne quid exteris & procul aduentantibus in mora esset, prope templum & in eius atrio pecora omnis generis vanire cœperunt, & numularij ibidem suas mensas constituerunt, vt templum à fero prophano & emporio nihil differret. Ideo ementium & vendentium meminerunt Euangelistæ, numulariorum item & eorum, qui columbas venales habebant.

Christus templo eiecit mentes & vendentes.
Marc. 11.

At ista omnia eiecisse dicitur Christus, & tanta quidem seueritate, vt nulli vel personæ vel rei pepercerit. Eijcit enim omnes qui vendunt aut emunt, cuiuscumque sint loci aut ordinis: sedilia columbarum confringit cum cæueis & alijs, quæ columbarijs seruiunt: adhuc mensas numulariorum subuertit, quod absq; pecuniarum iactura irreparabili in tanta hominum turba fieri non potuit. Deniq; templum ab omni vsu prophano ita purgatum voluit, vt non patiatur ab vilo vas aliquod pollutum deferri. Quod si verò cogites, quæ sit humani ingenij natura, & quam impatientes iniuriarum sint omnes homines, & earum quidem in primis, quæ cum alijs qua fortunarum nostrarum iactura coniunctæ sunt, fateberis hæc Christi factum inter miracula, quibus potentiam suam diuinam declarauit, non postremum commiseri debere. Nunquam enim hæc passi fuissent homines auari, & quorum mentes quæstus cupiditas occupauerat, quos deniq; magnatū fauor & patrociniū hucusque tutos fecerat, nisi diuina virtus illos coercuisset, ne quid auderent.

Christus sui facti ratione redit ex scrip.
Ioan. 5.

Isa. 56.

Ierem. 7.

Ne verò furiosi instar hoc absque ratione fecisse putetur, facto huic doctrinæ nam coniunxit (quod Marcus annotauit) dicens: Scriptum est, facta huic doctrinæ mus orationis vocabitur: at vos fecistis eam speluncam latronum. Scripturas allegat, quibus Dei verbum & ipsam vitam æternam contineri, vulgus Iudeorum fagebatur. Coniungit autem duos Scripturæ locos, quorū prior ex Isaia desumptus est, & verum templi vsum tradit. Vaticinatur illic Propheta de vocatione gentium, quæ omnes ad ecclesiam accessuræ sint, vt in ea Deum verum inuocent per Mediatorem Christum, & ait Dominus, Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus populis. At quia Ecclesiæ typus fuit templum illud Iudaicum, rectè huic applicatur, quod olim de Ecclesia dictum fuerat. Alter locus in Ieremia extat, quo templi abusum arguit, vt hunc merito corrigi & prorsus tolli ostendat. Corripit illic Dominus falsos sui cultus professores, qui templo & sacris externis ad illicitam scelerum abutebantur, & cum dixisset: Ecce vos confiditis verbis mendacibus, quæ non proderunt vobis: Num furando, occidendo, mœchando, peccando, Baali suffitum faciendo, Deos alienos sequendo, nihilominus venitis & statis coram me in domo ista, & dicitis, Liberati sumus, etiam si omnia hæc abominabilia

minanda fecerimus: addit: Num spelunca latronum facta est domus ista quæ meo nomine vocatur, in oculis vestris? Id est, Num templum meum instar antri esse putatis, in quod latrones post cædes factas & rapinas à viatoribus per vim extortas sese recipiunt: vt vos quoque sub illius prætextu latere & abscondi posse putetis, &c. At reuera hæc persuasio tunc Iudæorum propè omnium mentes fascinarat, vt nihil tam iniquum aut impium designari posse putarent, quod non expiaretur, si sacrificium aut donarium aliquod ad templum, aut ad Sacerdotes in Corbonam deferrent. Nam vt supra audiuimus, filij quoque neglecta pietatis in parentes offensionem Dei illis in mentem reuocat Dominus, vt demonstrat, tam Dei gloriam quam salutem publicam postulare, vt tandem prophanationi istius sacrorum finis imponatur, & propius templi atque cultus diuini vsus instauretur. Quo loco ad externos cum verbo eius conueniat, non autem ad eum finem dirigatur, quem ille nobis vult esse propositum: qui est obedientia fidei, & vt mortificatis carnis affectibus, salutis meritum in vno Christo quæramus, qui nobis ab illo iustitia & satisfactio datus est. Quid verò de imposturis, quæ quæstus gratia sub religionis prætextu sunt, grauius & horribilius dici poterat, quam quod illas speluncam latronum dicit Dominus? Et excitet nos ad huius dicti diligentioris considerationem, quod eius doctrinam miraculis quoque confirmauit. Venerunt enim ad eum cæci & clau-

Matth. 15.

Deber autem ex hoc filij Dei exemplo generalis doctrina peti, quam in reformationibus Ecclesijs sequantur Christiani principes, si quando religionem horrendis abusus deprauatam esse vident. Disputatur de hac re hodie passim, & qui abusus & superstitiones neque negare neque defendere possunt, ad hoc *καὶ οὐκ ἔστιν* siue suffugium sese recipiunt, Quod in nullius hominis autoritate sit, Ecclesiæ reformationem instituere, nisi ex vniuersalis Concilij & summorum Pontificum consensione. At Christus in presenti non expectat eorum decretum, qui tunc in cathedra Moysis sedebant, sed cum ipse à Deo Patre rex constitutus esset super Zion montem sanctum, opus hoc non minus necessarium quam sanctum aggreditur, & huius exemplum postea Apostoli secuti, passim Iudæos & gentes à consuetis erroribus ad fidem veram reuocarunt, imò in ipsa Ierosolyma ecclesiam nouam constituerunt, quæ Euangelij doctrinæ responderet. Idem olim Moses fecit, cum totus Israel cum Pontifice Aaron Dei cultum corrupisset. Ita Gedeon à Deo iudex Israel electus à reformatione cultus diuini initium fecit, non expectato Sacerdotum & Leuitarum consensu. Hos ergo & horum similes imitentur Christiani principes, & sui officij & vera illius forma reducenda serio cogitent.

Magistratus
est reformare
Ecclesiam.

Psal. 2.

Acto. 2. 4.

Exod. 32.

Iud. 6.

Ne verò in ea erretur, certa regula opus erit, quam similiter suo exemplo Christus nobis monstrat. Etsi enim ipse sit æternum & omnipotens illud Verbum, per quod omnia creata sunt, & cui autoritas sua ex seipso constat, ad Scripturas tantum Iudæos remittit, & sui facti rationem ex illis reddit. Ergo ex illis peti debet regula, quam sequamur, si Dei cultum ad veram formam velimus reuocare. Et enim Ecclesia domus Dei est, cuius solius vox in illa sonare debet. Non alibi autem hæc, quam in Scripturis, inuenitur. Errant igitur, qui ad nescio quos canones aut Patres siue decreta respiciunt. Hic enim animæ & conscientiæ negotium agitur, quæ in solo Dei verbo acquiescit, quando extra Deum nihil est, quod illi possit satisfacere.

Regula reformationis vnde
peti debeat?

Ioan. 1.

Non sufficit autem allegauisse Verbum Dei ex Scripturis, sed manus operi admo-
ad moueri debet, vt secundum exemplum Christi omnia ea aboleantur (quæ illi ad-

Modus reformationis.

Isa. 29.
Zach. 14.
1. Cor. 9.
2. Reg. 5.
Acto. 8.

uerfa sunt, & quorum nullus in religione vſus eſt. In hunc cenſum veniunt omnia
quæ ab hominibus inſtituta ſunt, & quæ ſuperſtitioſorum quæſtui ſeruiunt. Quod
enim decretum eſt: Fruſtra me colunt docentes doctrinas hominum. Item non
rit Chananæus, id eſt, mercator ſive inſtitor in domo Domini. Ex verbi quibus
prædicatione viuere licet illius adminiſtris, ſicuti multis docet Paulus ad Corin-
thios. At ex donis Spiritus ſancti quæſtum facere, id nefas & impium eſt, & ex
exempla Giezi & Simonis Magi, quæ demonſtrant quid iſs ſperandum ſit, quæ
lud faciunt. Ad iſta ſi quæ in Papatu ſunt, examines, quid obſecro poterit con-
re? Quid enim illis non eſt venale? quid eſt, quod alio quam humanarum traditi-
num fundamento nitatur? De his ergo tollendis cogitent, qui in magiſtratu
& his fidelem operam præſtent doctores: Et vt Chriſtus à templi reformatione
tium fecit, & ſub finem vitæ denuo hoc opus ſemel atque iterum aggreſſus eſt,
cum nihil apud Iudæos obſtinatos proficeret, per Romanos templum ipſum e-
vrbe euertit: ita nobis quoque hæc ſtudiorum noſtrorum ſumma eſto, vt è medio
lantur quæcunq; contra Dei verbum irrepreſerunt: & licet primus conatus non
cedat, & perſonati præſules inſtaurare pergant, quæ ſemel & iterum ſublata ſunt
non pigeat tamen eundem laborem repetere, nec dubitemus de Dei auxilio, quæ
cile poteſt coercere eos, qui verbo ſuo ſe contumaciter opponunt, & ab uſu
lud ſublatoſ reducant. In locum autem eorum, quæ tolluntur, ſubſtituere ſu-
mus veræ pietatis exercitia, quæ ſunt ſyncera Verbi prædicatione, fides in
Deum, inuocatio vnus Dei, legitimus Sacramentorum vſus: quorum omnium
nobis finis & ſcopus ſit, vt intra mentes noſtras illuminati, & nouis viribus in-
rati, omnem ſublinitatem, quæ aduerſus Dei cognitionem extollitur, per fide-
bedientiam ſubigamus, & recto pede ambulemus in præceptis Filij Dei.
CHRISTI, & huic nos ſiſtamus viuentem hoſtiam, cui debetur benedictio, ho-
gloria & poteſtas in æternum. Amen.

Finis reforma-
tionis.
1. Cor. 10.

H O M I L I A C C X L I I I.

Cum vidiffent autem principes Sacerdotum & Scribæ miracula illa, qua fe-
cerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hoſanna filio Dauid: indignati
ſunt, & dixerunt ei: Audis quid iſti dicant? IESVS autem dixit eis: Etiam nun-
quam legiſtis, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Et reliſſis eis
exiit extra urbem in Bethaniam: & diuerſatus eſt illic.

QVONIAM principes Sacerdotum & Scribæ Iudæorum, hoſtes Domini
uore defendebantur, non immerito quis miretur, cur paſſi ſint, illum in templo
inſtar Regis ingredi, populi acclamationibus lætis excipi, & ex templo eijcere
cunq; ipſi contra Dei Verbum priuati quæſtus cauſa inſtituerant. Sed cauſam
per annotauit Matthæus, quando ad eius introitum totam urbem commo-
territam fuiſſe dixit, vt nihil contra auderent. Eſtq; hoc euidentius diuine
tiæ argumentum, ex quo apparet eum eſſe, quem olim Dauid inter medios
dominaturum eſſe prædixit. Cæterum licet interdum impij intra animos ſuos
uicti trepident, non tamen ſerîo reſipiſcunt, ſed quàm primùm reſpirare ipſi
mox ad ingenium redeunt, ſicuti in Pharaone, Saule, Achabo & ſimilibus eſt
re: quibus Sacerdotes & Scribas iſtos meritò adnumeraueris. Nā eſt Chriſti
tem manum ſenſerint, neque quicquam contra illum verbo aut facto audeant
men poſtquam terror ille tranſiit, ipſum calumnijs & quæſtionibus inſidi-
grediuntur, & tandem nefaria de illo occidendo conſilia ineunt. Inſitum iſtis
ſunt q

Pſal. 110.
Impij eſſi con-
uicti trepident
non tamen ſer-
riò reſipiſcunt

fuit quod modo recitauimus: & seruiet locus hic multū nostræ institutioni & consolationi, si primò, quæ totius actionis occasio fuerit, deinde quid illi fecerint, & ut Christus se aduersus illos tutatus sit, ex ordine videamus.

Occasio fuit, quod Domino publicè in templo docente, & doctrinam miraculis confirmante, pueri Ierosolymitani iisdem vocibus quas ex populo audierant, illis pergunt celebrare, & clamant: Hofanna filio Dauid. Fuit autem hoc quoque singulare Dei opus, qui pueros istos excitauit, ut non veriti sint presentibus Scribis & Sacerdotibus istud facere, & simul hos continuit, ne illos punire auderent. Interim exemplo isto docemur, quantum prosit ad puerorum institutionem si ex parentibus & alijs, quibus cum versantur, ea audiant & videant, quæ in Dei cognitione & pietate instituere possunt. Etenim proprium hoc est ætati huic, ut alioque olim præcepit, ut patres familiâs inter suos de præceptis suis & operibus ardeat. Et memorabile est Mariæ virginis & Iosephi exemplum, qui puerum Ierosolymam ad festum illuc peragendum deducere soliti fuerant. Debat hoc diligenter obseruari quoad religionem & mores. Sed multam reprehensionem meretur eorum leuitas, qui audientibus liberis suis, Verbi ministris conuiciantur, conciones sacras contemptim & odiose carpunt, magistratibus pijs obtreant, adneros animos imbuunt. Audiunt ista pueri & imitantur, & de ijs cogitandi occasio hæc deierant, quæ per ætatem adhuc ignorant. Estq; hæc præcipua corruptelæ morum causa quæ hodie passim regnat. Discant ergo Christiani homines ea in conspectu puerorum loqui, canere & facere, quæ ipsorum animos ad Dei laudes & morum probitatem possunt excitare.

Pueri acclamant Christo,

*Deut. 6.
Psal. 78.
Exo. 13.
Luc. 2.*

Quid autem de Sacerdotum principibus & Scribis dicitur? Vident hi miracula Christi, qui cæcorum oculos aperiebat, claudis item medebatur: cuius generis multa prius quoq; non semel viderant: adhuc puerorum acclamationes audiunt, & utroq; offenduntur. Nec dubium est ipsos miraculis potissimum offensos fuisse, quia à populo in admirationem trahebantur, ut plures ad illum confluere. Sed ex puerorum vocibus calumniandi ansam arripiunt, quas prius etiam in discipulis, cum vrbi appropinquaret, reprehenderant, & ipsum, ut eos sic clamantes obargaret, mouerant, sicuti Lucas annotauit. Itaq; ipsum aggressi, dicunt: Audis, quid isti dicant? Quæstione autem ista ipsum non obscure carpunt, quod ambitiosum, quam tantum virum deceat, laudem ex pueris aucupetur. Quasi dicerent: Mirum hominem fore doceret. At ignobile & stolidum vulgus his acclamationibus te celebrauit, nunc stulti pueruli idem faciunt, qui quid dicant non intelligunt. Est verò id ferri poterat, & per ignorantia prætextum, excusari, tuum tamen erat ipsa prohibere, ne vel inanis gloriæ affectator puteris, aut Romano præsidii aliquid grauius tentandi occasionem præbeas.

Sacerdotes & Scribarum acclamationibus offendentur.

Luc. 19.

Quo exemplo docemur, Christo nunquam defuturos aduersarios, qui ei suum honorem inuideant, & Euangelij prædicationem sopitam & extinctam velint. Est enim (ut beatus ille Simeon prædixit, positus in signum, cui contradicatur. Id verò præ alijs faciunt, quos alijs veræ fidei & pietatis magistros esse oportebat, religio- nis autem prætextu ad suum quæstum abutuntur. Non possunt hi ferre, ut suæ existimationi aliquid derogeretur, quæ ita ipsis cordi est, ut potius Dei gloriam grauius tentandi occasionem præbeas. Quod si insuper quæstum suum minui, aut funditus euerti.

Christo nunquam defuturi aduersarij.
Luc. 2.

poterat. Etenim olim David hoc nomine Dei bonitatem & potentiam celebravit, quod laudem suam ex infantium & lactentium ore proferat, ad eam perfectam & illustrem reddat. Si ergo infantes, qui sermonis vsu adhuc destituuntur, Dei bonitatem prædicant, cur indignamini istis, qui hoc vocibus disertis faciunt? Enimvero non aliud isti faciunt, quam quod debitum officium mihi præstant: neque ego reprehendi deo, qui illud recipio, sed vos potius culpandi estis, qui quod pueri isti vident, non videtis, & ab illis superamini, quibus ad pietatem magistri esse debebatis.

Est autem obseruatum dignum, quod Scripturas allegat, cum miraculis & signis, quæ in omnium oculis verfabantur, seipsum & pueros istos tueri posset. *Christus Scripturas sese tuebat.* At miraculis docebat, se esse Seruatorem illum promissum, cum claudos sanaret, & alios quoque morbos humana arte immedicabiles, sua virtute pelleret. Sed quasi nihil huius vnquam fecisset, Verbo Dei ex Scripturis de prompto sese tuetur: & ita docet, ut ipsi quoque ex iisdem argumenta petamus, tenim illarum autoritas miraculis longè præstat, quæ nisi cum Verbo Dei in Scripturis comprehenso consentiant, falsa sunt, & horum factores pro impostoribus haberi debent. Vide Deut. 13. cap.

Quoad verò locum, quem Dominus adducit, extat hic Psalmo 8. Prædicat eum David Dei laudes, in primis autem huius bonitatè, qua homines prosequitur, commendat, & in initio statim hanc tantam esse dicit, ut ex ore infantium & lactentium sibi fundarit robur, id est (ut in præsentem Christum interpretatur) laudem sibi perfectam. Et sane licet infantes & lactentes linguæ & sermonis vsu destituantur, re ipsa tamen Dei providentiam prædicant, quæ in illorum conceptione, conseruatione in vtero matris: partu item vel natiuitate, alimento denique, quod recens nati in vberibus maternis paratum inveniunt, ita se exerit, ut de illius paterna erga humanum genus cura nemo possit dubitare. Ut ergo cœli dicuntur gloriam Dei annuntiare, licet locutione & voce destituantur, si quis admirabilem illorum structuram & consyderatio nos excitat, ut non possimus non paternam Dei curam & fidem laudibus vchere. Hæc denique Dei laudem perficit, dum validissimè per hanc confutatur Epicuræi Nabales, qui vel Deum nullum esse, vel res mortalium non curare garrunt. In primis autem eorum arguitur vecordia, qui de Dei cura dubitant, curationem sibi in semetipsis depræhendere poterant, si suam generationem & educationem sibi in mentem reuocarent.

Ex eo autem apparet, in cassum laborare eos omnes, qui Christi gloriam oppugnant, & Euangelij prædicationem suppressam volunt. Persuadent hi sibi ipsi interdum, se effecturos quod volunt, si vel aliquos e medio tollant, qui docendi de veritate & dicendi libertate alijs præstant, vel minacibus edictis alios terreat, ut linguas suas contineant. Sed quamuis omnium ora obturentur & omnes linguæ silent, non tamen propterea silebit diuinæ bonitatis prædicatione, quando ad hanc commendandam infantium, adhuc à maternis vberibus pendentium, consideratio sufficit. Et huc in primis referri debet, quod apud Lucam Pharisæis rogantibus, ut discipulis silentiū imponeret, Christus respondit: Dico vobis, si siluerint isti, mox lapides clamanturos. Quia enim Dei decretum est, ut Filius regnū surgat, & Euangelium in toto orbe prædicetur, quis illud irritum faciet? Quis Spiritum Dei, quo minus spiret, remorabitur? Quod si omnium hominum linguæ cessent (ut modo diximus) pecudum & aliorum brutorum ora Deus aperire poterit, ut in Balaa- malana factum est olim, vel lapidibus & truncis inanimatis nouas linguas formare.

Christus Scripturas sese tuebat.

Locus Psal. 8.

Psalm. 139.

Psalm. 19.

Euangelij prædicatione frustra predicatur.

Luc. 19.

Isa. 2.

Marc. 13.

Ioan. 3.

Num. 22.

Matt. 24. 27.

vt veritati testimonium ferant. Factum hoc Ierosolymæ, quando abiectis Apollis, lapides murorum disiecti doctrinam Christi confirmarunt: & hoc in cruce dente, omnibus tacentibus, petra scissæ illi testimonium perhibuerunt. Et huius generis hodie multa fiunt. Nam vt ad Balaami historiam redeamus,annonam manorum linguas & ora Deus soluit, vt Romanis Pontificibus, qui nos asinorum & bestiarum loco habuerunt, obloqui & IESV CHRISTI gloriam prædicare cœperint.

Christum reli-
ctis Ieros. abijt
Bethaniam.

Ioan. 7.

Cæterum quia sciebat Dominus sibi rem esse cum incurabilibus, ijs relictis abijt Bethaniam, & illic diuersatus est, vbi amicos habuit fidos, Lazarum cum sororibus Martha & Maria; Simonem item leprosum & similes. Causam discessus huius Lucas indicat, quod primarij Sacerdotes cum Scribis & Senioribus illi con- dere conati sunt. Itaque nullam noctem in vrbe mansit, præter eam, in qua con- est, ne ante tempus illis occasionem daret aliquid aduersus ipsum tentandi prius quoq; illum aliquoties fecisse legimus. Arguitur autem Ierosolymitanorum ingraticudo, qui tam multis tamq; magnis beneficijs per Christum affecti, eum humaniter eum negligunt, vt nemo sit in vrbe opulenta & populosa, qui illi con- hospitium præbeat, nedum qui ipsum contra hostium insidias defendat. Sum- rum similes multi hodie passim: quorum eadem sors est, quæ Ierosolymæ fuit. enim ab ingratis Christus discessit, ita hodie ab ijs discedit, qui ipsi contumaci- reluctantur: discedens verò secum aufert benedictionem omnem, & ingratis gra- gnis supplicijs mulctat. At consolationem dulcem in eo nobis hic locus exhibet, quod ita ab ingratis & contumacibus abijt Dominus, vt tamen suæ Ecclesiæ con- nem habeat, quæ tunc Bethaniæ erat. Non ergo offendamur, si hodie quoq; re- relinquat, qui autoritate & potentia superbi Euangelium auersantur. Non horum contumacia fraudi erit electis, qui Bethaniam vilem & afflictam in celo- In his enim implebitur, quod alibi dicit Dominus: Beati qui lugent, quoniam in- consolationem accipient. Et quamuis à mundo reijciatur, IESVS CHRISTVS suis tamen regnat ac triumphat. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potest- in æternum. Amen.

Matth. 3.

H O M I L I A CEXLV.

Manè autem rediens in urbem, esuriit. Et cum vidisset ficum quandam in via, venit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia solum. Tunc dicit ei: Ne amplius ex te fructum nascatur in æternum. Et exaruit illico ficus.

Ioan. 1.

Ioannes Apostolus & Euangelista scribit æternum & omnipotens Dei ventum in carnem factum esse, & ad suos venisse, id est, ad Iudæos, quibus peculiariter missus, & ex quibus homo natus erat, hos autem ipsum non recepisse. Apparet in tota historia Evangelica, maximè tamen in ijs, quæ eius mortem proximè cesserunt. Etenim ne ignorantiam prætexere possent, post innumeros miraculis se illis cognoscendum præbuit urbem Ierosolymam vt rex ingressus eam, fatu quidem contemptibili, sicuti olim Zacharias prædixerat, sed ita, vt diuinitatis indicia præclara præbuerit, dum populum ad ipsum cum applausu piendum excitat, urbem totam terrore excutit, magnates quoq; contumaciter aduersus ipsum ausit: Adhæc in templum diuertit, sicuti Malachias vaticinatus fuit, & ibi purgat & excoquit filios Leui, & quæcunq; contra Dei verbum sta fuerunt, eijcit. Neue ipsorum aliquid hostile aut inimicum moliri purare docendum confidet, & cæcis ad ipsum venientibus visum, claudis valetudinem tegram largitur, vt ita testetur, se promissum illum Seruatorem esse, quem venturum

Malac. 3.

Exech. 3.

studio excusationem omnē contumacibus eripiant, & (vt Ezechielī dicebatur) ipsorum animas seruent: quod qui faciunt, nā illi non parū sui laboris prae- reportant. In primis autē curent omnis loci & ordinis homines, ne periculi alicui metu vocationem suā deserant, quoad aliqua datur eius obeunda occasio. Etenim facile Deus seruos suos tueri, hostium verō conatus impedire, & rabiē mitigare test. Et vt Dominus monet, sunt vniciq; duodecim horā diei constituta, nec quāquam obstabit, quo minus ad metam sibi praefixā quisq; perueniat. De eo diligenter cogitent non solū verbi administri, verum etiam qui ad Resp. gubernacula se- & Dei auxilio atq; praesidio freti, nō timeāt improborū hominū minas atq; con-

Christus esu-
riuit.
Isa 53.

Sed ad Christum & huius loci historiam reuertamur. Hic cum iter in vi-
ret, esuriit. Verē autem esuriit, neq; se esurire simulauit, vt quidam admodū in-
tanter dixerūt. Nec enim simulatio in eum cadit, qui ipsa est veritas, & in cuius
non est inuentus dolus. Nec defuerunt esuriei causā naturales & propriae. Etenim
diem, quā praecesserat, totam in negotijs arduis transegerat, vt ne cibū quidem
mendī tempus haberet: quod aliās quoq; ipsi accidisse scimus. Et inexpectatū
spes Bethaniam reuersus frugaliter cōnauisse videtur. Adhuc maiorē noctū
tem pro more in precibus cōsumpsit. Nunc primo diluculo ad iter sese accinxit
que non mirū, si fames ipsi obrepserit. Docent autem eiusmodi loci, verū hominē
fuisse illum, qui cum carne infirmitates quoq; nostras, teste Apostolo ad Heb. 4.
susceperit. Sic alibi eum ex itinere defessum ad fontem Iacobi consedis-
batū fuisse, exultauisse, sitiuisse legimus. Quorum omnīū nobis hic vsus esse debet

Marc. 3.

Ioan. 4. 13.

Heb. 2. 4.

vt primō meminerimus, illum Pontificem esse misericordem, & fidem in ijs
pro nobis apud Deū sunt agenda, qui cum tentatus sit, nobis etiam, qui terram
possit succurrere: Deinde vt eius exēplo admoniti & confirmati, patienter feram
cōmunis naturā incōmoda. Etenim si Dei Filius, qui nihil huius meruit, fatigatū
nem corporis, famē, sitim, animi dolores & tristitiam propter nos sustinere vol-
nulla venia digni erimus, si delicati nimis nostram sortem velimus melliorē
quam ipse fuit. Proderit autē, vt temperantia & frugalitati in victu assuescamus.
Hęc enim laborum, inedia, vigiliarū patientes reddit, vt minus offendamur, si
praeter animi sententiam accidit. Pudeat ergo Christianos homines gula indul-
& intemperantius viuere. Etenim primo diluculo esuriens Christus, satis euident-
ostendit, quā frugaliter cōnatus fuerit: & simul euidenter docet, quā alienū
debeant Christianorum hominum mores ab ijs, qui in multam noctem comē-
tur, aut pepotant, vt manē adhuc crapulam hesternam eructent.

Christus salu-
tem nostram
esurit.

Ioan. 4. 6.

1. Tim. 2.

Luc. 22.
Ioan. 19.

Simul autem consolationi seruit hęc Christi esuries. Nec enim corpore solū
riuit, verum etiam animo. Quia enim ideo in mundū venit, vt homines quos
rum parentum intemperantia perdiderat saluos faceret, nostrū omnium salu-
le sitiuit & esuriit. Ideo apud Ioānem post colloquium cum Samaritide habentibus
discipulis ipsum vt comederet hortantibus dicebat: Ego cibum habeo quod
quem vos nescitis. Et mox: Esca mea est, exequi voluntatē eius qui misit me
ficere ipsius opus. Et alibi: Hęc autē est voluntas eius qui misit me, vt om-
det Filiū, & credit in eum habeat vitam aeternā. Vt ergo Deus pater vult om-
nines saluos fieri, & in veritatis cognitionē peruenire, & Filiū eo nomine in
dum misit: Ita hic salutem hominū esurit ac sitit, atq; ideo tāta eius cupiditate
vt ne mortis quidē acerbissimae metus eū abstertere potuerit, quo minus de illa
bis acquirēda cogitaret. Testatur hoc quādo vltimā cōnā ab his qui eum
Desiderio desiderauit hoc pascha vobiscū edere. Et in cruce iā moriturus se sitire
mauit, & gustato aceto, ait: Cōsumatū est, & inclinato capite tradidit spiritū.
peractis iam omnibus, quorū ergo in mūdum venerat. Quoties ergo Christus
uisse aut sitiuisse legimus, semper cogitemus ei omnīū quę vnquā passus est,

fuisse ardens illud salutis humanę studium, quo motus seipsum pro nobis tradidit. Consoletur hoc afflictas conscientias, ne quis se propter antea facta ab illo negligi putet. Etenim non possumus nos salutem tam ardentem sitire, quin maiori nos seruari desiderio Christus ardeat: simul autem nos excitet eius erga nos studium, ut nos ipsius voluntati accommodemus, ne nostram salutem esurientem improbe frustreremur. Et huc referri debet ficus exemplum, quod modo sequitur.

Nam videns ficum ad viam, accedit ad eam, si quid in ea inueniat: At nihil inueniens nisi folia, illi maledicit, inquiens: Ne amplius ex te fructus nascatur. Et illico ficus ista exaruit. Cæterum cum constet verum tempus tunc fuisse, quo fructus in arboribus nulli adhuc inueniuntur (quod disertè Marcus annotauit) poterat factum hoc ridiculum & absurdum, vel animi præcipitis & impotentis opus videri, quod virum grauem minimè decuerit, nedum æternum Dei Filium. Sed cum nihil vnquam absq̃ certa ratione fecerit, qui ipsissima est Dei Patris sapientia, hic quoq̃ eum nihil ex cæco & temerario affectu fecisse putabimus. Nā etsi ficum temerarius non esset, poterat tamen ex anno præterito reliquias qualescunq̃ sperare, quibus famem aliquo modo sedaret. Deinde videtur ficus ista non tunc modo fructus nullos habuisse aptos esui, sed natura sterilem fuisse, aut à multis annis fructus nulli tulisse. Digna igitur erat, cui malediceret Dominus, & ut foliorum quoq̃ honore destituta excinderetur, ne porro inani specie quenquam falleret. Adhæc etsi ficus tempus non esset, erat tamen tempus, quo Iudæi matura resipiscencia immisere sibi exitium debebant auertere. Itaq̃ quod sæpe hypocritis minatus fuerat, ad oculum demonstrare voluit, sic in mentem eis reuocans, quod alibi fusius exposuerat per parabolam ficus, quæ Lucæ 3. cap. habetur.

Etenim reuera ficus in vinea Domini fuerunt Iudæi, quam ipse ex singulari gratia plantaram & exultam sapius inuisit, ut ex ea fructus dignos colligeret. Primò per Moysen, cuius ministerio illos ex Ægypto eduxit, Legem dedit & non cultum modo externum, qui totus mysterijs & typis constabat tradidit, verum etiam sacerdotum & in hoc perpetuum Verbi sui ministerium inter eos sanciuit, ut per hoc in officio continerentur. De hac cura loquitur Asaph in Psalmis: Vitem ex Ægypto traduxisti, expulisti gentes & plantasti eam: Expurgasti coram ea, radicasti radices eius, & impleuit terram, &c. Deinde extraordinariè Prophetas excitauit, qui sacerdotibus & Leuitis in suo munere cessantibus, eos vrgerent & professione sua dignos fructus ferrent. Tandem Filium misit Vnigenitum, quem humanæ salutis famem & sitis impulit, ut toto illo tempore, quo in terris vixit, ea requireret, quæ ad ipsorum salutem faciebant. At nequicquam hæc facta sunt. Et licet Regis persona assumpta iam ad illos venisset, & manum quoque serio admouisset, illi tamen nudis folijs, id est, inani religionis professione & specioso populi Dei titulo superbi, illum frustrati sunt: adeo ut iure cum Propheta exclamare potuerit: Væ mihi, quia idem mihi accidit, quod collectis iam fructibus æstiuis, & quod vindemia peracta in racematione fieri solet: maturos fructus desiderauit anima mea, sed non est botrus ad comedendum. Quia ergo incurabilis erat illorum contumacia, interim verò inani specie externi cultus Ecclesiæ nomen mentiebantur, ut Deo & hominibus fucum facerent: tempus illud fatale præforibus erat, ut laruam hanc speciosam ipsis detraheret Deus, & simul securi ad radices arboris foliosæ admouerent. Id verò non multò post factum est, quando Romanos adduxit, qui urbem stirpitus excinderentur, quod per Ioannem Baptistam prius quoque interminatus fuerat. Id verò non multò post factum est, quando Romanos adduxit, qui urbem cum templo demoliti sunt, & simul cultus externi exercitium omne abrogarunt. Itaque iam multis diebus, id est, annis amplius mille quingentis sederunt filij Israel (ut Hoseas prædixit) absque rege, & absque principe, sine sacrificio & statua,

Ficus maledicit Christus.

Marc. 11.

Iudei ficus in vinea Dei, de quo Luc. 13.

Psal. 80.

Amos 2.

Mich. 7.

Matth. 3.

Hof. 3.

absq; Ephod & Teraphim, id est, absque sacerdotio & omnis cultus legitimi & illegitimi exercitijs. Qui ergo hypocrisis sua & superstitiosa inanis professione fiducia Dei oculos diu offenderunt, tandem fuco illo suo nudati, totius orbis ludibrium facti sunt. Et hoc ficus istius exemplo demonstrare voluit Dominus, quod ad eius maledictionem subito exaruit: vt omnibus constaret, quam facile ipsi fides vestes suos perdere, & proinde crucis ignominia, quam subiturus erat, hanc maledictionem offenderetur. At quia mox ipse hoc omne alia parabola fusius explicabit, hanc maledictionem dixisse sufficiat.

Vt parabola
nobis seruiat?
Rom. 11.

Cæterum quia Iudæi olim Dei peculium fuerunt, & penes illos fuit Ecclesiæ tulus, in quorum locum nos successimus, qui ex oleastro, id est, ex gentibus orti di ex gratuita misericordia in hanc radicem siue stirpem insiti sumus, ad nos quoque exemplum hoc pertinet, vt quid nobis sperandum sit discamus, si illorum similes reperiamur. Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit procul dubio multo magis nobis parceret, si ipsi quoque infrugiferi simus. Et exempla extant in Ecclesijs Orientalibus, quæ cum libertate etiam Christiani nominis professione amissa, hoc sub infelicis Mahumetis iugo durissimam seruitutem seruiunt. Singuli denique quatuordecim ista ad se transferant, & se ficus esse meminerint in vinea Domini vel Ecclesiæ. Vt verò nemo frugi & industrius paterfamilias arbores steriles & inutiles in vinea, quæ terram frustra occupent: ita neque nos Deus feret, si fructus nostræ professionis dignos non feramus. De eo Christus ipse nos admonet alibi sub vitis palmitum parabola dicens: Ego sum vitis illa vera, vos palmites, si fructus nostræ professionis non feratis, tollentur, & in ignem mittentur. Paterfamilias autem qui fructum fert fructum, purgat, vt plus fructus adferat. Venit autem quotidie ad nos bonus ille paterfamilias, & fructus per suos seruos exigit, quibus salutis nostræ desiderium quo totus ardet, restinguat. Quid verò inueniat, res ipsa loquitur. Etenim nudis fructibus, id est, otiosa fidei professione, & theatro Sacramentorum abusu plerique contentant, fructibus autem omnino destituuntur. Sub Euangelij quidem præceptis quæ sua sunt, quærunt multi, in aduersis verò & periculis, fides planè nulla est, frigitur item charitas, iniquitas abundat, regnat libido effrænis, intemperantia, luxus, auaritia: vt cum Prophetis dicere nobis liceat: Perijt beneficium de terra, est inter homines rectus aut integer, vniuersi insidiantur sanguini, quisque fratrem suum reti venatur: peierare, mentiri, occidere furari & mœchari quasi aggerem propter intercessionem boni illius coloni, Filij sui dilecti IESU CHRISTI. Arcem resipiscentiæ spes nulla vsquam sese ostendat, quid aliud speremus, quam maledictionem, quæ nos quoque feriat, & qua percussi funditus exarescamus: Non enim nomen suum per nos perpetuo prophanari Deus ille sanctus & iustus, iam passim conspiciuntur iræ Dei & iudicij eius vndique imminenti indicia. Curramus ergo ei matura & seria resipiscencia, & precemur, vt nos ad se conuertat, & indignorum licet misereatur propter nomen suum sanctum, & propter nomen Filij sui IESU CHRISTI, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas æternum. Amen.

Mich. 7.
Hos. 4.

H O M I L I A C C X L V I.

Cum igitur hoc vidissent discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo illico exaruit ficus? Respondens autem IESVS ait eis: Amen amen dico vobis, si habueritis fidem, neque hesitaueritis, non solum hoc quod factum est ficui, faciem: verum etiam si mones isti dixeritis, Tollitor, & projicitor in mare, fiet. Et quacumque precando petieritis, si credideritis, accipietis.

Postquam

Postquam Dominus noster IESVS CHRISTVS templum ab impia sacrorum
 inundatione & abusibus alijs, quæ irrepserant, repurgauit, mox in illo ipse do-
 cuit quotidie, & doctrinam suam miraculosa cæcorum & claudorum curatione
 confirmauit: vt ostenderet, salutem omnem penes se solum inueniri, neq; alios hu-
 ius participes fieri, quam qui ipsum audiunt, & per fidem in ipsum illuminati in via
 præceptorum suorum ambulant. Quia verò ludæi his minus attendebant, mira-
 culo memorabili eos excitare voluit. Nam manè in urbem reuertens cum esuriret,
 ad ficum quandam accessit fructum ex ea quæsiturus, nullo autem inuento, illam
 sterilitate perpetua damnauit. Et quia hoc fecit tempore alienissimò, cum non esset
 tempus sicuum, altiora docere voluit: se nimirum propter ipsos venisse, vt qui salu-
 tem ipsorum esuriant. Itaq; tempus esse, vt matura, respicientia respondeant eius de-
 siderio nisi funditus perire velint, & æternum à Deo reijci. At non vulgus solum
 ludæorum non attenderunt quid hîc ageretur, sed discipuli quoque domestici hoc
 non satis obseruarunt. Sequitur ergo hic locus, quo miraculi istius vsum illis Do-
 minus exponit, vt disertè doceat, quid fieri necesse sit, si iram Dei auertere, & ea o-
 mnia superare aut amoliri velint, quæ hactenus impedimento fuerunt, quò minus
 profecerint in causa salutis.

Occasionem & causam nouæ huic tractationi præbuerunt discipuli, qui ficum
 ad Christi imprecationem mox exaruisse, mirantur. Nam vt Marcus annotauit,
 cum crastino mane rursus illac iter facerent, viderunt illam radicibus exaruisse:
 quod ex eo cognosci potuit, quòd iam folijs quoq; nudata stabat, vt nihil porro ex
 ipsa sperari posset. Itaq; omnium nomine Petrus de hoc euentu interrogat, dicens:
 Rabi, ecce quomodo ficus ista, cui imprecatus es, exaruit? At qui multa hactenus
 miracula isto maiora viderant, & (vt nuper monuimus) sola temporis circumstan-
 tia ipsos docere poterat Christum, qui nihil vnquam inconsideratè aut inconsultò
 fecerat, procul dubio hic quoq; altius quid spectauisse. Itaque de causa potius, quæ
 re, quam euentum rei admirari debuisset, in quo Christi omnipotentia elucebat,
 cuius documenta hucusq; viderant infinita. Sed est hoc carnis ingenium, in ex-
 ternis herere, causas verò rerum, quæ geruntur, negligere: quo fit, vt euentus ad-
 miremur, non tamen eorum consideratione excitemur, vt seriò ad Deum conuer-
 si respicamus. Ita hodie multi admirantur publicam & communem egestatem,
 quæ omnis loci & ordinis homines laborant, adeò vt non familiæ modo priuata,
 verum etiam Respub. & regna quæ prius florebat, passim vt arbores aefactæ, ne
 folia quidem retineant, quibus pristinum splendorem representent. Interim non
 obseruant vitia illa planè contraria, quæ omnium fortunas depascunt, auaritiam
 nimirum & prodigalitatem, quæ apud omnes regnant. Sic priuatim ebriosi vires
 suas debilitari & nouis quotidie morbis corpus suum infestari mirantur, se ipsos
 autem non inspiciunt, qui assiduo gulæ studio & crapula sibi ipsi omnis mali au-
 thores sunt. Similis illorum stupor est, quibus mirum videtur, ad Euangelij prædi-
 cationem motus passim surgere, quibus orbis terrarum turbatur, non autem cogi-
 tant, aliter fieri non posse, quando pleriq; principum pacis, IESVM CHRISTVM,

Discipuli ficum
 exaruisse mi-
 rantur.

Caro euentus
 miratur, cau-
 sas negligit.

Vsus miraculũ
 in ficu aditi.

Fides Vel com-
 mendatur.

Porro Christus discipulis hoc, quod in ficu factum fuerat, admirantibus ita re-
 spondet, vt eosdem de proprio miraculi vsu nõ obscure admoneat, simulq; doceat,
 fidem solam medium illud esse, quæ ipsos aduersus maledictionem omnem tutos
 reddere, omnia item veræ pietatis atq; salutis obstacula remouere, & è contra fru-
 ctibus Deo gratis & acceptis fecundos reddere possit. Est ergo responsio ista di-
 gna, quæ per singulas partes diligenter consideretur.

Matthæus illum à graui asseueratione exorsum fuisse scribit, & dixisse: Amen
 dico vobis, si habueritis fidem, neq; hæsitaueritis, &c. Fide opus fore docet

si negotium hoc rectè intelligere, & omnibus, quæ salutè officiant, superiores se velint. Ideo apud Marcum, disertius aliquanto, quid faciant, monet dicens: Habete fidem Dei. Fides Dei dicitur passivè pro ea, quæ Deo habetur, & qua huic ita fideatur, ut de eius dictis aut promissis minimè dubitemus. Itaq; sensus huius dicti est: miramini, quod ad meæ vocis imprecationem ficus exaruit. At hoc accidisse, non vsq; adeò admirabile censeretur, quando qui verbis meis rectè confidunt, multa ra multò, si opus sit, efficere poterunt. Itaq; ut fidem Dei habeatis, cura vobis propria sit. Ista enim ratione excidium evitabitis, ne hoc ipsum vobis accidat, quod in exemplo ficus istius toti genti Iudæorum denuntiare volui. Proderit autem singulas responsionis Christi partes diligentius inspicere.

Gen. 17.

Prima non obiter fidem commendat, sed disertè Dei fidem, id est, eam, quæ nisi Deo habetur. Hanc passim Scriptura tradit. Etenim si fœdus Dei, quod cum Abrahamo fecit consideres, huius primum caput est, Ego sum El Schadai, id est, Deus omnipotens aut omnisufficiens. Ita verò se dicit, ut doceat, se non solum omnia posse, aut sibi ipsi sufficere ad omnia, ut nullius subsidio sibi opus sit: sed in seipsum esse, qui omnibus, quæ in cœlo & in terra sunt, sufficiat, & ex quo creature omnes hauriant, quæ ipsis sunt necessaria. Cur verò se talem esse dicit? Nimirum Abraham ipsi vni fidat, ab ipso vno pendeat, neque alibi quærat ea, quibus sibi opus esse sentit vel ad corpus vel ad animam. Ideo addit: Ambula coram me, id est, mihi seruire & placere stude, teq; totum mihi addicito, ne in vllum alium respicias. Quid hoc aliud est, quàm fides Dei, quæ in præsentibus præcipitur? Eadem est in lege primi præcepti sententia. Nam in eo etiam se Dominum Deum nostrum esse profitetur, qui nos eduxerit ex Ægypto. Quo beneficio reliqua omnia comprehendit, quorum fons & origo est libertas filiorum Dei, in quam ille suos afferre solet. Quid verò vicissim à nobis exigit? Ne sint tibi (inquit) dii alij dijs, quos geris vnum pro Domino & Deo vestro ita agnoscite, ut omnibus alijs dijs, quos geritis prophanæ & supersticiosa colunt, procul relictis, omnem fiduciam in me collocetis. Rursus ergo in Legge etiam fides illa Dei commendatur. Nec aliam in precationis formula suis discipulis tradit Dominus, quando nos ita precari iubet: Pater noxer, qui es in cœlis. Atqui communis nostrum Pater, & idem cœli Dominus est vnus solus Deus, omnium conditor. Quia ergo hunc vnum inuocare iubetur, ab illo petere vitæ præsentis & futuræ subsidia, utiq; ut huic etiam vni fidamus, præcipit. Et hæc illa fides est, quam in Symbolo Apostolico profiteamur, dicentes: Credo in vnum Deum omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Qua confessione religio Christiana ab omnibus alijs sectis distinguitur, teste Paulo, qui ad Corinthios scribit: Etiam si sint qui dicantur dii, & in cœlo & in terra (sicut sunt dii multi & vni mini multi) nobis tamen vnus est Deus, Pater ille, à quo omnia, & nos in ipso nascimur hic omnes, qui vel vno Deo relicto circa alienos occupantur, vel non vnus contenti, alios ei coniungunt, quos sibi patronos & vindices fingunt, & in quibus vnus Deo debitam gloriam partuntur, dum illos in aduersis, aut ex quibus vnus peccati, illis gratias agunt. Pugnatur hoc cū Christianæ religionis professione, & veri cultus regula, quæ Deus ipse, procul reiectione omnibus superstitionibus, & vni vnus vnus mis tradit, dicens: Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & tu me glorificabis. Excusant se varijs rationibus & argumentis qui secus agunt: at nullum istorum vnus dilectum discipulis dixit: Habere fidem Dei. Gloriantur ergo alij fide Petri & Pauli, vel etiam fide Ecclesiæ: nos autem in fide Dei acquiescamus per Filium eius vnigenitum IESUM CHRISTVM. Illa fide omnes Prophetæ & Apostoli seruati sunt, & hanc vnus vnus profitemur Ecclesia, quæ nisi in ea cõstans permanerit, non

Exod. 10.

Matth. 6.

1. Cor. 8.

Psalm. 90.

retur nomen Ecclesie, sed fornicantis Synagoge similis est, que relicto Deo amatores suos olim secuta est, & hoc nomine à Deo damnatur.

At ne nudum & otiosam fidei professionem putemus sufficere, videre oportet, qualis hæc fides Dei in nobis esse debeat. Admonet de eo quoque Dominus, dicens: Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis. Apud Marcum cordis dubij & fluctuantis meminit, quod à fide procul abesse debeat. Respicit autem ad carnis ingenium, quæ si quid arduum aut graue oportet aggredi, intra seipsam altercare, & diuersis sententijs aut cogitationibus distrahi solet, vt modò in hanc, modò in alteram partem inclinaret, & nunc Dei promissis confidens obsequi velit, mox verò iisdem diffidentem respicit, quæ causa est, quòd nõ hæsitet aut fluctuet, licet ordo naturæ & communis sensus diuersum monere videatur. Etenim nouit Dei bonitatem immensam & infinitam esse, atq; in æternum durare. Credit item eundem esse omnipotentem, & ideo eius decreta nec abrogari, aut ullis hominum viribus impediri posse. His veritatem coniunctam esse, certò sibi persuasit: vnde colligit, fieri non posse, vt qui verax simul & omnipotens est, promissis suis velit deesse. Talẽ Abrahami, patris credentium, fidem fuisse, scribit Apostolus, quando illum promissioni de semine ex Sara nascituro contra spem sub spe credidisse ait, se videlicet fore patrem multarum gentium. Nam non imbecillis fide (inquit) non considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, nec emortuũ vterum Saræ: aduersus promissionem autem Dei non discepauit, sed robustus factus fide, Deo gloriam tribuit, & gratia Dei, I E S V M C H R I S T V M, in quo omnes promissiones sunt. Etiam & imitati sunt plures alij, quorum fides in Scripturis prædicatur. Idem ergo hodie faciunt, quotquot Christiani dici & haberi volunt. Habemus enim pignus veritatis Amen. Huius ergo si nitamur, nihil erit, quod nos ab eius charitate possit separare, sed in omnibus plus quàm victores erimus. In primis autem hoc obseruari debet in æternæ salutis negotio, vbi mirificè fidem nostram oppugnat Satan, dum peccatorum nostrorum multitudinem & propriæ conscientie testimonio nos territat, & Dei iustitiam ita nobis commendat, vt eiusdem bonitatem in dubium vocet. Nec desunt incauti doctores, qui in Ecclesia hoc dogma mordicus retinent & vrgent, hominem quoad in carne viuit, non posse salutis sue certum fieri, & ideo nobis peccatores in desperationis præcipitiũ adducere. Nos igitur Christum audiamus, cuius oratio ex Dei gratia manat, quam inexhaustam esse, Scriptura omnis testatur, & exemplis beneficiorum quotidiana probant. Nec tamen in gratuita solùm misericordia Dei, verum etiam in eiusdem iustitia salus ista fundatur. Meruit enim hanc nominationem æternus ille & dilectus Filius, quem Pater nobis iustitiam, satisfactionem & redemptionem fecit, & in quo se nobis placatũ esse cœlitus testatus est. Idem pastor ille bonus est, qui non modò animam suam pro ouibus tradidit, sed sui sanguinis pretio redemptos fideliter custodit, neq; aliquot ex manibus suis eripi sinit. Et qui huic fidunt, super petram illam inexpugnabilem ædificati sunt, quam ne portæ quidem inferorum superare poterunt. Denique fides propriæ coniunctum sibi habet, quæ nos hic complectitur, dubitare non sinit. Nascitur ex eo *re nobis sic*, siue fiducia, quæ nos hic complectitur, dubitare non sinit. Nascitur ex eo *re nobis sic*, siue termo erga nos amore dubitemus. Rom. 8.

At quia hic cultus Deo gratissimus est, neq; honore maiori à nobis hic potest affici, quàm si talem esse constanter credamus, idem vicissim sibi fidentes non trus

Fides non debet hæsitare.

Rom. 4.

1. Cor. 1.
Rom. 8.

Psalms. 136.

1. Cor. 1.
Matth. 3. 13.
Ioan. 10.

Matth. 16.

Effectus fidel.
Matth. 9. 15.

stratur, sed (quod Christus sapius pollicetur) largitur, ut eorum fidei & spei eorum rerum respondeant. Nihil ergo impossibile est credentibus. Id in presenti exemplo probat, cuius occasionem ex miraculo in sicu arefacta ædificatio petri, dicitur. Si habueritis fidem, neque hæsitaueritis, non solum hoc quod factum est fiet. Hoc propter hyperbolen enuntiat Christus, cuius hic sensus est, fide superari omnia obstacula neque aliquid tam arduum aut difficile esse, quod per illam non possit perfici opus sit. Nec enim promissionem hanc ideo dedit Dominus, ut nostræ curiositatis indulgendo fidem nostram miraculis minimè necessarijs ostentemus, sed ut potentia ac bonitate freti non succumbamus, etiam si ea occurrant, quæ nulla minimè industria, nullis item viribus superari posse videntur. Etenim ut montes loco moueamus, nequaquam opus est, neque tale quid vel à Christo vel ab Apostolis factitatum esse legimus. Sed per salutis viam ambulantes montes ardui & superabiles occurrunt, qui nisi è medio auferantur, non poterimus progredi. Etenim nim montis instar est caro, quæ vel cæcis affectibus, vel zelo inconsiderato in nobis negotium facit ut nobis ipsis difficultates fingamus, quæ nullæ essent, nisi ipsam rectius intueremur. Mons arduus & altus est Satan, qui intus & foris mouet, ut vel securos & propriæ salutis negligentes faciat, vel in desperatione coniectos salutis viam deserere cogat. Sed & ipse mundus, cum totus ex terrenis lijs constet, novos quotidie montes, ut olim de gigantibus poeta fabulati sunt, gerit, quibus regnum cælorum expugnare conatur, ne vllum in terris locum habeat. Typum huius rei in Zorobabele Zacharias proponit. Nam illi, cum à rege ex Babylone templum ædificaret, multa obijciuntur, quæ opus illud non difficile modò, verum etiam impossibile reddebant. Quæ omnia in spiritu videns Petrus dicebat: Quis tu mons magne coram Zorobabele. Sed mox ipsi spiritus respondet: Ad campum planum videlicet redigeris. Quasi diceret: Insurgant populi ut volent, & montes montibus imponant, nunquam tamè effectum dabunt quod cupiunt; sed in planitiem redigentur, imò in nihilum, & irritus erit eorum conatus Dominum conatus. Et qui fidem Dei habent, montes omnes, quos vel caro & mundus, & huius princeps Satan obijcit, facile vincunt: Fides enim est victor nostra, quæ carnem vincit & Verbo Dei subijcit: Eadem mundum contempnit, mundi principem vincit, & credentium pedibus calcandum subijcit. Itaque omnes aduersis & tentationibus superiores sunt credentes, & (ut de seipso Paulus ait) omnia possunt in Christo, qui ipsos corroborat. Exempla, quibus hoc commetatur, passim occurrunt: & multa Apostolus congerit in epistola ad Hebræos cap. II. quibus plura addere non opus est, cum quotidie similia fiant apud eos animos suos in fide obfirmarunt.

Montes in salutis via occurrunt.

Zach. 4.

1. Ioan. 5.

Rom. 16.
Philip. 4.

Credentibus preces commendantur.

Isa. 65.

Cæterum quia fidei proprium opus est, Inuocatio, & qui hanc habent, eorum precibus testantur, ut primum aliquid periculi imminet, de his quoque agit, & fidei nomine nobis amplius commendat, quod preces nostras coram Deo acceptas faciat. Nam ait: Et quæcunque precando petieritis, si credideritis, accipietis. Quo loco animaduerti debet, quod etsi fidei omnia possibilis esse dixerit, non tamen ideo securos esse iubet, qui fide freti omnia pro imperio & nostro nutu testemur, monet, & ad has nos promissione noua excitat. Constat enim, quod nonnullorum calumnia, qui per doctrinam fidei preces & alia pietatis exercitia abolerentur. Et consentiunt huic loco alia promissiones, quæ passim in Scripturis habentur: qualis est, quam nuper ex Psalmis adduximus, & quæ apud Isaiam extat, quæm Dominus ait: Fiet, ut priusquam inuocent, ego respondeam: & adhuc loquentibus

loquentibus, ego exaudiam. Et Christus ipse, cum iam mortem aditurus discipulos in fide & omnibus ijs instituisset, quæ ad salutem nobis necessaria sunt, eosdem ad preces excitat. Quicquid petieritis (inquit) in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio. Item, Amen amē dico vobis, quæcunq; petieritis à Patre meo, in nomine meo, dabit vobis. Exempla, quæ nos in fide istarum promissionum confirmant, innumera in Scripturis narrantur, quibus recitandis immorari non opus est, cum singuli in semetipsis multa inueniant, si vitæ suæ curriculum à pueris examinarint. Huius modò meminerimus, precibus pondus suum ex fide accedere, neque Deo probari posse, nisi hanc sibi coniunctam habeant. Sola fide enim Christus apprehenditur: qui nobis Deum Patrem placauit. Adhæc quia fidei meminit, ad eas quoq; preces promissio ista restringi debet, quibus quæ salutaria sunt, & cum Dei voluntate bona conueniunt, postulamus. Solet enim fides in Deum & huius Verbum respicere, & qui hac præditi sunt, inter precandū ex animo dicunt: Fiat voluntas tua quemadmodum in cælo, sic etiam in terra. Quia verò fides (vt Christus prædixit) in terris rara est hodie, in precibus etiam plerique instar belluarum viulant, neq; alia requirunt, quàm quæ carni adlubescunt, non mirum est, non semper exaudiri omnes, & mundum calamitatibus atq; periculis perperuis exerceri. Applicemus ergo huius loci doctrinam nostris temporibus. Esurit salutem nostrā Dominus, & quotidie vt frugi paterfamiliās fructus quærit, qui professioni nominis Christiani respondeant. Sed plerique ficus sunt steriles, sterilitatis autem huius causa est, quòd pleriq; fide destituuntur, neq; credunt Dei verbis. Vrget ergo nos maledictio Domini, & quia pleriq; radicitus exaruerunt, securis ad radices arborum posita excidium graue omnibus minatur. Vt ergo sterilitati nostræ medeamur, & montes quos Satan ingentes contra Ecclesiam excitat, superare & procul à nobis arcerere possimus, credamus Dei Verbo, & per hoc edocti fructus feramus, qui de fide nostra testentur, adhæc ex fide constanti precemur Patrem misericordis, vt nobis propitius montes istos ipse in planitiem redigat, hostium consilia dissipet, & Ecclesias nobis seruet propter nomen Filij sui Vnigeniti IESU CHRISTI, Seruatoris & Domini nostri, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Luc. 18.

Vfus huius loci hodie.

H O M I L I A C C X L V I I .

Et cum venisset in templum, primarij Sacerdotes & Seniores populi eum doctorem adierunt, dicentes: Qua auctoritate facis ista, & quis tibi dedit istam auctoritatem? Respondens autem IESVS dixit eis: Interrogabo vos & ego verbum vnum: quod si dixeritis mihi, dicam & ego vobis, qua auctoritate ista faciam. Baptesma Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus? At illi ratiocinabantur apud se dicentes: Si dixerimus è cælo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei? Sin autem dixerimus: Ex hominibus: timeamus turbam. Omnes enim habent Ioannem vt Prophetam. Et respondentes IESVS, dixerunt: Nescimus. At eis & ipse: Nec ego vobis dicam qua auctoritate ista faciam.

Inter opera miraculosa, quibus Dominus noster IESVS CHRISTVS paulò ante mortem, se omnipotentem Dei Filium esse demonstrauit, non postremum est, quòd etsi ex templo quæstuosam sacrorum nundinationem cum alijs abusibus eiecisset, & omnia fecisset, quæ aduersarios suos poterant offendere, eosdem tamen sine armis & præsidijs humanis occulta virtute ita coercuit, vt quàmuis maxime vellent, non tamen auderent ipsi manus iniicere, neq; etiam obstare possent, quòd minus quotidie in templo doceret, & doctrinam suam miraculis confirmaret.

Isa. 1. 110.

Ex eo enim constat, illum esse Regem gloriae, cui Pater gentes subiecit, & qui medio hostium suorum dominatur. Rursus autem in his se prodit incurabilis hostium contumacia. Nam etsi manum eius potentem sentirent, non tamen quiescerunt: sed quem non ausi sunt aperta vi aggredi, eum quaestionibus & colloquiis insidiosis tentant, si quo modo eum apud Romanum Praesidem calumniari, & a populo suspectum siue exosum possint facere. Inter haec colloquia primum quod hic narratur, & cuius status ipsis fuit, quod eius vocationem volunt in publicum vocare, quasi priuata autoritate omnia faciat, & proinde fidem non meretur. Quia vero hoc stratagemate adhuc pugnant Euangelij hostes, seruit huiusmodi haec aduersus eos, qui hodie similiter sibi omnem potestatem in Ecclesia vendunt, nec cuiquam licere volunt, vt doceat aut aliquid agat, nisi ab ipsis ordinatus characterem bestiae acceperit. Proderit ergo, vt singulas huius disputationis partes diligenter consideremus.

Apo. 13.

Occasio & auctores huius actionis.

Principio occasionem totius actionis exponit Euangelista, & eos producit mul, qui hanc aduersus Christum instituerunt. Et cum venisset (inquit) in templum IERUSALEM, primarij Sacerdotes & Seniores populi eum docentem adierunt. Occasus igitur fuit, quod quotidie primo mane (vt alibi diximus) in urbem reuerfus populum in templo docuit. Illic ergo eum adierunt Sacerdotum principes, quibus religionis & cultus diuini commissa erat, & Seniores populi, qui veterem Senatus politici formam referebant, & ius cuique dicere atque innocentes tueri, homines vero maleficos & sceleratos dignis poenis coercere debebant. Marcus Scribas quoque his connumerat, qui iuris diuini cognitionem profitebantur, & eruditione praecipuam existimationem sustinebant. Coniurarunt ergo contra Christum, & auctoritas: & quidem in templo eum aggrediuntur docentem. Quia enim Sacerdotes sibi in templo ius omne vendicabant, religionem vero sibi ipsi quaerunt. Veritatem rari, nullibi minus illum ferre possunt, quam in templo. Est haec fors habere sibi potissimum oppugnetur, ubi regnare debebat, & illos aduersarios habere sibi rimos, quorum erat illam praedicare. Etenim non possunt huius lucem ferre Sacerdotes, qui quaestum quaerunt ex religione. Cum enim per illam arguantur ipsi imposturae, non satis est illis, si ipsi in officio cessent, nisi officium sapientiae per se opponant. Idem animus est iis, quos eruditionis & humanae sapientiae per se fascinavit. Indignum enim putant, si quae ipsi hactenus tradiderunt, aut saltem in templo & calculo suo approbarunt, falsi arguantur. At quia se solos non multo posse vident, magistratus & principes viros mirifico actu in suas partes trahunt, vt horum autoritate & viribus ad causae suae defensionem abutantur. Etenim mirum videri poterat, hic & alias saepe contra Christum cum Sacerdotibus conuuluisse Seniores, qui veterem libertatem populi, & quicquid ex hac adhuc reliquum erat debebant defendere. Nec enim legitimi fuerunt Sacerdotes, qui tunc in templo dominium & ius sibi vendicabant, sed (vt alibi diximus) ab Herode instituti erant, qui vt regnum suum stabiliret, extincta veterum Sacerdotum sapia, novos & obscuros homines ex fece vulgi ad Sacerdotij dignitatem elegerat, vt illis pro libito abuteretur. Deinde iidem a praesidibus Romanis totum obtinebant, qui Sacerdotium pro pecunia modo his modo alijs conferre facerent, & illi seruiliter adularerentur, & Romanae tyrannidis iugum grauius facerent. Sed commodi ergo, illis tamen contra promissum a Deo vindicem & seruare iustitiam trocinantur Seniores, qui vetera populi iura pro virili debebant tueri. Idem alio tempore iam seculis factum est inter Christianos, postquam Episcopi omnem sibi in Ecclesia potestatem vendicarunt. Quis enim nescit, hos ex nobilium & principum praesione creuisse, & potentissimos Reges a Pontificibus dolo circumuenisse, vt haec

Sors veritatis in mundo.

ut horum iugo collum submiserint, adhuc eosdem bellorum & seditionum serè omnium ab eo tempore fuisse authores: Attamen adhuc cum ipsis colludunt, qui publicæ libertatis vindictas esse, & propriam dignitatem contra illos asserere debebant. Offendit hoc multos, & ideo de Euangelij fide dubitant. Sed meminerint Christiani homines, non nouum hoc esse & insolens. Fascinat summos reges & principes spiritus ille fornicationis, ut poculo magnæ illius meretricis inebriati, huic sese subijciant, nec aliquam suæ existimationis & fortunarum suarum habent rationem. Nos interea IESVM CHRISTVM audiamus, qui suos vindicare pergit, & olim de impostoribus illis pœnas sumet, quas eorum improbitas

Porro videamus, quomodo Sacerdotes isti cum suis coniuratis Dominum agrediantur. Dicunt ei, Qua autoritate facis ista? & quis tibi dedit hanc autoritatem? Non querunt de doctrina, non de causis templi à sordibus turpis illius nundinationis & alijs abusibus repurgati, non item de miraculis. Nec enim audent ista attingere, cum doctrinam eius scirent cœlestem, & ipsum à Deo missum præceptorem venisse, sicuti Nicodemus disertè testatus fuerat. Miraculorum autem Veritas toti populo cognita & testata erat: nundinationis quoque in templo tanta fuit scditas, ut procul dubio eius ipsos puduerit. Quo iure ergo ista faciat querunt, unde nimirum hæc illi autoritas data sit? & sub huius quæstionis prætextu notentibus sese immisceat. Etenim antiquitus Leuitæ sacris destinati fuerunt, & inter hos erant distinctæ familiæ, quæ olim in Coritas & Vziam Regē Deus adidit, quando illos item erant exempla, quæ olim in Coritas & Vziam Regē Deus adidit, quando lepra percussit, quod absorbit, quod pontificatum sibi vendicarent, hunc vero nantur apud Ieremiam, qui non missi currebant. Quò Paulus respiciens, dixit: Quomodo prædicabunt, nisi missi fuerint? Itaq; Christum hac quæstione constringi posse putant, ut non habeat, quo se excuset. Nec enim poterat autoritatem huiusmanam allegare, cum non esset ab ipsis ordinatus, qui hoc ius penes se solos esse volebant. Si diuinam adducat, illum nimis superbum arrogantem, imò blasphemum dicent, & signum è cœlo petent, quo se à Deo missum euidenter demonstrat: quod ipsos aliàs fecisse in superioribus audiuius. Ita verò suspectum toti populo volunt reddere, ut qui seditio se nouis rebus student, & sibi vsurpet, quò ad ipsos solos pertineat, ut pote legitimos Aaronis successores. Et hoc audent, qui potius ipsi cogendi erant, ut eorum quæ ipsi contra expressum Dei Verbum faciebant, Aaronem redderent. Nec enim legitimi erant veterum Sacerdotum & filiorum men iure ipsis licuisset Legis doctrinam falsis interpretationibus corrumpere, aut nouis traditionibus deprauare: multò minus ex templo emporium facere, sacrum Dei cultum in speluncam latronum conuètere, & infinita alia agere, quæ iam diu impie & turpiter contra Dei præcepta designarant.

Habemus autem in hac historia speculum nostri temporis. Olim ministrorum Verbi electio penes Ecclesiam erat. Ab ecclesia electus Matthias in locum Iudæ proditoris substitutus est. Ecclesie item suffragijs non sine ieiunio & publicis precibus designati Paulus & Barnabas inter gentes prædicarunt. In hunc quoque finem conscripti sunt canones Apostolici, quos Ecclesia ministrorum electione sequeretur, ne quid ex priuato affectu fieret. Posteris autem temporibus hoc ius sibi vendicauerunt Romani Episcopi, qui tandem alios episcopos in sua verba iurare coegerunt, & per eosdem alijs quoque parochijs & Ecclesijs insidiati sunt, nec cessauerunt, donec omnes serè vbiq; terrarum sibi subiecerunt, ut pastores & ministros

Quomodo
Christum ag-
rediantur?

Ioan. 3.

Exod. 17.
Num. 3. 16.
2. Par. 16.

Ierem. 23.
Rom. 10.

Matth. 23.

Nostri seculi
exemplar.
Acto. 1. 13.
1. Tim. 3.
Tit. 1.
1. Pet. 5.

vel ab ipsis Pontificibus, vel ab Episcopis & Monachis, qui his obstricti sunt, pertere cogatur. Ex hoc fonte manauit postea omnis doctrinae & religionis corruptio. Quod si Deus excitet seruos suos, qui libera Verbi praedicatione ista arguant, per hos excitati principes & magistratus pii de reformatione facienda consilia capiunt, & operi huic non minus necessario quam pio & sancto manus admovent, non possunt illi manifestos errores & abusus negare, multo minus defendere, si sunt ex Scripturis sacris, quae contra Verbum Dei inuenerunt. Quare causae cognitionem & disputationes omnes detrectant, ad hoc autem asylum sese recipiunt ad quod Iudaei Sacerdotes & Scribae confugerunt. Clamant enim nulli vel ministro Ecclesiae vel magistratu politico licere, ut statum Ecclesiae mutet, aut doctrinam suae reformationis instituat absque Romani Pontificis consensu, aut Concilij vniuersalis determinatione. Et hic multa garrunt de Apostolica successione & donationibus regum, priuilegijs item & immunitatibus. Sed his nemo mouetur. Successio enim nihil probat, nisi de doctrina eiusdem successione constet. Ergo illi a doctrina Apostolorum iam pridem discesserint, frustra illorum successione gloriantur. Quoad immunitates & priuilegia, haec partim ementita & ficta, partim malis artibus extorta, & rarsa sunt, quae neque Reges & Imperatores dabant, neque accipere illi, qui spirituales dici & haberi volunt. Et bene fecerunt, si seculo Germani principes & magistratus, qui portas suas Regi gloriae aperuerunt, neque se a caetera reformationis instituto reuocari permittunt. Fecerunt hi, quod olim Aza, Iosaphat, Ezechias & Iosias fecerunt, & nomine Spiritus Sanctus commendat. Nos igitur & hos & illos imitemur, & fortueamur libertatem fidei, quam illi nobis pepererunt, & eadem bene vtamur, nobis Deus glorificetur.

Psalm. 24.

Christus aliam
quaestionem de
Ioanne illis
ponit.

Sed transeamus ad Christum, qui etsi illi responso indigni essent, respondere, sed oblique dum aliam quaestionem illis opponit, quae sola illos admoneret, ipsum diuina autoritate omnia facere. Interrogabo (inquit) vos & ego vobis, quod si dixeritis mihi, dicam & ego vobis, qua autoritate ista faciat Baptisma Ioannis vnde erat: ex caelo, an ex hominibus? Sub baptismo totum Ioannis ministerium comprehendit. Quia enim Sacramenta doctrinae appendiculae sigilla sunt, haec ab illis nequaquam diuelli debent. Quod Marcus obseruans, bebat: Baptizabat Ioannes in deserto, & praedicabat baptismum resipiscenae remissionem peccatorum. Itaque Christus sic dicere videtur: Si vobis licet quaerere, qui meam vocationem hactenus innumeris signis praebui, non grauis vobis videri debet, si ego quoque ex vobis queram, quod ad vos cum primis & vobis causa declarationem pertinet. Dicite ergo quid de Ioanne sentiat, & a Deo missus Veritatis prece, aut ab hominibus subornatus, vel sponte cursum postor? Sic vero agit Christus, non quod rationem suae vocationis conuincat, agebat reddere detrectet, sed ut eos proprio ipsorum testimonio conuincat, habet enim, quid de Ioanne sentiret, & simul huius de se testimonium illis in reuocat, quod est: Ecce Agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. Qui eius testimonium recipit, is ob signauit, quod Deus est. Nam is quem misit Deus, verba Dei loquitur: non enim huic ad alium Deus spiritum. Pater diligit Filium, & omnia dedit ei in manum: Qui credit in Filium, habet vitam aeternam, &c. Haec (inquam) illis in mentem reuocat. Si quis dicit, quod alibi habetur: Vos misistis ad Ioannem, & is testimonium dedit de me. At ego testimonium habeo maius testimonio Ioannis: opera enim, quae a Patre dedit, ut ea perficerem, ipsa (inquit) opera quae ego facio, testantur de me. Pater misit me, &c.

Ioan. 1. 7.

Ioan. 3.

Admonent haec, ut agi debeat cum apertis & praefractis Veritatis hostibus.

rati sumus secundum Petri præceptum semper ad respondendum cuiuslibet petenti, neque nos Christi & Euangelij eius pudeat. Interim prudenter agamus, memores dicti Solomonic: Ne respondeas stulto secundum stultitiam eius, ne & tu par ei fias. Cura ergo sit, ut non tam nostra dicamus, quam quæ Dei sunt: & stemus in statione nostra, ut audiamus, quid in nobis loquatur Dominus, qui suum Spiritum promissit illis, qui sistuntur iudicibus, ut fidei suæ rationem reddant. Itaque ad Dei tribunal citemus aduersarios, & nos vicissim interrogemus, quid ipsi de prophetis et Apostolis sentiant. Annon hos agnoscant Dei seruos fuisse, qui huius Verbum fideliter tradiderint? Demonstrat ergo, nos ab his diuersum docere & sentire: Quod si id non possunt, nos missos faciant.

Quantum verò pondus habeant eiusmodi quæstiones, & quam profundè in corda hostium, quantumuis obstinati sint, penetrent, præsentis exemplo docemur. Etenim hærent Sacerdotes illi & Seniores, & licet præmeditati ad hoc colloquium venerint, nunc dubij & perplexi secum rationes ineunt: Si dixerimus, E cælo fuisse totum Ioannis ministerium: dicet nobis: Cur ergo non credidistis ei? (Sciunt enim impij quoque Deo & eius seruis esse parendum. Et execrabilis est quorundam pertinacia, qui cum Scripturis Dei Verbum contineri fateantur, tamen illis obloqui non verentur.) Sin autem dixerimus: Ex hominibus fuisse Ioannis ministerium ex populo nobis periculum imminet, cum omnibus persuasissimum sit, Ioannem prophetam fuisse diuinitus missum. Tenentur ergo conuicti propriæ conscientiæ testimonio: sed quia omnia potius metuunt quam Deum, seipsum omnium ludibrijs exponunt, & se nescire dicunt, quod omnibus vulgò notum erat, denique mentiri malunt cum certa existimationis suæ iactura, quam veritati cedere. Exprimuntur hoc exemplo mures antistitum, quos priuata gloriæ & commodi cupiditas fascinat. Ab vna parte suæ existimationi, ab altera populi furorem metuunt, nihil interrim de gloria Dei & populi salute solici. His affectibus hodie etiam multi impeditur, quo minus credant. Sed plerumque illis idem quod istis accidit: ut proprijs laqueis capiantur, seque ipsos infames faciant, ut iam de vitæ æternæ iactura nihil dicant, quam eis Dominus non obscure minatur, cum infert: Neque ego vobis dicam, qua auctoritate ista faciam. Atqui satis iam dixerat, & ipso tacente, res loquebatur. Sed quia scientes volentes nesciebant quod dicebatur, indigni erant pleniori institutione. Etenim talibus doctrina nequicquam adhibetur. Relinquantur ergo in tenebris, quas sibi ipsi accersunt, ut in illis pereant, sicuti merentur. Nobis autem huius historiae usus sit, ut discamus posthabito honoris & quæstus priuati studio, Veritati cedere, & per fidei obedientiam subijci Filio Dei IESU CHRISTO, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Veritatis hostes dubij hærent.

Quomodo cum hostibus veritatis egi debeat?
1. Pet. 3.
Marc. 8.
Prou. 26.
Hab. 2.

H O M I L I A C C X L V I I I .

Quid autem vobis videtur? Quidam habebat duos filios: & accedens ad priorē, dixit, Fili abi et hodie operare in vinea mea. Ille verò respondēs ait: Nolo. Sed postea cum respuisset, abiit. Et accedens ille ad secundum, dixit ei idem. Is verò respondens ait: Ego abeo domine. Sed non abiit. Verè è duobus fecit quod voluit pater? Dicunt ei, Prior. Dicit eis IESVS: Amen dico vobis, publicani & meretrices præeunt vobis in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani verò & meretrices crediderunt ei: Vos autem qui hoc vidistis, non panisistis postea, ut ei crederetis.

V

Inter alia, quibus hypocritæ & falsi antistites peccant, præcipuum ferè est, quod cum omnem in Ecclesia potestatem sibi vendicent, non solum ipsi officium suum negligunt, verum etiam obstant, ne, si quos Deus excitat, ministri executionis quod in mandatis acceperunt. Exemplum huius rei in Sacerdotibus & Scribis Iudeorum habemus. Hi cum neque doctrinam Christi, neque quod in templo fecerunt improbare possint, quarunt tamen admodum imperiose, quis ei hanc authoritatem dederit. Nimirum ut ipsum seditiosè ex privato arbitrio Ecclesiam inuadere cõcedant, in qua nihil habeat iuris. Et cum Christus vicissim de Ioanne Bapt. quædam huius de se testimonia illis in mentem reuocet, illi mentiri malunt, quam Veritatem cedere, & se nescire aiunt, quod omnibus ex vulgo erat notissimũ. Sunt hodieque multi horum similes, qui studium pietatis seriò profiteri videntur, & se paratos dicunt Veritati obsequi, modò scirent, qui nam in nostri seculi controuersijs hanc sequuntur. At qui sola orationis dominicæ formula, Symbolum item Apostolicum & Logus illos de præcipuis articulis controuersis edocere poterant, Soli nimirum credendum, solum hunc inuocandum esse per vnus Mediatoris IESU CHRISTI nomen, &c. Sed quid tales mereantur, hic locus docet. Nã Christus Dominus uiam illis detrahit, & docet eos, qui sanctissimi & religionis acerrimi vindicari velint, nihil minus esse, imò publicanis & meretricibus esse inferiores, neque dignos qui aliquem in regno Dei aut Ecclesia locum habeant. Et quos non potest simplici quaestione in lucem protrahere, ut verum dicant, nunc parabola elegit cogit, ut proprio testimonio se ipsos damnent, & quales sint fateantur.

Christus Sacer
dosis laruam
detrahit.

Initio quemadmodum qui causam optimam tuentur, ita Christus rem omnium aduersariorum iudicio permittit, dicens: Quid autem vobis videtur? Dicitis nescire, num Ioannis baptismus ex cælo sit, an ex hominibus. Aliam ergo questionem vobis propono, in qua vos iudices esse velim, & ingenue fateri quid sentiantis. Videmini vobis sanctissimi & obedientes filij Dei, qui ad omne obsequium parati sitis, & in eius domo debeat primas tenere, adeo ut sine vestro arbitrio & permissione neque ego neque alius quisquam debeat in illa aliquid tentare, & age videamus qui & quales sitis: Quidam habebat duos filios, & accedens ad eum dixit: Filij abi, & hodie operare in vinea mea, &c. Parabola hæc primum ad se nunc adumbrat, quid inter Deum & homines fieri soleat. Homo enim iste siue patris familiã Deum denotat, qui homines sibi in filios adoptat. Inter hos duo sunt filiorum genera. Vnum eorum est, qui iussis eius palam reluctantur, postea tamen conuersi illa obeunt: Alterũ eorũ, qui se ad omne obsequiũ promptos offerunt, nihil aut præstant. Primũ genus ergo est filiorũ huius seculi, qui mundi studijs & carnis cupiditatibus dediti, præcepta Dei aperte aspernantur, obedientiam Deo negant, neque talẽ agnoscere volũt, qui mandandi ius in ipsos habeat. Et tura sunt omnes. Homines, utpote in peccato concepti & geniti, & ideo figurate quærentur. Sed idem postea vel naturalibus notitijs, quas Deus omnium cordibus inscripsit, & cogitationibus, quas illæ pariunt, vel aliquo casu impetibus excitati incipiunt sentire, quam indecorum sit Dei Patris indulgentissimi patris obloqui, & prioris vitæ poenitentia ducti se ipsos ad illius seruicium pergunt. Alterum genus filiorum hypocritas habet, qui auditis Dei mandatis, & alacres respondent: Ego domine, scilicet præsto sum, ut quod iubet filij tyro Chri- eius conspectu digressi nihil præstent. Et pulchre exprimit sub huius reuerentia quam proprio dignitatis fiducia freti, quæ eos inflat, ut se dignos æstiment, quos ille seruicium

Exo. 4.

Gen. 3. 8.

Rom. 2.

Hypocritarum
mores.

adhibeat, & qui regni sui ministerijs obeundis sufficiant. Imò interdum de sua industria & studio gloriantur, & è contra de Deo queruntur, quasi hic parum æquus illorum censor sit, neque dignis pœnis illa rependat. Tales describuntur apud Isaiam, qui ieiunia sua plenis buccis prædicabant, & talis fuit frater ille filij prodigi, qui patri audebat exprobrare, quod nunquam ab eo recepisset dignum suæ industriae & obedientiae præmium. At isti ferè filios nequam agunt, qui parentibus ad oculum seruiunt, non autem sincera dilectione & reuerentia illos prosequuntur. Ut enim hi multa pollicentur de suo studio, & se ad opus paratos & accinctos esse simulant, postea autem ubi ex conspectu patris abierunt, in cauponam aut ad suæ similes diuertunt, & tempus terunt inter pocula & aleam, neque cogitant de opere faciendi, quod ipsis mandatum est: ita isti relicta sua vocatione, non in vineam Dei se coferunt, ut illic faciant, quæ gloriæ illius & aliorum ædificationi seruiunt, sed circa ceremonias inanes & inutilia corporis exercitia occupantur, quæ neque cõrdum hominum traditiones fiant, & interea negligantur propria & germana fidei veræ ac pietatis officia, in quibus Dei cultus & salus nostra atque aliorum hominum consistit. Quia ergo hoc typo adumbrantur hypocritarum omnium mores in genere, discamus non in externa professione, aut ceremonijs & rituum larua hæere, sed penitus inspiciamus rem ipsam, num quæ fiunt, cum Dei mandatis & præceptis conveniant. Nisi enim id fiat, illud Christi locum habebit: *Discedite à me, qui operamini iniquitatem, &c. Matth. 7.*

Isa. 58.
Luc. 15.

1. Tim. 4.
Hebr. 13.
Isa. 29.

Cæterum ut Sacerdotes & Scribæ atque Seniores de se agi intelligerent, ad ipsos conuersus Christus, quid ipsi de filijs istis sentiant, querit: Vter è duobus istis fecit quod voluit Pater: Prior ne qui initio proteruè obsequium illi negauit, postea autem resipuit, & illud præstitit: aut alter, qui alacriter & liberaliter promisit de sua obedientia, nihil autem fecit eorum quæ pater mandarat: Ad quam quæstionem illi respondent quod res est, & priorem patri obediuisse dicunt. Itaque quod prius noluerunt agnoscere, quando simpliciter interrogabantur, nunc sponte fatentur, & in alterius persona se ipsos damnant, qui posterioris filij similes erant, ut mox audiemus. Nunc obseruemus, quæ veritatis fors sit & conditio. Est hæc per se euidentis & efficax, ut quosuis arguat & conuincat. Sed plerumque hominum vitio fit, ut non habeat suum effectum: quando hi alijs affectibus occupati vel non sentiunt de ipsis agi vel admittere nolunt, quod illis aduersatur: qui postea quod in seipsis noluerunt agnoscere, mox intelligunt, si in aliena persona proponatur. Exemplum eius rei in Dauidæ historia sacra proponit, qui in iniqui diuitis & raptoris persona agnouit scelus suum, quod hæcenus in semetipso non agnouerat. Itaque arte & industria opus est Verbi administris, qua Dei Verbum ritè secent, ut omnium redargutioni & emendationi seruire possit. Et in eo commendatur bonitas Dei, qui ad captum nostrum sese demittens, doctrinam omnium ingenijs accomodat, ut plures sibi lucrifaciat. Vicissim ergo nos illi aures & animos nostros accomodemus, ne ille in nobis instituendis operam perdat.

Christus parabolam sacerdotibus applicat.

Veritatis fors
v. 16.

2. Sam. 12.
2. Tim. 2.

Porro postquam ex illorum ore responsum elicit, quale volebat, parabolam illis applicans, ipsos filij posterioris & improbi hypocritæ similes esse docet, & quia eorum contumacibus res erat, magna cum grauitate sententiam enuntiat: Amen dico vobis, publicani & meretrices præeunt vobis in regnum Dei. Quasi diceret: Iam in alijs fatemini, quod in vobis ipsi hæcenus nolulistis agnoscere & fateri: Estis: nimvero vos estis filius ille hypocrita & nequam. Vobis Lex data est, vos eius doctores estis, et cæcorum duces, lux item eorum qui in tenebris versantur, videri vultis: propriæ item sanctitatis & iustitiæ opinione turgidi, reliquum vulgus fastiditis & in primis quidem publicanos & meretrices atque similes horum, qui hæcenus

Iudei posterioris filij similes.

Rom. 2.

Matth. 9.

quodammodo in omnē peccandi licentiā effusi, apertē responſarunt Deo, quod obedire nolint: adhuc me eo nomine odistis, quod illis familiariter conuerſatione meum comitatū illos admitto. At ego vobis sanctē affirmo & iuro, illos vobis re, id est prestantiores vobis esse in regno Dei. Nam profitemini quidē veritatem & in eo laboriosi atq; industrij haberi vultis, sed cū hic totus eiusmodi bus constet, qui peccatores ad promissum Meſiā remittunt, & insuper carnis purificationem & vitam nouam exigunt, quam homines in vniuersum creati viuant in sanctitate & iustitia, vos circa vmbra occupati, rem ipsam contendunt & vitæ antea ctæ seria pœnitentia ducuntur. Itaq; vos præuentione procul à tergo relictī vestræ hypocrisis & simulationis pœnas graues dabitis.

Repetit Ioannis Baptistæ historiam. Ioan. 5.

Quia verò sciebat sibi cum hypocritis rem esse, quibus nihil contumaciae li item disciplinæ & reprehensionis impatientiores sunt exemplo recentis & in omnium memoria erat, quod dixit confirmat & illustrat. Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, &c. Quasi diceret: Simulatis vos nescire, vnde Ioannes neri, at ego quod aliās dixi, repeto: illum venisse à Deo missum, & venisse in iustitiā, id est iustum & integrum quoad doctrinam & mores: Nam iuste & sancte, & simul viam rectam monstrauit, qua ad iustitiam peruenitur. Me etenim via illa sum, digito monstrauit. Resipiscitiam docuit, & eius fructus serio recepit. Exemplo item vobis præiuit, ab omni vanitate & petulantia alienus, modestus autem & temperantiæ ad miraculum vsq; studiosissimus: At non credidistis, vel me agnosceretis esse Agnum illum Dei, vel vitam emendaretis. Publicani & meretrices crediderunt ei, & qui prius in omni genere vitiorum volubant, & tantum non Deo in faciem dicebant, Nolumus tibi obsequium præstare, sed diligentius de officio suo & salute cogitare cœperunt, & ab illo consilium petularunt, qua ratione iram Dei effugere possent. Faciunt ad huius loci confirmationem quæ Lucas scribit: milites & publicanos Ioannis prædicatione perculsi eo salutis consilia petiisse, Christum item aliquando Ioannis virtutē magnificè mendauisse, & hoc audito populum totum & publicanos iustificauisse Deum nimirum qui ab illo baptizati fuerant: Phariseos autem & Legis interpretes illum Dei reieciſse aduersus semeipſos, in præſenti verò, vt horum scelus amplius addit: Vos autem qui hoc vidistis, ne postea quidem pœnituiſtis, vt ei credere est, etsi subitam & miraculo similem plurimorum conuersionem videritis, non tuiſtis tamen adduci, vt in tam memorabili exemplo agnosceretis Dei opus, & imitaremīni, quibus vos debebatis exemplo esse. Veniunt hic quædam oblectanda, quæ diligentem considerationem merentur, ne ipsi quoq; ad eundem lapsum cum Sacerdotibus istis & Scribis offendamus.

Luc. 3. & 7.

Dignitas verbi Dei asseritur.

Primum ex his est, quod illos contumaciæ & inexcusabilis inobedientie scire & conuincere volens, Ioan. Bapt. allegat, & quales in illum fuerint enarra- brat. Ita verò non solum Ioannis, sed in genere totius ministerij Verbi dignitas ritur, & Deo rebelles esse docetur eos, qui legitimis verbi ministris responſa contra dicunt. Ad omnes enim istos pertinet, quod alibi ait Dominus: Qui audit me audit: & qui vos reijcit, me reijcit: qui verò me reijcit, reijcit eū qui me misit. Item, quando aliquem misi, quisquis eum recipit, me recipit, &c. Debebat ergo diligentius cogitare, qui hodie laudem ex eo quarunt, si ministros Verbi ad se dō auersentur, verumetiam maledictis laceſſant, & atrocibus minis terrore ab se repellant. Constabit illis magno olim hæc gloria, quando illum iudicem dēdere & ferre cogentur, cuius seruos tam indignis modis tractarunt.

Luc. 10. Ioan. 13.

Sacerdotes ferè pessimi sunt hominum.

Deinde Sacerdotum & Seniorum istorum exemplo admonemur, non nos aut insolens cenſeri debere, si qui alijs ad pietatem duces et magistri esse debeamus.

peſſimi & impiſſimi ſint hominum. Etenim ſi illi incipiant relicto Verbo Dei carnis cupiditatibus indulgere, Verbum Dei uſu apud eos vileſcit (vt olim Chryſoſtomus dicebat) vt nihil ab ipſorum aut aliorum hominum commentis illud differre putent. Symmyſtas monitores contemnunt ſcurriliter & oderunt. Adhuc indecorum ſibi eſſe perſuadent, ſi ipſi laicos ſequantur, qui potius in ipſos debebant reſpicere. Pudet deniq; ipſos poſtremos conſpici in via iuſtitia, quam noluerunt priorum ingredi. Fiunt ergo ſal inſatuatus, qui nulli alij uſui eſt, quam vt foras eſciatur, & conculcetur ab hominibus. Et tales quidem olim erant Iudæorum antiſtites, & hodie multos horum ſimiles uideamus, quos non ſolum in uita & moribus nullius ſceleris pudet, ſed errores quoq; manifeſtos impudenter excuſant & tuentur, ne Eccleſiam irreperſerint, corruptiſſimi item ſint mores Sacerdotum, monachorū libidoſus, luxus & tyrannis planè intolerabilis: Hæc (inquam) non omnino negatiua ſunt, ſed ut iſta habeant, intolerabile & nulla uenia dignum eſt, miniſtros Eccleſiæ priuatos iſta uirgere, & laicos de reformatione conſultare, & eoſdem dignitate totius cleri uilipendere. Dandum eſt aliquid dignitati eccleſiaſticæ, & præſtat retinere manifeſtos errores & abuſus, quam vt per importunos iſtos reformationes tota religio cum Pontificum & Episcoporum exiſtimatione in dubium ueniat. At qui ita ſentiunt, ij conſilium Dei ſpernunt & reſcunt aduerſus ſemetipſos, id eſt, in proprium exitium. Conſilio equidem Dei quod æternum manet, nihil deſcedit: ſed qui hoc non admittunt, ij ſibiſpſis interitum accerſunt: quod inſinitis exemplis tam politicis quam eccleſiaſticis demonſtrari poterat, ſi in re omnibus nota præſtatione opus eſſet.

Matth. 5.

Pſalm. 33.

Præterea conſolationis plenum eſt, exemplum, quod hoc loco in publicanis & meretricibus proponitur. Eſtq; utrumq; genus ſcleratum & bonis omnibus abominabile, nec temerè publicanos oderant Iudæi, cum illos ob quaſtum Romanæ tyrannidis miniſtros eſſe, & prophanis gentibus ſuam operam contra Dei populum locare uiderent: meretrices uero abominabantur, quod Deus his in Iſraele loſus cum omnem negauitſe ſcirent, qui quaſtum quoq; meretricium in domum ſuam inferri ueruit. Sed neq; his neq; illis gratiæ Dei fores occluſit Ioan̄es Bapt. & Chriſtus utroſq; benigne ad ſe admittit, & gratiæ atq; gloriæ ſuæ organa ex illis fecit, qui prius Satanae erant mancipia. Exempla, quibus hoc confirmetur in Euangelio multæ occurrunt. Conſolentur iſta peccatores in temptationibus, ne ſe reſuſam paſſuros exiſtiment. Etenim non uenit Dei Filius uocatum iuſtos, ſed peccatores ad reſipiſcentiam. Et memorabile eſt Pauli dictum: Fides ſermo, & modis omnibus dignus quem amplectamur, quod CHRISTVS IESVS uenit in mundum, vt peccatores ſaluos faceret: quorum primus ſum ego, ſed ideo miſertus eſt mei, vt in me primo oſtenderet IESVS CHRISTVS omnē clementiam, vt eſſem exemplo credituris ipſi ad uitam æternam. i. Tim. i.

Conſolatio peccatorum.

Deut. 23.

Luc. 19. 7.
Ioan. 4.
Matth. 9.

Verum non ſolum peccatores in gratiã receptos eſſe, ſed etiam quid illi fecerint, Chriſtus & Euangelista narrant. Et huc in primis facit locus, quem nuper ex Luc. Cap. 7. recitauimus. Illic dicuntur publicani cum toto populo audiuiſſe Ioan̄nem, & ab eodem baptizatos fuiſſe, quod nunquam facturi erant, niſi illi credidiſſent. Adhuc quando Chriſtum magnificè de illo audierunt teſtari iuſtificauerunt Deum, & hunc celebrarunt, neq; poenituit eos conuerſionis, quã fecerunt ab Ioan̄e inſtituti & baptizati. Imitemur ergo horum exemplum, & primùm accommodemus nos medijs, quibus erga nos uſitur Deus, quando ſalutem nobis offert. Sunt hæc uerbi prædicatio & Sacramenta. Per illam nos docet & inſtruit, promiſſionibus item inuitat, & minis terrefacit. Per illa obſignat doctrinam ſalutis, & de promiſſionibus certos facit. Audiamus ergo Verbum, Sacramentis autem piè & re-

Peccatorū conuerſio in quibus conſiſtat?

sua professione dignos ab illis extorqueret. Nihil ergo omisit Deus eorum, quos ipsorum incolumitatem tam in hoc praesenti quam futuro seculo facere poterat & constat felicissimam fuisse Iudaeorum gentem, quam diu Dei legibus obediens intra fines ab illo praescriptos sese continuit.

Ecclesia noui
Testamenti.
Ioan. 15.
Ephes. 1.
Psalm. 65.

2. Cor. 3.

Luc. 20.

Psalm. 134.
94.

Zach. 4.

1. Cor. 10.

Cant. 3.

At ista non minus Ecclesiae noui Testamenti conueniunt, & docent, quibus opus sit, ut ea nobis salua & incolumis maneat. Primum illam quoque plantauit Iesus; & ante omnia plantatione opus est per quam Christo inseramur, sine quo non posse ait nihil possumus. Huius initium est electio, quae ab aeterno facta est in Christo ex gratuita misericordia. De illa canitur in Psalmis: Beatus, quem tu elegisti tibi adiunxeris: habitabit ille in atrijs tuis, satiabitur donis domus tuae, & sanctorum palatii tui. Et hoc initium salutis singuli probe teneant. Quia enim natura peccatores sumus, neque ex nobis ipsis ad cogitandum idonei sumus, non potest nobis certa & firma conitare salutis fiducia, nisi de electione nobis constet, cuius certum infallibile est fides, quae nos Christo inserit, qui & liber vitae est, nec excludit eos, qui ipsi inscripti fuerint. Deinde quia ex hominibus constat vinea, quae est Ecclesia, elapidatio fiat oportet, per quam scandala expurgentur, quae falsa doctrina, superstitiones, morum corruptio, & quaecumque verae pietatis fructum impediunt. Quid autem in his tollendis Deus fecerit apparet, si quales olim fructus consideremus. Obseruandum hoc propter eos, qui morum discipulorum ter indifferentia numerant, & Deum nobis fingunt, qui res humanas, & quae in eis geruntur non curet. Abutuntur hi loco Psalmi: Caelum caelorum Dominus, & terram uero dedit filiis hominum. Itaque qui ita sentiunt, cum Nabale dicunt: Non Deus, Deus non audit, non uidet. E medio ergo remouendi sunt hi silices & cunicula ista, neque excidat nobis, oculos Domini discurrere per omnem terram, illis in eius conspectu versari, adeo ut nihil eorum, quae facimus aut loquimur, illi pateat. Ita enim auferemus, quaecumque oculos eius possunt offendere. Praeterea quodam suos a reliquis gentibus & sectis segregauit Dominus, baptismo nunciorum, per quem in Ecclesiae suae externam societatem adoptamur, quae alijs quibus exercitijs fidei a mundo distinguitur. De quo saepe cogitandum est, ut his quibus insigniti, & certis legibus circumscripti, intra Ecclesiae fines nos continerent, neque aliquid commercij habeamus cum aliorum superstitionibus, neque proprium hominum uitijs comunicemus. Huic studio non deerit protectio Domini, quae procul etiam arcebit apros & alias feras, & in primis vulpes astutas, quae florem paruas, quae vastant vineas, cum vineae nostrae florent, quae florem culum addidit Deus, quando in Ecclesia ministerium uerbi sui sanciuit, & uerbum promiserat Reges & Principes dedit nutritios, denique omnibus prope seculum dedit speculatores non Ecclesiasticos modo, verumetiam politicos, qui uerbum ueritate & legibus bonis Ecclesiam excolant. Ideo olim duos istos ordines constituit esse uoluit Deus, & initio cum Ecclesiam inter Iudaeos primum constituit, & legum executioni praeficeret, & semper opus est, ut illi operas suas conferant, quando florere non potest Ecclesia, nisi inter ordines istos uerum consensum Domino. Ut ergo peccant sacrorum administrati, qui Rempublicam inuadunt sub religionis praetextu regnum quarunt: ita non minor uirorum principum culpa est, qui operam suam ministris negant, & quae Ecclesiae sunt, nihil ad se pertine re arbitrantur. Etenim ut frustra excoletur uinea, & nulla uindemia uiribus nisi per torcular exprimantur botri: ita nec Verbi praedicatione nec legibus quicquam proficietur, nisi disciplina seria & seuera in officio contineantur homines. Ut saepe ab inuitis extorqueantur fructus boni & sancti, qui de fide nostra

Et hæc quidem præstat Deus fideliter, nosq; obseruare decet hæc ita dici à Chri-
sto, vt istorum authorem faciat solum Deum, cui omnis gloria debeat transcribi.
Etenim penes illum est eligendi & vocandi potestas, nec temerè alibi dicit Domi-
nus: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Idem solus animos purgat, 1047. 6.
& scandala remouet, quæ mundus plurima obijcit, & nos ipsi nobis innumera quo-
tidie fingimus. Ipse corda illuminat, & nouam voluntatem in nobis creat, vt intra
obedienciæ fidei metas nos contineamus, nec nos prauis desiderijs & illicitis affe-
ctibus patiamur transuersos abripi. Ipse deniq; lupos & feras à septis Ecclesiæ ar-
cum laude obire possint. Deniq; (vt alibi Christus loquitur) illius est messis ista, qui
solus ius habet extrudendi mercenarios idoneos, per quos ipse agit pro bonâ sua
voluntate. Matth. 9.

Et huc pertinet clausula, quam primæ huic parti addit, dicens: Et elocauit vi-
neam agricolis, ac peregre profectus est. Nouum industriæ argumentum est, quod
non antea discedit pater familiâs iste, quam omnia perfecit, quæ ad vineæ absolu-
tam constitutionem faciunt. Sunt enim opera Dei perfecta, nec vt malæ frugis &
ignauis opifices solent, opus inchoatum intermittit, aut deserit. Sed & IESVS
CHRISTVS non ante terras corpore suo deseruit, quam opus nostræ redemptio-
nis, cuius ergo in mundum venerat, absoluisset. Ideo iam moriturus, dicebat: Con-
summatum est. In præsentia autem peregrè profectus dicitur Deus, & vineam co-
lonis locasse, non quod ab Ecclesia sua vnquam discedat. Nam non minus ad nos
pertinet, quod olim in Lege veteri populo pollicitus est, dicens: Ego ponam taber-
naculum meum inter vos, & animus meus vos non fastidiet. Ego ambulabo inter
vos, & ero Deus vester, & vos eritis populus meus. Et in cælum abiturus corpore
suo Christus dicebat: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, & ecce ego
vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Itaque ex more communi & ratio-
ne parabola dicitur peregrè profectus esse, vt ostendatur, illum vineam suam co-
lonis ita locasse, vt eis nulla in re molestus fuerit, nec obstiterit, quo minus possent
officium facere. Et opponitur hoc illorum moribus qui prædia locant quidem co-
lonis, sed interim horum opera abutuntur ad aliena negotia, conditiones subinde
mutant, adhæc ipsæ molesti sunt, exactiõibus, quas non messis modò aut vinde-
mitæ tempore faciunt, sed per totum annum quasi perpetuas exercent, vt miseri vix
victum necessarium ex suo labore percipere possint. At non ita Deus egit, sed vi-
neam suam, quæ ex Iudæis plantauerat, colonis Leuitis & Sacerdotibus locauit cõ-
ditionibus certis & æquis, atq; eosdem liberaliter tractauit. Nam cū summa digni-
tate coniuncta fuit utilitas quoq;, quam ex functione sua maximam receperunt:
quæ de re multa apud Mosem leguntur, qui quid de decimis, primitijs & sacrificijs
& alijs vestigalibus sacris ad illos debuerit redire, prolixè indicat. Imò sibi quodã-
modo illos substituit Deus, vt quæ ipsi debebantur, illi reciperent, & his tanquam
proprijs fruerebantur. Et in nouo Testamento similiter doctrinam salutis & ministe-
rii regulam certam tradidit, simulq; hanc legem sanauit Dominus, vt qui Euange-
lio seruiunt, ex eodem viuunt. Facit autem hoc ad amplificandum scelus ingrati-
tudinis & improbitatis Sacerdotum, qua peccarunt, dum non contenti liberalitate
Dei, vineam totam sibi vendicarunt, & suum ius ei eripere conati sunt, vt postea
suo loco sequetur.

In primis autem hoc loco considerari debet, qua ratione Deus Ecclesiam suam
gubernet & administret. Ipsi quidem est omne opus, & ideo Paulus Corinthijs
scribebat: Dei aruum, Dei ædificatio estis. Idem ramen hominũ opera & ministerio
vtitur, eò quod infirmitas nostra non patitur, vt ille nobis immediatè loquatur; cu-
ius exemplum euident in Israelitis extat, qui ad montem Sinai Deum ipsius concio-
Quomodo
Deus Ecclesia
administret.
1. Cor. 3.
Exod. 19. 20.

Vinea colonis
locatur.

Psal. 111.

1047. 19.

Vt Deus pere-
gre profectus
dicatur.

Leuit. 25.

Matth. 28.

Num. 18.

1. Cor. 9.

Malac. 2.

Ephes. 4.
Ministorum
dignitas &
officium.
3. Cor. 12.Deut. 29.
Proner. 22.

nantem audire non potuerunt. Ut ergo tunc Mose interprete vsus est: ita post
has partes Sacerdotibus mandauit, vt ex horum ore legem & voluntatis sue
gnitionem populus requireret. Et his in officio cessantibus, Prophetas extraordi-
nariè excitauit, qui omnis loci & ordinis hominibus prædicarent. In nouo Testa-
mento Apostolos substituit, in quibus Ecclesiæ ministerium sanctiuit, quod per
tuò seruari vult, & ideo cœlitus dona Spiritus sui largitur ne Ecclesiæ desinat
rarij fidi, per quos excolatur & ædificetur. Estq; magna horum dignitas, quod
Deus Ecclesiam suam locat, qua (vt initio diximus) nihil habet pretiosius, & quod
non solum vt vineam, sed vt sponsam diligit. Id verò eosdem officij admonet, quod
est, vt primò ipsi quoq; hanc cordi habeant, & eius zelo sancto ardeant, qualem
Paulo olim fuisse legimus. Interim meminerint, se non dominos vineæ, sed colono-
nos esse à Filio Dei constitutos, ad quem fructus omnis redire debeat. Colono-
ius est aliquod, vt vites temerè pro suo arbitrio extirpet, multò minus vt vineam
vendat aut alijs oppignoret, vel vt terminos transferat; Ita neque Sacerdotibus
olim licuerunt, neq; postea Apostolis, qui nihil horum conati sunt, sed totum
fuerunt, vt Ecclesias Christo adducerent, & in eius fide & seruitio conseruati-
Paulus certè fateretur, ipsis potestatem datam ad ædificationem, non ad destruc-
tionem. Hos imitari debebant hodie pontifices qui cum illorum successione glori-
tur, pro sua tamen libidine omnia agunt, Ecclesiam nouis legibus grauantes, ter-
nos antiquos transferunt, in sectas distrahunt, vt plures ferè inueniantur, qui ab
minibus denominari velint, quam qui vno Christo contenti sint: Quò si quis
contradicat, eum excommunicationis fulmine à societate Ecclesiæ efficiunt, &
Propheta ait bellum contra eum sanctificant. Sunt ergo illi colonorum similes,
quorum perfidia & ingratitude paulò post dicit Dominus. In præsentia autem
omnes Dei amorem & studium agnoscant, quo in nobis excolendis dignos, vt in
mores nos illius vineam esse, fructus feramus nostra professione vitur, & in
bis ille glorificetur, & nos æternum seruemur in CHRISTO IESU, Domini
Seruatore nostro vnico: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in
num. Amen.

H O M I L I A C C L.

*Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolam
vt eius fructus acciperent. Agricola autem capiens eius seruos, alium quidem cruci-
derunt, alium verò crucidarunt, alium autem lapidarunt. Rursum misit alios ser-
uos plures prioribus: & fecerunt eis itidem.*

Ecclesia que
conditio sit in
seruis.

ET si Dominus noster IESVS CHRISTVS parabolam hanc contra
Erum Sacerdotes & Scribas adduxerit, vt horum ingratitude & impi-
tatem arguat, & iisdem poenas dignas denuntiet, illa ipsa tamen vniuersali
strinam comprehendit, qua ostenditur quæ sit Ecclesiæ in terris conditio,
facere deceat eos, qui eius membra germana esse volunt: in primis autem
vere debeant ij, quibus illius curam & administrationem Deus credidit.
in his occurrit, quod vineam Deus plantauit: quo docetur, Ecclesiam non
nasci, sed à Deo plantari, qui eandem donis quoq; necessarijs instruit. Nam
spectes, peccatores & filij iræ sumus, nec digni, qui Dei peculium non
mur. Nisi ergo hic nos eligat, & eo honore dignetur, nunquam eò perueni-
proprijs viribus. Administratur autem Ecclesia per seruos Dei, qui colonis
runtur, eò quod hanc Verbi prædicatione excolere debent, & ea facere, quæ
iurædificationem & conseruationem maximè sunt necessaria. Itaq; seruos, non

minos Ecclesiaz se esse semper meminerint, nec aliquid temerè agat, sed magis illius patrisfamilias voluntatem obseruent, cui olim rationem sunt reddituri. Finis verò cultura illius est, vt fructum optatum ex his recipiat Dominus, qui vinea aut ecclesia illius esse dicuntur. Vt enim ex vinea excinduntur vites & palmites aridi & infertiles: ita non fert Deus in ecclesia sua eos, qui nullos fructus ferunt Christiana professione dignos. Et de his quidem nuper dictum est.

Sequitur nunc secunda parabola pars, qua colonorum ingratitude & improbitas atque perfidia narratur, cuius summa est, quam modò recitauimus: Cum autem tempus fructuum appropinquauisset, misit seruos suos. Quasi diceret: Ergo tibi aliò profectus peregrinari videatur Deus, non tamen vineæ suæ curam depositis, sed quouis tempore fructum sibi debitum repetit. Ita verò hanc quoque partem narrat Dominus, vt demonstrat, hic etiam nihil factum esse, ex quo coloni iure potuerint iniquè & turpiter agendi occasionem arripere, sed propria malitia peccauisse. Vt enim prius, cum vineam ipsis locauisset, ipse peregrè abiit, neque eis vlla in re molestus fuit, quæ eos in opere faciendo impediret: ita non antea misit seruos istos, quam cum tempus fructuum appropinquauisset. Deinde non alienos & inuisitos, qui eiusdem cum ipsis conditionis & ipsorum consuetudinis erant. Etenim habet Deus non vnum modò seruorum genus, quorum mixtus fructus, qui nimirum diuersitate vititur. Præterea nihil per hos exigit, quam ex ludæis excitauit (sicuti per Amos dicit, Excitauit de filiis vestris Prophetas) si quando coloni Leuitæ & Sacerdotes, officio suo defuerunt. Et in præsentem quidem secundo coloni Leuitæ & Sacerdotes, officio suo defuerunt. Et in præsentem quidem modo trucidauissent, & alium quidem flagris cæsum dimississent inanem, alium vero trucidassent, alium lapidauissent: rursus alios misit, quorum nihilo melior fors fuit, sed easdem iniurias ab illis passi sunt. Apud Lucam tertij quoque serui ad illos missi mentio fit, quem vulneratum eiecerint. Et si Iudæicæ gentis historiam spectemus, quæ cum illis gesta sunt, narrationi huic probè conueniunt, & commendant ista plus quam paternam curam Dei, qui nullo vnquam tempore defuit officio, quin subinde dederit Prophetas, qui populum simul & Leuitas siue Sacerdotes monerent, hortarentur, & debita officia exigerent. Primum enim cum post obitum Iosue & patrum, qui opera Domini in Ægypto & in deserto, denique in occupatione terre viderant, deficerent ab eo post deos alios, & (vt ex eo conicit potest) Sacerdotes in suo munere negligentiores essent, Angelum ad eos misit, qui graui oratione beneficia eius toti populo recitans, & his ipsorum ingritudinem & turpem defensionem opponens, ad luctum publicum eos excitauit. Nec dubium est, quin toto illo tempore ludicum, quo plures dati sunt vindices, heroes nimirum fortissimi, doctores quoque & monitores habuerint plurimos, qui ipsos in officio retinere conarentur. Etenim tempore Heli, summi Sacerdotis & ludicis, cum perfidissimos & improbissimos colonos agerent Hophni & Phineas, Samuel missus est, qui verbo Domini, cuius prædicatio rara & pretiosa aliquãdiu fuerat, illos in viam reuocaret. Secundo cum post Solomonis mortem decem tribus scisma fecissent, & proprio Rege creato, non solum à Davidis domo, verum etiam à religione veritate defecissent, & in regno Iuda quoque multa indignè & impiè fierent, ad vtrosque milio Babylonicum non defuerunt exactores eiusmodi, ex quorum numero Ezechiel fuit, Daniel item, Esdras & alij similes. Postquam verò ex Babylone dimissi & ad sua redierunt, dati sunt Haggæus & Zachariás, nec multò post Malachias, instantè iam aduentu IESU CHRISTI, Ioannes Baptista, qui seria poenitentia prædicatione, non apud vulgus modò, sed in primis apud Sacer-

Colonorum ingratitude & perfidia.

Amos.

Triplex seruorum Dei ad iudicium deos missio.

Iudic. 2.

1. Sam. 2.

dotes & Phariseos, qui praecipui coloni dici & haberi volebant, instabat, ut fructus Deo redderent, quos tam diu nequicquam requisierat. Quod igitur in praesenti de seruis ad colonos missis dicitur, reuera olim abunde fecit Deus, qui vineam suam ipsis locauerat. At quia, ut initio monuimus, ista ad Ecclesiam totam pertinent, cuius typus hic proponitur, quaedam diligentius debent considerari.

Precones verbi exactoribus conferuntur.

1. Tim. 4.

Isa. 58.

Ezech. 3. 33.

Isa. 7. 1.

Micb. 3.

Amos 6.

Fructus exiguntur a colonis.

Primum inter haec est, quod serui isti, qui Prophetarum & administratorum preconum verbi personam sustinent, exactoribus conferuntur. Eo enim verbi precones de officio suo admonentur, quod est, non obiter modo docere & monere, sed instare apud omnis loci & ordinis homines, & ius heri sui virgere, ut homines reddant quod debent. Admonet de eo Timotheum suum Paulus, non grauisima obtestatione, sic scribens: Obtestor ego coram Deo, & coram Domino IESU CHRISTO, qui iudicaturus est viuos & mortuos in illustri suo aduentu regno suo: Praedica sermonem, instat tempestiue, intempestiue: nimirum quod minus prudentiam, quae nihil tempestiue & commodum fieri putat, quam quod minus probatur. At captanda quidem sunt occasiones omnes verbi administrationis cum fructu praedicent. At si nullae se offerant, & vel a praedicando profusus abire oporteat, aut mundo gratificari ea dicendo quae huic arrident: tunc praedicationis humanae sapientiae rationibus, id facere oportet, quod res ipsa iubet & Deus illis mandauit. Tunc ergo cum hominum contumaciae certamen suscipiant ministri, & (sicuti Isaiam olim dicebat Deus) clament ex guttura, nec voci aut lateribus parcant, & instar tubae vocem exaltent, ut populo toti annuntient peccata sua, quae ad horum emendationem faciant. Docet idem speculatorum typus, quod ministri apud Ezechielem comparantur. Ut enim speculator in excubijs stans, si forte viso aut incendio exorto, tuba canere debet, etiam hoc intempestiuum videtur ignauis, qui somnum sibi turbare indignius terunt: ita hic fiat necesse est, licet aliis aliis illorum sit sententia, qui mundo placere, & carnis cupiditatibus indulgemus malent. Fecerunt hoc olim Prophetae, qui non veriti sunt clamare: Audite domus Dauidis: An parum est quod hominibus molesti estis, nisi etiam Israelitiam exhibeatis? Audite quae lo capita Iacob, & vos principes domus Domini securis in Zione, & confidentibus in monte Samariae. Audite verbum Domini principes Sodomae, & auscultra tu popule Gomorrhae legem Dei tui, &c. Nec spiritu ductos fuisse Apostolos, ex primis horum sermonibus apparet, quibus prioribus & Sacerdotibus Ierosolymitanis crimen iniuste occisi Filij Dei exprobraverunt, ut respicientiam seriam ab illis exigerent. Et debet horum exprobrationem hoc loco diligenter conferri, ne illos nimios fuisse putemus, sed officium illi olim tenuerunt. Etenim hoc illud est, quod verbi ministros mundo inuisos reddit. Gratiae Dei praedicationem omnes facile ferunt, & huius promissum vnà cum merito Christi sibi applicari volunt etiam prophani & impij, qui illud opus esse non sentiunt. At si corruptos mores & praua sua studia implacabiliter suis sceleribus debitas denuntiari audiant, tunc iras concipiunt implacabiliter contra Dei seruos ceu aduersos publicos hostes insurgunt etiam ij, qui prius suetissimi & commodissimi hominum videbantur. Tunc ergo ministros officij mores esse decet, ne sibi ab hominibus timeant, & sibi applicent, quod olim Iesus dixit Deus: Ne paeas a conspectu eorum, ne pauere te faciam, &c. Ier. 1.

Secundo obseruari debet, quod exactores isti ad colonos mittuntur, ut fructus hero debitos repetant. Atqui vinea fructum ferre, & ex vitibus hic colitur solet. Singulorum denique est, qui fidem in Christum profitentur, & ex vitibus vite illa vera aut membra Ecclesiae dici volunt, ut pro suae vocationis ratione fructus ferant sua professione dignos, & Deo seruiant in fidei constantia, vitae purae

te & Innocentia. Cæterum vt id fiat, & Deus in omnibus glorificetur, cum primis curare debent antistites, quos ille Ecclesiæ & populi sui colonos fecit. Idcirco ad hos mittuntur exactores isti: Vbi apparet vehementer falli eos qui aliorum facta & mores nihil ad se pertinere putant, & sibi impunè fore arbitrantur, si dicant: Quid ad me, quomodo quisq; vitam suam instituat: aut quod vitæ genus eligat: Cur ego me propter alios discruciem? Pereant illi, quando ita lubet, ego meas res agam, & vt mihi bene sit curabo, &c. Sed eho tu quisquis es, quem Deus vel Ecclesiæ ministrum, vel Reipub. præfectum esse voluit. Nonne vinea Domini exercituum est indignus es, quem tuæ fidei credidit: Nonne te eius colonum esse fateris: Si hoc negas, qua fronte negas, illius curam ad te pertinere? Num priuata temeritate reijcies à Deo tibi impositum onus? Atqui de tua manu nõ solum requiratur fructus, quem alij ferre debent, verum etiam eorum sanguis, qui vt steriles & aridi palmites peribunt, si id tua negligẽtia aut incuria fiat. Quod autem de administris verbi dicitur, non minus ad magistratum pertinet, qui ad Reipub. gubernacula sedent. Nam nisi hi honestatis publicæ serij custodes fuerint, peccandi licentiam & superstitiones vulgi bonis legibus coercuerint, & easdem constanter defenderint, ipsis imputabitur quicquid aduersus religionem veram superstitione, impiè, inhonestè aut turpiter designatur: imò ipsis acceptum feretur, quicquid à Deo irato malorum immita- & Sacerdotum & Prophetarũ vitia, qui ignauia & nequitia sua populo scelerum auctores erant, acriter corripuisset, addit: Idcirco propter vos Zion vt ager arabizatur, & Ierusalem acruus erit & mons templi in excelsa saltus redigetur. Hæc ad se quoq; transferant priuatim parentes, & publicè scholarum præfecti, quorum institutioni pueri commissi sunt. Hos enim non immeritò spem gregis dominici, aut nouelleta Ecclesiæ & plantulas teneras in agro Domini dixeris. Curẽt ergo, vt eos in vera Dei cognitione ad pietatem instituant, & verbi semen diligenter illorum cordibus commendent, vt tandem ex illo fructus enascantur, quibus Deus honoretur. Nec enim temerè dictum est à Satyrico, Quo semel est imbuta recens seruant, vel mortum Testa diu. Itaq; si suæ disciplinæ commissos vel superstitionibus imbutos ex illis fructus olim recipere poterit Deus: aut quid eius exactoribus redde- re poterunt, si requirantur?

Ezech 33. Magistratus.

Mich. 3.

Parentes ex scholis præfecti.

Quia verò hæc necessitas colonis omnibus incumbit, quorum opera in vinea sua excolenda Deus vtitur, vt huic rationem reddere teneantur pro omnibus, qui ipsorum curæ cõmissi sunt, patienter idem ferendi sunt, si officium faciant & operantur. Tu verò quis es, qui seruos Dei opus, quod ipsis mandatum est, facere prohibeas: De Prophetis Amos dicebat: Leo si rugiat, quis non timebit: Dominus Deus locutus est, quis non propheta ret? Idẽ possunt de seipsis dicere qui in magistratu constituti sunt, idem etiam quibus iuuentutis cura & institutio commissa est, siue illi parentes, siue scholarum accommodatores fuerint. Vrgentur hi omnes Dei mandato, cui nisi tu quoq; accommodaueris, non poteris in vinea illius locum habere, vt vel arbor vel vitis fecunda dicaris, quæ fructu suo herum exhilaret. Cæterum hic non tam consideranda quàm acerbissimis lachrymis deploranda venit infelicis mundi ingratitude & contumacia, qui Deo creatori & factori suo non solum fructus debitos negat, verum etiam pessimam gratiam rependit, vt plebsq; dici possit, quod Isaias de vinea Domini inter Iudæos plantata canit: Expectauit Dominus, vt vinas ferret, sed reddidit labruscas. Expectauit iudicium, & ecce conspiratio: iustitiam, & ecce clamor. In præfenti verò de colonis solis agit, qui

Exactores patienter ferendi sunt.

Amos 3.

Ingratitudo mundi.

Isa. 3.

ad se missos fructuū exactores indignissimè tractarint: vt ostendat, nullos acriter hostes esse gratiæ Dei & veræ pietatis, quam antistites & præfules qui sub religionis prætextu res suas agunt: Nam vt sæpe monuimus, nulli lucè veritatis minime re possunt, & ex historijs constat, hos omnibus seculis primos fuisse auctores persecutionū, quæ aduersus germanos Dei seruos sunt excitatæ. Et quod hic de Iudeorum sacerdotibus sub colonorum exemplo dicitur, prolixè demonstratur in prophetarum libris. In primis cōmentarij loco sunt, quæ habentur 1. Reg. 17. 2. Paralipharum libris. In primis cōmentarij loco sunt, quæ habentur 1. Reg. 17. 2. Paralipharum libris. Idem autē nostro quoq; seculo experimur. Interim nō isti soli reprehensionentur, sed est ingratitude hæc vniuersalis, qua vulgò peccatur. Etenim est horum prium malè fidei debitoribus, quod creditores optimè de se meritos oderunt, & exactores cum conuitijs reiiciant. Atqui natura tales sumus, qui cum à pueris Dei simus, & noua quotidie beneficia ab illo recipiamus, quibus ille nos libenter obstrictos reddit, vix tamen vnquā solemus cogitare, quid illi referre debeamus, ergo mirum est, si indignis modis tractentur exactores, qui ius Dei vrgentè satisfaciamus, seriò postulant. Exempla sunt ab origine rerum, quæ his fidei & scimus hac de causa ferè omnes Martyres ab ingrato mundo crudeliter & necatos fuisse. Habet enim suos gradus impietas, per quod ad summum alacritate vt grauiori lapsu ruat. Initium mali est, nolle fructum debitum Deo reddere, omnia nostra & nos ipsos debemus. Hinc nascitur odium ministrorum, qui vultum ei faciamus petunt. At odium hoc omni iniuriarum genere declarat impudenter ante exantur, quàm illos extinctos videant.

Seruos Dei fortitudo decet.

Hic verò seruorum, de quibus in præsentia agitur, fortitudinem imitetur quorum ministerio Deus vti dignatur. Cæditur ignominiosè primus seruos alacris. Non autem idcirco obsequium suum hero negat secundus: & cum hic quoque indignius tractetur, & post hunc multi alij, quorum aliqui crudelissimè necati qui lapidibus obruti sunt, non tamè horum exemplo reliqui terrentur, quo hero obtemperant, & ipsi quoq; periculum subeant. Fit quidem interdum, quo qui carnis infirmitate victi atq; superati initio se difficiliore præbeant (quod etiam & nonnullis Prophetarum accidit) sed idem postea alacres obsequium Deo, quando hunc ita velle vident, qui summum in ipsos ius habet & imperat. Hos imitemur, ne illius mandatum detrectando periculis grauioribus nos inuenimus. Neque opus est, vt nostras rationes Deo opponamus. Nouit is omnium uentus rerum ipse regit. Si ergo per nos quid confectum velit, ipse facultatibus cessarijs nos instruet. Sin minus, beati tamen sunt, qui illius nomine periculis & ducem habent Filium Dei IESVM CHRISTVM, cum quo olim in caelis tanta immortalitate fruuntur. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potentia æternum. Amen.

*Exo. 3. 4.
Ierem. 1.
2. Reg. 19.*

HOMILIA CCLL

Postremò autem misit ad eos filium suum, dicens: Reuerentur filium meum. Agricola autem viso filio dixerunt inter se: Iste est heres, venite, cruciademus eum, & obteinamus hereditatem eius. Tunc capto eum eiecerunt extra vineam ac crucidarunt. Cum igitur venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Dicunt ei: Malos ipsos malè perdet, & vineam suã elocabit alijs colonis, qui reddent ei fructum temporibus suis.

Scandalum fidei dei nocentissimum ex præsulibus.

INter ea quæ pleroseq; homines remorantur, quo minus IESVM CHRISTVM fide vera amplexentur, non aliud efficacius est, quam quod illū & eius doctrinam ab ijs contemni & hostiliter oppugnari vident, qui in mundo autoritate

rentia præstant. Obfuit hoc etiam vulgo Iudæorum, quando viderunt Sacerdotes & Scribas, qui in Mosis cathedra sedebant, acerrimos illius hostes esse: & ex historia Euangelij per Ioannem descripta constat, hos eo potissimum argumento apud Ioh. 7. factis in illum crederet. Vt ergo hoc scandalum remoueretur, parabolam hanc illis publicè proponit, qua docet, non nouum aut insolens hoc esse quod faciant, cum idem olim fecerint patres & antecessores ipsorum, quorū mensuram (vt alibi ait) Matth. 23. ipsi impleant. At quia non ignorabat, indignam suam mortem, quam non multo post subiturus erat, plerisque scandalo fore, nunc de illa quoque disserit, ne quid fortui Et primò quidem simpliciter exponit, qua occasione ipse ad eos venerit, quod nimirum Deus sese per Prophetas nihil proficere videret, & ideo Filium ad contumaces illos mittere voluerit. Apud Lucam Deus consultans aut deliberans inducitur, qui dixerit: Quid faciam? mittam Filium illum meum dilectum: forsitan cum hunc viderint, reuerebuntur. Dicuntur autem hæc de Deo ἀνθρώπων πατέρα, id est, hu- mano more, non quod ille qui rerum euentus nouit, & pro libito gubernat anxius aut dubius de rebus agendis vel secum ipse, vel cum alijs deliberet: sed vt doceat, nihil in tota hac causa fortuitum esse, sed ex æterno Dei decreto omnia geri, qui i- psam (vt Petrus postea scripsit) priusquam mundus conderetur, ad hoc prædestina- uit. Estque diligenter cōsideranda hoc loco plus quam paterna Dei bonitas, qui cum lapsus hominis præuideret, ab æterno Seruatorem quoque prædestinauit, qui la- pso erigeret, & opem ferret de salute sua periclitantibus. Qui enim ad tuendam corporis valetudinem herbas, radices & omnis generis remedia creauit, priusquã morbi cum morte ingressi sunt in mundum, noluit animabus deesse, quæ præstan- tior hominis pars est. Et cum hoc decretum suum optimè tunc reuocare posset pro- pter vniuersalem gentium impietatem & πολυθείαν, propter ingratitude item & contumaciam Iudæorum, qui ipsum in seruis suis Prophetis tam multis tamque vineam illam ingratis affecerant, illud tam ratum esse voluit, & præfinito tempore in- ret. Docent ista nos exactor fructuum, quàm sponsor esset, & iram eius iustam placate Filio suo vniogenito non pepercerit, sed eum miserit in mundum, vt pro nobis mor- te indigna & acerba tolleretur. Estque bonitas ista eò illustrior, quod ad eos missus est Filius Dei, qui digni erant, vt carnifices aut milites vastatores illis submitteren- tur, qui perfidiæ & crudelitatis inexcusabilis pœnas de illis exigent. Seruiant ista consolationi in tentationibus, ne facile propter peccatorum multitudinem seu atrocitatem desperemus. Est enim fons gratiæ Dei inexhaustus: neque potest ille Filijs sui meritum reijcere, si eum audiamus, quem ipse dedit, & propter quem se no- bis placatum esse, de cœlo testatus est, vt iam de promissionibus priscis & Prophe- tarum vaticinijs nihil dicatur. At simul nos officij admonet Dei Patris exemplum, vt nos similiter eorum saluti studeamus, qui nos grauissimè offenderunt, nec lo- cum demus vindictæ cupiditati, quæ par pari referre docet, & simultatum causa est, quibus charitas & concordia turbatur. Etenim filij Dei dici & esse non poterūt, nisi qui eius ingenium referunt, & quid maneat eos, qui offensas non remittunt conferuis suis, qui in ipsos deliquerunt, supra Cap. 18. prolixè in parabola est de- monstratum. In primis ad Verbi ministros hæc consideratio pertinet, ne nimio re- lo abrepti temerè damnent eos, qui peccarunt, & in desperationis præcipitium ab- ducant: quod non raro fit, si remissionem negent delinquentibus, aut nunquam fi- niendis satisfactionibus eos fatigent, quos pijs consolationibus debebant erigere, & confirmare. Alia est contumacium ratio, qui cum scelerum suorum atrocitatem

Occasio qua fi- lius Dei venit in mundum.

1. Pet. 1. Dei bonitas causa salutis nostræ.

Ioh. 3.

Rom. 3.

Vfus bonitatis Dei. Psalm. 136. Matth. 3. 16.

non agnoscant, sed potius scurriliter extenuent, nimis acrioribus compellantur ad tribunal Dei citandi sunt, ut intra animos suos territi discant serio de gratia & vita totius emendatione cogitare.

Sacerdotum in
Filium Dei
iniquitas.

Sed audiamus quid agricolæ aut coloni illi fecerint. Pergunt in scelera nequitiâ, & qui conseruos suos, qui heri fideles sunt, indignis modis tractant, sibi in herilem filium licere arbitrantur. Nam illo viso de eo occidendo cogitant, neq; aliquas causas prætexunt, quæ in speciem videri possint iustæ, ut quod iniurias ab illo passus sint, aut quod iam pridem ingenij superbi & crudelissimi crimina dederit, ut nihil æquum vel humanum de illo possint sperare: sed inter cunctos iste est hæres, venite trucidemus eum, & obtineamus hæreditatem eius. ideo annotantur, ut constet illos non ignorantia deceptos, aut cæco animi alio abreptos peccauisse, sed consulto & destinata malitia scelus tantum omnium agnoscunt enim illum esse filium herilem, & vineæ atq; bonorum omnium heredem: nec potuerunt ignorare, illum idcirco dignum esse, quem reuerentur, & cui fidele seruitium præstent. At non seruire volunt, sed dominari potuerunt in vinea: quod cum illo vivo non posse fieri intelligant, crudele & iniquum de illo occidendo consilium capiunt, ut hæreditatem & peculium, quod illi habebatur, ipsi obtinere possint. Ad amplificationem sceleris facit, quod non de factis doctrina simul & salutaribus beneficijs manifestarat, in quibus rude & imperitum vulgus sub vili habitu latentem Dei filium & promissum Seruatorem agnosceret. Huc respiciens Christus postea dicebat: Si opera non fecissem inter eos nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem non habent quod peccato suo. Ioan. 15. cap.

Ioan. 7.

Ecclesia hæres
dicitur Filij Dei.
Psalm. 132. 79.

Est autem hoc loco obseruatu dignissimum, Ecclesiam hæreditatem Filij Dei dici. Est enim hoc frequens admodum in scripturis. In Psalmis dicitur: Beatus tuus, cuius Deus est Iehoua: & populus quem elegit sibi in hæreditatem. Et huius nominis aut tituli indicatur ab ipso Deo, quando is Filio dixit: Pater meus, & dabo tibi gentes, ut sint hæreditas tua, &c. Et hinc est quod tota terra, & naan quoque, quam Deus Iudæis, ad quos olim Ecclesiæ titulus pertinebat, tributam dedit, hæreditas Domini dicitur, & ideo in Psalmis queruntur: Pater meus, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, &c. Et prodest de eo diligenter cogitare. Ut enim hæreditas ad filios legitimè peruenit, ita Ecclesiæ dominus, & legitimus est Dei Filius, & solus pro eius capite agnosci debet. Potestatem ex eo peti dulcissima consolatio. Etenim qui homines frugi & suæ exitumque studiose sunt, maximi facere solent, quæ ex hæreditate paterna ad ipsos perueniunt. Nam ea parui facere, & turpiter dilapidare, quæ maiores virtute & industria sua acquisuerunt, & diu cum laude possederunt, animi leuissimi & inhumani argumentum est. Vidit hoc Naboth, qui vineam à patribus suis ipsi reliquit quoque suo negare non est veritus. Quis ergo dubitet, Christum in summum habere Ecclesiam quæ ipsius hæreditas est, quam & pater ipsi æterno testamento contulit, & ipse proprii sanguinis pretio redemit? Nouit ille suos, ex quibus constitit, & quod ipsi dedit Pater, nemo ei eripiet. Cur ergo mundum aut principum metuamus? Fremat hic cum membris suis ut lubet. Est tamè iam olim olim contritus Christi virtute & merito, nec desunt huic vires, quibus tueatur, qui ad ipsius hæreditatem pertinent.

1. Reg. 21.

Ioan. 10.

Nemo hæreditatem Christi
interuertat.

Interim non minus de nostro officio ista nos admonent, ut nimirum memoremus nos vineam & hæreditatem Filij Dei esse, nostram dignitatem fortiter tueamur, neque nos ipsos vel alios alienemus à Christo. Faciunt hoc priuatim, qui se ab illius seruitio subducunt, & diabolo mancipant, dum pessimis affectibus

gent, & ita viuunt, vt propter ipsos Dei nomen male audiat. Idem publice faciunt cum maiori scelere, qui alios a Christo abducunt, dum illicitarum superstitionum traditionibus imperitos & incautos fascinat, aut etiam aperta vi fideles Christi ministros persequuntur, & eos fidem in hunc abnegare, aut saltem ea facere cogunt, quæ cum fidei confessione non possunt conuenire. Non ferent ista impune quod faciunt, & qui olim Naboth factam iniuriam & eius indignam necem grauiter vitus est, minime impunitos abire sinet, qui ipsius hæreditatem interciperet, & eos ab ipso alienare audent, quos tanto pretio sibi acquisiuit.

Præterea admonet nos hæc colonorum pessimorum consultatio, qua de causa homines Christum oderint & sublatum velint: Nimirum non quod aliquam ab illo iniuriam patiantur, aut passi sint, sed quod eius hæreditatem ipsi ad se transferre cupiant. Apparet hoc euidenter in Iudæorum sacerdotibus, qui per colonos istos adumbrantur. Etenim Deus Iudæos sibi in peculium & sacerdotale regnum delegat, dederat item promissiones amplissimas, cultus sui sedem inter illos constituerat, qui totus ceremonijs magnificis constabat, typis nimirum mysticis promissionum fecerant, vt templum ab emporio nihil differret, & hæreditatem Domini sub istum Melsæ, qui ex illis suo tempore erat nasciturus. At hæc omnia illi sibipsum quæque religionis prætextu exactationibus quotidie nouis grauabant: denique (vt Christus de illis loquitur) sub prætextu precationum suarum deuorabant domus viduarum atque pupillorum. Arguebat illorum artes & dolos Christus, & ius suum contra illos persequebatur: multi etiam ex vulgo hunc agnoscebant, quæ causa erat, quod tolerabilem dolorem auaris & ambitiosis peperisse inexpectatum illud factum, quod vendentes & ementes templo eiecerat, & cum numulariorum mensuram quæque omnem eis euerterat. Ex eo enim sentire potuerunt, ipsum esse magnum illum filios Dei, quem Malachias prædixerat subito venturum in templum suum, vt se, quam vt ipse e medio tollatur. Et conuenit planè cum colonorum verbis, quæ supra audiuius, quod Pharisei postea dixerunt in Concilio: Si sinamus eum ita, o-
 Quibus Caiaphas subscribens addidit: Conducit nobis vt vnus homo moriatur pro populo, & tota gens non pereat. Itaque priuati commodi & gloriæ studium Iudæorum Sacerdotes aduersus Christum extimulauit. Eadem causa inter gentes
 quoque deorum & superstitionum mystas mouit, vt religioni Christianæ sese opponerent. Videbant enim hac admissa deorum cultus aboleri, oracula silere & superstitiones omnes ad nihilum redigi, quibus hæctenus ipsi viros principes & populi iudices id faciunt, & non sine fremitu: ita illi quoque fecerunt, & nihil non tentarunt, vt infelices in ignorantia detinerent. Exempla huius rei Actorum liber in Demetrio
 Epheso, in Simone Mago, in Philippenibus Pythonicæ puellæ dominis exhibet, qui omnes quæstus sui ergo contra Euangelium tumultuati sunt. In Ecclesiastica
 in Papatu ex superstitionibus dignitates obtinent & diuites fiunt, in tanta denique existimatione sunt, vt plerique ipsorum seruitio sese sua sponte subijciant. Quia ergo hi quoque per Christum, qui Sol iustitiæ & lux mundi est, nebulas suas, quibus diu-
 omnes fucum fecerunt, argui sentiunt, hic ipsis omnium consiliorum finis & scopus est, vt illum cum Euangelij prædicatione procul arceant, vel potius prorsus e medio tollant. Et quia sibi ad hoc principum aut regum autoritate opus esse vident, hos quoque falsa hac persuasione imbuunt, vt se non posse in regnis suis suam
 existimationem retinere arbitrentur, si Christi regnum admittant. Vt ergo olim

Cur homines Christum oderint.

Iudæi. Psal. 76. 32.

Matth. 23.

Malac. 3.

Ioan. 11.

Gentes aut ethnici.

Act. 8. 16. 19.

Papista.

Matth. 2.

Herodes illum recens natum extinguere conatus est, ut regnum suum in terris stabiliret: ita hodie hic error principes plerisque aduersus Christum armat, quod hoc regnante regna sua consistere non posse sibi persuaserunt. Quid verò de principibus dicere attinet, quādo priuatos homines idem furor exagitat? Etenim singuli in vinea Christi vites aut arbores fructiferae esse debebant, & seipsum illi per fidei obedientiam sistere viuentes hostias. Quam multos autem est videre, qui ut transfugas aut defectores serui totos se carnis cupiditatibus dedunt, nec volunt Christum suum per se regnare. Itaque de eius iugo excutiendo cogitant, & ideo eius ministros hostiliter persequuntur.

Hostium Christi sermones & conatus.

Sunt autem horum omnium idem conatus, qui colonis istis tribuuntur, & eisdem ex illis sermones audiuntur, quos isti effutierunt. Nam seipsum illum tollantur, & eisdem conationibus contra Christum excitant. Venite (inquiunt) & e medio illum tollamus, ut nostra sit haereditas, id est, ut nobis pro nostro libito viuere liceat, neque morum forum istorum legibus parere cogamur. Et mox illos capiunt, id est, legibus & edictis coercent, & praedicandi libertatem nouis finibus circumscribunt. Deinde eisdem iijciunt ex vinea, id est, ne videantur cum Dei Filio pugnam suscepisse, illos excommunicationis fulmine feriunt, & clamant haeticos esse, & ab Ecclesia alienos, quibus non sit aliqua salus, neque pars in Deo. Et postquam hoc omnibus persuasum esse, & proinde illos impune occidi posse arbitrantur, vim manifestant, & ne à bellis quidem abstinent, quibus totas gentes & vrbes excindere conantur. At hic admirabile Dei consilium nos animo repetere oportet, qui ista omnia olim Filio suo dilecto accidere passus est. Etenim hic cum ad suos venire conatus non receperunt, neque locum apud eos inuenit, quos eius peculium esse voluerat Pater. Idem Samaritanum & damoniacum dixerunt, damnatum esse, qui Pilato tradiderunt, ut dirae crucis supplicio afficeretur. In illo autem ostendere voluit Deus, quid futurum sit de omnibus, qui huic credunt & obediunt. Etenim ipsi ipsum patrem familiam Beezebul vocarunt, quanto magis domesticos eius? Si ipsi persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt: Haec dixi vobis, ut non offendamini: Mouebunt vos Synagogae, & veniet tempus cum quisquis trucidabit vos, putabit se cultum praestare Deo, & exultabit. Quid ergo miramur, si hodie persecutionem patimur? si excommunicari pro haereticis habemur, si exhibamur? si ut mundi *καθάρματα* omnibus spectaculo sumus? Tales pro suis agnoscit Dei Filius, & à mundo eiectionis & exclusus ipse colligit, in caeci nati historia apud Ioannem cernitur. Nobis ergo applicemus quod idem dicit: Beati qui persecutionem sufferunt iustitiae causa, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati eritis cum conuicti fuerint vobis, & persequuti fuerint, & exultabunt. &c. Matth. 5.

Psal. 3.

Ioan. 1. 8.

Matth. 10.

Ioan. 15. 16. 9.

Poenitentia colono- rum perfidorum

Ad confirmationem huius consolationis facit, quod de poena quam solentur per fecit, nunc rursus proprii oris testimonio aduersarios conuincat. Ea enim poenitentiae vis, ut ne impijssimi quidem hanc negare possint: & qui Christum improbatum tentare voluerunt, ut eum in suis dictis capiant, nunc ipsi ab eo capti seipsum gladio iugulant. Nam interrogante Domino, Cum igitur venerit Dominus, quid faciet agricolis illis? Respondent illi, Malos ipsos male perdet, & vineam suam elocabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Cum venerit Dominus vineg (inquit) quid faciet perfidis illis & ingratis? Innuit ergo alioquin stitio, illum certo venturum esse. Nam etsi Dominus interdum videatur alioquin factus, dissimulare quae aguntur, non deest tamen causa suae neque inultra-

eos, qui dolo malo agunt in sua Ecclesia. Et hoc illi fatentur, nimirum malos dignos esse, ut male pereant. Agnoscunt ergo multiplex scelus, quo illi peccarint: ingratitude nimirum in Deum, inhumanitate in conseruos, crudelitate & iniustitia in herilem filium. Quoad pœnam verò non exitium modò illis decernunt, verum etiã quod vinea ab illis transferenda sit, & locanda alijs: quod non potuit absq; ipsorũ ignominia fieri. At quia de his mox ipse Dominus differet prolixiori istorum expositione nunc non est opus. Sufficiat autem annotasse quod obseruatu dignissimum est, vineam ipsam propter perfidos & iniquos colonos non vastari aut excindi, sed alijs locari, quæ eam benè colant, & hero meliorem gratiam referant. Soletur Est enim reuera apud Deum discrimen inter iustum & iniustum, & (vt Abraham olim dicebat) qui iudex est vniuersæ terræ, æquitatem seruat, neque pium perdit cum impio, & quia filio regnum æternum promissit, non potest vineam id est Ecclesiam suam destruere, quæ regni eius sedes est. Interim meminerimus, hanc non alligatam esse loco & genti, sed sæpe aliò transferri propter ingritudinem & perfidiam eorum, qui professioni suæ non respondent, & reiectis fidis Dei ministris male fidos sibi ipsi accersunt. Agnoscamus ergo nos Dei Filium IESVM CHRISTVM, & ad nos venientem per Euangelij prædicationem toto corde excipiamus nosq; totos ipsius seruitio consecremus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Vinea non vastatur propter colonos iniquos.
Mala. 3.
Gen. 8.
Psal. 80.

H O M I L I A C C L I I .

Dicit ei IESVS: Nunquam legistis in Scripturis, Quem lapidem reprobarunt edificantes, is factus est in caput anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Propterea dico vobis, fore vt tollatur à vobis regnum Dei, & detur genti, quæ serat eius fructus. Porro qui ceciderit super lapidem istum conquassabitur: super quem verò ceciderit, dissipabit eum. Et cum audissent principes Sacerdotum ac Pharisei parabolas eius, cognouerunt hæc de se dici. Et cum studerent eum præbendere, timuerunt turbam: quoniam vt Prophetam eum habebat.

Quia Dei Filius IESVS CHRISTVS, vt peccatores saluos faceret, in mundum venit, & homo factus est, non obiter modò docet quæ ad salutem hominum faciunt, verum etiã singula ijs applicat, quibus cum agit, vt ea ad se pertinere intelligant, & illis emendari possint. Exemplum huius diligentia parabola tracta, quam hucusq; vidimus, exhibet. Finis & scopus est, remouet e scandalum, quod imperitis & rudioribus obijciebatur ex Sacerdotũ & antistitum contumacia, qua Christo reluctabantur. Docet ergo non nouum aut insolens cuiquam debere videri, si qui Dei vinea dicuntur, fructus nullos ferant professione suæ dignos. De eo enim iam olim Dominum conquestum esse per Prophetas: præcipuos autem huius mali authores semper fuisse Sacerdotes, qui malè fidi coloni fuerint. Et ne dignitas suæ fiducia efferrentur, illam non perpetuam fore ostendit, sed præ foribus ad se se diem illum, quo suæ perfidia & malitiæ pœnas graues daturi sint. At quia de his obscurius sub parabola differuerat, nunc ipsis propius applicat doctrinam hanc, ne putent illum de rebus alienis & nihil ad ipsos pertinentibus dicere.

Christus parabolas Sacerdotum illius applicat.

Occasio applicationis huius.

Non autem occasionem arripuisse docet, vt ita faceret. Nam cum illum audiuissent discipuli, Veniet Dominus vinea, & perdet agricolas istos, & dabit vineam alijs? in dx

miniose tractatus ad regni fastigium peruenit. Eandem Filij Dei in carne nati sortem postea fuisse, ut à Sacerdotibus reprobatus, à præside Romano damnatus, & in crucem suffixus, per mortem ignominiosam in gloriam & regnum cœleste ingressus sit, & in terris quoque regnum ad omnes gentes propagarit, vnanimis veteris & noui testamenti consensus testatur. Quia verò locus hic, quæcunque in vera Christi cognitione instituunt, perfecte comprehendit, præstat singula diligentius expendere: Primum, quod lapidi confertur: Deinde quæ huius lapidis fors sit: Præterea quid eos maneat, qui adhuc illi oblectantur.

Quoad primum, frequens admodum, Iesum Christum lapidem dici, aut per lapidis aut petrae typum adumbrari. Huc pertinet quod ante Legem Iacob in Mesopotamiam fugiens, lapidem, quem capiti loco cervicalis supposuerat, à somno excitarum erectum oleo perfudit, ut hunc Messia ex ipso nascituri typum faceret. Et hac non obscure ipse Christus testatur, quando cum Nathanaele colloquens in se completum iri dicit, quod per scalam, quæ tunc Iacob in somnis viderat, adumbratum fuit. Sub Mose autem Christi typum fuisse petram illam, quæ Israelitis potum præbuit in deserto, Paulus diserte docet. In primis huc pertinet quod per Isaiam dicit postea Deus: Ecce ego fundo in Zion lapidem, lapidē probationis, angularem, pretiosum, cui qui credit non pudebit. Et apud eundem Prophetam idem Christus lapis offendiculi & petra ruinæ dicitur, ad quem locum postea beatus ille Simeon dicit Dominus in Israele. Rursū de Christo exponi debet quod apud Zachariam dicit Dominus: Ecce lapis, quē posui ante Iosuram, super lapidem vnū septem sunt oculi: en ego caelo quod in illo cælaturū est, ait Dominus exercitū, et auferam iniquitatem terræ illius vno die. In Daniele item lapidī absque manibus reuulso & cœlius delapso confertur. Ratio huius comparisonis aut typi propriè ea est, quod ut lapides aut petrae firmæ, solidæ & tantum non immobiles sunt, & ideo in fundamentis & sicut sicut collocantur, quæ illis solent superstrui, ita Christus fundamentū est Ecclesie, cuius firmum & immobile, aduersus quod (ut ipse ait) ne inferorum quidem pertinet. Et ita Apostoli mysterium istud intellexerunt. Ex quorum numero Petrus locum Isaiæ, quem paulo ante adduximus verborum de Christo exponit & huic consentiens Paulus, in super addit: Aliud fundamentum poni non potest, quàm Christum, quem Deus æterno decreto ad hoc destinari, in præsentī ta doceat, ut suo loco dicitur.

Nunc videamus prius, quæ eius inter homines fors sit. Exprimat hanc ipse, cum dicitur ergo & reijcitur ab ijs, qui Ecclesie architecti & antistites esse putantur. Sunt hi Sacerdotes & Præsules, qui ita dicuntur, quod ipsorum sit Ecclesiam colligere & edificare, quæ domus Dei est, teste Apostolo. Aedificatur ista, quando homines Christo adducuntur, ut huic fidant, & hic in eis habitet & agat suo Spiritu. Hoc olim sedulo præstiterunt Prophetæ, qui omnes de Christo vaticinati sunt, & in ipso vno monstrarunt, quæcunque ad salutem necessariò requiruntur. Debeant idem facere Sacerdotes, cum eis credita esset Legis doctrina, quæ pædagogant. Sed longè diuersum faciebant tunc temporis. Etenim suis intenti, hæreditatem Filij Dei sibiipsis vendicare studebant, & ut quæstum vberiore facerent, traditiones nouas inuehebant, & sarcinis non necessarijs grauabant populū, sicuti illis dominus exprobat. Et quia hūc studijs suis obstare sentiebāt, toti in eo erāt, ut ab omnibus reprobatus locū nullū haberet in ecclesia. Et quia idē ipsorū antecessores

Christus lapis dicitur.

Gen. 28.

Ioan. 1.

Exo. 17.

Num. 20.

1. Cor. 10.

Isa. 28. 8.

Luc. 2.

Zach. 3.

Dan. 2.

Matth. 16.

1. Pet. 2.

Rom. 9.

2. Cor. 3.

Christi interris fors.

1. Cor. 3.

1. Tim. 3.

Gal. 3.

Matth. 23.

fecerant, de eo nunc illos admonet, vt ostendat, hoc non nouum esse aut insolens. Quam primum enim antistites religionem sibiipsis quæstum faciunt, & huius auctori gloriam gloriæ Dei anteponunt, nulli hominum veritatis lucem & huius auctorem, IESVM CHRISTVM, minus ferre possunt. Exempla sunt omnium seculorum, quibus id probari potest. Et debet hoc diligenter obseruari propter eos, qui hodie, vt fucum faciant simplicioribus, Romanos Pontifices & Ecclesiam Romanam errare aut falli posse negant: & hoc fundamento iactato superstitiones & quæuis commenta absurda & inepta obtrudunt, quibus libertas Christiana circumferbitur, & conscientia piorum grauantur. Atqui ij, de quibus in præsentia agitur, sedebant in cathedra Moysis, & eorum successores erant, de quibus olim Propheta dixerat: Labia sacerdotis custodient scientiam, legemq; ex ore eius requirent: Legatus enim est Domini exercituum. Veruntamen in capite salutis errarunt, & vt archiepiscopus ait, & extra quem (vt Apostoli testantur) non est aliud nomen sub celo inter homines datum, in quo nos oporteat saluos fieri. Quid ergo de nostris speres, quorum mores iidem sunt, & qui non minus quam Iudæorum Sacerdotes & Scribæ religionem sibi quæstum & templum emporium fecerunt: Enimvero quam nobis cauenda sint illorum artes & doli, Spiritus sanctus abunde docet. Christus exortitur, & ait pseudopphetas & pseudochristos, & ne eos sequamur monet, qui ipsum nobis certo loco monstrant. Apostoli item vaticinantur, venturos impostores, qui doctrinam de fide in Christum reprobant, & huic vni fidentes ferro & igne persequuntur.

Christo nihil derogatur hominum iudicio.

Psal. 2. 110.

Eph. 1.

Iudæis repudium nuntiatur.

Cæterum neminem ista offendant. Nam etsi ædificantes lapidem hunc pretiosum reijciant, nihil tamen de eius pretio decedet, imò hac via ille ad suam dignitatem euehetur, vt sit caput anguli. Qua locutione duplex dignitas commendatur. Etenim caput dicitur, quia Rex & Sacerdos est: Rex, quem Deus constituit in monte suo sancto Zion: Sacerdos autem secundum ordinem Melchizedech in æternum de quo hoc quoque olim David vaticinatus est: De torrente in via bibet, & ideo arduos aut concurrentes connectit: ita in Christo conuenerunt in vnam Ecclesiam diuersi & contrarij populi, Iudæi & gentes, qui prius sententijs, & iudicijs inter se pugnabant. Augebat inimicitiam inter hos Lex mandatorum, quæ Paulus scribit in tribus posita magis dissociabat. Sed huius ceu intergerini partem septem ille per sanguinem suum dissoluit, & ex vtrisque populis vnus conuerberant à pactis promissionum, adeoque vnum corpus Ecclesie constituit, cuius caput est vnicum. Hic honor in morte sua sese exerere cepit, & ipsi saluus & interger manebit in æternum. In terris verò regnum quoque habebit, quod nulla vis humana stilis euertet. Prædicabitur enim Euangelium in toto orbe, & ipse indiuuluis aedificabit vsq; ad consummationem seculi.

Porro vt consolationem hanc magis confirmet, repetit, & aduersarijs applicat quod nuper de pœna colonorum improborum ex illorum ore elicuit. Nam sic dicit: Propterea dico vobis, fore, vt tollatur à vobis regnum Dei, & detur genti quæ non faciat fructus. Regno Dei vniuersum humanæ redemptionis & salutis negotium significare sæpe diximus, cuius ergo ille in mundum venit, & cuius finis est, destructio

destructo diaboli regno, in libertatem filiorum Dei asseramur, & huius regnum in nobis instauretur. Minatur ergo fore ut Ecclesie titulum ab ipsis auferat. Deus vna cum promissionibus aeternae salutis, & has ad gentes, transferat, de quarum vocatione veteres Prophetae multa vaticinati fuerunt. Ut verò hoc impletum sit, Apostolorum liber docet. Enimvero Euangelij praedicationem Hierosolymis inter Iudaeos exorsi sunt Apostoli, & ex his reliquias collegerunt, quae Ecclesiae semiuarium essent. Cum autem plerique in sua contumacia pergerent, & Apostolos hostiliter persequerentur, hi excusso (ut iussi erant) pedum puluere illis in testimonium, ad gentes conuersi sunt, ex quibus innumerabiles crediderunt, & sic vinea illa Domini, quae prius angusti Iudaeis, qua sese efferebant, ita simul consolatur electos est. Ut ergo fiduciam eripit Iudaeis, qua sese efferebant, ita simul consolatur electos ne de Ecclesia & regno Dei spem abijciant. Nam etsi ab huius societate excidant, qui eius titulo gloriabantur, potest tamen alios in horum locum excitare Deus, & re, per quos glorificetur. Matth. 3.

Quod autem de Iudaeorum poena dixit, in genere ad omnes accomodat, qui ipsi reluctantur. Qui ceciderit (inquit) super lapidem istum, conuassabitur: super quem verò hic ceciderit, dissepabit eum. Facit duo aduersariorum genera. Primum eorum, qui ad ipsum offendunt. Hi sunt, qui in salutis causa carnis rationem audiunt. Non potest haec percipere quae sunt Spiritus Dei, & offendit eos contempta & vilis Christi species, Euangelij praedicatione, quae mundo stultitia videtur, persecutio item perpetua fidei comes. Fit his idem quod Iesus, qui capite aut pede ad petram offendunt, quam quidem loco mouere non possunt, ipsi verò grauiter laeduntur: ita conscientias vulnerant. Alterum genus eorum est, super quos lapis iste cadit, id est qui eum hostiliter in se prouocant, ut qui lapidem in alio positum in se detrahunt, cuius ruina & pondere conuertatur. Discrimen inter haec duo genera in hoc vno est, quod de prioribus adhuc spes aliqua est. Nam ubi in illius cognitione institutum verò illi contumacia sua incurabili exitium sibiipsis accersunt, dum in peccatis suis moriuntur, ut Iudaeis ille alibi minatur. Docetur hoc apud Daniele typo lapidis qui (ut ante diximus) absque manibus reuulsus statum illam comminuit, quae mundi monarchias adumbrabat. Et sane constat omnibus illis exitio fuisse, quod tandem Ecclesiae persecutionem & bellum mouerunt. Et apud Zachariam illa propter Christum lapidi oneris confertur, quae nemo impunè aut illaesus loco moueat. Erit hoc perpetuum, & sunt exempla, quae istis possunt fidem facere.

Sed Sacerdotum Pharisaeos & principes videamus, qui auditis his parabolis, ista de se dici intellexerunt. Tanta est veritatis vis, ut impiorum quoque corda penetret. Non autem huic cedunt, sed illum captiuum facere conantur, ut vi aperta perdant, quem argumentis & rationibus confutari non posse vident. Ita semper impius proficiunt impij, ut saepe diximus: & idcirco opera nobis danda est, ne impijs desiderijs & odio veritatis indulgeamus. Nam qui hoc faciunt, instar effrenis equi in proprium exitium ruunt. Sed consolationis plenum est, quod turbam timuerunt nec ausi sunt facere quod maxime cupiebant. Ex eo apparet, impios non semper posse quod volunt, imò ne audere quidem quod videntur posse: cuius rei exempla aibi multa adduximus. Solet autem Deus antistites & principes viros hoc praeponeo metu coercere, qui ipsum timere nolunt. Sic carnificum gladio pereunt degenere & contumaces filij, qui parentum disciplinam reijciant. Et frequenter fit, ut reprobis furias sibi accersant, quae ipsis omnia infesta faciunt. Nobis ergo istorum, quae hucusque dicta sunt, vsus sit, ut memores dignitatis nostrae, in quam nos Deus

Poenā omnium aduersariorum Christi. 1. Cor. 1.

Zach. 2. Sacerdotum. contumacia & impotentia.

euexit, qui vineam & hæreditatem Filij sui IESV CHRISTI nos fecit, ab hoc nos excoli patiamur, & qui ab illo coloni constituti sunt, opus eius constanter vgerant, vt Dei gloria in ipsis illustretur, & ipsi salui fiant in eo, extra quem salus nulla inuenitur. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

CAPVT XXII.

HOMILIA CCLIII.

Tunc respondens Iesus rursus locutus est eis per parabolas dicens: Simile est regnum cælorum cuidam Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos, qui vocarent vocatos ad nuptias: sed noluerunt venire. Rursus misit alios seruos, dicens: Dicite vocatis: Ecce prandium meum parauit, tauri mei & alia mea macerata sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem cum hoc neglexissent, abierunt: alius quidem in agrum suum, alius verò ad mercaturam suam. Reliqui verò prehensos seruos eius contumelijs affecerunt, & crucidarunt.

Totum Iudæorum
gens rea agitur.

DOMINVS noster IESVS CHRISTVS nuper in parabola de vinea & perfidis colonis Sacerdotum & Scribarum impietatem perstrinxit, vt scidalo mederetur, quod multi ex eo patiebantur, quod illum ab his reijcerent, qui Ecclesiæ antistites & architecti volebant haberi. Cæterum quia inter alia minatus erat fore vt regnum Dei à Iudæis transferretur ad aliam gentem, potestati agenti antistitum improbitas fraudi erit: itaque nunc aliam parabolam de nuptiis subtexit, qua eiusdem ingratitude & contumaciæ vniuersam Iudæorum gentem cõuincit, ex quibus plerique salutem, quã ipsi in Christo Deus benigne offerrebat insolenter aspernabatur. Estq; huius parabolæ doctrina copiosa & multiplex, de qua multis admonet, quorum cognitio nobis ad salutem perquam necessaria est. Pars eius sunt tres. Prima commendatur Dei bonitas & gratia, qua hic regnum suum Iudæorum populo quantumuis indignissimo proposuit, & salutis participes voluit fieri eos, qui sempiterno exitio digni erant. Deinde quã indigne illi hanc gratiam reiecerint indicatur. Quo loco apparebit, quæ causæ ferè homines remorem contumaciam, sed quod ea occasione maiori cum scœnore ad gentes sit transferendum, sic, vt (quod Paulus Postea scripsit) illorum ruina, facta sit mundi opulentiæ Rom. ii. Cap.

Regnum cælorum
vniuersum est nostræ
redemptio.

Pars prima sic narratur: Simile est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos, qui vocarunt inuitatos ad nuptias. Regno cælorum denotatur vniuersum nostræ redemptionis negotium, cuius hic finis & summa est, vt ex diaboli regno et tyrannide erepti vitã in terris cælestem viuamus, tandem in cælis æternum regnemus cum Christo nostro Seruatore. Confertur autem hoc viuio nuptiali, eò quod salus nostra omnis in eo consistit, vt Filio Dei copulentiæ quibusque testamētis describitur. Estq; hoc infallibile bonitatis Dei argumentum, quod Filio suo qui Rex gloriæ, & cui omnis potestas data est in cælo & in terra, ex misero mortali genere sponsam deligere voluit, quam illi vinculo indissolubili coniungeret & bonorum regni sui æterni ac cælestis consortem redderet. Est hoc maximum misterium (vt Paulus vocat) quod nos & officij admonet, & plurimum consolationis. Quia enim in hunc dignitatis gradum nos euexit, decet vtiq; vt eum omni studio

Eph. s.

tueamur: neque verendum est, ne nobis aliquid defieri patiatur. Cur enim hoc faceret Dei Filius, qui, ut dignitatis huius capaces faceret, sanguinis sui pretio nos abluere & Spiritus Sancti donis ornare & instruere dignatus est? Meminisse autem oportet, coniunctionem istam nostram cum Filio Dei in huius vitæ curriculo inchoari, & nos ex Euangelio gustum aliquem gratiæ cœlestis percipere, beatitatem verò nostram in cœlis demum perfici, quando sponsus ille noster nos ad se recipiet, ut bonis illis inenarrabilibus fruamur, quæ ille nobis suæ mortis merito acquisiuit. Interea nobis patientia opus erit sub cruce, ad quam nos ille vocat, ne nostram sortem optemus meliorem esse, quam ipsius fuerit, neue ante tempus velimus triumphare, sed patienter feramus commune illud totius Creaturæ desiderium, quæ quælibet ex toto capite reuelationem filiorum Dei expectat. Quoad verò primam partem ad nuptiale illud epulum vocari sint? quis item vocationis istius modus fuerit? ut Dei bonitas adhuc clarius elucescat.

Apo 19.

Rom. 8.

Ad primum pertinet quod dicitur, missos fuisse seruos, qui vocatos debuerint accersere. Enimvero vocati innumeri fuerunt iam inde ab ipsa rerum origine.

Iudæi primi vocati ad Christum Gen. 3. 22. & c.

Quia enim Adamo parenti prima de Christo seruatore promissio facta est, in eodem simul omnibus hominibus salutis spes aperta est, ut illum omnes ad se pertinere discerent. Et quamuis postea promissio illa ad Abrahamum Isaacum & Iacobum restringeretur, attamen benedictio, quæ ex semine ipsorum enasci debebat, ad omnes gentes extenditur. In Prophetis idem est videre, quæ de gentium vocatione ad regnum Dei multa vaticinantur. In præsentem tamen Vocatorum aut Inuitatorum nomine potissimum Iudæi intelliguntur, cum quorum patribus fœdus salutis, quod in diluuiio abrogatum videri poterat, instauratum fuit, quorum item fuerunt ad optio, & gloria & Legis constitutio, & promissiones, ex quibus

Rom. 9.

denique IESVS CHRISTVS, quoad carnem, nasci debuit. Ab his prædicationis initium fieri debuit. Etenim Apostolis ille dicebat iam in cœlum ascensus: Vos eritis mihi testes Ierosolymæ & in tota Iudæa, Samaria & usque ad vltimas terras. Sed & in Prophetis prædictum fuerat olim, Verbum Domini ex Ierusalem exiturum esse. Et huic mandato Domini Apostolos fideliter obsecutos fuisse, Actorum liber testatur, a deo ut non nisi inuiti ad gentes sese contulerint, nec sine publica protestatione:

Acto. 1.

Isa. 2. Psal. 110.

Acto. 13.

Vobis necesse fuit primum exponi sermonem Dei: Postquam autem illum repellisset, & indignos vos ipsos decernitis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Debet autem diligenter obseruari hæc Dei bonitas & indulgentia, qui post tot Præphetas (ut in vinea parabola audiuiimus) indignissimè tractatos, & post Filium vni genitum crudeliter & iniuste occisum, adhuc tamen Iudæos pro amicis habuit, & glorificauit Filium suum Iesum, quem vos prodidistis & abnegastis in conspectu Pilati, & c.

Acto. 3.

Sed sermonem hunc durum mox mitigans, addit: At scio, fratres, vos per ignorantiam istud fecisse, sicut & primores vestros, & c. Debet hinc consolatio peti, qua nos aduersus conscientiam tentationes confirmemus, si quando Satan delictorum remissione nos dubitare aut desperare iubet. Qui enim hostes ad nuptias Filij vocauit, num amicos negligat? Qui item inuitare voluit eos, qui adhuc aut excludet, qui epulum istud esurimus, & ad Sponsi nostri vocem exultamus?

Sed ut magis solida & efficator sit consolatio ista, modum & rationem, quam in vocatione ista sequi voluit Dominus, oportet excutere. Etenim serui illi non semel duntaxat missi sunt, sed bis terque, id est sapius venerunt, ut planè hic factum sit

Modus vocationis Iudæorum. Isa. 65.

quod olim per Isaiam se facturum prädixerat: Expandi manus meas tota die ad populum rebellem, qui incedit per viam non bonam. Deinde amica & nullis conditionibus grauis fuit inuitatio ista, quales saepe esse solent magnatum & virorum principum inuitationes, in quorum conspectu sine munere pretioso comparere non satis tutum est. At Apostoli simpliciter vocarunt omnes, nec aliud postularunt, quam vt accedant qui haecenus sese alienos à regno Dei praeberunt. Quod ipsum olim Prophetæ etiam factitarunt. Isaias certè clamabat: O vos omnes qui sititis, venite ad aquas: etiam vos quibus non est pecunia, venite comparate & comedite, & bibite (inquam) sine argento & sine pretio vinum & lac, &c. Et ipse Sponsus, cum tempus nuptiarum appropinquaret, desiderio epuli illius postremi se ardere testabatur, quod suam mortem proximè præcessit. Prius verò semel & iterum eos vt adire accederent, hortatus est, quos cunctari videbat. Eius enim voces fuerunt, Venite vos qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos. Item, Si quis sitit, venite ad me & bibat. Quanta autem Apostolorum diligentia, quam ardens studium fuerit in vocandis Iudæis, quos obstinatiores esse videbant, in Paulo est videre, qui operabatur anathema à Christo separatus esse, pro illis, vt ipsi seruari viderent, quos noctes pro illis precabatur. Nec etiam dura aut difficilis ad IESVM CHRISTVM via est. Venitur enim ad eum per fidem, quæ difficultates omnes facile superat. Et hic totus laborum & molestiarum plenus sit, qui hoc iter ingrediuntur, hi à labore ad otium, à molestia ad gaudium veniunt quod incomparabile sentiunt, dum in hoc carnis mortalis carcere constituti, vitæ cœlestis & æternæ gustu fruuntur.

Isa. 55.
 Luc. 22.
 Matth. 11.
 Ioan. 7.
 Rom. 9. 10.

In Christo omnia nobis parata sunt.
 1. Pet. 2.
 1. Cor. 1.
 Ioan. 1.
 2. Cor. 5.
 Luc. 15.
 Matth. 9.
 Iud. 9.
 Ioan. 4. 6. 14.

Et huc facit potissimum ratio siue causa, quam seruos suos allegare iubet Rex iste Deus, vt inuitatos ad nuptias excitet. Dicite vocatis, inquit: Ecce prandium meum paratum est, & omnia parata: venite ad nuptias. Ista autem de Christo dicuntur, qui ab æterno priusquam mundus hic crearetur ad hoc prædestinatus est, vt humani generis redemptor esset, & solus ad omnia seculis scit, quæ ad salutem nostram necessariò requiruntur. Ipse enim est ille Deus, qui tollit peccatum mundi, & pascha nostrum, quod pro nobis immolarum ex Agno exterminatoris manibus nos erioit. Ipse vitulus ille saginatus est, cuius maceratio tota domus cœlestis exhilaratur, & filij perditum cum patre in gratiam redeunt. Idem vinum illud nouum est, quod vtribus nouis receptum homines exhilarat et Deum. Fons est quæ viuentis, ex quo quisquis bibit, non sitierit in æternum. Panta item ille viuus est, qui cœlo delapsus alit ad vitam æternam omnes, qui ipsam cum se manducant. Adhæc ipsemet via est, per quam ad nuptias illas venit: lux est, quæ tenebras & caliginem omnem discutit: veritas denique est, quæ nos errare non sinimus. Quoties ergo Euangelium nobis prædicatur, semper in auribus nostris hæc vocem resonare putemus: Altilia mea macerata sunt, & omnia abunde instruit sunt: Nec audiamus eos, qui alia salutis adminicula comminiscuntur, aut eum Christum noua fercula monstrant, quibus conscientie famelicæ saturantur. Sed hi cupediarii & coci inepti, vel potius venefici sunt, de quibus apud Isaiam scriptum est, quod vendant non panem, & ea obrudant quæ non possunt satiare. Et ipsa quàm miseri & infelices sunt, qui relicto Christo factores illos sequuntur, qui accerata miscent & lætalia toxica incautis propinant. Nos vno Christo contenti sumus extra quem nihil est, quod animum æstuantem placare possit.

Isa. 55. 7.

Sequitur secunda parabola pars, qua narratur quid Iudæi fecerint, quando Apostoli eos ad Christum vocarunt. Hoc ipsum nimirum, quod Ioannes testatur, dicens: In sua venit, & sui eum non receperunt. Nam primum vno quasi verbo Noluerunt

Noluerunt venire, quasi diceret: Etsi seruos suos mitteret rex, & omnia lautè parata esse nuntiaret, non tamen ad illius mensam voluerunt accedere. Arguit hoc anidie passim inueniuntur, qui instar Aesopici galli granum hordei margaritis pretiofissimis præferunt. Quis enim alios dicat eos, qui cœtibus sacris & concionibus doctriinæ & consolationis plenis mensuram vini aut offam lautè paratam antepone-
re solent? Cæterum quod vno verbo dixerat in plures quasi species diducit, & tria
facit eorum genera, qui ad nuptias Filij Dei venire detrectarunt. Primos abijisse di-
cit in agrum suum, & (vt apud Lucam est videre) ij abundè se excusatos putant. In
telliguntur autem hi, quos rei domesticæ cura remoratur. Etenim agricultura non
modo licita, sed honesta & necessaria est. Hanc primo parenti iniunxit Deus, cum
ei diceret: In sudore vultus tui comedes panem tuum. Sic officia quoque manuarialicita & honorifica sunt, & Psaltes beatum dicit eum, qui manuum labore parta e-
dit, quem Apostolus quoque hominibus Christianis commendans scribit: Qui fura-
batur non amplius furetur, sed potius laboret operando manibus quod bonum
fit, vt possit alijs quoque impertiri, quibus opus fuerit. Et idem ethnico deteriorem
dicit eum, qui domesticis suis non prospicit. Peccatur autè in hac re nimia & anxiasollicitudine, quam alibi Dominus prohibet: & quæ cum fide pugnat, vt nos Deo
non curæ fore putemus, qui aues cœli alit, & flores in agris nascentes folijs & coloribus suis vestit & ornat. Qui huic sollicitudini locum dant, hi sacros cœtus negli-
gant, & extincta paulatim omni æternæ salutis cura, omne tempus sibi perijisse pu-
tant, quo non quæstum aliquem faciunt. Qui item ita affecti sunt, ijs nunquam per-
suaseris vt ex ijs locis discedant, in quibus superstitio & idololatria regnant, & vbi
multa coguntur contra conscientiam facere.

Auari.

Gen 3.

Psa m. 128.

Ephc 4.

1. Tim 5.

Matth. 6.

Secundi abeunt ad suam mercaturam, & in Luca bouum iuga emisse dicuntur. Est mercatura quoque necessaria. Nam non omnis fert omnia tellus. Aliud e er-
go inferantur oportet, quæ alicubi deficiunt. Sed de ijs loquitur, qui opibus augen-
dis ita student, vt cœlestia & æterna bona negligant, immemores regulæ Pauli, qui
monet, vt qui emunt, sint tanquam non obtineant: & qui mundo vtuntur, curent,
ne eo abutantur. Nam nisi hæc nobis cura sit, fieri nequit, vt duobus diuersis he-
ris, Deo & Mammonæ simul seruiamus: sed plerumque fit, vt terrenis quam cœle-
stibus addictiores, non in charitatis modò & iustitiæ leges peccemus, verum etiam
diuini cultus & religionis iura violemus. Quia autem bouum hic mentio fit apud
Lucam, de ijs quoque locus intelligi potest, qui pecuinis cupiditatibus dediti volu-
pates carnis sequuntur, neque animos ad cœlestia attollunt, de quo illos vel sola
corporis statura debebat admonere.

Mercatores.

1. Cor. 7.

Matth. 8.

Adduntur his tertij, qui vim & iniuriam faciunt seruis Dei. Nam præhenso-
rum inferantur oportet, quæ alicubi deficiunt. Sed de ijs loquitur, qui opibus augen-
dis ita student, vt cœlestia & æterna bona negligant, immemores regulæ Pauli, qui
monet, vt qui emunt, sint tanquam non obtineant: & qui mundo vtuntur, curent,
ne eo abutantur. Nam nisi hæc nobis cura sit, fieri nequit, vt duobus diuersis he-
ris, Deo & Mammonæ simul seruiamus: sed plerumque fit, vt terrenis quam cœle-
stibus addictiores, non in charitatis modò & iustitiæ leges peccemus, verum etiam
diuini cultus & religionis iura violemus. Quia autem bouum hic mentio fit apud
Lucam, de ijs quoque locus intelligi potest, qui pecuinis cupiditatibus dediti volu-
pates carnis sequuntur, neque animos ad cœlestia attollunt, de quo illos vel sola
corporis statura debebat admonere.

Violenti perse-
cutores.

Luc. 11.

Matth. 23 21.

Ioan. 2.

Zach. 14.

Acto. 3. 4. 5.

Cæterum si quæ per se non illicita sunt, à regno Dei abducere possunt, si denique
de 1. Thef. 2.

Remora regni
caelorum nocē
tissima.

1. Tim. 6.

Hab. 2.

Deut. 17.

Luc. 14.

1. Cor. 6.

Præm. 23.

Luc. 21.

Matth. 16.

Ioan. 3.

2. Cor. 3.

exitio fuerūt Iudæis, vt nec veteris dignitatis memoria, nec maiorum exempla, nec recentia Christi beneficia eos potuerint in officio retinere, quin ex amicis & filijs Dei hostes & perduelles facti sint: quid de his sentiri debet, quæ palam iniusta & iniqua sunt? Si rei domesticæ studium nocet, nisi charitatis fræno & animi sua forte contenti æquitate gubernentur: quid fiet, si auaritiæ habenas laxando vsuris foraticibus, imposturis, monopolijs, rapinis, furtis indulgeas? Quid si militiæ mercenariæ te dedas, quam non temere scelerum & omnis nequitie scholam dixeris? Quis hunc addictum à diris illis liberabit, quas Deus ei comites indiuisas adiunxit: Væ ei qui adauget non sua? Væ ei, qui ædificat urbem in sanguine, & instaurat ciuitatem cum iniquitate? Maledictus qui accipit munus, vt percutiat animam sanguinis innocentis: Et omnis populus dicat Amen. Si coniugalis amor fidei officit, quis hanc saluam esse putabit si libidinibus vagis defluamus, & corpora nostra, quæ Spiritus Sancti debebant templa esse, scortationis membra faciamus. Securis multa obrepunt, quæ nos à cura cœlestium auocant, quid ergo fiat ebriosis & intemperantibus? Cum denique Dominus nostri ipsius abnegationem, mortificationem item carnis & totius hominis innouationem à nobis exigat, nec quisquam inter seculum sit, regnum Dei videre queat, perniciosissimè falluntur, qui hominem inter seculum licentiam seruari posse sibi persuadent. Sic ergo in horum meditatione versentur, vt nunquam excidat, eos qui sunt in Christo, nouam Creaturam esse, & Dei Filium ideo pro omnibus mortuum esse, vt qui viuunt, posthac non sibi viuant, sed et qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A CCLIII.

Rex autem hoc audito iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & urbem eorum incendit. Tunc dicit seruis suis: Nuptia quidem parata sunt: sed qui vocati fuerant, non erant digni. Itaque ergo ad compita viarum, & quoscunque inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui illi in vias, congregarunt omnes quos inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impleta sunt nuptia conuiuii.

Homines cur
regnum Dei
querantur.

Hos. 13.

Omnia nostra salus in eo consistit, vt Filio Dei æterno, eum vnico sponso amaram vniamur: Esti verò hic sese totum per Euangelium nobis offerat, & ad nuptias suas cœlestes, id est, ad regni sui communionem liberaliter omnes intret, plerique tamen hanc gratiam aspernantur, & accedere ad eum nolunt. Causam huius vitij ipse nuper monstrauit in Iudæorum exemplo, dum exposuit, quid prætexerint, qui ad nuptias Filij Dei accedere noluerunt. Nam alium domum suam abijisse ait, alium ad mercaturam suam se contulisse dicit, multos item in rabiem exarsisse, quæ eò vsq; progressa sit, vt aliquos ex Dei seruis trucidarint. Ita verò eorum cœlestia sectari non possint, multos voluptatibus huius seculi inescari, vt belluarum instar animos hostiles concipiant aduersus eos, qui studijs ipsorum sese opponunt, & ipsos ad saniores mentem reducere cupiunt. Quorum exemplis confirmatur illud Dei dictum, quod olim per Prophetam pronuntiauit: Perditio tua ex te est ò Israel, salus autem tua ex me. Cæterum quia hæc plerisque leuia puramur, multi autem ad mundi exemplum respicientes adhuc prætextus querunt, præsertim nunc videre, quid de Iudæis statuerit Rex ille cœlestis, Deus, vt discamus quid omnines maneat, qui salutem, quæ in Christo ipsis offertur, fastidiunt.

Primò dicitur rex audiuisse, quam indignè ab inuitatis tractati sint serui ipsius. Et est hoc consolationis plenum, quod regem habemus, qui non otiosus ad cardines cœli obambulat, aut ignauus spectator nulla rerum cura tangitur, aut alio qui quid fiat aut dicatur, nescit: qualem impij illusores sibi fingunt, in primis, quando ipsis cum Verbi preconibus res est: quos quia toti mundo exosos esse vident, si bilicere putant illos pro sua libidine tractare. Scilicet hic superis labor est (inquit) hæc cura quietos sollicitat, Verbi precones quid patiantur. Qui cum totius studiosè gaudia mundi turbent, non dignos dicas melioribus astris. At longè alium Deum sacræ literæ describunt. Nam etsi in cœlis sublimis sedeat, demittit tamen se, & videt quæ in cœlo & in terra fiunt. Et cur ignorare putetur, quæ seruis vobis Deum passerculi quidem pereunt. Vnum hoc si digne expendatur, pios & fidos seruos ne passerculi quidem pereunt. Vnum hoc si digne expendatur, pios & fidos seruos armabit, vt non possint sibi metuere ab hominibus, qui mortales sunt, & subito in puluerem reuertuntur, si vitæ spiritum eis Deus subtraxerit.

Deum nouit quid de seruis suis fiat.

Psal. 113.
Luc. 12.
Matth. 10.

Nec enim audit modò & nouit quid suis fiat, sed irascitur, si iniquius tractentur serui. Non ferunt homines, vt quis seruis ipsorum obstrepat, quibus aliquid in mandatis dederunt. Cur ergo non offendatur Deus, si qui Euangelij sui preconibus sese opponat, aut eosdem iniquius tractet? Quod enim his fit, sibi factum putat, & in ipsum redundat illorum contemptus. Ideo Samueli de Israelitis dicebat: Non te reprobant, sed me reprobarunt ne regnem super eos. Et quam graui ira excan- ducit aduersus prophetarum hostes, qui hos olim violarunt sub finem historie Paralipomenon est videre. Veruntamen grauius iudicium eos manet, qui Noui testamenti ministros violare audent. Nam quò vberior est fons gratiæ & salutis, qui per nos recluditur, eò maiorem poenam meretur contemptus, quo ille reijcitur. Et si vter placatus est. Idem si ad nuptias suas nos inuitantem non audiamus, mendacij & nobis insimulatur. Incredulitatis enim istius non alia causa allegari potest, quam quod veracem esse non credimus. Ideo Ioannes Baptista dicebat: Pater diligit Filium, & omnia dedit ei in manum: Qui credit in Filium habet vitam æternam: qui vero non obtemperat Filio non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Quid autem ira Dei grauius & atrocius fingi potest? Regis iram Solomon fremitum leonis vocat, ad quem omnia animalia expauescere dicuntur, adhæc eandem mortis nuntium esse dicit. Quid ergo de ira Dei dicemus, qui ignis consumens est. Hic si aduersus nos exardeat, quæ vires, quæ consilia nos ex eius manibus eripere, aut contra illum tueri poterunt?

Deum irascitur vs qui seruos eius violant.

Ioan. 13.
1. Sam. 8.

1 Ioan. 3.
Ioan. 3.
Prou. 19. 10.

Non autem iratum modo fuisse ait Regem, sed ne quis iram eius facile placari posse speret, executionem quoque illi tribuit, dicens: Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & urbem eorum incendit. Dominus exercituum dicitur Deus, quia huic omnes creaturæ obediunt, si earum opera in iudicijs suis exequendis vt velit. Astant illi myriades angelorum, quorum quam insuperabiles vires sint, exempla in Aegyptios & Assyrios ædita testantur. Nec bonis modò Angelis ministris vtitur, verum etiam malis, qui ita illi subijciuntur, vt nihil possint vel ausint facere quam quod ille promiserit, sicuti in lobi & porcorum Gergesinorum historia cernitur. Similiter homines quoq; tam pijs quam impij operam suam Deo præstant quando ipse vult: & eosdem ille armare nouit, si quando per illos iudicia sua vult exequi. Quid de hominibus & Angelis dico, quando Dei exercitus sunt omnis generis bestiarum & insecta, quorum nullum tam imbellem & infirmum est, quod non sufficiat potentissimis tyrannis debellandis, si ita velit Dominus? Sic vesperis crabronibus, ranis, muribus, pediculis Pharaonem & totam Aegyptum domuit, vt imperata facere cogerentur, qui aduersus ipsum & populum eius coniurauerunt.

Deus perdit hostes suos.

Dan. 7.
Exo. 12.
Isa. 37.
Matth. 8.

Ezech. 21.

Isa. 17.

Gratia Dei cō
tēptores quid
maneat?

Rom. 11.

Iudei sua rule
pa exciderunt.

rant. Et ut ad cœlos redeamus, habet illic exercitus terribiles nubium, ex quibus fulgura, tonitrua & fulmina emicant, quibus quæcunq; ab hominibus fiunt, cedere coguntur. Serui deniq; Dei sunt tyranni impij, qui ipsi etiam non alia faciunt, quam quæ ille facta vult. Sic seruus Dei dicitur Nabuchodonozor: quem in bitu stantem & dubium aduersus quos moueret, Ierosolymam versus direxit, ut de illa pœnas impietatis & contempti verbi sui sumeret. Ex apud Isaiam Persas & Medos suos sanctificatos vocat, eò quod horum copias ipse conscripserat, ut Babylonem expugnarent & Monarchiam orbis terrarum potentissimam euerterent. Eodem sensu accipi debet, quod hic dicitur, Deus suos exercitus misisse & extirpasse vel perdidisse homicidas illos, qui seruos eius indignissime & crudelissime trucidauerant. Impletum autem est, quod dicitur per Romanos, qui legionibus suis in Iudæam missis regionem totam vastarunt, & captis prius alijs vrbibus, tandem Ierosolymam arctissima obsidione cinxerunt, & infelicem ferro & fame affixerunt, captam verò etiam inuito & reluctante Tito incenderunt milites. Ceciderunt in obsidione & expugnatione ista decies centena millia hominum, eorum autem quicquid prius facti sunt, numerantur à Iosepho oculato teste nonaginta septem millia, quorum alij ad triumphum seruati, alij in spectaculis pro more bestijs proiecti, innumerabilem rigladiatorum ludis destinati sunt, ut mutuis vulneribus crudeliter sese conficerent. Et toto illo bello multa acciderunt, quæ hæc omnia Deo sic volente fieri testabantur: neque hoc Titus dissimulauit, qui non semel protestatus est, se urbem & gentem seruatam cupere, illos autem sua contumacia sibi ipsis interitum acerit. Sed ita fieri oportebat, ut Dei auspicijs hæc geri, toti orbi testatum fieret.

Estq; hoc memorabile exemplum, quo docemur, quid gratiæ Dei contemptores maneat, qui Euangelij prædicationem, qua illos Dominus ad cœlestes nuptias & regni sui hæreditatem inuitat superbe & impiè aspernantur. Non excluduntur solum à regno Dei, ut spiritualibus donis mulcentur, quæ ferè contemptores Dei multum dolent eorum iactura, sed effundit in illos maledictionem omnem Deum, ut in hoc etiam seculo calamitosi & inglorij viuant, & tandè infeliciter moriantur. Nec est quod in solo scelere, quod in Dei Filium Iudæi designarunt, hæreamus, quæ si huius modò tam horribiles pœnas exoluerint: Nam propter Euangelium Iesum Christum reiectum & contemptam Dei gratiam Dei hæc tam dira & horrenda pœna si sunt: & semper nos meminisse decet, Deum in naturalibus ramis voluisse exemplum tot orbi proponere, quod ijs admonendis & terrendis seruati, qui ex oleasticis desumpti & gratiæ istius participes facti sunt. Poterat hoc nos admonere de causis calamitatum nostri seculi, quas multi admirantur, quando terras prope omnes fame & penuria laborare, peste & morbis insolitis affligi, seditionibus turbari, bellis & incursionibus hostilibus atteri, à Turcis deniq; prouincias Christiani nominatim exauriri, & regna potentissima occupari vident. At quid aliud fiat, quando homines ter persequuntur? Quia precones Dei, qui ad nuptias cœlestes & ad gaudia æterni nos inuitant, audire designantur mundus infelix, immittit Deus suos exercitus omnia pessundant, et lugere cogunt eos, qui eum Christo exultare et gaudere vident.

Porro ne quis decretum Dei de regno suo instaurando & propagando incredulitate & excidio abrogari & prorsus impediri putaret (qua permissio ne illos potissimum fascinatos & deceptos fuisse, sæpe diximus) quid porro Ierosolymæ Rex ille narratur. Primò causam reddit reiectionis aut repudiij Iudæorum, seruati suis dicens: Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui vocati fuerant, non erant digni. Sensus huius dicti est: Ego quidè non defui meo officio, neq; per me stetit, quò minus pactis stare & beatos facerem eos, quibus id promissum erat. Venientia mundi Filius meus, per hunc mundus mihi placatus est, parata & transacta sunt omnia.

iugo colla submittant, quam Carthusianos & moniales aut alios quoscunque, qui alijs sanctiores esse sibi persuaserunt.

Gentium vocatio.

Quod ut melius explicetur, eos etiam introduci vult Dominus, qui ad vias compita & sepes descendunt. Notantur per hos ex gentibus non, qui praeter ceteris pernicia errorum & superstitionum dispersi fuerunt, aut ad sepes peccatorum seculi quienerunt, quibus intersepi non potuerunt in Dei conspectum venire, ut eius bonitate fruerentur. Intelliguntur item qui inter sepes & spinas traditionum detestantur, & intra conscientias suas punguntur, ut quod se vertere debeant, ignorent. Hos autem non vocari modo & introduci, verum etiam cogi vult ut ingrediantur. Nec absque causa sic loquitur Dominus. Quia enim diuersa ratio omnibus gentibus item diuersa sunt, non eadem docendi aut praedicandi ratio suffragatur. Sunt enim quibus simplicem institutionem & doctrinam adhibuisse sufficienter, alijs admonitione seueriore, multis adhortatione, imo correptione & obiurgatione acriore opus est: & ideo supra Verbi ministros exactorum similes dixit. Fit enim saepenumero, ut magistratus auctoritatem suam interponere oporteat, quae multorum pernicia tanta est, ut aliter vinci non possit. Neque audiendi sunt qui clamant, Fidem donum Dei, nec aliquem ad Christum venire, nisi quem Pater miseretur: & inde colligunt, neminem cogi debere, ut conciones sacras accedat, aut Ecclesiae exercitijs intersit. Etenim minimè valet consequentia. Nam etsi fides donum Dei sit, in eo tamen conferendo Deus certis medijs & hominibus ministris utitur, quorum est Verbi praedicatione & Sacramentorum administratione quosdam dirigere, disciplinam item cum Ecclesiasticam tum politicam constanter tueri, ne qui in re officio suo defuisse dici possint. Deinde non potest quidem cogi hominis voluntas aut mens, attamen in officio contineri potest, ne quid faciat, quod cum conscientia coniuictum fidei & religioni aduersetur. Et ut in alijs fieri solet, ut qui suo peccato ad furta, libidines, vindictam & alia scelera procliuus sunt, non possunt in publico cogi, ut ingenium mutent, legibus autem & poenis contineri possunt, ut ab exterioribus, at manifestis superstitionibus, illiciti cultus, blasphemiae & alia eius generis prohiberi possunt, adhuc cogi possunt prophani sacrorum contemptores, ut coarctati sacris intersint, Verbum Dei audiant, precantur: & constat multis exemplis frequentius fieri, ut ista occasione Christo & salutem lucrifaciant, qui in licentia & contumacia sua perirent, nisi freno seueriori coercerentur: quod olim D. Augustinus obseruauit.

Apostolorum industria.

4. Cor. 9.

Ut ergo seruorum istorum exemplo commendatur Apostolorum industria, qui accepto Filij Dei mandato exiuerunt in orbem vniuersam, & Euangelium totius creaturae praedicarunt, ut pariter malos & bonos, id est promiscue & absque sonarum respectu omnes adducerent ad nuptias: ita ministrorum Verbi hodie officium est, nullam praedicandi occasionem negligere, sed omnibus omnia fiant (sicut et seipso Paulus scribit) ut quam plurimos lucrifaciant. Est hoc officium gratum, immo nostro IESU CHRISTO, qui seruorum suorum laboribus honor, gloria, & regnumque plus proficiant, quam sperarunt. Illi debetur benedictio, honor, & gloria in aeternum. Amen.

ROMILIA CCLV.

Ingressus autem Rex ut spectaret conuiuas, vidit illic hominem non indutum veste nuptiali. Tunc dixit ei: Amice, quomodo huc inuisti non habens vestem nuptialem? At illi os occlusum est. Tunc dicit Rex ministris: Ligatis pedibus

libris & manibus eius, tollite eum, & conijcite in tenebras exteriores: illic eris fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Spiritus sanctus in Scripturis ita differit de Iudæorum repudio & gentium adoptione, ut illos quidem iure reiectos, hos autem ex gratia adoptatos esse doceat. Vtrumque Christus etiam in parabola ista adumbrat. Quoad enim Iudæos, hos autem diuini præ alijs populis inuitatos fuisse ad nuptias illas cœlestes, quibus æternæ salutis communio figuratur, excidisse autem propria culpa, eò quod sua placita & cupiditates regno Dei præferendo ad ipsum accedere noluerunt. Quoad gentes horum uocationem gratui tam fuisse, ex eo apparet, quod cum per compita & autâ vagarentur, ad sepes peccatorum desiderant, adhuc claudî, manci, exci essent, pro-
 miteuè tamen vocati sunt, boni & mali. In quo nobis suam bonitatem commendat
 uas, qui (ut Paulus ait) vult omnes homines saluos fieri. Debet ergo hinc conso-
 lantur, ne quis se à Deo reiectum & exclusum putet. Qui enim Iudæis contuma-
 ces inuicem & atrahere conatus sit, qui item gentes de salute nihil cogitantes ipse
 quæsiuit, num gratiæ & salutis cupidos reijceret? Quia verò multos offendit, quod
 in externa Ecclesiæ societate pijs & bonis malos permixtos esse, & ad mensam Do-
 nes maculæ sunt, ut olim de illis Apostoli scripserunt, sequitur nunc postrema pa-
 rabolæ parabolæ pars, qua quid de illis futurum sit, adumbratur. Summa totius
 loci est, Quod etsi in Ecclesia interdum videatur esse confusio quædam, & plus li-
 cere scandalorum authoribus quàm par sit, venturum tamen diem iam olim con-
 stitutum, quando separatio vniuersalis fiat, & scandala omnia ex regno Dei expur-
 gentur. Vbi discemus, non satis esse ad beatitudinem veram consequendam, si in
 externo Ecclesiæ contubernio locum habeamus, si item inter eos censeamur qui
 sed necessariò requiri, ut fidei professio sincera sit, & huic vniuersa hominis vita re-
 spondeat. Porro singula videamus.

*Iudæi iure re-
 iecti, gentes ex
 gratia adop-
 tate.*

*1. Tim. 2.
 15. 65.*

*2. Pet. 2.
 1. 2. 12.*

*Deus Ecclesiã
 inspicit, qui
 quales in ea
 sint.
 Malac. 3.*

*Matth. 3.
 Apoc. 19.
 Matth. 13. 25.*

Acto. 3. 6.

Principio rex ingressus esse dicitur, ut spectaret conuiuas, & vidisse inter alios
 hominem non indutum veste nuptiali. Ergo etsi videri possit interdum Deus mul-
 ta temere & inconsulto agere in Ecclesia, & absq; discrimine quosuis admittere, &
 ideo nonnulli cum hominibus prophanis apud Malachiam dicant, frustra serui-
 Deo, nec esse discrimen inter iustum & iniustum, nihil tamen absq; certa ratione
 facit & discrimen illud olim toti mundo patebit. Ingredietur enim ille Rex regni
 palam, ut spectet quales conuiuas habeat, & qui nam, & quo singuli habitu ad nup-
 tias suas accesserint. Fiet autem ingressus iste sub finem huius seculi, quando Fi-
 lius Dei in gloria Patris veniet cum angelis suis ad iudicandum viuos & mortuos.
 Tunc enim erunt nuptiæ agni, quæ plenam redemptionem nobis afferent. Tunc
 separatio illa fiet, qua zizania à tritico, putres & mali pisces à bonis, fatuæ virgines
 à prudentibus distinguuntur. Interea facies Ecclesiæ erit ea, quæ fuit ab origine re-
 pual. Etenim sub vnius persona, cuius hic mentio fit, omnes alios compræhendit,
 qui non respondent confessioni suæ. Talis fuit Ecclesia tempore Noæ in arca, in
 Cham quoq; locum habuit. Et totius veteris Testamenti tempore nunquam
 zizanijs fuit ager ille Ecclesiæ, ut in Mose & Prophetis est videre. Nec felicio-
 ra primitiuæ Ecclesiæ conditionem fuisse constat. Hæc enim Ananias, Sapphi-
 ra & querulos murmuratores habuit, ut iam nihil dicamus de Corinthijs, quos
 Paulus vocatos sanctos quidem dicit, in iisdem tamē non vulgaria vitia accusat, ut
 alicui nunc videri possit, Ecclesiam potuisse eos dici, qui tam multis & tam fœdis.

criminibus polluti erant. Quò longius verò ab Apostolorum temporibus recedimus, eò plus vitiorum irreplisse videbimus. Et prodest de eo saepe ac diligenter cogitare, ne ipsi, quæ hodie fiunt offendamur, neque audiamus Anabaptistarum calumnias, qui Ecclesiam esse negant inter eos, qui non omnia secundum Christi institutionem rectè instituta habent. Etenim hoc illud ipsum est, quod in præfenti per Iulianum licem illum adumbratur, qui absque veste nuptiali comparuit, & ideo eiectus est.

Deus eiecit ex
Ecclesia non
erui.

Matth. 3.

Psal. 78.

2. Tim. 4.

Leuit. 20. 24.

Num. 18.

Deut. 18.

Rom. 14.

1. Cor. 5.

Actio inter Regem & indeceter vestitum.

Quis verò istum eiecit? Rex ille magnus, qui nuptias fecit suo filio, neque aliquis vel seruatorum vel conuiuarum hoc ius sibi sumpsit. Conuenit hoc cum eo, quod Iosephus Baprista dixit, IESVM CHRISTVM ventilabrum habere in sua manu, quo area suam ipse purget. Et idem non patitur alibi, ut serui zizania euellant ante tempus messis, ne dum ista euellere volunt, simul tritico aut segetibus bonis damnum dent. Non debet autem hoc ita accipi, quasi nemini liceat sese opponere seueris legibus aut scandalis apertis. Etenim officium sedulo facere debent omnes, quibus cuiuslibet cunctis aliquid à Deo mandatum est. Parentibus præcipitur, ut ex se natos in veritate Dei cognitione & timore instituunt, ut eosdem disciplina quoque seueriori in obsequio contineant. Incumbant ergo muneri suo, & quantum in ipsis est curent, ut vitiorum non obliuiscantur operum Domini, & ut fœdus eius sanctè custodiant. Sic ministeriorum est sermonem Dei prædicare, docendo, arguendo, exhortando, oburgando, do instare tempestiuè & intempestiuè. Ne quid ergo hic omittant, neue occasione dali auri hores sint, quod caueri poterat, si ipsi officium facerent. Eadem est ratio, qui ad Reipublicæ gubernacula sedent. Animos quidem & voluntates hominum cogere non possunt, & fidem solius Dei donum esse, nuper diximus. Sunt autem tem scelerata quædam, quibus societas hominum turbatur, & omnes tum charitatem & honestatis publicæ leges dissoluuntur. Hæc punire, imò excindere iussit Deus, & nisi id fiat, graues pœnas negligentibus denuntiavit. In hoc genere censentur Pithonici, homicidæ, adulteri, incesti, Sabbati transgressores, falli doctores, blasphemii & quicumque alij in lege Dei nominantur. Non debent ergo cessare in communione alios excludere nemo debet, qui non peculiare mandatum ab eo accepit. Cur enim quis eos excludat priuato arbitrio, quos Deus vocat & inuitat? Vel tu quis es, qui alienum famulum iudicas? Viderunt procul dubio seruitores istius, qui Apostolorum personam sustinuerunt, istum non minus decenter vestitum esse, non autem ipsi eum eiecerunt, sed quia iussi erant quosuis mancos, claudos, egenos, qui ad sepes desidebant, & incerti vagabantur, intrò accersere, quos sui muneris erat fecere, iudicium verò de cuiusque persona aut habitu hero permissum fuerunt. Hoc ipsum Apostoli fecerunt postea, qui non absque peculiari Spiritus sancti suggestionem ab Ecclesia segregarunt homines sceleratos, & Paulus Corinthios in hominem incestum nihil statuere voluit, nisi suo spiritu præfente. Quod si posteris temporibus obseruatum fuisset, nunquam oppressa Ecclesia libertate in contemptum creuisset quorundam potentia, qui sub religionis prætextu quæsum prouocauerunt.

Sed ipsam actionem videamus, quæ regi cum sordido hoc & impudente iocose celsit. Amice (inquit) quomodo huc introiisti non habens vestem nuptiarum? Non quærit qua via, aut quo gestu corporis ingressus sit, sed de animo potius interrogat. Quasi diceret: Quæ hæc tua est impudentia vel audacia, ut in hunc reberrimum confessum non veritus sis venire hoc habitu, qui animum arguit longe aliter affectum, quam ab his requiratur, qui in istis nuptijs locum habere cupiunt? Amicum verò dicit, quem poterat contumeliosius compellare, eò quod cum ipse amicè inuitauerat, culpa autem eiectionis penes ipsum erat, qui non debita reuerentia

rentia ad epulum hoc accesserat. Sic Iudam in osculum proditorium ad eius collum
 ruentem amicum dicit Dominus propter priorem familiaritatē, & quod per ipsum
 non steterat, quò minus illi omnē amici officium præstaret. Interim arguitur & am-
 plificatur eorum culpa, qui ad Filij Dei nuptias vocati gratiam hanc non dignè æ-
 stimant. Quid verò ille? Obmutuit. Est hoc hominis propriæ conscientiæ testimo-
 nio condemnati indicium. Et sanè in illo die non habebunt tales quod dicant. Nec
 enim negare poterunt ea, de quibus proprio corde condemnantur. Nam non oc-
 culta erit ista condemnatio. Aperientur libri, ut apud Daniele & in Apocalypsi
 scribitur, id est, omnia cordium arcana patefient. Frustra igitur quis negabit, quod
 in omnium oculis versabitur. Nullus præterea locus erit pœnitentiæ, qua culpa ad
 missa sarcitur. Quid ergo aliud faciant, qui in illo die deprehendentur in reatu,
 quam quod obmutescant, & ignominiam sempiternam subibunt.

Matth. 26.

Dan 7.
Apoc 20.

Est autem observatum dignum, quod Rex non cum servis expostulat, qui homi-
 nem male vestitum introduxerint, sed ipsum accusat, qui nuptias tantas indecenti-
 peccata ipsi impudentur & fraudi sint. Itaq; ut periculum hoc caveant, solerti di-
 scedunt ab Ecclesijs, in quibus impunè agunt homines vitij polluti: aut si Verbi
 administratos ipsi agant, nimis curiosi vel etiam odiosi sunt in exagrandis aliorum
 vitijs, dum metuunt, ne propter ea ipsi damnentur. Non rectè æstimant isti homi-
 nes Dei bonitatem, quæ inexhausta est. Cur enim aliena, quorum nos non aucto-
 res sumus, nobis impeter, qui propria condonat benignè, si verè & ex animo pœ-
 niteamus? Paulus de Cœna Dominica cum Corinthijs agens, eos quidem grauter
 accusat & terret, qui indignè ad illam veniebant, & ait: Qui edit & bibit indignè,
 iudicium sibi edit & bibit: nullam verò aliorum mentionem facit, qui eiusdē men-
 sa cum illis communicant. Sufficiat ergo nobis propria conscientia, neque Deum
 tam iniquum putemus, ut nos propter alterius delictum punire velit, cuius nulla
 in nobis culpa hæcet.

Non expostu-
lat cum servis
Rex.

1. Cor. 11.

Qui verò irreverenter ad Ecclesiæ mysteria irumpunt, meminisse debent
 quid isti acciderit ex Regis decreto. Ligatis (inquit) pedibus ac manibus eius, tol-
 lite eum ac conijcite in tenebras exteriores. Dicitur hoc suppliciorum æternorum
 etia exequantur. Quod autem D. Hieronymus annotavit, manuum ac pedum mē-
 tionem facit Scriptura, quando de sempiternis inferorum cruciatibus agitur, ut
 non tormenta, & omnem intellectus captum excedant, quia tamen ad membra
 corporum resurrectionem confirmet. Nam etsi ineffabilia sint illo-
 rum capacia fiant, nec his consumantur, quemadmodum beatorum corpora
 perungent, corporum resurrectionem precedat necesse est, & ut eadem cruciatuum in-
 ferum ordinem percipient. Additur fletus & stridor dentium, qui cura
 corporis tormentis animi quoque dolores irremissos coniunctos fore testantur,
 quibus in aternū exercebuntur, qui ex regno Dei in tenebras exteriores, ubi dam-
 natorum locus est, quem alibi scriptura Tophet & gehenna vocat, efficiuntur. Et ne
 quis putet satis esse benè cœpisse, concludit parabolam brevi dicto, Multi sunt
 vocati, pauci verò electi, qui vera fide instructi, salutem quam semel amplexi sunt,
 constantiter retineant, & quod proprium electionis signum est, in finem vsque per-
 severent.

Efficitur inde-
center vestitus

Vestis nuptias
lic Christus.

Ceterum quia totius salutis cardo, quem hæc parabola tradit, in eo versatur, ut
 vellemus nuptiali amicti simus, quæ nam illa sit, & quomodo induatur, aliquanto dili-
 gentius videndum erit. Deus Opt. Max. initio hominem ad suam imaginem bonū
 creavit, & vestiuit innocentia. Ideo etsi nudus erat, non tamen erubescibat. Ut pri-
 mum verò ex vitio pomo comedit, se nudum esse vidit, nec sua industria quic-

Gen. 3.

quam potuit contexere, quod in Dei cōspectu ipsum velare & tueri posset. Et quia posteritatem omnem in imagine seu conditione sua correpta & vitiosa genuit. Ad damus, non potest melior nostrum omnium quam illius esse conditio. Ideo si in sua natura considerentur homines, ex seipsis nihil quam folia inania aut sordidos ceterones (vt p̄ij apud Isaiam fatentur) humanæ iustitiæ contexere norunt. Quare Paulus de Christianis scribens, qui in hoc mundo peregrinantur, & domicilio quodam cœlo est, superindui cupiunt, rectè quasi sub Correctionis specie interferit, nos vobis nostri compotes tunc fore, si induti, & non nudi reperiamur. Nuditatem ergo illam, quæ ex Adamo ceu hæreditario iure deriuata est, prius veste idonea velari debet. Apostolus videtur ad vestem nuptialem alludere, de qua in præsentem Christus loquitur. Quam verò illam esse dicemus? Hic meminisse oportet, Deum primis parentibus vestes fecisse, quibus aduersus cœli iniurias defenderentur: cum illos ex paradiso exturbare vellet. Ipsa folia ficus contexuerunt, quibus nequicquam se tegebant, typo nimirum fucatae sanctimoniam & inutilis. Sed Deus pelliceas tunicas dedit, quo typo eos ad agnum illum immaculatum remisit, quem iam ante præmiserat sub semine mulieris, vt qui caput serpentis conculcaurus erat, nostram quoque nuditatem tegeret, adeoque defenderet aduersus omne periculum. Ergo vestis illa nuptialis propriè est ipse Filius Dei, IESVS CHRISTVS, qui nobis a Deo Patre non solum sponsus, verumetiam iustitia, satisfactio, sanctificatio factus est.

Christus quomodo induatur
Gal. 3.

Rom. 4.

Isa. 64.

2. Cor. 5.
Gal. 3.

Rom. 6. & 13.

Pseudochristiani arguuntur.

Hunc nos induere oportet, quod per fidem fit, qua apprehensus nobis vnitas & totus noster fit. Ideo Apostolus de credentibus loquens, quos per fidem in Christo baptizati estis, Christum induistis. Baptismi meminit, qui fidei & filiorum Dei exercituum Sacramentum est, adeoque sigillum iustitiæ fidei, sicuti olim Circumcisio, in eius locum successit. Quia ergo de verè credentibus agit, in quibus baptismus exercituum est, consultò Baptismum allegat, in cuius actione mysterium illud a dumbratur. Qui verò ita baptizantur, vt sese efficacitas Baptismi per fidem exerat, fidem Christum ita induunt, vt hunc non solum ore & verbis, verumetiam totius vitæ conuersatione profiteantur, & (quod Paulus alibi ait) quod viuunt, non sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est ac resurrexit, vt cum eodem Apostolo nunc viuunt in carne, vitio per fidem Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Eodem pertinet quod ad Romanos scribit Paulus: An ignoratis, nos quorocumque baptizati sumus in CHRISTVM IESVM, in mortem eius baptizatos esse. Sepulchrum ergo sumus vnà cum eo per Baptismum in mortem: vt sicut exciratus est Christus ex mortuis in gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Quibus ad id quod in eadem epistola ait: Nox processit, dies autem appropinquauit. Abijcimus igitur opera tenebrarum, & induamur habitu lucis: vt interdum proteramus in luce & inuidia, sed induimini Domino IESV CHRISTO, & carnis curam ne habeamus.

Itaque nuptiali veste induti sunt, qui Christum vera & constanti fide amplectuntur, eundem dictis & factis, adeoque totius vitæ conuersatione referunt. Qui secus viuunt, multa quidem iactare possunt, sed olim cum Rex ille regum venerit, in eius conspectu obmutescant, nec illis locum dabit in cœlestibus nuptijs Dei Filij, sed procul abs se reijciet. Venit ergo deploranda hoc loco infelix humani generis conditio, quando pauci sunt veste illa induti, quæ sola nos tuebitur, quando conuulsi suos, id est, sui nominis professores ille inuiset, vt veros à falsis distinguat & legitime gerat. Quibus

get. Quam multi enim sunt, qui prorsus nudi discurrunt, aut ridiculis ac inutilibus
superstitionum ineptissimarum centonibus sese palliant. Quam multi verò qui ha-
bitum tenebrarum præferunt luci? Quid de illis dicemus, qui cum quoties manè se
vestibus induunt, de harum origine cogitare, & vilem illum amictum, quem paren-
tes primi à Deo acceperunt, simulq; parabolam hanc de veste nuptiali in mentem
reuocare debebant, omnium horum & suis ipsorum immemores, habitu luxurioso
& molli diffuunt, vt interdum præstaret nudos discurrere, quam legenos tam multi
variàm offendere, & incautis tam varias & turpes libidinis & superbix occasiones
obijcere: Sunt hæc cum multiplici scelere coniuncta, nec desunt exempla iudicio-
rum Dei, quibus quod de infelici illo dicitur, qui in tenebras exteriores eiectus est,
confirmatur. Memores ergo dignitatis nostræ ad quam vocati sumus, & quod in no-
uissima tempora incidimus, induamus nos per fidem IESU CHRISTO, & eundem
viam vitæ cursu referamus, vt cum dies ille lætus electis omnibus aduenerit, non
nudi reperiamur, sed inter eos connumeremur, de quibus Angelus olim pronun-
tiauit: beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Huic debetur benedictio,
honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Apo. 19.

H O M I L I A C C L V I

*Tunc profecti Pharisei consilium cœperunt, vt illaquearent eum in sermone.
Itaq; mittunt ad eum discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Præceptor, sci-
mus te veracem esse, & viam Dei in veritate docere, nec quenquam curare: non
enim respicis in personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet cen-
sum dare Cæsari, an non?*

Postquam Matthæus aliquot IESU CHRISTI conciones descripsit, in quibus
partim disertis verbis, partim elegantibus parabolis Iudæorum contumaciàm
accusauit, qua mercantur, vt quod olim Deus minatus, ipsis à regno Dei exclusis,
gentes adoptentur: narrabit deinceps disputationes aliquot insidiosas, quibus ad-
uersarij ipsum irretire conati sunt, vt vel in periculum adducerent, vel populo
contemptum aut inuisum facerent. In quibus primùm elucet hostium eius impro-
bitas, qui vbi odio veritatis cœperunt indulgere, subinde in peius proficiunt. De-
& astutis superior fit, verumetiam illis benè vtitur. Nam ista occasione de multis
torum contra eos, qui sub religionis prætextu immunitatem & licentiàm quæ-
runt: de resurrectione item mortuorum: de summo mandato: de persona Messix,
& quid de eo iudicari debeat. De quibus ita agit, vt hostes quoque ipsius sapi-
entiam diuinam agnoscere & fateri cogantur. In præsentem primam partem actionis de
magistratu narratur, in qua videre oportet, quando & à quibus, quomodo item
hæc instituta sit.

Argumentum
& vsus sequen-
tium colloquio-
rum.

Tempus & oc-
casio huius ac-
tionis.

A tempore orditur Euangelista, vt qua occasione quæstionem istam aduersa-
rii mouerint, demonstrat. Vno autem verbulo temporis circumstantiam notat, di-
cens: Tunc profecti sunt Pharisei, &c. Quando nimirum Christus parabola de vi-
neâ & colonis infidis, de nuptiis item proposuit, quibus causas repudiij Iudæorum
& adoptionis seu vocationis gentium indicauit. Primæ parabolæ de vinea narra-

Z

tione exacerbatos fuisse aduersarios, nuper docuit Matthæus, quando dixit, illos studuisse ipsum præhendere, sed ne id facerent, metu vulgi prohibitos fuisse: mirum quod propriæ conscientiæ testimonio conuicti scirent se dignos esse supplicio, si quid aduersus eum auderent. Sed cum alteram quoque parabolam de nuptiis adderet, magis irritati sunt: sed tunc quoque auctus est illis metus, qui eos cohibuit, ut manus ab eo abstinere. Apparet hoc loco discrimen auditorum voracitatis. Electi qui aliàs oues Christi dicuntur, pastoris sui vocem norunt, & hæc audita emendantur. Ioannis 10. Roma. 7. Reprobi verò qui carnis affectibus morrem gerunt, indurantur, & præfractiores fiunt. Ut enim homo natura malus est, & legem peccati in membris suis gestat, quæ affectibus pessimis illum ad vitium scelus abrepat: ita præter Verbum Dei frangulum nullum est, quod illum in officio continere possit. Si ergo illud homini sordet, ut eo se regi non sinat fieri equidem non potest, quin instar effrenis equi, quo illum cæca libido ducit, fera tur.

Pharisæi Christi
sunt hostes acer-
rimi.

Herodiani qui
sunt quales.

Evidentius hoc apparebit, si qui nam hanc causam contra Christum egissent, videamus. Pharisæi nominantur, quos passim legimus acerrimos Christi hostes fuisse. Quia enim (ut sæpe diximus) propriæ iustitiæ fidebant, non poterant eum ferre, qui nobis à Patre iustitia factus est, & quo admissa, id est, aulicorum iustitia euanescebat. Coniungunt hi nunc sibi Herodianos, id est, aulicos Herodis, qui quales fuerint, ex hero illorum lices colligere. Erat Herodes Antipas homo prophanus, voluptatibus deditus, incestus, & qui de mortuorum resurrectione non multò melius quam Sadducæi sentiebat. Cum enim in *ἡρώδης*, id est, animarum in alia atque alia corpora transmigracionem crederet (ut supra capite decimo quarto in Ioannis Baptistæ historia vidimus) non potuit de corporum resurrectione certum quid aut solidum credere. Quæ enim ratio reddi poterit, cur anima, quæ in diuersis corporibus vixit, huic tantam quam illi in resurrectione restituatur? Sui ergo similes aulicos habuit, qui omni religionis fundamento exploso, carnis libidini seruebant. Interim idonei erant, qui Pharisæos in præsentis instituto iuuarent, cum non possent non tueri Cæsaris partes, à quo Herodes suum regnum siue Tetrarchiam, quasi precario possideret, & ex illius nutu res administrare cogebatur. At non temere quis miratur, Pharisæos sibi socios accersere voluisse, à quorum ingenio, moribus & religionem *ἡρώδης* (quod dicit solet) dissidebant. Illi enim iustitiæ & sanctitatis summam existimationem sibi vendicabant, & simul libertatis patris accerrimi vindices erant, eò quod sub Alexandra Hircani & Aristobuli matre potentes facti, tantum non regnauissent: hi autem (ut modò diximus) quoad mores corruptissimi, adhuc Cæsaris amici atque Romanæ tyrannidis fautores essent. Sed non est quod hunc sincerissimum aut Collusionem inter istos admiremur. Etenim hoc ingenium est hominum impiorum, ut in studiis externis nunquam possint inter se conuenire, dum quisque alteri præstare cupit: At in veritate oppressione omnes facillè consentiunt, quia huius lucem omnes ex æquo oderunt. Sic paulò post Sadducæos ferunt Pharisæi, qui mortuorum resurrectionem apertè negabant, qua sublata religio non potest consistere. Sed viad Christum capiendum Sacerdotes cum suis seruis & militibus conuenisse Lucas eas annotauit, ita inter Pilatum & Herodem amicitiam nouam coaluisse. Sed videtur, quando de Christo extinguendo agebatur, ut in eo alius alij gratificaretur, cum prius inimici essent adiuuicem. Vide vigesimum tertium caput Luca. Et in historia Ecclesiastica legimus, Iulianum Apostatam cum Iudæis contraxit

coniurauisse aduersus Christum, vt hunc mendacij conuincere & omnem eius ver-
bis fidem derogare posset. Et hodie inter principes similia exempla sunt, quorum
aliquos non pudet cum Turcis pacem sancire, aut inducias facere, vt interea con-
iunctis viribus Ecclesiam Christi possint opprimere. Quis deniq; non videt mona-
chos, qui mundo mortui videri volunt, in castris versari, & inter armatas militum
acies volitare, vt aliquam veritatis extinguendæ occasionem inueniant? Sed ex eo
agnoscamus Euangelij veritatem, quando aduersus hanc solam conspirant, qui
absurdissimas quasq; opiniones ferre possunt. Interim vigilemus serio, neq; ex im-
piorum dissidijs nobis aliquid boni polliceamur: Deo autem fidamus, qui coniura-
tiones eiusmodi facile dissipat, & gentium consilia (vt Psaltes canit) euertit, ipsius *Psalm. 33.*
autem consilium durat in æternum. Factum est hoc nostro seculo sapius, & adhuc
vixit & regnat Deus ille & Dominus exercituum, cuius regnum nullis hominum
viribus potest labefactari.

Sed præstat modum quoq; & ordinem videre, quem isti in hac actione contra
Dominum secuti sunt. Primò consilium inierunt, vt ipsum illaquearent in sermo-
ne. Nihil ergò temerè aut inconsultò faciunt. Sunt enim filij huius seculi prudentio-
res filijs lucis in sua generatione, & Daniel Antichristo oculos hominis, id est, astu-
tiam & diligentiam in rebus agendis tribuit. Dauid etiam etsi reges & principes
terræ fremere dicat & vim parare, qua Christi iugum excutiant, tamen eosdem si-
mul conuenire & meditari ait, quomodo effectum dent quod volunt. Finis autem
illis propositus est, vt eum illaqueent in sermone, id est, eo deducant, vt aliquid in-
cautius dicat, cuius occasione ipsum vel potestati præsidis tradere, vel populo in-
uisum & exosum facere possint. Deinde non ipsi accedunt ad Dominum, qui ha-
erent aperti hostes fuerant, sed vt melius lateant mittunt ad eum discipulos suos,
& ex his non quosuis, sed insidiatores, vt Lucas tradit, qui se iustos & veritatis a-
mantes simularent, quibus Herodianos, vt modò diximus, coniungunt. Et hi mi-
rifice dolunt, quibus insidias possunt tegere. Nam non solum iustitiæ & pietatis stu-
dium simulant, verum etiam quasi ipsius obseruantissimi sint, omnes boni ac fidi
doctores partes ei tribuunt. Nam ita eum compellant: Præceptor, scimus te vera-
cem esse, & viam Dei in veritate docere, nec quenquam curare: non enim respicit
in personam hominum, &c. Præceptorem dicendo, se ipsius discipulos esse profi-
tenrur. Quod quid aliud erat, quàm Pharisæismum abnegare? Et mirum est, illos
de boni doctoris officio tam benè posse differere. Primò dicunt, scimus te veracem
esse. Est hæc præcipua doctoris virtus. Quis enim fidem habeat homini vano &
mendaci? Aut quis speret eum de diuinis & cœlestibus vera dicere, qui de ijs quæ
omnibus nota sunt, mentiri non veretur? Deinde viam Dei doceat. Dicitur sic vni-
uersa vitæ huius & salutis æternæ ratio, quæ Dei verbo traditur. Dei autem via
dicitur, quia ad Deum deducit, & quod non satis sit eam tenere, sed vt in eaambu-
lemus necesse est. Ideo sancti precantur: Vias tuas notas mihi fac Domine, & as-
suescito me semitis tuis. Duc me in veritate tua: Doce me viam decretorum tuo-
rum: Fac me incedere per semitam præceptorum tuorum. Hanc ergo viam mon-
strat doctor, & quia hæc non alibi quàm in Dei verbo inuenitur, hoc vnum prædi-
cat, non sua aut aliorum hominum cõmentata siue traditiones, quibus nequicquam
Deus colitur. Deinde in veritate doceat hanc viam, id est, rectè & ita vt ædifica-
tioni auditorum seruiat, ne de illo dici possit, quod Isaias de sui seculi impostori-
bus queritur: Popule mi, qui te dirigunt, aut beatum dicunt, seductores sunt, & iter
semitarum tuarum deprauant. Faciunt hoc qui gratiam Dei & salutem pollicen-
tur ijs, quibus correptione opus erat, & (vt apud Ezechielem de quibusdam dicitur) *Ezech. 13.*
pulillos consuunt, quibus suauiter indormiant, qui serijs admonitionibus ad
resipiscentiæ studium debebant excitari: E contra verò religionem sibiipsis quæ: *Mich. 3.*

Modus et ordo huius actionis.

Luc. 16.

Dan. 7.

Psalm. 2.

Boni doctoris partes.

Psalm. 25. 119.

Isa. 3.

Ezech. 13.

Mich. 3.

Gal. 1.

Ierem. 1.

Isa. 53.

Ioan. 8.

Aduersariorū
Christi astucia.

Gen. 3.

2. Cor. 11.

Hostes Christi
in sua astucia
capiuntur.Questio de cō-
su Casari sol-
uendo.

stum faciunt, & bellum contra eos sanctificant, qui non dederint in os ipsorum. Ut verò possit in veritate doceri, necesse est, ne quenquam curet doctor, nec in cuiusquam personam respiciat. Etenim qui id faciunt & hominibus placere volunt, ij Dei serui esse non possunt. Semper enim occurrerit, quod illos vel metu vel lucri spe transuersos abripiat. Meminerint ergo, se Dei seruos esse, apud quem non est personarum respectus. Deinde publicos esse & communes omnis loci & ordinis hominum doctores, quos toti suæ domui præfecerit Dominus, & proinde non posse se ab ipsis quenquam negligi absq; scelere, sed singulos doceri, admoneri, argui ac corripere oportere, vt ea omnibus dicantur, quæ ipsorum emendationi atq; salutiferiunt. Et talem quidem constat fuisse Christum, de quo olim Propheta dixerat, Nō est inuentus dolus in ore eius. Et ipse acerrimis suis hostibus dicere non verebatur: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et quamuis ad eam perfectionem, quæ in illo fuit, nemini mortalium pertingere detur, vt nullo vel dicto vel facto labatur quoad doctrinam tamen annitti decet Ecclesiarum ministros, vt illa ipsis synecrofit, & nullo fuce adulteretur.

Cæterum vt ad Christi aduersarios redeamus, in quem finem illi ista dicunt? Num vt eum serio commendent? Nequaquam, sed vt suavi illa & mellitella commendatione insidias quas ipsi struebant, occultent, & vt ipse sibi cum amicis & discipulis synceris rem esse putans, incautius aliquid effutiat, ex quo calumniandæ causationem illi possint arripere. Itaque patrem suum diabolum imitantur, qui Euam omnium nostrum matrem olim simili astu decepit, & hodie adhuc totus in eo est vt sub falso salutis nostræ studio mentes simplicium illectas & corruptas abducatur à simplicitate, quæ est in Christo. Et sanè nihil vulgarius est hodie siue Republicæ & seductores excitat, qui studium salutis publicæ cum lachrymis protestantur, & animas suas oppignerare audent: ita bonis legibus & paci publicæ per eos iniuriatur, qui liberas gentes Regum fœderibus insidiosis illaqueare, & militiæ mercenariæ mancipare conantur, vt ipsi ex simplicium sanguine opes atq; thesauros inargentis sibi colligant. Itaq; diligenti vigilia opus est nobis, ne facile aures præbeamus blandis istis Sirenibus, quarum cantus si admittatur, certum ac ineuitabile saluum naufragium pariunt.

Interim consolationi priorū seruiat exemplum iudicij Dei, quod hic elucet. Dum enim isti Christo insidias struunt, & cum illaqueare student, seipsum fallunt, & in astutia sua capti suam auctoritatem & existimationem turpiter prostituunt. Etenim si præceptorem suum esse fatentur, quis non videat malè ipsos facere, qui a his se crentur quos illius aduersarios esse, non poterant ignorare? Si viam Dei docebat, & quidem in veritate, ipsi vtq; seductores erant. Et quis dubitet publica in confessione Apostolos & plures alios, qui hætenus Christum secuti fuerant, vehementer in fide fuisse confirmatos, quando audiebant ab ijs illum cōmendari, quos eius hostes acerrimos hucusq; fuisse viderant. Solet hoc frequenter accidere ijs, qui cum veritate certamen suscipiunt. Quid enim aliud faciunt qui hodie nos hereticos ecclesiæ catholicæ desertores esse clamant, interim Apostolos venerantur, quos eandem fidem rant, Diuorum item & Martyrum cultores se esse profitentur, quos eandem fidem atq; doctrinam nobiscum olim professos esse cōstat? Aut ergo nos diuersum ab his credere & docere demonstrant, aut nos ecclesiæ catholicæ auctoritate grauari debent: quæ nisi nobiscum in vnum Deum per vnicum Mediatorem IESVM CHRISTUM profiteatur & teneat, orthodoxa & catholica dici non poterit.

Porro quæstionē ipsam videamus, quæ eiusmodi est: Dic quid tibi videtur. Quod si diceret: Quia absq; personarum respectu hætenus de omnibus pronuntiauit, ad quibus interrogatus es, procul dubio in hac quoq; causa liberè dices quod amo

mo sentis, & quod cum veritate verbi Dei consentire nosti. Licet ne censum dare
 Cæsari, an non? Petitur quæstio ex præsentî, quæ tunc erat, populi Iudaici conditio
 ne. Nec enim tam stupidi erant, vt nescirēt quid regibus debeatur, & de eo olim Sa-
 mul maiores eorū admonuerat. Et censum ex antiquissimo instituto in Romana
 Repub. agi solere, non poterant ignorare, vt alibi diximus. Adhæc lex naturæ do-
 cet, æquum esse vt subditi pro facultatum suarum ratione contribuunt, vt quæ ad
 Rempub. petrinent possint commodè administrari. Sed quod Romani ab ipsis cen-
 sum exigent, id illis iniunctum & intolerabile videbatur. Primū quia populus Dei
 ipsi erant, Romani autem idololatræ & à Dei regno alieni. Deinde res noua erat &
 insolens Iudæis, qui censum nullum dederant hucusq; nisi qui ad facta tecta templi
 conferuanda pertinebat, de cuius institutione Moses in Exodo differit. Ideo apud
 Lucam quærunt, Licet ne nobis, &c. Est q; quæstionis huius emphasis aut status in
 eo. Num Iudæis, id est, populo Dei liceat censum, qui olim religionis ergo indictus
 & est quæstio hæc plena periculi, eoq; periculosior, quod in publico proponeretur,
 & ijs testibus, quos constabat nō dissimulatuos esse, si quid responderet, quod Cæ-
 saris dignitati aut maiestati (vt vulgo loquuntur) posset derogare. Etenim si neget
 dandum esse Cæsari censum accusabitur seditionis, quod postea Sacerdotes & Se-
 niores fecisse scimus coram Pilato, quamuis hoc se iniuste facere scirent. Sin affir-
 met, populo seipsum exosum reddet, & simul gratiam bonam apud hunc inibunt
 Pharisei, quibus indignum videbatur Cæsares ea exigere, quæ Deo antiquo iure
 debebantur. Sin taceat & hanc quæstionem abs se reijciat (vt cum à quodam de hæ-
 reditate inter se & fratrem herciscunda appellaretur, eum fecisse legimus) causam
 miserî populi negligere, & personas respicere dicitur, sicq; suæ existimationis lau-
 dem amitteret. Sed quam sapienter & grauius responderit, vt omnes hosce laqueos
 in præsentî sermone Deo volente dicitur.

Ita præsentî videre licet, quæ conditio sit populi, qui aliquando liber libertatem
 suam amisit, aut sponte prodidit. Fuerunt olim Iudæi liberi, vt pote Dei peculium.
 Sed pro tanto beneficio ingrati, reges sibi accersuerunt, sub quibus multa passi
 sunt, à quibus immunes esse poterant, si Reip. formam à Deo ipsis traditam custodi-
 uissent. Tandem cum Sacerdotum ambitio eò vsq; progressa esset, vt iisdē quoq; re-
 deretur, & vtrinq; auxilia externa quærerent, factum est ea occasione, vt Romani Iu-
 dæam subigerent, & primò regem illi imponerent Herodem, hominem Idumæū,
 postea autem illa in prouinciã redacta, præsidēs in eam mitterēt. Sub quibus quam
 multa duriter & iniquè passi sint, non opus est dicere. Hi certè censum egerunt, &
 multum laborarunt, & agnoscebant Dei ab ipsis alienati iudiciū esse, quod cen-
 sum Cæsari reddere cogentur. Sed nequicquam multa conati sunt, cum Dei Fi-
 lium respicerent, qui solus libertatis veræ author est. Imò dum hunc nolunt admit-
 tere, impostoribus præda fiunt, qui dum inanibus promissis spem libertatis illis fa-
 ciunt, & miseris turbarum & seditionum quotidie nouarum authores sunt, tandem
 excidium toti genti adduxerunt, quo nihil tristitius & crudelius orbis terrarum vi-
 dit. Et huius generis multa alijs quoq; gentibus accidisse legimus, Lacedæmonijs
 nimirum, Græcis & Romanis ipsis. In horum consideratione diligenter vos ver-
 tari conuenit viri Germani, ne Pontificum ambitione vos quoq; & cōmunem pa-
 triam in partes distrahi & motibus periculosis turbari sinatis. Tuemini potius liber-
 tatem maiorum sanguine partam, & in primis Dei filium IESVM CHRISTVM
 amplectimini, qui in se credentes in libertatem veram vindicat. Illi debetur benedi-
 ctio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

1. Sam. 8.

Exod. 30.

Luc. 23.

Luc. 12.

Conditio eorū
qui libertatem
amiserunt.

Cognita autem IESVS eorum malicia ait: Quid me tentatis hypocritae? Quid
stendite mihi numisma census. Ipsi vero obtulerunt ei denarium. Tunc dicit eis:
Cuius est imago ista & inscriptio? Dicunt ei, Caesaris. Tunc dicit eis: Reddite
ergo quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo. Cum igitur haec audissent,
mirati sunt: & omisso eo abierunt.

Ioan. 18.
Matth. 6.

Isa. 9. 2.
Psal. 72.
Zach. 9.

Quamuis Dei Filius, Dominus & Servator noster IESVS CHRISTVS dis-
serere fateatur, regnum suum non esse de hoc mundo, & suos discipulos hoc
retur, ut relictis terrenis studijs in ipso caelestia & aeterna quaerant, plerique tamen
terrenis intenti caelestia vel omnino negligunt, vel (quod peius est) dum sub reli-
gionis praetextu immunitatem & priuata commoda quaerunt, ferè turbas dant no-
necessarias. Et haec multis causa est, ut cum aeternis bonis huius quoque seculi rem-
moda & pacem amittant. Factum est hoc iudaeis. Habebant hi promissiones
Messia, de quo Prophetæ vaticinati erant, quod iugum oneris & virgam exa-
contracturus, & regnum suum à mari ad mare propagaturus esset, sub quo ipsi lau-
ra pace securi fruerentur. Haec cum illi secundum litteram intelligerent, regnum ter-
renum, victorijs & opibus florens somniabant. Quae causa fuit, quod IESVS
Messia non possent agnoscere, & insuper indignius ferrent Romani imperij iugum
& pro libertate, quam ipsi turpiter prodiderant, subinde tumultuarentur, id quod
ipsis tandem exitium peperit. Ex hoc fonte etiam quaestio ista manauit, quae
Pharisaei Christum insidiosè aggressi sunt, Num liceat ipsis, qui Dei peculium
censum dari Caesaris? Est quoque quaestio haec similis quaestionibus, quae
sua intemperantia ad inopiam redegit, ut praedia & agros suos oppignerarint, quo-
ditiosè mouent de decimis & annuis redditibus. Qui cum nostro seculo etiam
bas dederint, & hoc nomine Euangelium multis suspectum sit, diligentius videtur
oportet quid hic responderit Dominus.

Christus arguit
nequitiam ad-
uer, ariorum.

2 Cor. 3.

Jerem. 27.

Christi omni-
scientia conso-
latur pios.
Iuc. 6.
Dan. 7.
Psal. 111.
Matth. 10.

Principio ab acri correptione orditur, dicens: Quid me tentatis hypocritae? Hy-
pocritas dicit, quod religionis & gloriae Dei studium simularent, cum nihil huius
ipsis cordi esset. Deinde quod ipsum tentent, id est, insidiosè secum agant, aculeus
Quod viros bonos nequaquam decet. Et ne temerè illos corripuisse putetur, causam
praemittit Mattheus, quod cognita ipsorum malitia, sic illos compellat. Est autem
hoc nouum diuinitatis Christi argumentum, quo cum *107. 105. 71* esse apparet
qui corda & horum cogitationes scrutetur, & cognitas habeat. Quod solus Deus
esse, res ipsa loquitur. Quis enim nouit ea quae sunt hominis, id est, quae homo intra
cor aut animum suum versat aut meditatatur, nisi spiritus hominis, id est, mens ipsa
intelligendi facultate praedita? Deinde Deus, qui hanc facultatem menti homini
solus dat: Testatur hoc ipse apud Ier. dicens: Vafrum cor supra omnia & inscruta-
bile: quis cognoscet illud? Ego Dominus & cor perscrutor & renes explorator, & in-
dam cuique secundum viam suam. At Christum corda & horum cogitationes nosse
se, non hoc solum exemplo constat, sed multis alijs, quae Evangelica historia nobis
proponit. Quis ergo de illius diuinitate dubitet?

Debemus autem de eo frequenter cogitare, ut primò ex eo consolationem pro-
tamus eduersus hostium contilia & machinationes. Sunt filij huius seculi prudenti-
tiores in generatione sua, quam filij Iudaeis. Possunt ergo consilia & dolos Antichristi
dias, quas Christi seruis struunt, mirificè occultare. Et Daniel Antichristi tribuit. Sed
minis, id est, perspicacem astutiam & calliditatem in rebus agendis tribuit. Sed
gat ille ut velit, & profundo licet astu crudeles hypocritae retia & laqueos suos
abscondant, non poterunt tamen Christi oculos fallere, qui pro Israele excubat.

cupido, ut magistratus quosdam non pudeat. ius suum, quo gloriantur, hominibus priuatis locare, qui publicam monetam eudendo lucrum quaerunt. Qui id faciunt, nec suae existimationi consulunt, nec Reipub. & populi commodis prospiciunt. Sed ut in historia praesentiper gamus, respondent illi quod res est, inscriptionem hanc denarii Caesaris esse. Ad quod Christus infert: Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo. Quasi diceret: Cum ipsi fateamini vos Caesaris moneta uti, simul testemini oportet, vos eius imperio esse subiectos. Reddite ergo Caesari, quaecunque huic debentur. Neque hoc cuiquam debet iniquum videtur, quod Dei populus sitis, & huius sacerdotale regnum. Nam quia Deus regna & imperia transfert, & hic nobis Caesarem imposuit iusto iudicio, non obstat hoc minus Deo quoque reddatis, quod huic debetur.

Christus non tollit Respub.

In quo responso multa obseruatione dignum est, quod inter Caesarem & Deum distinguit Dominus, & vtrique reddere iubet quod ei debemus. Non tollit ergo aut abolet Respublicas, aut leges politicas, vel obedientiam, quae magistratibus debetur. Olim quidem Donatista non minus quam Iudaeorum Pharisei iniquum & iniustum esse clamabant, Imperatorem Romanum & huius praesides ius & imperium habere in homines Christianos, quos sanguinis sui pretio redemptos sibi consecrauit Dei Filius. Et horum spiritu agitati Anabaptista eosdem furores in ecclesiam inuehunt hodie. Sed sufficit his confutandis hic locus, quem generali sensu accipi debere res ipsa loquitur. De Caesare hic quaeritur, quia Iudaei tunc Caesari subiecti erant. Quod igitur de Caesare dicitur, hoc ipsum ad magistratus omnes pertinet, qui in Repub. quauis dominantur. Etenim non est aliqua potestas, quae non Deo sit. Non poterit ergo illi obedientia negari, quin iniuria ad Deum redundet. Nec est quod de iniquitate principum durisque eorum imperijs quaeritur. Quibus enim Petrus iubet, ut seruis non solis manusueris verum etiam morosis ac duris libris obediant, hoc ipsum ad magistratus quoque pertinet. Itaque Apostolus dicit: Reddite omnibus quod debetis: cui tributum debetur, tributum, &c. Reddite decimotertio.

1. Pet. 2.

Nemo immunitatem sibi vendit dicit.

Ut vero magistratui, cuiuscunque generis aut ordinis ille sit, obsequium communi debetur: ita inter subditos nemo sibi immunitatem vendit, quasi propter vitia, opes, religionem, virtutes aut alia quae excogitari possunt personarum dignitamina, a publicis oneribus exemptus esse debeat. Nam idem Apostolus dicit: Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta est. Vniuersalis est propositio ista, & animam nominat, quae potior ac praestantior hominis pars est, ut de anima etiam salute hic agi doceat, & ihs os obturet, qui propter spiritualia ministeria sub Ecclesiastici nominis praetextu immunes censeri volunt. Quis enim hoc privilegium se dignum dicere poterit, qui audit Dei Filium sub censu nasci voluisse, & postea cum Messiae munus aliquandiu publice obiuisset pro seipso & Petro didrachma soluisset audit? Chrysostomus certe Pauli dictum non veritus est ira interpretari, ut monachos quoque & sacerdotes potestatibus aut imperijs subditos esse velit. Ita sic infert: Siue Apostolus fueris, siue Euangelista, siue Propheta, aut quisquis subidem fueris, magistratui subesse debes. Nec enim subiectio ista pietatem euenit. At subiectionis species atque certissimum indicium est tributorum & vectigalium, & omnium quae Reipub. nomine exiguntur & soluuntur contributio. Ergo ab his ut nemo immunis esse poterit, nisi etiam a Repub. & communium legum arque bonorum societate & vsu velit excludi. Poetae tradunt Herculem olim ab Argonautis relictum esse, quod propter egregie factorum gloriam elatus nollet communibus laboribus in nauis cum socijs subire. Cur ergo in Repub. ferantur, qui communia onera cum alijs nolunt ferre? Vide Arist. 3. Polit. cap. 9.

*Luc. 2.
Matth. 17.*

.. At quia Christus inter Caesarem & Deum distinguit, & quod vtrique debetur reddat.

reddere iubet, non obscure nos admonet, ne officia ista confundamus. Fit hoc, si quod Deo debetur, hominibus velimus prestare, & contra. Magistratibus debemus honorem & reuerentiam, cum nobis parentum loco sint. Cauendum ergo, ne qua contumelia afficiantur, adeo ut ne vitia eorum odiose & cum contemptu nosculabatur, & ideo in maledictionem incidit. Debemus item magistratibus dilectionem, quae ut ipsis bene precemur, iubet, & ipsos apud Deum pijs votis iuueamus. Vtrumque autem frigebit, nisi obedientia & omni obsequiorum genere testemur, nos illos ex animo reuereri ac diligere. Rursus Deo nos totos debemus quoad corpus & animam, cum vtrumque ab illo acceperimus, & totos nos sibi ille vendicat, cum dicit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Huc pertinet fides & cordis fiducia, quae in vno Deo nobis reposita esse debet per vnum Mediatorem IESUM Christum Verbum. Fides cultum parit, qui in spiritu & veritate illi exhiberi debet secundum Verbum praescriptum. In cultu requiritur confessio fidei, ne nos huius nominis debet concipi. Sic enim ille de Noui testamenti Ecclesia & credentibus loquitur apud Isaiam: Quisquis benedixerit sibi in terra, benedicet sibi in Deo vero: & quisquis iurauerit in terra, iurabit in Deo vero. Denique Deo fidei obedientia debetur, ex qua innocentia & sanctitas vitae nascitur, quae in eo consistit, ut nos ipsi sistamus viuam hostiam, neque nobis, sed illi viuamus, qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Haec omnia Deo ita praestari debent, ut ea in nullius hominis, neque Caesaris quidem & summi magistratus gratiam omittantur, aut aliter fiant, quam ipsi iubet. Qui enim in aliquo horum cessant, aut hominibus gratificando aliter agunt, si Caesaris reddunt, quae Dei sunt, & huic debitam fidem fallunt. Sunt ergo indigni, quibus fides habeatur. Quis enim hominibus fideles fore speret eos, qui Deo debita officia negant? Nunquam ergo excidat, ita parendum esse magistratibus, ut hoc Deo potius obedire oporteat, qui summum in nos ius habet. Intellexerunt debant: Oportet Deo potius obedire quam hominibus. Eadem mens fuit sanctorum martyrum, si quando idolis thura adolere, aut sacrificijs Deorum alienorum astare, vel per fortunam Caesaris iurare iubebantur. Putarunt enim se Deo vero magnam iniuriam facturos, si tyrannis obedirent. Horum exempla nos imitari conuenit, neque eos audire, qui religionis causam regibus subiiciunt, & clamant, simpliciter his obediendum esse. Nam si haec sententia admittatur, iam damnandi erunt cum Prophetis & Apostolis omnes Martyres, qui fidem suam sanguine suo confirmarunt. Neque moueant nos calumnia eorum, qui nos magistratibus seditiose resistere & rebelles esse clamant. Non enim rebellis dici potest, qui quod Deo debetur reddit. Impius autem & Dei hostis dici meretur, qui non contentus ijs, quae populus ipsi debet, insuper sibi ea quoque vendicat, quae diuini iuris sunt. Et facile est Deo ius suum vindicare aduersus istiusmodi homines, ut in suis consilijs pudeant.

Apparet hoc in huius actionis catastrophe. Nam mirantur Christi responsum pharisaei & horum socij, nec habent quod illi opponant: Itaque omissa eo abeunt. Quis autem dubitet ex eo multum decessisse ipsorum existimationi, multos etiam fieri, ut sibi ipsis incommodent, quotquot cum Deo luctari audent. Itaque dum hodie passim grassatur tyrannorum rabies, nos quantum in nobis est, pacem colamus cum omnibus hominibus, magistratibus quoque gratificemur, quantum salua fide & religione potest fieri. At si ea perantur, quae Filij Dei sunt, qui nos redemit & sibi consecrauit, constantes simus in eius fide & cultu, ut olim nos pro suis agnoscat, quando in gloria patris sui cum Angelis suis sanctis veniet ad iudicandum

Ne confundatur officia, quae Deo & magistratibus debentur.

Gen. 9.
Iere. 29.
1. Tim. 2.

Deut. 6.

Isa. 75.

Dom. 12.

2. Cor. 3.

Act. 4.

Rom. 16.

Mar. 8.

viuos & mortuos. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum Amen.

S E R M O C C L V I I I .

In illo die adierunt eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogarunt eum dicentes: Magister Moses dixit, si quis mortuus fuerit non habens filios, eius frater ducet affinitatis iure uxorem eius, & suscitabit semen fratri suo. Fuerunt autem apud nos septem fratres: & primus uxore ducta obiit: & cum non haberet semen, reliquit uxorem fratri suo: similiter etiam secundus & tertius usque ad illos septem. Post omnes autem obiit & mulier. In resurrectione ne ergo cuius è septem erit uxor? Omnes enim habuerunt eam.

Christianorum
vita perpetua
palestra est.

1041. 3. 15.

Hostes Christi
Sadducæi.

Acto. 4.

ET si Dominus noster IESVS CHRISTVS Phariseorum discipulis, qui cum Herodianis aliquot subornati erant ut insidiosa quaestione de cenitudo sari dando ipsum tentarent, ita responderit, ut eius sapientiam omnes admirari aduersarij autem confusi discesserint nec habuerint quod amplius illi opponere non tamen quiescunt hi, sed mox alij adsunt, qui eodem animi proposito uolunt illi quaestionem mouent de resurrectione: nimirum ut coram populo illius uoluntatem eleuent, & in contemptum adducant. Est autem nobis in Christi persequenda electorum aut filiorum Dei fors, quæ ipsis sustinenda est, quæ terris uixerint: non melior nimirum, quam nostri præceptoris & Dominus. Huic prius insidiati sunt Pharisei hypocritæ, qui sibi doctrinæ & sanctitatis exhibitionem vendicabant. Nunc succedunt his Sadducæi, homines prophani & curæ similes, quibus usus & iocus erat, quicquid de religione tradebatur, cui ex quaestione, quam in presenti mouent, apparet. Cæterum ut prius Phariseorum ora obturauit, ita nunc istos quoque confutat, ut omnibus ridiculi fierent, ipsum uolebant vulgi ludibrijs exponere. Itaque exemplo Christi excitati nec certamina præparemus, ut qualescunque sint, qui nos aggrediuntur, ad refutandum parati simus, & fidei puritatem constanter retineamus. Quia autem hic de resurrectione mortuorum agitur, sine qua salus nostra & huius spes consistere potest, non pigeat singulas huius colloquij partes penitus inspicere.

Primo aduersarij, quos Christus habuit, nominantur. Fuerunt hi Sadducæi qui illo ipso die, quo Phariseos & Herodianos confutabat, illum aggressi sunt quo apparet, quanta sit impiorum, qui ueritatis odium animis suis semel commiserunt pertinacia, & quod nullis exemplis moueantur, etiam si sui similibus obicere felicius rem cessisse uideant. Quin imò non pudet eos aduersus Christum illi iungere, à quibus aliàs dissentiant. Etenim Sadducæos & Phariseos inter se sensisse scimus, ut apertæ inter ipsos concertationes essent. Hi enim quoad uerum mores sanctitatis & pietatis specie se plerisque commendabant, & insuper uerum interpretes uolebant uideri, & de uita æterna atque regno cælorum ueraciter sentiebant, & huius desiderium atque studium publicè profitebantur. Hi autem etiam à iustitia sibi nomen fecissent, ea tamen negabant impiè, quibus studium efficacissimè extimulantur homines, & quæ si tollas, fructum principum pietatis & iustitiæ sustuleris. Etenim vitam homini nullam præcipuum quæ in hoc seculo uiuitur, propositam esse dicebant, futuram uero & æternam se ignorabant. Itaque animas unam cum corporibus mori affirmabant, corporalem resurrectionem scurriliter reiciebant. Præterea spiritus neque bonos neque malos ullos esse docebant, quod non aliud erat, quam Deum quoque negare, & credere diabolos esse, aduersus quorum insidias nos perpetuo vigilare debemus.

docent. At quid de Scripturis dicere attinet, quando has quoque maxima ex parte re-
 ſciebant, cum solius Moſis libros reciperent, reliquos omnes pro fabuloſis aut in-
 ſtatibus commentis haberent. Ne verò execrationi eſſent iſs, qui iuſtitia & hone-
 oporteret homines nullius præmiſ alterius cauſa, quam quod ſine illa nec Reſpu-
 blica conſiſtere poſſet, nec præſens hæc vita commodè & tuto tranſigi. Ideo ferè
 magnates & opulentiores, ab illis pendebant & tandem inter ſeniores populi pri-
 marum tenuerunt, vt ex Actuum libro apparet, vbi contra Apoſtolos inſurrexiſ-
 ſe ſcribitur Pontifex maximus, & omnes qui cum eo erant, & hanc fuiſſe ſectam
 Sadducæorum. Vide Acto. 5. Cap.

Docent autem hæc quam infelix & corrupta tunc fuerit Iudaici populi con-
 ditio, quam tetra item religionis & eccleſiæ facies inter eos qui Dei peculium & ſo-
 ligens ſancta dici volebant: quando Sadducæis locus datus eſt, & his publicè & tu-
 to licuit omnia religionis & pietatis fundamenta negare & cõuellere, ſoli Chriſto
 autem & eius Apoſtoliſ veritatem docere non licuit. Accuſatur poſtea in concilio
 Dominus, quod templum deſtruere voluerit, & idem crimen poſtea Stephano pro-
 tomartyri obijcitur. Interim extra omne periculum libere ſuas blaſphemias euo-
 munt, & in concilio aut Synedrio præſident, qui cœlos ipſos negant, & omnem
 ſerunt & doctrinam de reſurrectione mortuorũ & animarum immortalitate, quã
 ipſi proficebantur, in Chriſto palàm oppugnari paſſi ſunt, eo indicio nimis apertè
 ſeſe prodiderunt, quales ipſi fuerint, qui veræ religionis vindices videri voluerunt
 qui huius zelo toti arderent. Enimvero ſi ſerius fuiſſet ille zelus, & regnum Dei ex-
 animo quaſuiſſent, cum deteriores eſſent multis, qui ſinter gentes ſapientiæ titu-
 phanis abhorruiffent, à Sadducæorum confortio non minus quam à gentibus pro-
 lo commendabantur, ex quibus pleriq; vitã æternã, & animas ſiue mentes, poſt e-
 migrationẽ ex corporis ergaſtulo beatas viuere crediderunt et confeſſi ſunt.
 vt alibi ex Cicerone demonſtrauiſmus. At nunc cum Sadducæos in pretio habeant,
 publicis honoribus dignos iudicent, & in Chriſto oppugnando iſdem vt ſocijs v-
 tantur, quiſ non videat, illos ſimul omnes ab omni veræ pietatis & religionis ſenſu
 alieniſſimos & plane prophanos, neq; meliores fuiſſe Sadducæis, qui gentes im-
 fideles Chriſti ſeruos perſequuntur. Prætexunt gloriæ Dei zelum & eccleſiã Chri-
 ſti in partes ſcindi & Dei cultũ negligi ac prophanari acerbè queruntur. Interim i-
 dem facile ſerunt prophanos, neq; meliores fuiſſe Sadducæis, qui gentes im-
 hil dicã de vſurarijs, impoſtoribus, raptoribus militibus ſanguinarijs, impuris ſcor-
 tuoribus, mœchis inceſtis, & illicitarum libidinũ ſectatoribus, quorũ amicitia co-
 lunt, quos venerantur, filios eccleſiæ dilectos vocitant, dummodo in veritate oppu-
 gnanda ſuam operam in vrbe Roma aut in Italia, vbi epiſcopi & Cardinales dominãtur,
 ſummiſ exuri homines impios & blaſphemos, qui dum temere per Mariam Virgi-
 nem & Filium Optimum Maximum precor, vt mihi ignoſcat quod iſta referam quæ pi-
 & Deum Deum Optimum Maximum ſiue nothum Dei dicunt. Horreo totus iſta referens,
 ſures offendere poſſunt. At certum eſt tales voces illic quotidie inter ludentes
 ſando audiri, & quidem impunè effundi. Si quis verò, Diuam virginem ex Spiritu
 ſit, vt pro peccatis mundi ſacrificium poſſet fieri, vt denique noſtra eſſet ſatiſfa-
 ctio, iuſtitia & redemptio: is dignus putatur, qui extra eccleſiam reijciatur, &

Corruptiſſimus
 populi iudici
 ſtatus.
 Matth. 26.
 Acto. 5.

Chriſti moribus
 que corruptio
 hodie.

qui haereticæ prauitatis inquisitoribus traditus exquisitissimis tormentis excruciatur. Quis ergo istos homines serio fidem Christi profiteri, & pietatis sensu affligi dicat? Nisi certe intra animos suos ipsi quoque, ut olim Sadducæi facti cum ijs quæ de cælo & inferis pie creduntur, riderent, nunquam certe tam impudenter venalia haberent, neque cum Scripturis & Verbo Dei tam scurriliter deriderent, neque populi simplicitate tam improbe abuterentur, & per ludibrium Christianos dicerent eos, qui se ab ipsis decipi & expilari sinunt sub hoc emulsi religionis prætextu; multo minus sanguinem innoxium funderent, prodibant omnia miscerent, & orbem Christianum bellis exteris & ciuilibus turbarent, de, quod ipse in suis urbibus ludæos, iuratos Christi hostes, ferunt, quos Constantinus imperator non veritus est *πατροκτόνους καὶ κυριοκτόνους* dicere, cum his ceu gente inuisissima, Christiani homines nihil commune habere deus hos illi Synagogas habere permittunt & cæcus cogere, in quibus Christum ius seruos diis horrendis deuouent. Hos (inquam) aliqui in preiudicium medicis & consiliarijs intimis vtuntur, quibus fortunas suas & salutem committunt: qui interea in germanos Christi cultores ferro & igne grassantur. Nil ergo hodie Christiani homines à ludæis, qui olim fuerunt, differunt: & non mirum est quod Deum nobis iratum sentimus, qui tam atroces iniurias ipsi & seruis suis fiunt, omni genere suppliciorum vlciscitur.

Theod. lib. 1.
cap. 10.

Questio Sadducæorum
10. 5. 5. 11.

Lex de fratris
uxore ducenda

Leuit. 18.

Porro videamus quaestionem Sadducæorum, qua Dominum tentare ausi sunt. Est hæc de mortuorum resurrectione, quam à Christo tradi non poterant ignorare. Etenim in publico dixerat aliquando: Veniet hora, qua omnes qui in mortis sunt, audient vocem Filij hominis, & prodibunt, & c. Item, Ego sum resurrecturus & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet. Argumentum autem & occasionem quaestionis ex Lege petunt, & ne impij aut temerarij putentur, & c. Titium faciunt, dicentes, Moses dixit, si quis mortuus fuerit non habens filios, & c. frater ducet affinitatis iure uxorem eius, & suscitabit semen fratri suo, & c. Lex ista Deut. 25. & recitatur in hunc modum: Si habitauerint fratres pariter mortuus fuerit vnus ex eis, & filius non fuerit eius, non nubet vxor mortui extraneo, cognatus eius ingredietur ea eam, & accipiet eam sibi in uxorem, & natiuitatemque contrahat cum ea, & primogenitum quem pepererit, in nomine sancti fratris sui, ne deleatur nomen eius ex Israele, & c. Membra huius legis & probe distincta sunt. Primo de fratribus loquitur, qui simul habitant, & ex fratribus si vnus uxorem ducat, alter cælebs manet. Deinde si qui uxorem duxerit extraneo, qui non eiusdem familiae sit, nubat, sed fratri aut leuiro, vel alij propinquioris mariti. Tertio filius primus, qui ex ea nascitur, fratri defuncti nomen ferri debet, & in eius hereditatem succedere. Quarto præcipitur etiam quidam beat cum eo, qui hoc officium fratri defuncto præstare dedignatur: nimirum vidua ei calceum detrahere, & in faciem eius expuere debeat. Qua ceremonie significabatur illum possessione omnium honorum defuncti fratris cedere debere, & ignominia publica nomen discalceati accipere. Et quia extra hunc casum deditur causam reddit Moses: Ne nomen defuncti deleatur hunc casum, & c. Quia vidua eius periret, & hereditas dissipetur. Et debet hæc causa diligenter obferri, & c. Quis hodie licitum putet fratris uxorem ducere, aut aliam propinquiretate nomen aut affinitatis gradu in Lege prohibito coniunctam. Etenim veteri populo Israelitica cessarit, & infelices ludæorum reliquæ per totum orbem dispersæ sunt. Quam verò voluit Deus tribuum & familiarum distinctionem saluam esse in

los, partim propter Messiaë lineam, qui ex tribu Iuda & Davidis familia secundum
 promissiones expectabatur: partim vt Respub. illa, quæ vsque ad Messiaë primum
 aduentum durare debuit, facilius & melius seruaretur. Et sanè ad Reipub. pacem
 & incolumitatem plurimum confert, vt familiae illustres & antiquæ floreat. Est
 enim earum non vulgaris authoritas apud prudentes & cordatos, & vulgò patien-
 tias ferunt homines eorum imperia, quorum maiorum virtus & antiqua in patriã
 communem merita commendat: & qui tales sunt seipos ferè in officio continent,
 nequid contra officium faciant, quod familiae suæ aliquam ignominia notam inu-
 rat: & contra noui homines aut insolenter imperant, vt apud Romanos Marius fe-
 cit, aut si bene imperent, tamen inuidia multorum premuntur, quæ sapius in Re-
 publica diffusionum & moruum grauissimorum causa est. Peccant ergo grauiter
 nec vlla venia digni sunt, qui familias suas ipsi euertunt & dissipant: Quod fere
 super intemperantiam & petulanti luxu atque prodigalitate, quæ multos ad ege-
 ritatem redactos insuper vitijs teterrimis infames, & bonis omnibus exosos facit.
 Exempla passim in historijs occurrunt, quorum recordatio magistratus excitare
 debet, vt leges sumptuarias tueantur, ne turpiter pereant, qui si fortunæ ipsis inte-
 gra manent, Reipublica aliquando vsui & ornamento esse possunt. In primis Dei
 exemplum nos moueat, qui hac constitutione de fratris defuncti vxore ducenda
 vt apparet ex Rutha historia) maritis defunctis succedebant. Admonebat præte-
 rea, defunctorum rationem honorificam haberi debere: quod vt pietas requirit, ita
 alios ad imitationem eorum excitat, quos propter virtutes suas in pretio esse
 audiunt.

Caterum vt ad Sadducæos reuertamur, hi neglectis istis, quæ in hac constitutio
 ne obseruari debebant, impuris cogitationibus indulgent potius, & casum propo-
 nunt de septem fratribus, qui omnes ex hoc Mosis statuto eandem vxorem ex ordi-
 ne duxerunt, & quibus omnibus absq; prole defunctis, postremo ipsa quoq; sit mor-
 tua: & quaerunt, cuius vxor illa futura sit in resurrectione: Causa quaestionis hu-
 ius est, quod arbitrantur, tam multas tamq; magnas absurditates hic concurrere,
 vt non sit habiturus quod respondeat. Etenim si illam primi aut alterius cuiusuis
 ex illis vxorem fore dixerit, clamabunt reliquis iniuriam fieri, qui illam similiter
 duxerint nulla priuata libidine, sed ex legis præscripto, & proinde singuli illam pa-
 re: sceda & detestabilis hæc erit libidinum incestarum confusio, quæ nemini ho-
 mine ex illa prolem susceperit. Sin dicat eam in resurrectione omnibus communem
 esse: probari poterit. Sperant ergo Dominum in has angustias redactum aut o-
 mium absolute neget, aut aliquid absurdum pronuntiet, quod ipsum piorum o-
 mnium ludibrijs atq; odio exponat. Quo exemplo docemur, quò vsque progredia-
 tur impietas. Impietatis indicium est, quod de vita æterna & regno cælorum tam
 scedas cogitationes animo conceperunt, quales hodie in Mahumetanis merito bo-
 nis ex illa lege Dei abutuntur: Et licet Mosem magnificè iactarent, hoc vno argumen-
 to probantur, quàm scurriliter de illo sentiãnt, cum ex eius constitutionibus tam ob-
 scuras & pñs auribus indigna commenta colligant. Similes horum sunt, qui hodie
 ex primis erroribus nefanda scelera Scripturæ testimonijs violenter detortis, aut
 doctrinam de nouissimo Domini aduentu & mortuorum resurrectione, quaestio-
 nibus non multum ab hac differentibus eludunt. Num aliqua eorum, quæ in hoc

Ruth. 4.

Absurditas multa in casu proposito.

Impietas quoad vsque progrediat.

2. Pet. 3.

seculo accidunt, memoria aut recordatio futura sit? Num alij alios agniti sunt? Quibus oculis aspecturus sit uxorem maritus, quæ post ipsius obitum alteri, etiam suo inimico nupsit? Quomodo item possibile sit claudos, mancos, cecos surgere, vt viribus & sensibus integris vtantur, quibus in hac vita destituti sunt? Ex quibus tandem colligunt, fabulas & commenta inania esse, quæ de nouissimo die & vita æterna dicuntur, & in ea verba erumpunt, quæ D. Petrus illud tribuit, quos postremis temporibus dicturos scribit: Vbi est pollicentis aduentus eius? Ex quo die patres obdormierunt, omnia sic permanent ab initio creationis, & vt patres sefellit alterius & melioris vitæ spes, qui priusquam eam viderent, morte extincti sunt: ita nobis quoque accidet. Quid verò præterea excludunt isti? Hoc ipsum quod Paulus impijs resurrectionis & vitæ futuræ negatoribus tribuit: Edamus, bibamus, cras enim morimur. Et sanè audiuntur voces & his magis impiæ ex multis nostro seculo. At hi omnes sibi applicant damnationem, quam ibidem subtexit Apostolus: Ne errate: Corruptibus partem nos colloquia praua: Euigilate iuste, & ne peccate. Nam vt ex sequentibus patet certò erit mundi finis, & veniet ad iudicandum viuos ac mortuos Dei Filius IESVS CHRISTVS, vt impijs illis & pœnitere nescijs rependat prout digni sunt castos autem suos, qui ipsi in vera fide & sanctitate seruiuerunt, ad se colligat, vt ipso viuant & regnent. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in seculum. Amen.

H O M I L I A CCLIX.

Respondens autem IESVS dixit eis: Erratis, nescientes Scripturas, neque potestatem Dei. In resurrectione enim neque uxores ducunt, neque nuptium dantur. Sed sicut in Angelis Dei in celo. De resurrectione verò mortuorum non legistis quod vobis dictum est à Deo, dicente: Ego sum Deus Abrahami, & Deus Isaac, & Deus Iacobi? Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium. Et cum hoc audisset turba, perculsa est ob doctrinam eius.

Matth. 9.
Luc. 7.
Ioan. 11.

1. Cor. 15.

Quamuis Dei Filius IESVS CHRISTVS, toto eo tempore, quo in terram venit, inter docendum sæpe differuit de mortuorum resurrectione, aliquando ipsa demonstraret: nihilominus tamen non absq; causa voluit paulò ante suam partem huius articuli doctrinam atque fidem publicè aduersus eius negatores assertos tueri: Nimirum, quod absq; hoc neq; fides Christiana, neq; salus nostra consistere. Nam Paulo teste, si mortui non excitantur, Christus quoq; non excitatus. Quod si Christus non est excitatus, inanis est fides nostra, adhuc sumus in peccatis nostris: Nempe & qui obdormierunt in Christo, perierunt. Itaq; ad hunc validissimis argumentis confirmari oportuit. Occasionem autem adhibuerunt Sadducei, qui de eo quæstionem mouerunt non minus foedam & quam absurdam, qua Christum intricare conantur vt aut neget resurrectionem, aut aliquid dicat, quod eius auctoritati & existimationi derogat. Sed audientius responsionem, quæ tribus partibus constat. Prima erroris illos arguit, & causam ostendit. Secunda paralogismum, quo seipos & alios fallebant, confutat. Tertia veram de resurrectione doctrinam ex Scripturis confirmat.

Sadduceos erroris arguit.

Quoad primam partem, initio statim illos errare dicit, qui reliquis plus potestatem exercitauerunt. Et Marcus illum interrogatione vsus fuisse scribit, vt animos illorù acutius terret. Non enim

Nonne propterea erratis quod nesciatis Scripturas, neque potentiam Dei? Quis vero dubitet correptionem hanc tam liberam admodum displicuisse hominibus superbis & ambitionis? At non temere exprobratur eis Scripturarum ignorantia. Re totam Scripturam recipiunt, qui mentem Scriptoris non attendunt: quotquot item non delicatuli & morosi in mensa solent, qui aliquos cibos probant, alios autem fastidiosae rejiciunt. Nam utriusque non agnoscunt quanta sit Spiritus Sancti per Scripturas nobis loquentis maiestas. In utroque autem Sadducæos offendisse constat. Et ex Scripturæ libris solos Mosis libros recipiebant, Prophetarum vero sermones & historicos pro phanis habebant. Deinde non respiciebant mentem Moysi, qui constitutione illa, quam ipsi adduxerunt, quid in hoc seculo inter fratres quoque futuræ & cœlestis vitæ conditio sit. Itaque extra oleas currunt, quando Mosis legem ad alienum statum detorquent.

Faciunt hoc multi hodie, qui ante conceptas opiniones Scripturarum testimonij confirmare student, & neglecto proprio illarum sensu & scopo omnipotentiam Dei virgent, quam sibi ad quævis commenta probanda sufficere volunt. Sed & nimirum docens, primò in Scripturis nos quid Deus velit, inquirere debere, & postea demum quando de eius voluntate nobis constat, ad illius potentiam esse recurrendum, ne dubitemus Deum quæcumque vult posse perficere. Ordinem hunc nobis Spiritus Sanctus in Psalmis commendat, dicens: Deus noster in cœlis est, & omnia quæ voluit fecit. Sic Abraham cum promissionem Dei haberet, ex Sara natiurum ipsi filium, credidit Deum præstare posse quod promiserat, & contra sum ab omnipotentia Dei, nisi hunc velle constet, quod nos probatum volumus. Quis enim nescit illum non omnia facere quæ potest, sed quæ vult? Vult autem quæ sancta, iusta & ipsi gloriosa, nobis autem salutaria sunt. Neque facit miracula non necessaria, quibus ut magi & circulatores solent, suam potestatem & artem prodigijs & inutilibus operibus ostendet. Nam potuisset plures mundos creare, sed vni hic sufficit, ut in eo illius sapientiam, bonitatem, omnipotentiam, & attributa reliqua consideremus & cognoscamus. Poterat item facere, ut boues volarent, pisces in arboribus nidularentur, asini tibijs canerent: sed ut ista & alia huius generis fiant, neque illius gloria, neque nostræ salutis ratio requirit. Frustra igitur negamus omnipotentiam Dei obijciunt, qui carnalem corporis Christi præsentiam & manducationem asserunt, nosque Dei omnipotentiam negare vociferantur, si dicamus corpus Christi loco certo circumscribi & contineri. Fatemur Christum, ut pote verum & æternum Dei filium, omnipotentem esse, corpus autem eius omnipotentiæ illi docuit, se vno eodemque tempore in diuersis locis esse corporaliter. Carnitas autem carnis suæ manducationem somniantes ad ascensionem in cœlos remittit, quò illum abijisse scimus, cum prius non semel protestatus esset, se porro non amplius in mundo fore, sed mundum relinquere. Quod nos non aliter quam de corpore intelligere possumus, cum de diuinitate sua verissime dixerit: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. In cœna verò audimus illum non corporis sui manducationem carnalem, sed mortis suæ, quam in corpore subijit, memoriam sanctiuisse. Et Apostoli verbis credimus dicentes: Quotiescunque edidit panem hunc, & poculum hoc bibitis, mortem Domini annuntiate, usque quo venit. Cum ergo ne Paulus quidem corporalem carnem Christi præsentiam

Contra eos qui omnipotentia Dei abutuntur

Psal. 115.
Gen. 15.
Rom. 4.
Argumentum ab omnipotentia Dei non valet, nisi de voluntate cõstet.

Ioan. 8.
Acto. 1.
Ioan. 16.
Matth. 28.

1. Cor. 12.

crediderit, sed adventus Christi mentionem faciat, quem nescimus alium quam eum qui nouissimo die futurus est, religio nobis fuerit, in coena plus quam quam nobis in illa Christus promisit, & Apostoli monstrant. Et merito in aduersarios nostros detorqueamus illud Christi, quod Sadducaei dixit: Erratis nescientes Scripturas, neque potestatem Dei.

Paralogismus Sadducæorum soluitur.

Cæterum ad secundam responsionis Christi partem transeamus, qua Sadducæorum scædam & absurdam de æterna vita ac futuri seculi conditione siue opinionem confutat, & paralogismum siue fallaciam illorum arguit, dicens: In resurrectione neque vxores ducunt, neque nuptum dantur: sed sunt vt Angeli in cælo. Error Sadducæorum erat, quod tempore resurrectionis eundem reuolunt humanarum statum fore putarunt, qui nunc est. Ex eo sic illi colligebant: Si mortui ijs corporibus resurgent, in quibus nunc viuunt, suæ singulis vxores restituentur oportet: Id verò ἀραξίαν & confusionem pariet, in qua multæ absurditates cocurrent, neque euitari poterit omnis iniquitas, cum aliqui vxores restituentur etiam mulieres pluribus viris nubant in hoc seculo: Ergo resurrectio erit nulli

1. Cor. 5.

Ad argumentum hoc respondet Dominus, & illud soluit negando antecesserit quod illi statuebant. Docet enim longè alium fore statum futuri seculi quam presentis, in quo (vt apud Lucam annotatur) vxores ducuntur & nuptum dantur quod propter mortalem conditionem, cui omnes subiecti sunt, humanum genus legitima nouæ sobolis generatione perpetuò instaurari ac conseruari oportet, tandem omnino deficiat. In futuro autem seculo, nihil huius fore ait. Quia enim filij resurrectionis erunt, id est, quia ad vitam æternam resurgent, & mors ipse abolebitur, vt generatione noua minime opus sit, simul etiam nullus nuptijs locum erit. Et expositionis loco subiicit: Sunt vt Angeli Dei in cælo, adeoq; filij Dei, vt etiam in Luca dicitur.

Status futuri seculi quis?

Est autem locus hic dignissimus consideratu, vt probe nobis constet, quæ futuri seculi status sit. Primò nimirum mortalitatis expers, & proinde æternus. In enim mors sola (vt modò diximus) abolebitur, verum etiam omnes miseriae, quæ satellites mortis cum peccato in mundum ingressæ sunt: quales sunt morbi, tristitia, senectus, & quæcunq; vitæ huius cursum possunt abrumpere. Deinde angelis similes erunt electi: non quidem quoad substantiam (hi enim spiritus sunt) sed quoad cundum illud Psalmi: Qui nuntios suos fecit spiritus, & ministros suos flammæ ignis: nos autem his ipsis corporibus, quæ nunc gestamus, resurgemus (sed quæ incorruptibilitatem, & animi affectiones, vt prorsus nihil in nobis sit, quod vitæ mo & corpori molestiam pariat, vel scædam quid spiret. Tertiò filij Dei erimus: si filij sumus, etiam hæredes (vt Paulus ait) hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Comprehendit hoc in se omnem beatitatem, & sunt infinitæ alia promerita, quibus hæreditatis istius spes confirmatur.

Psal. 104.

1. Cor. 3.

Rom. 3.

Vsus doctrinæ de futuro seculo. Psalm. 90.

Vsus verò istarum omnium in hac vita nobis esse debet, vt primò in seculum possunt, cum vita hominis breuis sit, & in horas transeat. Dies annorum nostrorum sunt septuaginta anni (inquit Moses) aut si qui sunt valentiores octoginta: præcipua pars labor & dolor est: sed abripimur festinanter, & dicto citius abolebitur. At quando vita hæc finitur, simul omnia finiuntur, quæ hanc sequitur, æterna est. Deinde ad vult huius institutionem seruit huius loci consideratio: vt inter præsens hoc & futurum seculū distinguere discamus. Etenim natura, teste Solomone, singulis negotijs suis tempora destinauit: quorū momenta siue occasiones si in terræ cultura negligenter

frustra deinceps laboraueris. At præsens seculum peregrinationi destinatum est, quæ nobis per vallem hanc lachrymarum iniuncta est à Deo ad patriam & beatas illas mansiones, quas nobis IESVS CHRISTVS in cœlis parauit, quorum municipes in illo facti sumus. Non ergo addicamus nos huic seculo, sed dum hic viuere datur, ita vtamur mundo, vt non abutamur. Quod tunc fiet si a uræ necessitati, non luxui aut libidini omnia seruiant. Absit item anxia victus & rerum temporalium sollicitudo, nec dubitemus cœlestem illum Patrem, qui brutis & quidem vilis animantibus prospicit, nequaquam neglecturum nos, in quorum gratiam omnia sunt condita. Nec vnquam excidat, aliam vitam nos manere, in qua æterni felices aut infelices erimus, prout in hoc seculo bene aut malè vixerimus. De his quia plerique non seriò cogitant, facile in omne genus scelerum prolabuntur. Hinc leuitas & inconstantia in religione, in re domestica fraudes & impostura ac nefaria aut illicita ditescendi artes, in moribus effrenis licentia: quibus qui absque respicientia indulgent: sibi ipsi pericula & labores augent, & ad æternos cruciatu

Eccle. 3.
Gen. 47.
Heb. 11.
Ioan. 14.
Phil. 3.
1. Cor. 7.
Matth. 6.

Sequitur tertia responsionis Christi pars, qua veram de mortuorum resurrectione doctrinam asserit, dicens: De resurrectione verò mortuorum non legistis & Deus Iacobi. Exrant verba hæc apud Mosem, cui sic locutus est Dominus, cum ei in rubo ardente apparetis multo alio loco, in quibus resurrectio clarius asseritur. Voluit autem præteritis multis alijs locis, in quibus resurrectio clarius asseritur, hunc allegare, quia ipsi cum Sadducæis res erat, qui (vt aliàs diximus) solius Mosis libros agnoscebant pro sacris, quibus Dei verbum contineretur. Emphasim verò peculiarem habet interrogatio: Non legistis quod VOBIS dictum est à Deo? Hæc enim perstringit illorum oscitantiam, qui hæcenus libros Mosis negligentius legerint, neque ad se pertinere putarint, quæ in his scribuntur. Idem autem sibi dicuntur omnes homines: Vt meminerint Scripturas sibi datas esse, & ipsis dici, quæ in his præcipiuntur aut prohibentur; ad se item pertinere comminationes, si immorigeri sint: promissiones item, si Scripturis credant & obsequantur.

Mortuorum resurrectio asseritur. Exod. 3.

Sed videamus, vt hoc Dei dicto mortuorum resurrectionem demonstrat Deus non est mortuorum Deus. Deum inquit est Deus Abrahami, Isaac & Iacobi, & se horum Deum esse professus est, cum Iacob, qui inter hos vltimus nominatur, ante annos centum decem & sex vita hæc esset defunctus: At Deus non est Deus mortuorum, sed viuens: Ergo Abraham, Isaac & Iacob viuunt. Vis argumenti est in vocabulo Dei, quod relationem habet ad eos, quorum Deus esse dicitur. Nam Deum esse eorum qui nulli sunt, seruatore & Dominum esse. Non potest ergo Deus esse eorum vt viuere, neque corpora resurrectura esse sentirent. At Christus hoc argumento vtique asserit. Viuere enim dicit patriarchas illos quoad animas eorum, & inde per consequens colligit, quod qui ipsorum Deum se profiteretur, corpora quoque eorum olim excitaturus sit. Estq; argumenti huius certitudo firmissima & irrefragabilis. Quia nisi viuant mortui & resurgant, patribus omnibus, qui obdormierunt, iniuria fiet, & promissionum omnium fides abrogabitur, simulq; Dei maiestas collabatur. Debet autem hinc etiam colligi salutis nostræ certitudo. Quis enim de eisdubitabit, quando ne mors quidem nos à Deo separare potest? Quod enim de paribus hisce, qui dudum hac vita defuncti fuerant, hoc de omnibus, qui credunt in ipsum, Christus dicit, quod nimirum à morte transeant in vitam: & Lazarum Bethanensem, qui iam quartum diem in sepulchro agebat, suum amicum vocare dignatur. Testimonia scripturarum & argumenta, quibus mortuorum resurrectio demonstrari potest, alibi non semel adduximus.

Deus non est mortuorum Deus.

Rom. 8. 14.

Ioan. 9. 10.

Euentus disputa-
tionis.

Quis verò disputationis euentus? Cum audisset turba, percussa est ob doctrinam eius. Magnam ergo oportet fuisse eorum ignorantiam, qui eo dogmate percipiuntur, quod omnibus notissimum esse debuerat. Lucas aliquos ex Scribis Domino assensum præbuisse, & eius argumentum probauisse scribit. Quo loco non consideranda veritas Veritatis diuinæ vis, quæ aduersariorum quoque corda perstrat. Maluissent Scribæ & Pharisei illum Sadducæorum argutijs succubuisse, non haberet, quod illis opponeret. Sed ipsi veritatis luce superati coguntur fati quod res est. Et addit Lucas, quod nemo ausus fuerit illum amplius interrogare, nimirum quod timerent ne toties repulsi vulgo ludibrium fierent, Christi veritas auctoritas magis confirmaretur. Huius generis exempla passim occurrunt, quæ docent veritatem inuictam esse: ita nostri seculi contumaciam arguunt, quam in articulo resurrectionis multi laborant. Potuit paucis istis, quæ hic dixit Dominus Scribis satisfacere, vt veritati testimonium ferant. At hodie reperiuntur, quæ hæc ipsa & plura alia ipsis dicantur, tamen omnia derident, & scurrilibus saniorum etiam in delirijs habentur apud eos, qui ecclesiæ capita & columnæ volunt esse. Sed neminem ista offendant. Insistamus potius constanti fidei articulo, quod firmiter credamus, fore huius mundi finem, & venturum Filium Dei IESUM CHRISTVM in gloria Patris, qui & mortuos excitabit, & vnicuique in corpore reddet congruenter ad id quod fecerit vel bonum vel malum. Procul ergo recedamus impijs illis illusoribus & Sadducææ impietatis instauratoribus, vigilemus & temporum periculosos motus fide constanti effugere, & tandem conscientia bonorum, gloria & potestas in æternum, Amen.

Mar. 8.
Ioan. 5.
2. Cor. 5.
Luc. 22.

HOMILIA CCLX.

Pharisei verò cum audissent eum oclusisse os Sadducæis, coacti sunt in verbum. Tunc interrogauit eum quidam ex ipsis legis interpret, sentens eum, & dicens: Magister, quod est mandatum magnū in Lege? IESVS autem dixit illi: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Illud est primum & magnum mandatum.

Dominus & Seruator noster IESVS CHRISTVS hucusque ad quælibet turbamur, ita respondit, vt hi quidem turpiter confusi ex arena quali abierint, illorum tamen sapientiam & acumen planè diuinum auditores omnes sint admirati. Non enim Veritati cesserunt aduersarij, sed subinde alia via ipsum aggressi sunt, & illis succenturiati successerunt, qui pugnam instaurarent. In his autem quiescere debet, primū hostium Euangelij pertinacia, qui ne victi quidem quietescerent, autem nobis vsus esse debet, ne nobis otium polliceamur, sed perpetuo in hostium maneamus ad repellendum conatus hostium parati. Deinde bonitas Christi, qui horum fraudes toties expertus, tamen amice responderet, & eos de veritate cogniti necessarijs instituit. In præsentem autem congressu suam simul perorantiam & sapientiam declarat, quando aduersarium ipse capit, vt victus Veritatis testimonium ferat. Et quia in hoc colloquio summa pietatis veræ & vitæ instituta dæ ratio continetur, vtile fuerit singulas historiarum partes excutere.

Occasio noui
congressus.

Orditur autem ab occasione istius congressus Euangelista. Vident Pharisei Dominum IESVM CHRISTVM os oclusisse Sadducæis, nec habere hos quæ

ipsi respondeant. Conveniunt itaque, & quasi his factam iniuriam vlcisceri velint, ipsi contra illum novum certamen suscipiunt. Atqui de resurrectione mortuorum disputarat ille, ex qua salus omnis dependet, & cuius vindices & assertores Pharisæi volebat haberi. Ergo gaudere debebant, illam argumentis tam validis demonstratum esse, ut vulgus quoque in eius fide confirmaretur. Sed tanto odio Christum persecuti sunt, ut maluissent victoriam penes Sadducæos fuisse, ut illius existimationi plurimum derogatum esset. Vnde apparet rursus, quod nuper diximus, illos quoque Sadducæis non fuisse meliores, neque religiosiores: sed coarctiores & simplicem doctrinam de Cœna Domini oppugnent, & idololatriam in Ecclesijs bene institutis inuehant. Gloriantur hi magnificè zelo religionis, & populi simplicis salutem sibi cordi esse protestantur. At cum idola defendant & sordes Pharisæis ludæorum.

Cæterum videamus, ut rem hanc instituerint. Vident (ut diximus) Sadducæos succubuisse, utpote homines rudes & Scripturarum ignaros, & ne in Mose qui dem diligenter versatos, cuius libros solebant admittere. Sciebant præterea Pharisæorum sectam Domino suspectam esse. Itaque non omnes simul ipsum aggrediuntur, sed vnum ex ipsorum ordine deligunt, qui in Lege probè institutus erat, & quem ingenio moderato præditum fuisse tota hæc actio abundè docet. Mouet hic quæstionem sua professione dignam, & quæ ad religionem & salutem cognitu necessaria erat. Magister (inquit) quod est mandatum magnum in Lege, quod præ alijs piè & religiosè obseruare debeat, qui Deo placere & salutem æternam consequi volunt: Tentandi verò causa quærit. Nimirum, quod illum putet nouum quid dicturum, quod à Legis doctrina discrepet: aut si non aliud dicat, quàm quod olim Moses dixerit, non esse aliquam causam, propter quam ipse Mosi debeat præferri. In quo exemplo diligenter obseruetur, quantum noceat malorum & impiorum hostium Christi consortium. Fuit hic doctus in Lege, vir item bonus quoad seculum & (ut postea de illo Dominus testatus est apud Marcum) non longè abfuit à regno Dei. Attamè quia hæctenus Pharisæis conuixit, & apud hos propter eruditionem & mores honestos in pretio fuit, suum illis obsequium præstat, & ne ab illis separaretur, quorum maxima erat apud plerosque autoritas, aduersus Christum neque à religione alieni omnino sunt, at alicuius commodi gratia se præsulum Pharisæorum, aut principum, qui Euangelij doctrinam persequuntur, seruitio mancipant. Hi deinde multa videre & audire coguntur, quæ ipsis displicent, aut etiam ex animo dolent: at nisi pedem illico reuocent ab horum commercijs, sit plerunque, ut Veritatem tandem oppugnent, non verbis modò, verum etiam aperta vi & armis: quod nostro seculo fecerunt multi, & adhuc faciunt, qui in vera religione æducati, militiæ mercenariæ sese dedunt, & religionem atq; pios cultores Christi persequuntur. Cauti ergo sint Christiani homines, & meminerint amicitiam huius mundi esse inimicitiam cum Deo.

Porro IESVS CHRISTVS, etsi Pharisæi responsione indigni essent, & non solum repulsam, sed reprehensionem & correptionem acriorem mererentur, amicè respondet. Estq; hoc nouum & consolationis plenum facilitatis eius argumentum: partim quòd hunc etsi Pharisæis operam suam locaret, tamen eum lucrum non habuisse sciret. Estq; hoc nouum & consolationis plenum facilitatis eius argumentum, quo confirmatur quod apud Ioannem dicit: Eum qui venit ad me, nequaquam eiecerim foras. Etenim si istum benignè admisit & instituit, qui tentandi causa veniebat, num eos repulsam passuros putabimus, qui doctrinæ & institutionis

Vnus deligitur Christi aduersarius.

Christus amicè respondet.

Ioan. 6.

Matth. 7.

cupidi quaestiones pias & necessarias mouent, & ipsius mandato sese accommo-
dant, qui nos quaerere iussit, & nos inuenturos promisit, quae ad salutem consequen-
dam faciunt. Docet praeterea exemplo suo, ut nulli occasione desimus, qua regnum
Dei promoueri, & aliqui in eius cognitione institui possunt. Quoties ergo de re
nostra & salutis negotio interrogamur, quibusuis ad respondendum parati sumus,
ne Veritatis doctrinam dissimulando, eos in errore detineamus, qui Veritatis luce
& desiderio tenentur.

Summa Legis
charitas.
Deut. 6.

Leuit. 3.

Ita vero respondet isti Dominus, ut non obiter modo quod nam primum & su-
preum mandatum sit doceat, sed insuper summam totius Legis quoad religio-
nem atque vitae institutionem comprehendat. Et ne aliquam illis calumniam & con-
fusionem praebet, Mosem adducit, cuius verba in Deuteronomio leguntur: Dilige
Dominum Deum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & pro omni virili tua. Huius
autem loco alium addit, qui in Leuitico habetur: Diliges proximum tuum ut te
ipsum. In quibus duobus mandatis Legem & Prophetas omnes consistere, & pro-
testabitur. Priusquam vero in loci huius explicatione progrediamur, multa con-
sideratione digna est Dei Patris bonitas, qui cum summum in nos ius haberet, & pro-
inde leges, quas ipse vult, nobis possit praescribere, non tamen alijs praecipere
grauare voluit, quam quae per dilectionem possunt praestari, quae nihil iucundius
nihil vtilius, nihil magis necessarium est, & quae per omnes vitae nostrae adu-
• extenditur. Nam actiones vitae omnes partim ad Deum, partim ad homines alios
• qui nobis proximi sunt, referuntur. Ideo Legis summam, Decalogum nimirum
• quem propria voce in monte Sinai Israelitis tradidit, in duas tabulas distri-
• quarum prima, quid Deo debeamus, docet; altera, officia, quibus proximo obse-
• qui sumus, exponit: utraque autem (ut diximus) charitatis aut dilectionis officia
• & alios grauant nouis traditionibus, quae corporalia exercitia a nobis requi-
• quorum utilitas admodum exigua est, cum omnia ista (quod Apostolus de cibis
• xit) cor stabilire non possint, neque alios ad pietatem & salutem edificare. Etenim
• Martha olim dicebat Dominus, vnum est necessarium: quod quoad vitam huius
• ternae officia, propria est dilectio, quae ut alibi Paulus ait, totam Legem comple-
• tur. Porro quoad primam huius loci partem, aut supremum mandatum est, haec
• bis considerata sunt.

1. Tim. 4.
Heb. 13.
Luc. 10.
Rom. 13.

Quid de Deo
sentire debeat.

Primum, quid de Deo sentiri aut credi debeat. Nec enim illum diligere pos-
mus, ut par est, nisi eundem recte agnoscamus: imò nisi eius cognitio praecedat,
vix illum dilectione dignum esse arbitrabimur. At hic in primis obseruari debet
quod apud Marcum Dominus ex Mose praemittit, qui primum mandatum reuelan-
turus dixit: Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est. Breui dictio
omnia comprehendit, quae ad fidem & dilectionem Dei pertinent. Ante omnia
ro Deum aut Dominum nostrum esse agnoscamus oportet. Est hoc principium
fundamentum omnis religionis: nec enim illi fidere poterimus, nisi eum agnosca-
telligamus. Ideo hoc in foedere cum Abrahamo facto nobis commendat: & in
bis Legis promulgationem orditur: Ego sum Dominus Deus tuus, qui te ex Aegyp-
terra Aegypti. In nouo Testamento Christus ita orare docet, ut Deum Patrem
stri nomine inuocemus. Et in Symbolo Apostolorum ideo illi fidere volumus,
quod noster sit, & Filium suum Vnigenitum nobis Dominum & Seruatum esse
derit. Deinde ne ab hoc principio fidei nos reuocare aut abstrahi patiamur, vnum
esse credamus, non plures. Etenim summum & supremum bonum est, & proinde
vnicum sit oportet. Nec enim summus esse potest, qui alios sibi pares aut aequi-
habet. Ideo apud Isaiam clamat: Non est alius Deus praeter me: Deus iustus &
mans nullus praeter me. Et quia in Lege grauitate vetat, ne deos alienos habeamus

Is. 4.

coram facie eius. Paulus Christianos homines eo discrimine ab alijs distingui scribit, quod cum alijs Deos plures habeant, illi vno contenti sint. Quotquot ergo alios sibi Deos fingunt, in quibus spem aliquam salutis collocant, eo ipso se Christianos esse negant.

1. Cor. 8.

Et huc facit alterum, quod hoc loco Christus ex Mose de summo mandato docet, vt Deum vnice diligamus, & quidem super omnia. Vbi rursus nouum bonitatis Dei argumentum sese exerit. Etenim à nobis amari vult ille, quibus nihil nobiscum commune est, & qui vicissim nihil ex nobis sperare potest. Inter homines forte quidam aut generis fiducia ita superbire, aut opibus insolescere, vt dedecori sibi esse arbitrentur, si qui ipsis inferiores sunt, istorum studium & amorem profiteantur. Sunt item, quos beneficiorum pudet, quibus aliqui de ipsis bene merentur. At longè alius est Deus, qui nostro amore delectatur: & vt filij prodigi pater, illum totis modis in se iniuriam plus quam paterno amore complexus est: ita Deus nos solet, qui propter innatam nobis malitiam odio potius quam amore digni sumus. Etenim si non aliud sit nostræ corruptæ ac vitiosæ naturæ indicium, vnum hoc sufficere potest, quod nobis præcipi & mandari oportet, quod tot beneficijs ab illo prouocati sponte facere debeamus. Tanta enim horum magnitudo, vt quicumque ex hominibus sensum communem non omnino exuerunt, hunc omnis boni fontem & thesaurum esse fateantur. Quæ ergo contumacia est, illum non vicissim diligere.

Deus à nobis vult diligi.

Lac. 15.

Secundò obseruetur, qualis esse debeat dilectio. Quia vnus (vt diximus) super omnia diligere debet. Nisi enim id fiat, iniuriam ipsi fecerimus, vt mulier, quæ in amoris coniugalis consortium alios præter maritum suum admittit. Non poterit autem Deus vnus & solus à nobis diligi, nisi amor ille syncerus ab omni furo alienus sit. Ad eius explicationem faciunt species illæ, quæ totum hominem cum suis viribus & facultatibus vniuersis comprehendunt. Inter quas primo loco conueniuntur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Cor affectuum sententiam denotare solet. Hanc ergo totam Deo consecremus, vt (quod Apostolus in Rom. 12. 2. Ioan. 2.)

vt Deus diligat?

ne huic per nos derogetur. Secundò animæ totius mentio fit, quæ in Scripturis viuatur. Et proinde consiliorum & actionum omnium fons est. Has igitur omnes ad eum finem dirigi oportet, vt voluntati diuinæ consentiant, & gloriæ Dei seruiant, que ea quæ in mundo sunt. Peccant autem hic, qui meliorem vitæ partem mundo & huius principii consecrant, tunc demum Deo seruituri, quando in ætate decreta ad finem vitæ appropinquant. Tertio ex tota cogitatione nostra Deum diligere iubemur. Græci *ἡσυχία* dicunt, quæ mentis virtus est, de qua Poeta, de Pythagora dixit:

Rom. 12. 2. Ioan. 2.

*Mente Deos adiit, & quod natura negabat,
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.*

Et Cicero mentes bonorum diuinæ & cœlestes atque immortales esse confessus est. In præfenti ergo omnes interiores seu animæ facultates Christus intellexit cogitationis vocabulo. Apud Marcum verò totas quoque vires addit, vt alias quoque hominis facultates, siue corporis siue animæ Deo vendicet, & demonstrat, nihil in nobis esse, quod non totum Deo debeamus, cum ab hoc corpore & animam & vtriusque facultates omnes acceperimus.

Itaque dilectio Dei non in otiosa professione consistit, sed effecta parit, quæ per omnem hominis vitam extenduntur. Etenim dilectionis proprium est, cum dilectio vni velle. Ita qui Deum ex toto corde diligunt, & omnibus viribus, confunctionem cum Deo expectant, & ab omnibus abhorret, quæ nos ab illo separari possunt: à superstitionibus nimirum & peccatis, quibus vel religio vera, vel vitæ immo

Effecta dilectionis.

centia polluitur. E contra, Verbi Dei studium parit dilectio ista, quo hic seipso
& voluntatem suam cum vniuersis regni sui mysterijs manifestat. Sequitur ex
obedientiae & huic placendi studium. Coniuncta huic est patientia, quae omnia
aduersis superiores facit. Si enim prophanus amor omnia vincit, quae omnia
quis dubitet sancti illius & diuini amoris maiores vires esse, cuius subiectum
omnia longè superat, quae in caelis & in terra sunt: Et quia amantes colloquijs
mum gaudent, cum Deo autem per preces colloquimur, quo nullum colloquium
iucundius, nullum sanctius & magis necessarium est: qui illius dilectione ardeamus
in precibus quoque assidui sunt, cum & inuocandi & gratias agendi occasio
quam sese offerat. At si ista cum nostri seculi moribus conferas, mox patebit
tum nobis desit: quando plerique cum mundo coniungi malunt, quam cum
Verbum eiusdem fastidiunt, nisi illud cum quaestu aliquo coniunctum videat
dem verò si ipsorum cupiditatibus reluctetur, odisse solent persequi: adhuc
contumaciam improbe fouent, periculis quibusuis succumbunt, neque bene
tem adeò languent, vt neque periculis ad inuocationem excitari, neque bene
ad gratiarum actionem accendi possint. Opus ergo fuerit, vt Spiritus sanctus
ctionem Dei diffundat in cordibus nostris: quod tum fiet, si nos ad Verbi studium
assuefaciamus, beneficia illius assidue meditemur, animos verò ab huius seculi
dijs, quae fluxa & incerta sunt, ad aeterna attollamus, quae nobis in caelis parantur
Dei Filius IESVS CHRISTVS, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas
in aeternum. Amen.

Rom. 9.

HOMILIA CCLXL

*Secundum autem simile huic. Diliges proximum tuum, vt teipsum. Ab ipso
duobus mandatis tota Lex & Propheta pendens.*

INter actiones aduersariorum cum Filio Dei IESV CHRISTO, perquam
morabilis est haec, in cuius tractatione nunc versamur. Nam vt nuper
mus, ad illum accessit quidam Legis peritus, quem Pharisei, vt ipsum in sidio
stione tentaret, subornarunt. Proponit autem quaestionem cognitu dignissimam
quod nam inter Legis praeccepta obseruatu pra alijs necessarium sit. Ita vt
spondit Dominus, vt duo coniungat, quibus omnia comprehendit, quae ad
pie & beate viuendi rationem faciunt: simul autem in huius noui aduersarij
sic agit, vt qui ipsum tentaturus venerat, victus veritati cedat, & praclarum
monium ipsi ferat. Primum praecceptum ex Deut. sexto Cap. adducit, quae
gloria causa continetur: Quid nimirum de Deo sentire debeat: quae officio
quae illi debentur, summa sit: vt scilicet ipsum dilectione sincera complectatur
nosque totos ei consecremus. At quia quales erga Deum sumus in ijs positum
paret, quae nobis cum alijs hominibus per agenda sunt, nunc alterum quoque
primum priori subijcit, dicens:

Dilectionis pro
ximi praec
eptum.

Secundum simile huic, Diliges proximum tuum vt teipsum, &c. Ex
ptum hoc (vt nuper quoque diximus) in Leuitico Capite 18. & ita recitatur: Ne
ris in corde tuo fratrem tuum: at plane reprehendas proximum tuum, id est
correctione ipsum ab errore reuocando testeris te illum fratris loco habere
ras propter eum peccatum, ne conniuendo ad eius vitia peccatis illius
ces. Denique, ne uisceris, neque sis iniuriarum memor erga filios populi
ges proximum tuum vt teipsum. Hoc praecceptum Christus secundum
Quo prioris, quod de dilectione Dei praemisit, & quia secundam Decalogi
comprehendit. Ad haec priori simile esse ait: Primum, quia hic etiam, vt in
dilectionem proximi, vt in teipsum, &c.

dilectio præcipitur: Deinde quod ex dilectione Dei, dilectio proximi nascitur: De
 nique quod ut priori omnis obedientia traditur, quam Deo debemus: ita hic omne
 exigitur officium, quod proximo nos debere constat. Notum est enim illud Apo- Rom. 13.
 stoli: Nemini quicquam debere, nisi hoc, ut alij alios diligatis. Quo dicto monet de
 bitum dilectionis eiusmodi esse, ut homo Christianus semper inueniat, quod alij de
 beat, propter conditionem & sortem communem, cui omnes subiecti sumus. Est
 enim dilectio propensio animi, qua alicui bene volumus, non quidem nostris ipsius,
 sed aliorum causa, & id re ipsa & opere testamur.

Est autem præceptum hoc commune, quod ex æquo omnibus hominibus da- Dilectionis
 præceptum om-
 nibus com-
 mune est.
 tur, siue diuites, pauperes, docti, indocti sint. Et vehementer errant, qui se exleges
 putant, & aliquam immunitatem sibi vendicant, ut ferè solent inopes & egeni, qui
 præceptum hoc nihil ad se pertinere arbitrantur, quod non habeant quod dēt, nec
 aliquos iuuare possint. At dilectio, quæ animi affectus est, requiritur: quàm non o-
 peribus, sed cordis propensione aestimare conuenit. Inter hanc ergo & opera nos
 distinguere oportet. Opera ab illis exiguntur, quos facultatibus instruxit Deus, ut
 ea præstare possint: quæ si desint, nõ est quod alicuius culpæ reatum nobis ipsis im-
 ponamus. Nam ut Paulus scribit, si prius adsit promptus animus, aliquis acceptus 1. Cor. 8.
 est pro eo quod habet, non pro eo quod non habet. Veruntamē dilectio illic etiam
 locum habet, ubi vires nullæ sunt. Nec enim quicquam obstat, quò minus bene ve-
 lis alicui, nisi inuidiæ & odij fascino te exagitet, nec erga fratrem rectè affectum es-
 se sinat. Ut ergo diues peccat negligendo pauperem, quem iuuare poterat: ita non
 minus peccat pauper, qui diuiti suam fortunam meliorem inuidet. Peccat item, qui
 inhumaniter & rigidè nimis debita exigit. At minimè extra culpam est, qui pauper
 ratis prætextu abutitur ad fallendum creditores. Neminem ergo fallant cæcæ car-
 nis rationes, ut ab hoc debito se exemptum esse putet: sed meminerint omnes non
 posse aliquem mortalium quenquam abs se alienum, aut amore suo indignum cen-
 sere, cum Deus iubeat inimicos quoque diligere. Vide Matth. 5.

Itaque propius videre oportet, quis ab vnoquoque diligere debeat. Id vna vocula do- Quis diligit
 debeat?
 cet ex Lege Dominus, quãdo ut proximum diligas, iubet. At qui ita inter homines
 comparatum est, ut ferè omnes, se ipsos sibi proximos esse putent. At Christum nõ
 de nobis ipsis, sed alijs hominibus loqui notius est ex circumstantijs, quàm ut de-
 monstrari oporteat. Itaque hic legis aut præcepti diuini sensus siue mens est, ut pro-
 ximo cuique dilectionis officium præstemus, qui illo indiget. Debet is nobis proxi-
 mus ceteri quisquis sit: quia eadem est omnium hominum conditio, ut quod
 vni accidit, quisque sibi quoque accidere posse cogitare debeat. Et meritò probatur il-
 lud Comici: Homo sum, humani nihil abs me alienum puto. Itaque sufficiat tibi, si
 hominem esse videas eum, cui tuo officio aut beneficio opus est. Docetur hoc ali-
 bi per Samaritani parabolam, quæ cum suo loco prolixè exposita sit, non opus est
 illi diutius immorari. Quid ergo non debemus ijs, qui domestici fidei & fratres in
 Christo sunt? Vide Luc. 10.

At non minus diligenter modus dilectionis proximi nobis considerandus erit. Modus dile-
 ctionis.
 sunt enim plures, qui ignorantiam prætexunt, & propter innatam omnibus phi-
 sioniam nimium esse arbitrantur, quicquid ab ipsis requiritur. Itaque proximū quis-
 que ut se ipsum diligere iubetur. Quis verò tam vecors est, ut quomodo se ipsum di-
 ligat, ignoret? Quin ergo in te ipsum descendis, & ex te ipso dilectionis regulam pe-
 res? te ipsum non simulatè, sed verè: non nudis aut otiosis verbis, sed re ipsa & ope- 1. Cor. 13.
 re non frigidè, sed ardentè diligis, & in hoc incumbis, ut tibi bene sit & commodè
 viuas: denique non defatigaris te ipsum diligendo, etiamsi vitijs animi aut corporis
 labores, denique non odium merentur, sed quò hæc plura & grauiora sunt, eò diligentius illa
 cogere & velare studes. Præterea si tibi quid præter voluntatem accidat, alios tibi

condolere vis, & indignè admodum fers, si qui tibi insultent, aut interea suæ lib-
dini & fastui indulgeant. Ex te ipso igitur documentum cape, quid facto opus sit,
si in dilectione proximi Deo placere cupias. Syncera sit illa & ab hypocritis aliena,
verbis aut promissis opera respondeant, seriò item omnia facias, & in eo totus sit
vt proximo bene sit, nec te omni officio defunctum esse putato, si beneficium
num aut alterum præstiteris, sed quoad aliquem tuæ opis indigum esse videris,
hanc illi ferendam te facilem & sedulum præbeto: Quod si aliquis indignus videri
tur beneficio, tu de omnibus bene sperato, & (vt D. Petrus ex Solomone monuit)
proximi vitia aut delicta operire stude, si corrigere non potes. Vbi verò ad obli-
ventum fuerit, hic tibi animus sit, vt etsi omnibus alijs satisfacias, tibi ipsi non
feceris. Talem nobis Dominus Samaritanum describit, cuius exemplum nos imi-
tari iubet. Is cum in terra aliena iter faceret, & hominem ignotum videret à pe-
donibus malè mulctatum, quem alij illius gentis homines inhumaniter negli-
rant, ipse eius commiseratione toto animo commotus est: Nec in otioso animi
fectu acquiescit, sed ex itinere ad eum diuertit, & suis negotijs relicto, illius curam
suscipit, & ne periculo quidem, quod ex prædonibus vereri poterat, absterge-
quò minus faciat, quod in præsentem fieri poterat. Saucij vulnera enim abluendo
infuso dolorem eorum mitigat, obligat deniq; ne mora periculum grauius para-
ram habet, crastino autem die cum alij ipsum vocarent negotia, hospiti satisfacere
& eidem illum commendans sese pro illo sponsores sistit. Deniq; nihil eorum pro-
Nullis ergo limitibus certis circumscripta est charitas, sed pro virili præstat, quæ
tum præsens necessitas postulat, dolet autem si non tantum possit præstare, quæ
tum necesse erat. Sibi ipsi ergo singuli applicent admonitionem aut præceptum
Christi, quod parabola ista subiicitur: Abi, & tu fac similiter.

*Euentus colli-
quij quoad Le-
gis peritum.*

Quia verò Matthæus breuitati studet, ex Marco peti debet huius actionis
ve colloquij euentus, qui duplex fuit. Primus ad legis peritum pertinet, qui respo-
sum hoc Domino probauit, & Veritati testimonium ingenue perhibuit. Nam
Bene, præceptor in veritate dixisti. Nam vnus est Deus, nec alius est præter eum
Et diligere eum ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere proxi-
mum vt seipsum, plus est quàm omnia holocausta & sacrificia. Apparet
isto homine, quàm magna veritatis vis sit, si attentè audiatur, & in animum ad-
tatur. Venerat hic, vt Dominum dolose tentaret, aut irretiret. At ipse capere
ctori manus dat, & publicè illi assentitur, & quidem in eo, de quo tunc inter
stum & Phariæos siue Sacerdotes maximè controuertebatur. Hi enim aduer-
lum reuera pro aris & focis pugnant, eo quod metuerent, ne per eius doctrinam
quæstui ipsorum derogaretur. At hic nihil veritus socios, à quibus subornati
rat, doctrinæ Christi subscribit: quod non aliud erat, quam Pharisæorum super-
tiones damnare. Simile quid accidit, quando Pharisæorum serui, qui ad illud
templo capiendum emissi fuerant, doctrinam illius magnificè commendauit.
Sunt alia quoque huius generis exempla, in quibus cernimus tyrannos in
Veritati celsisse, vt ex persecutoribus amici & discipuli facti fuerint. Arguit
infelix nostri seculi contumacia, quando multi nec Scripturis nec signis
ei & edomari possunt, vt Deum vnum esse fateantur, & vnum inter
Mediatorem CHRISTVM IESVM, à quo tamen seipsos denominant, & Christi
stiani dici volunt. Discant omnes hunc imitari, nec pudeat Veritati cedere. Hæc olim
nim omnium pulcherrima & gloriosissima est victoria. Hæc olim Dauidem
Niniuitas seruauit: & huic Scribæ Dei Filius testimonium præbuit, quod
Jongè absis à regno Dei. Ita Veritatis confessio regni Dei ciues facit, à quo omnes
excludit.

Ioan. 7.

*1. Jo. 3. 13.
Ioan. 3.*

excludentur, qui se illi contumaciter opponunt.

Alter euentus ad Christi aduersarios refertur, de quibus scribit Marcus, quod nemo illorum amplius ausus fuerit ipsum interrogare. Conuicti licet proprii cordis testimonio tamen cedere nolunt Veritati: At tamen inuiti & reluctantes quamuis succumbunt. Est hoc proprium impijs, quod vtut fremant contumaciter, non tamen audent mutire contra veritatem, nec possunt semper, quantum posse videtur. Perrexerunt quidem isti de illo occidendo consultare, & vicisse visi sunt, quando à Iuda proditus in ipsorum manus venit, & ex Pilati sententia in crucem suffixus a serbam & ignominiosam mortem subiit. Sed moriendo vicit Christus, & resurgens de morte & inferis & tota diaboli potestate triumphauit. Non est ergo quod nobis meliorem sortem in terris polliceamur, quam illius fuit. Non mutabit enim ingenium suum mundus. Interim neque promissis suis deerit æternus Dei Filius. In eo igitur sumus & constantes simus, qui nos non relinquet orphanos, sed nobiscum erit usque ad consummationem seculi, quando nos in regnum suum cœleste transferet. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Aduersarij Christi non audent interrogare.

Ioan. 14. Matth. 28.

Coactis autem Phariseis, interrogauit eos IESVS, dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Davidus, Dicit eis: Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum Dominum? dicens: Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam, usque dum ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere quicquam: neque ausus fuit quisquam ab illo die amplius eum interrogare.

Quamuis prophani homines, & etiã hypocritæ supersticiosi, Veritatis lucem re nortunt, dum colloquia cum pijs experunt & quæstiones neçunt multas & varias, non quidem vt dicant, sed vt simpliciores illaqueant, aut Veritatis doctrinam vulgo suspectam & exosam reddant. Quæ causa est, quod ferè quæstiones mouent eiusmodi, quæ vel seditionem & turbas spirant, vel absurda nimis animos prophanos & impuros arguunt. Est hoc videre in IESV CHRISTI aduersarijs. Ex his educto aliquid dicat, ex quo eius calumniandi occasionem arripiant: Deinde Saducei de resurrectione mortuorum disputationem mouent, qua nihil absurdius, inhonestius & impudentius vel scurrilius fingi poterat. Sunt hæc nobis in eum fidei considerande, vt facilius eorum dolos agnoscere, & insidias cauere discamus, qui hodie similia facere non verentur. Sed opponitur his disputatio noua, quã Christus mouit, longè alio instituto: vt nimirum publicæ ignorantia, quæ tunc inter Iudeos regnabat, mederetur, & illos simul omnes institueret in re cognitu cum primis necessaria, & cuius vera cognitio ad pacem publicam faciebat, & simul salutem animarum æternæ seruebat. Estq; nobis diligentius in hac versandum, quod non obiter & quasi aliud agens, sed in templo publicè docens hæc tractauit, quibus regni sui mysteria præcipua continentur. Videamus ergo primum quando & qua occasione de his coeperit agere: Deinde quæstionem ipsam, & cur eam Christus mouerit. Præterea quis fuerit disputationis istius finis siue euentus.

Prophani quales quæstiones mouent.

Mar. 22.

Quoad primum Phariseis coactis aut congregatis illos Dominus interrogauit, sed non annotatur eos ab ipso coactos aut conuocatos fuisse, sed haud dubiè qui res suas infeliciter succedere, & se aliquoties iam non sine publica

Christus Phariseos simul collectos aduersus

ignominia succubuisse viderent, & proinde non auderent (vt nuper ex Marco notauimus) aduersus illum denuo in certamen descendere, nisi prius diligenti deliberatione habita Christus ipsis superuenit, & ipse prior illos compellat. Nō autem ideo accusari meretur, quasi inciuilius æquo aut impudens ad consilium hucusque accesserit. Quia enim ab illis saepe prouocatus, sese ad respondendum hucusque facilem præbuit, licuit omnino ipsi eos interrogare, qui antistites & doctores populi volebant dici, & ex illorum ordine erant, de quibus olim dixerat Dominus: Labia Sacerdotis custodient scientiam & legem ex ore eius requirent. Adhuc autem mi sibi bene conscius & ingenui iudicium est, quod aduersariorum conspectum declinat, quod non vnum ex illis imperitiorum ceteris insidiosè obseruat, vt in solo sibi factas iniurias vlciscatur, & miserum toti populo deridendū propinet illos simul omnes aggreditur quæstione nō insidiosa, sed necessaria, & quæ diligitius cognita tam ipsis quam alijs omnibus salutem afferre poterat. Ita agere conuenit veritatis ministros, & tales esse debent disputationes piorum, vt non alius instituantur, & qui prius instituti sunt magis confirmentur.

Matth. 23.

• Quæstio Christi
si de Messia.

Gen. 49.

2. Sam. 7.

Psal. 89.

Sed accedamus ad quæstionem Christi. Quid vobis videtur (inquit) de Christo? Cuius filius est? Respondent illi, Davidis. Ex hoc Dominus aliam quæstionem infert, & vt nodum soluant petit, qui ex contradictione ipsius Davidis ne est videtur, qui illum suum Dominum dixit. Vbi nemo putauerit, Christum consilium guttas quæsiuisse inutiles, vt solent, qui recondita eruditionis & scientiæ ignorantiam affectant. Sed vt hæc quæstio ventilaretur, publica Iudæorum ignorantiam cuius initio mentionem fecimus, requirebat. Nouerunt illi vulgò præcepta Dei de Messia, quem venturum prædixerat Iacob Patriarcha, quando sceptro da sublatum, Iudæi alieno imperio parerent. Eundem ex Davidis stirpe nasciturum esse fatebantur, cui olim dixisset Dominus: Cum exacti fuerint dies tui dormieris cum patribus tuis, excitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & gnumque eius firmabo. Item, Semel per sanctitatem meam iuravi, haudquaquam Davidem fefellerō: Semen eius in æternum erit, solium eius coram me vt Sol posset stabit. Denique nihil inter Iudæos vulgarius erat, quam quod Messias promissus, omnia cebarur Davidis filius. At quæcumque de regno illius magnifica dicebantur, omnia regno in terris potenti & victorioso intelligebant, nec illum homine principe regere maiorem agnoscebant. Et hoc errore discipulos quoque eius domesticos factos natos fuisse, crebra horum de primatu contentiones abundè restantur. & in vulgum Iudæorum hæc persuasio siue opinio turbarum & seditionum ferè causa fuit, & quæ qui rebus nouis studebant, impostoribus locum subinde dederunt, qui sub falso adulterino Messia nomine regnum affectabant. Et quia (vt alibi monuimus) huiusmodi error plerumque occupauerat, non potuerunt pro Messia agnoscere IESVM hunc quo nihil apparebat, quod splendorem regium referret.

Diaboli astutia

& impostura.

Matth. 14. 16.

Luc. 4.

Et est obseruanda hoc loco communis nostri hostis diaboli astutia, qua hominibus delere, aut spem aduentus sui eripere. Ergo huius loco talem finem principis terreni instar dominaretur: vt neglectis cœlestibus bonis homines huius seculi commoda quærerent, & sub fidei & promissionum Dei prætextu propere la tumultuarerent. Quod si qui non tam crassi fuerunt, hos alio errore demerentur phetis veteribus surrexisse putarent. Quid quod ipsum Christum splendorem & potentiam sollicitare ausus est, quando ipsi omnium huius seculi regnum splendorem & fastum ostendit: Etenim quamlibet de illo sententiam siue opinionem ferre poterat Satan, modo non pro Dei Filio & promissa humani generis redemptione agnosce-

tur. Hæc enim notitia atq; fides regnum tenebrarum destruit, & mundi principem
 foras eiecit. Idcirco etiam multos plausibile Diuorum cœlitum pretextu fallit, dum
 hos Christo pares facit, & quæ huic debetur gloriam in illos transfert. Quod Apo-
 stolorum tempore fieri cœpit, & hodie ita regnat hic error, vt Christi merito sub
 horum pretextu potissimum derogetur, qui dum viuerent, se totos illi impenderunt.
 Et hoc illud est, de quo nos Apostolus serio admonet, vt nobis à diaboli imposturis
 caueamus, qui seipsum transformare norit in Angelum lucis. Itaq; non sufficit sim-
 plex Christi & nominis Christiani professio, sed diligenti scripturarum inuestiga-
 tione & examine opus est.

2. Cor. 11.

Ad hoc Iudæorum doctores in præsentem remittit, dum (vt paulò ante diximus)
 ex ipsius Davidis verbis quæ in Psalmis extant, quæstionem de Messia mouet:
 Quærationem nimirum David Dominum suum dicat eum, qui post aliquot demum se-
 cula ex ipso nasci debuerit. Et ex cõmuni sensu & recepta inter homines consuetu-
 dine argumentans, sic dicere voluit. Indecens & iniquum à cõmuni deniq; omnium
 gentium consuetudine alienum est, vt pater filium iam natum vocet Dominum suum, ne-
 dum vt rex aliquis post secula aliquot nasciturum hoc nomine dignetur. At
 David rex potentissimus & multarum gentium domitor Messiam, quem ipso hac vi-
 ta defuncto multis post seculis demum ex sua posteritate nasciturum sciebat, domi-
 num suum dixit, idq; non affectu cæco aut paterna indulgentia abreptus, sed cum
 ex Spiritu sancti suggestionem de illo vaticinaretur. Dicite ergo mihi, quæ illum ra-
 tio mouerit? aut si hanc non potestis explicare, fateamini oportet, vos de mysterio
 hoc nunquam adhuc ea diligentia cogitasse, qua opus erat. Et vt efficacius illos per-
 cellat, verba Davidis adducit, quæ Psalmo 110. leguntur: Dixit Dominus Domino
 meo, Sede ad dextram meam, vsque dum ponam inimicos tuos scabellum pedum
 tuorum. At nisi tunc vulgo Iudæorum persuasum fuisset, Psalmum istum à David
 dede promisso redemptore fuisse conscriptum, facile fuisset illis hoc testimonium
 vel simpliciter negare, vel aliquo cauillo eludere. At cum eos illud nequaquam
 posse leuiter, vtique illos intra animos suos conuincere voluit, vt fateantur, Dauidem
 olim in Messia aliquid homine maius agnouisse, cuius respectu Dominum suum
 dixerit. Nisi enim hoc concedant, manifesta erit contradictio in istis propositioni-
 bus: Messias est Davidis filius: Et Messias est Davidis Dominus. Cæterum quia
 hæc à Christo inter docendum dicta sunt, vt publicæ ignorantia mederetur, & in
 cognitione sua omnes rectè institueret, proderit singulas huius loci partes diligen-
 ter excutere, vt discamus, quis sit Christus quoad suam essentiam siue personam:
 Quis item quoad functionem & dignitatem. Ex quibus postea patebit, quid nobis
 de ipsius regno sit sperandum.

Status quæstio-
 nis Christi.

Si de persona illius dicendum sit, Iudæi hominem fore nunquam dubitarunt,
 imò CHRISTVM IESVM ideo aspernati sunt, quod Iosephi filium esse arbitra-
 rentur. Et promissiones veteres disertè Messiam semen mulieris & Abrahami fi-
 lium, Davidis item & germen Isai dicunt. Et his astipulantur Prophetæ, qui ex vir-
 gine, & quidem Bethlehemi nasciturum esse olim tradiderunt. Itaq; Sacerdotes etiam
 Herodi de Messia natalibus sciscitanti potuerunt respondere: In Bethlehẽ Iudææ,
 sic enim scriptum est per Prophetam, &c. At eundem Deum esse non credebant,
 quæ illis errorum & incredulitatis, adeoq; impietatis omnis causa fuit. Etenim vt
 huic loco insistamus, si Deum & hominem esse credidissent, facilis fuisset quæstio-
 nis solutio, neque in specie contradictionis, quæ re ipsa nulla est, hæsis-
 sent. Dixissent enim: Messias rectè dicitur Davidis filius, quatenus homo est, ex
 Davidis semine natus: Idem verò etiam verè dicitur Davidis Dominus, quia Deus
 est & æternus Dei Filius, qui priusquam ex Dauide hominẽ assumeret, imò prius-
 quam Abraham esset, fuit: nec nomine modò fuit, sed re ipsa, quæ Dei sunt præstis.

Messias Deus
 & homo.
 Marc. 6.
 Gen. 3. 22.
 Isa. 11. 7.
 Matth. 2.
 Mich. 5.

Heb. 1.

Isa. 7. 8.

Isa. 9. 35. 33.

Ioan. 1.

Ioan. 14.

Matth. 28.

Ioan. 12.

Tract. 50. in 10
an. cap. 12.Functio seu of-
ficium Messie.

1. Pet. 2.

tit. Per ipsum enim secula condidit. Idem iam olim Isata teste, regnante Achaz regnum Iuda seruauit, & domum Dauidis ex qua nasci debebat, defendit. Cur ergo non Dominum diceret Dauid illum, qui & Dei Filius est æternus, & qui ipse fuit seruator & redemptor? Sic (inquam) respondere potuissent Pharisei, si scripturam sacram de Messia loquentem propius & diligentius essent scrutati. Patet enim occurrunt testimonia, quæ de illius diuinitate pronuntiant. Isata enim illius exitum ab æterno esse testatur, qui Bethlehemi sit nasciturus. Michæas autem Deum fortem & Patrem æternitatis vocat, & alibi dicit: Deus ipse & seruabit nos. Et rursus de eodem, Iehoua iudex noster, Iehoua legislator noster, Iehoua Rex noster, ipse seruabit nos. Est ergo probe tenendum, quod Dominus noster IESVS CHRISTVS Dei Filius, in vna & eadem indiuisa persona Deus homo est: Deus est ex substantia Patris (vt Athanasius ait) ante secula genitus homo ex substantia matris in secula natus. Perfectus Deus, perfectus homo, nimirum verbum illud æternum Dei, quod in principio erat, & per quod omnia facta sunt, factum est caro, id est, verus homo, ex anima rationali & humana carne consistens, non quidem mutatione diuinitatis in carnem, sed (vt Apostolus ad Hebræos loquitur) seminis Abrahami assumptione in vnitatem personæ, nec alio tempore vnquam deposuit hominem, quem assumpsit, sed peracto in terra ministeria redemptionis negotio eundem in cælos euexit & ad dextram Patris collocauit, inde venturus ad iudicandum in ea forma & natura, in qua passus est. Est fidei nostræ fundamentum, quod nisi constanter seruetur, illa consistere non poterit: & multa occurrent in Christi mysterijs, quæ contradictoria videbuntur, ex quibus humana ratio sese non magis explicabit, quam ex præsentibus non Pharisei. Olim certè omnium hæresum causa præcipua fuit, quod natura Christo plerique non rectè distinxerunt. Ideo Arrius non potuit videre, quod modo Patri coæternus & coessentialis esset, quem audiebat dixisse: Pater maior est, & eiusdem corporalem & oralem siue Capernaïticam manducationem pronaciter propugnant, neque conciliare possunt illius dicta: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi: Et me non semper habebitis. Qui in Orthodoxis Patribus naturarum in Christo distinctionem rectè obseruauerunt. Diuo Augustino dicerent: Secundum maiestatem suam, secundum pronaciam suam, secundum ineffabilem & inuisibilem gratiam impletur, quod ab seculi: Secundum carnem verò quam verbum assumpsit, secundum id quod a Virgine natus est, secundum id quod à Iudæis compræhensus est, quod ligno crucifixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro repositus, quod in resurrectione manifestatus, Non semper habebitis me vobiscum, re: Quoniam conuersatus est secundum corporis præsentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducendis videndò, nõ sequendo, ascendit in cælos & non est heic. Ibi enim sedet ad dexteram Patris, & heic est. Non enim recessus sentia maiestatis, &c. Sed plura de hac re alibi diximus: nunc pergamus in huius loci sunt.

Docet enim Dauid quis Christus sit quoad suuentionem suam & officium redemptionis negotium compræhenditur. Si enim Dominus est Christus, non sufficimus oportet, & ipsius quidem serui. Vnde verò hoc? Ex eo nimirum, quod cum peccati & diaboli mancipia essemus, ipse nos ex hac seruitute omnium miseriarum redemit sanguinis sui pretio, & sibi acquisiuit, vt ipsius simus pecculium, & Petrus ait) gens sancta, regale Sacerdotium, domus denique spiritualis ad offi-

Tunc IESVS loquutus est turbæ & discipulis suis dicens: In cathedra Mo-
sis sedent Scribæ & Pharisei: Omnia ergo quæ dixerint vobis vt seruatis
seruate & facite: sed secundam opera eorum ne facite.

Argumentum
Capitis.

PROXIMO Capite descripsit Matthæus aliquot IESV CHRISTI
suis aduersarijs, Scribis & Phariseis, colloquia siue disputationes, in
bus de rebus arduis & necessarijs cognitu ita differuit, vt illi turpiter
cubuerint, & tandem non auderent quicquam præterea aduersus ipsum
Quia verò hi incurabili contumacia ipsum odisse & persequi pergebant, per
autem doctrina saniori delectabatur, nunc aduersus illos nouam actionem in
cuius prima parte hypocrisim & multiplicem illorum malitiam arguit, qua
ctrina & moribus peccabant. Deinde quales in posterum quocumque futuro
& quid discipuli porro ex ipsis sperare debeant. Postremò illis & ingratis ac
nariæ vbi pœnas horribiles & triste excidium denuntiat.

Quando &
qua occasione
hæc actio insti-
tuta.

Præmittitur exordij loco breuis circumstantiarum designatio, dum sic lo-
Euangelista: Tunc locutus est IESVS turbæ & discipulis suis, dicens &c. Com-
hendit his verbis tempus & occasionem huius nouæ actionis, vt eam cum ip-
proximè præcesserunt, connectat. Tunc, inquit, quando Pharisei & Scribæ ex-
consulti in suis quæstionibus, & nunc quæstione, quam Dominus de Melsa ex-
uide mouit, turpis suæ ignorantia conuicti, non habuerunt quod porro oppo-
rent, populus autem non sine voluptate ipsius acumen admiraretur, vidit oppo-
runum & necessarium esse, vt suum de Scribis & Phariseis iudicium prode-
tori populo indicaret, quæ turpiter hucusque ab ipsis delusi essent, & quid de eis
tire posthac debeant. Quo exemplo docemur, non satis esse, vt aduersarij con-
cantur, sed præterea simplices & rudes institui oportere, vt quid de illis senti-
beat, intelligant, & illorum dolos atque imposturas cauere possint. Et quia hic de
muni omnium salute agitur, publicè id fiat necesse est. Fecerunt hoc olim Apo-
tæ, quibus perpetua cum eiusmodi hominibus certamina fuerunt. Et Apo-
non satis fuit illos confutauisse, qui suo seculo fidei & doctrinæ sincerioris con-
prores erant, & multos seducebant, nisi de ijs etiam nos admonerent, qui nos
mis temporibus erant venturi, & quos hodie in Ecclesia multis equidem

Impostores ad-
viter arguen-
di.

Cum quibus vt hodie agi debeat, Christi exemplo docemur. Sunt equidem
postores eiusmodi argui & durius corripi indignè ferunt. Et mansuetudinem
uangelij administris desiderant, qua plus profici arbitrantur, & stultum
cunt cum illis contendere, quos incurabiles esse, imò ferocios fieri & mag-
tari noris. Vtinam verò isti sem diligentius perpenderent. Etenim viderent
entia & mansuetudine nullum locum reliquum esse, vbi de gloria Dei & ho-
salute agitur. Et respondeant mihi illi charitatis & modestiæ noui doctorum
vnquam modestior & mansuetior fuit Dei Filio in carne manifestato, neque
Propheta de illo vaticinatus fuerat) non litigauit, neque clamauit, neque ad
in plateis vocem suam, adhuc arundinem quassatam non confregit, neque
migans extinxit, omnes verò quos peccatorum conscientia oppressos laborare
uerat, amice ad se vocauit, & multos durius accepit, aut de suo conspectu ex-
quibus consolatione opus esse videbat? Vt verò idem aduersus hypocritas &
puli seductores tonuit, fulminauit, dum omnis modestiæ quasi oblitus, hypocr-

Isa. 45.
Matth. 12. 11.

vulpes, fures, latrones, lupos rapaces dicit, & Væ illud horrendum infelicitibus in-
 onat, quo omnis corporis & animæ calamitas & pernities continetur? Falluntur
 autem misere, qui mansuetudinis spiritum vberiore sibi pollicentur, quam in
 Christo fuerit, & se plus quiddam, quam ille, in lucrificandis hominibus profectu
 ros esse sperant. Enimvero nullis rationibus aut artibus humanis demulceri aut
 vinci possunt, quos Dei verbum mitigare aut terrere non potest. Hoc enim mediū
 aliud ordinariū est, per quod fides datur, sicuti Apostolus ait: Fides ex auditu est, Rom. 10.
 auditus autem per Verbum Dei. At inquis, nemo his clamoribus, minis, correptio-
 ne vincitur aut placatur. Esto. Attamen populi Christiani ratio habenda est, ne si
 manifestos fidei hostes indulgentius tractari videant, offendantur. Et si non aliud
 proficiant fideles ministri, qui contra illos Verbi tubam fortius instant, saltem suas
 animas liberant. Audiamus ergo Dei Filium loquentem, vt quid nobis hodie faci-
 endum sit, discamus, quando passim reuixit spiritus ille mendax & homicida, qui
 olim Scribas & Phariseos exagitaui.

Orditur à doctrina, vel potius ab ipso statu & conditione quam sustinebant.
 Et enim vt hanc recte institui oportet, ita vt de eadem recte omnes iudicent & sen-
 tiant necesse est. In cathedra Moysis (inquit) sedent Scribæ &c. Et ex eo infert: Omnia
 ergo quæ dixerint vobis vt seruetis, seruate & facite: sed secundum opera eorum
 ne facite. Cathedram Moysis dicit ordinariū docendi munus, quod in populo suo
 Deus olim instituit, quando septuaginta seniores sibi sisti & ad hoc destinari vo-
 luit, vt eis de spiritu Moysis impertiretur, & illi huic in populi gubernatione præsto
 essent, & ipsum onere illo grauissimo ex parte leuant, cui se sufficere non posse
 querebatur. At hic multa & diligenti obseruatione dignum est, quod in cathedra
 hæc Moysis sedere dicit Scribas & Phariseos, quibus nihil tunc in orbe corruptius
 & sceleratius inneniri poterat: & de eis ita differit, vt partim ipsis attendere & obe-
 dire dixerint vobis vt seruetis, seruate & facite: apud Marcum & Lucam qui
 eandem admonitionem succinctius annotarunt, grauissimè discipulis mandat:
 Cauete à Scribis, &c. Ex quo colligi potest, nulli loco certo Veritatis doctrinam
 nam, ne dum salutem ipsam, ita astrictam & alligatam esse, vt illi omnes ex ne-
 cessitate salutis addictos esse oporteat. Frustra ergo hunc locum aduersarij nostri
 detorquent ad stabiliendum Romanæ sedis primatum, & ex eo sic argumentan-
 tur: Si Scribis & Phariseis credere & obedire oportuit olim Iudæos, eò quod
 in Cathedra Moysis sederent, & ex eorum numero essent, de quibus dictum erat: Mala 2.
 Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius requirent. Item si Deut. 7.
 quis obedire nolit Sacerdoti, qui stat coram Domino Deo tuo, morietur, & ex-
 terminabis malum e medio tui: Quanto magis audiri debent Romani Pontifices, Matth. 18.
 qui in Cathedra Petri, principis Apostolorum sedent, cui dictum est à Christo: Ioan. 21.
 Tibi dabo claves regni cœlorum, quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cœ-
 lis & quicquid solueris in terra, erit solutum in cœlis. Item pasce oues meas, &c?
 At qui nullis Scripturis constat, eiusmodi cathedram à Deo institutam esse, cui ex
 successione iure veritas & tanta potestas alligata sit: nec etiam demonstrari po-
 test, Petro aut vilo alij Apostolorum plus à Christo, quam alijs datum esse. Nam
 quod Petro dictum fuit, postea omnibus dixit Dominus: Accipite spi-
 ritum sanctum, Si quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: Si quorum reti-
 nis, Petrus nomine ædiderat, hoc ipsum postea omnibus dixit Dominus: Ioan. 20.
 primatus retenta sunt. Rursus quæ ratio est, vt Ecclesiæ Romanæ imperium &
 primatus tribuatur propter Petrum, cum hunc vnquã Romam venisse, nullis ido-
 nis testibus probari possit: Romæ autem illum sedisse, & cathedram habuisse tam

Rom. 1.

fabulosum est, ut mirum sit, aliquem inueniri posse, qui illud asseuerare audeat. Ipse enim non minus tenim si id fecisset Petrus, praeter officium id factum esset. Non licuit ergo Petro in vna vrbe fixam cathedram habere, nisi Apostolicae traditioni quae illi mandata erat, ex priuato arbitrio vellet renuntiare. Eiusdem factum est, quod sedem Romanam errare posse aut hanc vllum scisma vnquam passam esse se negant. Enimvero fatemur libenter, Ecclesiae Romanae fidem olim per totum orbem praedicatam fuisse, sed non alia fuit illa, quam quae in Diui Pauli ad Romanos Epistola traditur: cum quae si conferantur quae hodie Romae sunt & in praesens prodeunt, ne micam quidem eius doctrinae inuenies, quam Apostoli olim praedicauerunt. Et posteris temporibus sedem hanc occuparunt homines Simoniaci & inuenticati, qui Ecclesiam in sectas diuersas sciderunt, & orbem Christianum turbauerunt, & maximorum scandalorum fuerunt authores. Gariunt quidem de veritate sedis parasi multi de vnitatem, quae ab Apostolorum tempore fuerit in Romana ecclesia. At constat ex ipsorum historijs tempore Cornelij Romani Episcopi & martyris corona redimitus est, in Romana ecclesia Nouatum fuisse, haereticum & heretice doctrinae authorem, quae multis annis ecclesiae passim grauissimi scismatis causa fuit adeo ut in plerisque locis bini episcopi haberentur, vnus orthodoxus, alter vero Nouatianus. Factum hoc est sub annum Christi millesimum quingentesimum quinquagesimum primum. Nec multo post alterum scisma enatum est inter Liberium & Felicem pontificem.

Lib. 27.

- Quid vero de eo dicemus, quo Damasus & Ursicinus Romae cum in noui Pontificis electione res (ut Platina scribit) non suffragijs, sed armis ageretur? Sed praestat totam historiam illam ex Ammiano Marcellino recurre, qui haec tradidit: Damasus & Ursicinus supra humanum modum ad rapientiam episcopalem sedem ardentibus studijs acerrime conflictabantur, ad usque vulnerumque discrimina adiumentis vtriusque progressis: quae nec corrigere sufficiens Vincentius (gubernator is erat imperatoris nomine) nec mollire, vi magna ei fauebat instante. Constatque in basilica Sicinini, ubi ritus Christiani est conuulsum, vno die centum triginta septem reperta cadauera peremptorum, etiam tamque diu plebem aegre postea delinitam. Idem historicus causam tantae mortis ritia & ambitione monstrans, mox addit: Neque ego abnuo, ostentationem reuerentiae considerans vrbanae, huius rei cupidos ob impetrandum quod appetunt contentione laterum iurgari debere, cum id adepti, futuri sint ita securi, ut diuinationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes circumspiciuntque epulas curantes profusas, adeo ut eorum conuiuia regales superent mentes, se poterant beati reuera, si magnitudine vrbis despecta, quam vitij opposita imitationem antistitum quorundam prouincialium viuerent: quos tenuitas vestimenti di potandique parcissime, vilitas etiam indumentorum, & superciliosa humilitas perpetuo numini verisque eius cultoribus ut puros commendantibus non desunt. Hae Marcell. Quod si illis temporibus, quando a persecutionibus nondum respirauerat Ecclesia, ij fuerunt mores Episcoporum, & tantum apud illos effrenis ambitio, num postea meliores fuisse putabimus, quando pietas & simplicitas opibus & luxui prorsus cedere coacta Ecclesiam prorsus reliquit. Enimvero eo tempore vsque ad Eugenium III. vel concilium Basiliense, scismata vniuersae adhuc numerari possunt, quibus propter diuersas pontificum electiones & as condemnationes orbis Christianus horribiliter distractus est. Neminem ergo moueant istorum hominum praestigie, quos non pudet ea fingere, quae totius mundi testi testimonio falsi conuincuntur.

• Videamus potius quis Domino nostro IESU CHRISTO istius consilij, quod hic dicitur

Matth. 16.

vita. Et quod idem post pedum ablutionem discipulis dixit: Exemplum præbent vobis, hoc ipsum ad omnes actiones eius extendi debet, quibus nobis præbent. Refertur communis illa regula, quam omnibus qui eius discipuli esse volunt, prescribit, dicens: Si quis vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Ideo Apostolus Paulus Corinthiis suis scribebat: Imitatores estote, sicut ego Christi. Est hæc quoque admonitio admodum necessaria pro eos qui posteris temporibus monasticæ vitæ regulas condiderunt, & homines imitandos proposuerunt, qui à Christi regula procul recesserunt, & fere saltem libi quàm in huius merito monstrarunt, quoad vitam verò non verè sanctam, sed fucata & inanis hypocrisis hominibus incautis & superstitiosis fuerunt operum, quæ Scribæ & Pharisei faciunt, imitatione sibi cauere debeant ipsi discipuli, de quibus proximo Sermone dicitur. Nunc sufficiat hoc loco didicimus dicationi verbi Dei hunc honorem debere deferri, vt huic credamus & obsequemur, à quocumque mortalium prædicetur. Vt enim subditi fideles principis beatorum obediunt, licet ea ab hominibus eiusmodi promulgentur, qui neque beatorum exempli, neque alicuius pretij & authoritatis sunt: Ita Christianos debet Verbi Dei sermò amplecti & cum hoc authoritatem suam ex seipso habeat, non quis prædicet, sed quid Deus nobis illo præcipiat respicere, & simpliciter illis credere, quæ Dei oraculis, per Prophetas & Apostolos olim traditis consentiunt. Rursum quia omnes homines peccatores sunt, & in multis labimur, nullius hominum tanta apud nos sit authoritas, vt eius exemplum delictis, quæ aduersus Deum committuntur, excusandis sufficiat. Itaque quæcunque ab hominibus sunt ad Verbi Dei & Legis diuinæ trutinam ponderentur, vitæ autem exemplum & regula sit æternus Dei Filius IESVS CHRISTVS, in cuius ore non inuenitur dolus, & qui solus potuit hostibus suis acerrimis in publico dicere: Quis ex vobis arguet me de peccato? Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A CCLXIII.

Dicunt enim, & non faciunt. Ligant enim onera grauiam, & portant, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere.

Ministerij status cognitu necessarius.

Quemadmodum Ecclesiæ Dei quandiu in terris agit ministris opus est, quas ceu pastores & architectos colligatur, ædificetur & seruetur: ita minus necesse est ijs, qui Ecclesiæ membra & Filij germani esse volunt, vt quæ ministrorum & præsidum istorum functio, & quid de illis sentiri & iudicari debeat, probè intelligant. Concurrunt enim hic duo vitia quæ vtraque cauere oportet. Primò sunt qui antistites aut doctores impunè contemni possunt, & iudicant non ipsi omnia exactè præstant quæ docent. Itaque quàm primùm illos aliquid vitij laborare vident, secessione ab illis faciunt, & in Ecclesia scisma & turbationem citant. E contra sunt alij, qui illos in tanta existimatione habent, vt quiduis iniquum ant quod illi tradunt, & se excusatos esse arbitrantur, si doctrinæ ipsorum minister credant, & exemplum eorundem in omnibus sequantur: quæ superbia & errorum nocentissimorum præcipua causa est. Quapropter IESVS hoc Capite de Scribis & Phariseis Iudæorum dicitur ab admittendis breui & graui orditur, cuius hæc summa est, Eos qui in Mosis cathedra sedent, est, qui ordinariè ad munus docendi vocati sunt, & ea docent quæ cum lege Mosem lata consentiunt, audiendos esse qualescunque sint; cauendum vero

Verba contra eius mentem & expressum mandatum detorquere? Hic enim docet Ecclesiam praefectos & ministros in omnibus, quae ut ordinari vocati ex officio docent & mandant audire, & illis obsequi; ne autem eorundem vitia imitentur prohibet. Cur ergo illi ex vitijs ansam arripiunt contumacia, qua doctrinam quae sanam aspernentur, & a Deo institutum Ecclesiae ordinem turbent? Ad iniqui nimis sunt, dum ministros verbi ad id contra Christi mentem astringunt quod praestitum est impossibile. Coguntur illi vrgere Dei praecipuum, Ne concupiscas. At quis obsecro dabitur, qui ab omni concupiscentia se alienum esse possit? Imo quis adeo demens est, ut id in animum velit inducere, se quoad in eo vivit, eo perfectionis peruenire posse? At tamen praedicari debent quae cum hoc praecipuo Christus in legis interpretatione Capite quinto diserte docuit, & doctores quae & quanta sit naturae & ingenij nostri vitiositas intelligant. Paulus tunc cum ex illo praecipuo omnes peccati argueret seipsum exempli loco proferre carnalem & sub peccatum venundatum esse fateatur, exclamat dicens: Non seruum me, quis me liberabit a corpore mortis? Num ergo indignum dicitur, si Paulus illis dicemus? Quid de Mose, cui Deus ipse luculentum fidelitatis in domo suae monumentum perhibuit? Annon illi omnes peccatores fuerunt? Annon omnes praetuli sunt, Domine, ne ingrediaris in iudicium cum seruis tuis? Annon ministris praefectarum omnes perinde ut reliqui homines ex Christi mandato precari debent, mitte nobis debita nostrae? &c.

Rom. 7.

Num. 15.

Psalm. 143.

Quid priuatos
Domines dece-
at, quid prin-
cipes.

Mos. 4.

Isa. 24.

Nemo igitur priuatus ex hoc Christi dicto occasionem arripiat tui bandi ecclesias, ut doctrinam puram & synceram propter ministrorum corruptos damnare & reuocare velit. Etenim si quis per regiones exterarum & periculosas inciens in aliquem incidat, qui viam rectam ipsi monstrat, de diuerticulis autem alijs fideliter admonet, stultum fecerit, si relicta via regia per diuerticula vagari errare velit, eo quod monstratorem viae ad illa deflectere videat: ita nimis prudentes sunt, qui ex Dei verbo recte edocti, huius semitas deserunt, & per exempla doctorum deuiant, qui scientes volentes ea faciunt, quae Dei voluntati pugnant. Discant ergo priuati homines Dei bonitatem agnoscere, quando sui precones excitat, qui veritatem, quam sequi nolunt, pure docent, ab exemplis autem malis caueant, quibus illi sibiipsis perditionis authores sunt. Magna autem Christianis est, tales coercere & in ordinem redigere, ne infirmis & in scandalum esse pergant: Fecerunt hoc olim sancti principes, Ezechias, Iosias, Constantinus, Theodosius & similes quos imitari debent, quibus hodie Ecclesiae Reipublicae Christianae gubernacula credita sunt. At quae nostri seculi caueantur, hodie ferè in pretio sunt Doctores qui perpotant, ludunt, scortantur, & in tur, foenerantur; & quia principes viri, qui de illis castigandis serio cogitant, tales defendunt atque ad sacerdotia opima vel quae stuosa prouehunt, ut vitia enormia apud omnes loci & ordinis homines regnent, & (quod eam seculi hominibus dicebat Hoseas) talis sit populus, qualis est Sacerdos. Magna autem Christianis homines scelera & scandala nullis vel principum vel omnes puniri qui peccarunt. Tunc impletur, quod isdem propheta cognoscit, ipse denuntiat. Ecce Dominus euacuat terram, denudat eam, deformat eam, & incolas eius dissipat: Et erit ut populus, sic Sacerdos: ut seruus, sic dominus eius: ut ancilla, sic hera eius: ut emptor, sic venditor: ut mutuo dans, sic mutuo accipit: ut creditor, sic debitor. Id est, neminem sua vel dignitas vel indigentia, vel inopia, aut quaecumque vniuscuiusque conditio sit tuebitur, sed omnes dignas suis peccatis poenas luent. Vide huius rei exemplum in filiorum

historia, primo Samuelis secundo, tertio & quarto Cap. &c.

Additur autem priori huic rationi, altera quoque, cur Scribarum & Phariseorum opera non debeant imitari, qui illos audiunt. Est hæc, quod ligent onera graui, ac difficilia portatu, quæ humeris hominum imponant, ipsi verò eadem ne digito quidem attingant aut moueant. Perstringitur hic multiplex vitium, cuius caput præcipuum est, quod qui conscientijs afflictis & laborantibus consulere debent, eos oneribus iniquis & non necessarijs grauarent. Fiebat hoc primum Legis prædicatione, cuius præcepta vocat onera, eò quod per se homini portatu non solum difficilia, verum etiam impossibilia sunt. Nam lex (vt Paulus ait) spiritualis est, & non solum externam obedientiam requirit, sed hominem totum sibi vendicat, vt nimirum nihil sapiamus, nihil cogitemus, nihil velimus aut cupiamus quod illi repugnet aut eius præceptis prohibetur. At quem dabis mortaliū, qui proprijs viribus istud præstet? Carnales enim sumus, & venundati (vt paulò ante diximus) sub peccatum. Et quia legi maledictio & æterna damnationis sententia conuenit illius onus importabile est, & eò omnibus, quæ illa exigit, satisfaciunt; reuenit plenitudo temporum, à Patre missus est, vt homo factus ex muliere, eos qui Legi eramus obnoxij, redimeret. Scribæ autem & Pharisei Legem sine Christo prædicabant, imò Christum oderant, & hostiliter persequebantur. Itaque vt postea Petrus dixit, ceruicibus discipulorum suorum iugum imponebant, quod neque ipsi neque patres vnquam portare potuerunt. Etenim vt alibi loquitur Paulus, Lex litera illa occidens est, nisi Christi spiritu viuificetur. Rom. 7.

Deinde non Legem modò simpliciter & absque Christo tradebant, verum etiam huic addebant suas traditiones de ieiunijs, Sabbatis, purificationibus, oblationibus, similibusque, quæ ipsis quidem quæstuosæ erant, alijs verò ad salutem prorsus inutiles, cum nihil præciperent quam corporalia exercitia, quæ parum aut nihil omnino vilitatis afferre, idem Apostolus affirmat i. Timoth. 4. capite. Præterea exemplo suo non leuiora faciebant onera ista, sed magis aggrauabant, cum (quod proprium est hypocritis) rigidi & seueri quidem essent obedientiæ legis & traditionum omnium exactores, ipsi vero nihil prorsus facerent eorum, quæ ab alijs tanquam necessaria ad salutem postulabant. Sunt hæc eiusmodi, vt non modo indignos fuisse doceant, ex quibus vitæ exemplum peteretur, verum etiam doctrinam eorum damnant, vt cui non conueniat cum Mosis cathedra. Hic enim Christo teculum illum, in quo posteri puppim & proram salutis consistere putarunt. Ioan. Galat. 4.

Cæterum in Scribis & Phariseis damnantur omnes, qui doctrina & exemplo similiter conscientias & animas hominum onerant. Faciunt hoc, quotquot iustitiam & salutem in operibus nostris quærere docent, & à Christo reuocant homines, qui solus nobis à Patre factus est iustitia, satisfactio & redemptio. Qui item nouos cultus & ceremonias ab hominibus excogitatas obtredunt, quibus corpora simul & animi fatigantur, loculi item exhauriuntur, conscientia autem laborantes recreationem nullam sentiunt. Fit hoc hodie in Papatu. Ex lege enim reducuntur in Ecclesiam, quæcumque olim veteribus graui fuerunt, & palàm audiuntur voces illæ, quæ Paulus cum libertate Christiana pugnare ait, & proinde inter Christianos loqui non habere vetat: Ne attigeris, neque gustaueris, neque contrectaris. Nihil dico nunc de peregrinationibus, quæ non tam labores infinitos, quam curas inextricabiles & pericula vitæ & famæ aut existimationis pariunt ijs, qui domi relictis charis Deut. 18.

Qui nam hodie Phariseos imitentur.

1. Cor. 1.

Colos. 2.

coniugibus & dulcissimis liberis, per terras & maria sequuntur vel ementitas
 etorum reliquias, vel inanima idola, quæ signis falsis & inani religionis nomine
 commendantur. Nihil item de Purgatorio igne, cuius terrore eò usq; adducunt
 miseri, vt non seipso modo dum viuunt, excrucient; verum etiam iam mortuorum
 stamenta condonant planè inofficiosa, in quibus præteritis legitimis hæresibus
 na sua monachis & sacrificis legant impostoribus. Taceo etiam confessione
 ricularis incommoda, per quam ceu tortura quadam in hominum arcana viscera
 penetrarunt, vt ea multi sacrificulis narrarint, quæ ne fratribus quidem genitoribus
 vnquam credidissent etiam adhibitis quæstionibus grauissimis. Quam illa genitoribus
 fuerint etiam principibus viris, quam pernitirosa Reipublicæ & quoties regum
 translationes & euerfiones, bella item funesta pepererint, res ipsa loquitur.
 ne coniugium quidem, quod inter miserias vitæ humanæ solatium nobis ele
 luit Deus, intactum reliquerunt, quin grauaminibus innumeris illud a cerbu
 triste fecerint. Etenim leges nouas condiderunt, quibus (teste Paulo) coniugium
 alijs propter vitæ genus, alijs propter affinitatis et cognationis gradus, alijs pro
 præstitū alijs pietatis officium in baptismo prohibetur; alijs autē numerata per
 permittitur. Denique totus dies non sufficeret, si quis omnia conscientiarum pe
 uamina, quæ isti homines excogitarunt, exponere velit. Quid vero illi inter
 prætextu quo suis suis pedibus subiiciunt? Taciti in sinum rident, imò publice
 seris insultant, & per ludibrium bonos Christianos vocitant eos, qui ipsi per
 ne libidinis genus grassantibus, à coniugio legitimo abstinent: illis item toto
 tempore seipso saginantibus, esuriunt, ipsis quietis & domi securè voluptatibus
 bus, terra marique periclitantur. Vera me dicere, norunt omnes, qui vel in ci
 stris monachorum aliquando fuerunt, vel quid Romæ inter illius sedis primo
 purpuratos fieri soleat, propius spectarunt. Estque eò infeliciores istorum ho
 num conditio, quod doctrinam quoque adulterinam sectatoribus suis propin
 rationum, qui illorum fraudibus detectis, nos in libertatem istorum suorum
 stulit. Hanc tueamur, & redemptori nostro IESU CHRISTO seruiamus, quod
 ritatis doctor est irrefragabilis, & exemplo etiam suo nobis præiuit, quod
 vnquam errabimus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in
 num. Amen.

H O M I L I A C C L X V.

*Omnia autem opera sua faciunt, vt spectentur ab hominibus. Dilatant
 nim phylacteria sua, & producant fimbrias palliorum suorum: Amant, primos
 accubitus in coenis, & primos confessus in conuentibus: & in foris saluantur
 & vocari ab hominibus, Rabbi Rabbi.*

TOto hoc capite Dominus & Seruator noster IESVS CHRISTVS ad
 Scribas & Phariseos, qui tunc inter Iudæos ordinarij doctores & antequam
 clericum cum doctrina contemnendi, in istio grauiter monet, ipsi
 eredi & obediri debere quoad in Cathedra Moſis sedent, & Legem Dei prædicant
 at diligenter cauendum esse ab ipsorum exemplo, ne qui opera & facta horum
 tentur. Rationes huius admonitionis adduxit, quod bene quidem docentur.

verò non præstent quæ alijs mandant, imò onera grauiâ & intolerabilia imponant alijs, dum legis simul & traditionum suarum rigidissimi exactores sunt, quæ ipsi ne digito quidem attingant. At quia illi summam iustitiæ & sanctitatis existimationem sustinebant propter crebra ieiunia, elemosynas, decimas, preces, purificationes, propter vestitum denique ad religionis & pietatis speciem compositum, ne temerè & ex affectu locutus putetur Dominus, suspensionem hanc præoccupatio-
ne diluit, & hæc omnia fucata & hypocritica esse docet, & proinde illis neminem debere moueri,

Matth. 6.
Mar. 7.
Luc. 18.

Propositio loci præsentis est: Omnia opera sua faciunt, vt spectentur ab hominibus. At qui alibi iubet, vt lux nostra coram hominibus luceat, vt videant nostra bona opera, glorificentq; Patrem nostrum qui in cœlis est. At illic de verè bonis operibus, quæ ex fide secundū verbi Dei præscriptum fiunt, loquitur, & horū finem esse vult gloriam Dei: In præsentem verò illorum hypocritismum & fucatam sanctimoniam accusat, qua non aliud quam priuatam suam gloriam quærebant. Itaque sic dicere videtur: Scio quibus operibus sese ostentent, & fateor eos res suas ita instigare, vt iustissimi & sanctissimi videri possint; sed fucus & larua inanis est, quæ tur, & idcirco Deum non sincere & ex animo diligunt & colunt: sed priuatæ gloriæ studio mouentur, vt hominum iudicio magni & præclari sint, & ita suæ existimationi simul & quæstui consulant. Cur ergo illos imitemini, qui hoc nomine Deo exosi sunt, qui in Spiritu & veritate colunt, neque aliud magis quam hypocritismum detestatur.

Fucate sancti-
tatis existima-
tionem eripit
Phariseis.
Matth. 5.

Debet hinc generalis doctrina peti, nunquam fore fideles Dei seruos, quibus tantò credi possit, eos qui hominibus probari cupiunt, neque gloriam Dei omnibus alijs rebus anteponunt. Notum enim est Pauli dictum, qui de seipso non veretur pronuntiare: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et Dominus apud Iohannem istos hoc ipso argumento condemnat, dicens: Quomodo vos potestis credere, cum gloriam alij ab alijs captetis, & gloriam quæ à solo Deo proficiscitur, cacatos & induratos esse ait, vt non possint credere. Nec aliam huius dicti rationem allegat, quam quod gloriam ab hominibus quærant, non autem veræ illius gloriæ studio teneantur, quam solus Deus dat, & quam nemo hominum suis virtutibus aut propria industria sibi parare potest. Est hæc, vt Dei filij simus. Hanc ex seipso nemo habet, quia omnes ex Adamo geniti sumus in corrupta illa & deprauata imagine, quam hic sibi attraxit per peccatum. Hinc illa naturæ vitiositas, quæ se se effectis peccatis nostris suæ mortis & sanguinis merito, nos Patri reconciliauit: & expiatis peccatis nostris suæ mortis & sanguinis merito, nos Patri reconciliauit: Beneficium verò istud nobis per Euangelium offert. Hoc qui audiunt, & intra animos suos compuncti vitiositatem suam agnoscunt, nō salutem esurire & sitire incipiunt, & gloriæ illius filiorum Dei desiderio accensi Christum apprehendunt, & relictis omnibus alijs, quæ in mundo eximia habentur, dignitatem hanc suam sedulo probari volunt, nō dum illis fucum faciant, nihil quærunt amplius, sed Deum vt perinde vt homines ementita sanctitatis specie falli posse sibi persuadent. Itaque quando Euangelij lux sibi paratur, exacerbati totis animis, contra Christum derogat, quem hypocritarum fraudem arguit, & simul existimationi & quæstui succurrere incipiunt. Atqui tales fuisse Scribas & Phariseos, tota historia euangelica testatur. Non temere ergo de illis hoc dixit Dominus, nec absq; causa suos monet, vt

Qui hominibus probari volunt, Dei serui non sunt.
Galat. 5.
Ioh. 5.

Gen. 9.
Rom. 9.
Gen. 8.

ab illis sibi caveant. Atqui eadem causa hodie etiam multos remoratur, ut Evangelio credere non possint, neque IESU CHRISTO locum dare, quem honeste liter oderunt. Ergo ipsi quoque cauere, ne quisquam laruis superstitionum & nani furo, quo sese venditant, moueri debet, ut illis fidem habeat. Quis enim speret, eos aliorum salutem serio consultum velle, qui suam ipsorum securitatem agunt, & humana diuinis, terrena caelestibus, temporaria aeternis anteponunt. Sed ad Christum redeamus, qui quod in genere accusauit nunc enumeratione aliquot specierum confirmat.

Hypocritarum
arguitur.

Exod. 13.
Deut. 6. 11.

Matth. 23.
Isa. 29.

Deut. 28.
Num. 15.
Deus populum
suum vestitu à
gentibus discer-
ni voluit.
Gen. 3.

Iudeorum phy-
lacteria & sim-
ilia.

Et primo quidem de hypocritis agit, qua sibi religionis & sanctitatis singulari estimationem vestitu conciliare studebant. Nam ait: Dilatant enim phylacteria sua, & producunt fimbrias palliorum suorum. Deus in Lege mandarat populo suo, ut praecepta sua semper ob oculos haberent, & in manibus gestarent. In modo enim cum de epulo paschali & redemptione primogenitorum docuisset, ut posteris suis commendari debeant, addit: Sit itaque signum super manum tuam & monumentum inter oculos tuos, quod Dominus eduxerit vos valida manu de Aegypto, &c. Et rursus alibi: Sint verba ista, quae ego tibi hodie praecepimus in corde tuo, & inculces ea filiis tuis, & loqueris de illis domi tuae residens, & cum incedis, cum cubitum vadis, & cum surgis, ligabis denique ea in signum ad manum tuam, eruntque monumenta inter oculos tuos, scribes quoque ea super posticum domus tuae, & in portis tuis. Item reponite verba mea in cor vestrum, & in animum vestrum, eaque ut signum ligate ad manum vestram, ut sint veluti monumentum inter oculos vestros, &c. Nominantur cor siue animus, os, oculi, manus, posticum domus, ut scirent primo in assidua & seria meditatione Legis ipsos verari in corde, ne huius memoria ipsas vnquam excidat: deinde eius praecepta iubentur in ore habere, ut ita constet haec ipsos in corde meditari. Nam ex abundantia cordis loquitur, & sermo proprius animi index est: At ne ore modo appropinquarent labijs solis Deum colerent, in manibus quoque illa gestare debuerunt, & respiciendo sequitur illi praestare. Denique ostijs & portis inscribere ea iubet Moses, ut in ingressu & egressu suo scirent, hanc illis actionum omnium normam & regulam esse debere. Accessit his peculiare praeceptum de fimbrijs quas in quaruor altitudinum eandem ob causam facere debebant, ut nimirum preceptorum Dei meminerent, nec post sui cordis placita ambularent. Nec temere factum putemus, quod Deus populum suum vestitu à prophanis gentibus discerni voluit, quae illos obedientiae, quae eius praeceptis deberent. Etenim ut alibi diximus, vestium origo ex peccato est, & primo tempore priusquam peccarent, nudos fuisse, nec tamen erubuisse, Moses testatur, quod nullius adhuc criminis sibi conscius, nec in animo neque corpore aliquid haberent, cuius ipsos pudere posset. At cum propter transgressionem paradisi peccati di essent, vestiri eis oportuit aduersus caeli iniurias & alia incommoda, quae postea illis & posteris peperit. Itaque quoties nos vestibus induimus aut exuimus, eo nos cogitare decebat, ut humiliati sub Dei manu, innocentiae studeremus, quam nos Christus suae mortis merito restituit. Quia vero id adeo non fit, ut praeceptorum Dei memoria facile apud nos intermoriatur, peculiaribus praeceptis vestitu nos instrui necesse fuit. Sunt ex his alia omnibus communia, quae praeceptorum Dei censeri volunt, qualia sunt quae modo recensuimus, & quae alibi mandata sunt vit muliebris, aut mulier virili habitu amicitur, neue vestis ex lana & lino faceretur.

Quid vero factum inter Iudaeos? Neglecto germano & mystico praeceptorum istorum sensu, Scribae & Pharisei maiorem pietatis & religionis laudem ex vestibus

venati sunt. Nam vt Diuus Hieronymus scribit, Pharisei decalogum siue decem
Legis precepta in membranis descripta fronti ceu coronam, adhuc dextro bra-
chio aut manui instar armillae alligabant, vt semper ante oculos mouerentur, &
ideo phylacteria vocabant, quod ad conseruandam Legis memoriam seruirent: &
haec ipsa vna cum fimbris palliorum dilatabant & producebant, vt religiosiores
viderentur mulierculis & rudi vulgo, ex quibus quaestum vberiore captabant.
Quo exemplo admonemur, quam procliuus ad hypocrisim & fucum sub religio-
nis praetextu faciendum sit humana ratio, quae ferè sibi persuadet, Deo non mi-
nus quam hominibus imponi posse. Nam vt Hieronymus praeterea annotauit, suo
adhuc tempore mos iste apud Indos & alios Orientales populos durauit, & fortas-
si hinc originem duxerunt fasciae & diademata regum, quae apud illos adhuc ho-
die in usu sunt. Nec id alicui mirum videri debet, quando inter Christiani nomi-
nis professores superstitio ita creuit, vt plerique religionem & pietatem vestitu aut
alijs rebus ludicris, quae vel manibus gestant, vel ex collo suspendunt, metiantur.
Hinc initium habuit Monachorum habitus, sub cuius colore & forma illi myste-
ria maxima latere sibiipsis & vulgo reliquo persuadent. Huic persuasioni debe-
mus globulos sacros, quibus preculas suas homines superstitiosi Deo & Diuis cor-
litibus adnumerant. Eiusdem farinae est, quod aliqui initium Euangelij, quod est
secundum Ioannem ex collo suspensum gestant, aut aliud quid, quod alicuius Di-
ui nomine commendatur. Sunt haec & alia huius generis tam vulgaria hodie, vt
non immerito cum D. Hieronymo quis exclamare possit: Vae miseris nobis, ad
quos Phariseorum vitia transierunt. Quod si haec reprehensione digna sunt, quid
de illis iudicari debet, qui absq; omni religione vestitu peregrino, lasciuo & ad li-
bidinem proritandam composito sese ostentant, & se non aliter generis sui nobili-
tatem testari posse existimant, quam si vestibus sese induant, quae barbaros & Tur-
cas potius decent, quam Christianos homines. Paulus olim nolebat, vt qui ex Co-
rinthijs Christo nomen dederant, viri aut foeminae, gentilitio habitu in coetibus
Ecclesiae comparerent: & tu excusatum te putabis, si ita induaris, vt quiuis alius
quam Christianus possis dici. Isaias certe mundum muliebrem, quo aulicæ mulie-
res & puellae suo seculo lasciuiebant ita excutit, vt eas propter illum exitio & exi-
lio dignas esse affirmet: Sophonias ita minatur Deum principes viros visitare vel-
le, qui induuntur veste peregrina. At hodie nulla vestis placet, nisi aut luxu immo-
dicæ, aut nouitatis aut peregrinitatis specie insolita commendetur. Hinc scandala
infinita nascuntur, & sumptus inutiles fiunt, quibus familiae antiquae & quae prius
florebant, ad inopiam redactae intereunt. Viderunt hoc maiores nostri, viri non
minus pij quam prudentes, qui luxum & fastum illum legibus publicis coercendū
esse putarunt. Quam ergo indignum est hominibus priuatis hodie licere, vt leges
bonas violent, & in eo laudem quaerant, quod reprehensionem & vituperium me-
reant, quod deniq; animos & mores à Christi religione alienos arguit?
Eui verò Dei Filius Scribarum & Phariseorum hypocrisim accusat, qui vesti-
tu superstitioso fucatum legis studium simulabant, cuius prophani contemptores
erant, minime tamen ei probantur Ecclesiarum ministri, qui ne hypocrisis argui
possint, ita vestiuntur vt vulgo hominum nihil differant, multi etiam mercatori-
bus, equitibus, militibus denique, accenseri possint. Etenim vult Deus suae Eccle-
siae ministros & doctrinae antistites ab alijs discerni, & proinde omnibus seculis ha-
bitum peculiari & honestiori illi sunt. In lege prolixè describitur Aaronis vestitus, &
Sacerdotum quasi proprium insigne erat Ephod, quo à reliquis dignosci poterant.
Prophetas quoque veste peculiari indutos fuisse ex Zacharia patet, qui de Pseu-
doprophetis conuersis dicit, quod posthac non gestaturi sint vestem villosam, vt
memorantur. Et Ochozias Rex Israeliticus ex habitus aut vestitus descriptione

Contra luxum
vestium.

1. Cor. 11.

Isa. 3.
Soph. 1.

Vestitus mini-
strorum Eccle-
siae.

Exod. 39.

Zach. 13.
2. Reg. 10.

Matth. 3.
Apo. 11.

intelligebat, Eliam fuisse illum, qui seruos eius a legatione ad Baalzebub reuocauerat. Et veteres prophetas imitatus videtur Ioannes Baptista, cum illi vestis de pilis camelorum contexta & zona coreacea tribuitur. In Apocalypsi verò de duobus testibus, qui ante noui ssimum Christi aduentum prophetare debent, dicitur quod saccis amicti prædicabunt. Hæc propter eos annotare libuit, qui cum Evangelij præcones dici & haberi velint, a superstizioso quidem & hypocriso habitu nachorum & pseudospiritualium, qui in Papatu sunt, abhorrent, sed e contra segre ti & clamydati militariter incedunt, serico item multo ornantur, vt de illis nequam quam dici possit, quod de Ioanne Baptista dicebat Dominus, non fuisse eum modolibus vestibus amictum, vt solent esse, qui in domibus regum sunt: cum ipsi & uilas frequentent, & illic non solum mollibus amiciantur, sed inter aulicos ludant quoque, comessentur, perpotent, saltent denique & choreas ducant. O tempora, o mores.

Ambitio Pharisæorum.

Præsentia.

Leuit. 19.
Rom. 12.

Isa. 55.
Præsulum pharisæorum amittit.

Anno Domini
M. L. XIII.

Pergamus autem in Scribarum & Phariseorum descriptione, quibus ambitionem quoque & auræ popularis studium exprobrat Dominus: ex quo euertissimè constabat, illos quæcunque sub religionis prætextu faciebant, non alio ob causam facere, quam vt spectarentur ab hominibus. Dicit autem de illis: mant primos accubitus in cœnis, & primos confessus siue præsentias (vt habent loquuntur) in conuentibus publicis, quales sunt in concilijs, quando de rebus publicis consultatur, aut in Synagogis (quo vocabulo hic utitur Christus) vbi conuenitur religionis ergò ad audiendum Legem & preces publicas. Ita verò ambitio cat erimem ambitionis, quando illos non modò inter prophanas & priuatas, vt numeretiam inter publicas & sacras actiones affectui huic indulgere ait. Quod in eo sensu accipi debet, quasi prohibeat Dominus, vt qui alijs præstant, meritis dignitate, præ alijs honorentur. Etenim hoc in lege præcipitur, vt coram cano epite assurgamus, & vt parentes honoremus, adeoque omnes, qui parentum loco nobis sunt: & Paulus monet, vt alijs alios honore præueniamus: eo quod hoc amittias conciliare & fouere solet. Sed ambitio taxatur, qua illi, vt hoc de ipsis fieri insolenter & superbe affectabant. Fuerunt ergo similes ijs, qui hodie non contenti in conuiujs, deambulationibus, ludis, spectaculis & alijs negotijs prophanis sese supra alios efferre: in templis quoque id faciunt, & dum in viujs sunt, prima occupant, in iisdem stemmata sua depingunt, & palàm nobilitatis suæ splendorem ostentant: defuncti autem hac vita sepultura prærogatiuis magnificum, quoniam nam illum infelicem imitati, quem Isaias propter sepulchrum magnificum, quod sibi faciebat, acriter reprehendit. Cæterum hic præ alijs peccant nostri seculi pharistites & Pharisei. Hi enim vt soli spirituales dici volunt, & vulgus Christianorum contemptim Laicos dicunt: ita locum quoque proprium in templis ab altera parte templi cancellis ferreis interclusum & sedilibus magnificis exornatum sibi parauerunt: Neque magnis illis præsulibus satis est, quod principes & reges ipsis loco re vident, sed ipsi inter se de primatu & præsentia non solum factum esse hostiliter & ad sanguinem vsq; pugnant: quod non semel factum esse Daniæci testantur. Et huc pertinet, quod nuper ex Ammiano Marcellino de Danegignante Heinricho III. Imp. accidit, quando Episcopus Hildesheimensis & Paderbornensis Abbas Goslariz in interiori templi parte cum iam Psalmodiaz cepissent, & ratore præsentem non absq; multis cædibus crudeliter de primatu pugnarunt, vt reges verò hodie fiat, & quantas in toto orbe terrarum turbas moueant, vt reges quod iniique sibi vendicarunt, tueantur, notius est, quam vt demonstrari non possit.

Additur his alia adhuc species siue nota ambitionis, quod ament salutariæ

foro & locis publicis, quod ab hominibus velint vocari Rabbi Rabbi. Gemina-
 tum Rabbi vocabulum gloriae studium ardens denorat, quod nimirum non obi-
 ter se doctores & magistros nominari velint, sed ita, vt quales sint, publicè omni-
 bus innotescat. Rabbi à multitudine dicitur, & excellentem omni virtutis & do-
 ctrinae genere significat, qui vnus multorum instar sit. Fuit ergo titulus hic ni-
 diculifolens & ambitiosus: Veruntamen, vt nuper ex epistola ad Romanos an-
 norauimus, non vno hoc, sed alijs pluribus non tam ambiciosus quàm ineptis & ri-
 diculis volebant cōmendari. Cæterum hoc quoque non eo sensu accipi debet, quasi
 munerū aut officiorum publicorū titulos Christus simpliciter damnet, aut abolitos
 velit: sed affectum ambitionis reprehendit, qui etiam hodie in scholis Christiano-
 rum & Ecclesia regnat, & eò vsque progressus est, vt non sufficiat multis, si Docto-
 res & Magistri nostri dicantur, sed Seraphici, Cherubici, lumina item & candelae
 bra Ecclesiae, hæreticorum mallei, & si quid adhuc ineptius fingi potest, vocari vo-
 lunt. Sed de his plura in sequenti Sermone dicentur. Nunc teneamus, Ecclesiae &
 Verbi ministros in primis modestiam & humilitatem decere, & hanc præcipuum
 esse illorum ornamentum. Turpe autem est, eos qui IESV CHRISTI serui dicun-
 tur, sese contra illius exemplum efferre, qui cum esset in forma Dei, ipse se exina-
 niuit forma serui accepta, vt nos in dignitatem cœlestem eueheret. Illi debetur be-
 nedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Rom. 2.

Phil. 2.

H O M I L I A C C L X V I .

*Vos autem ne vocemini Rabbi. Vnus enim est vester doctor, Christus: omnes
 autem vos fratres estis. Et patrem vestrum neminem vocetis in terra: vnus est
 enim Pater vester, qui est in cœlis. Ne vocemini doctores: vnus enim vester est
 doctor, nempe Christus: sed qui maximus est vestrum, sit minister vester. Porro
 qui sese extollit, deprimetur: & qui sese demiserit, extolletur.*

Quoniam omnes homines in peccato concepti, & nati, atque idcirco natura ad
 errores & peccata procliuēs sunt, nullus error tam absurdus, nullum deli-
 ctum tam graue & atrox est, quod non in vnumquemque nostrum cadere possit, si
 suam gratiam nobis subducatur Deus, & nos securi nimis propriam salutem negli-
 gamus. Quapropter multa institutione & assiduis etiam admonitionibus est opus,
 nec sufficit, vt in Ecclesia manifesti errores & vitia eorum accusentur, qui Verita-
 tipaliam aduersantur, verum etiam pios & germanos Dei cultores admoneri oportet,
 vt ab iisdem sibi caueant, nec malis aliorum exemplis se decipi aut seduci si-
 nant. Hoc ordine ferè Dominus noster IESVS CHRISTVS in docendo vitur. Ex-
 emplum illius euidenter habetur hoc loco, quem modo recitauimus. Nuper enim
 grauitur monuit, vt scribas & Phariseos, quod recta docent, audiant quidem & ipsi
 obediunt, caueant autem sibi diligenter, ne eorundem mores aut exemplum imi-
 tentur. Rationes adiecit graues & necessarias, inter quas præcipua est, quod quæ-
 eunque faciunt, non in alium finem faciant, quam vt spectentur ab hominibus, &
 idcirco quando optimi & sanctissimi sunt, hypocritas esse, qui Deo & hominibus
 lucum facere conentur, & ambitione intolerabili se alijs præferant, dum in conui-
 uis primos accubitus, in conuentibus sacris, suprema subsellia appetunt, & titulis
 magnificis compellari volunt, & Rabbi dici, quasi omni eruditionis, doctrinae,
 pietatis & sanctitatis genere ita instructi sint, vt singuli multorum instar soli alijs
 omnibus eruditionis sufficiant. His in presenti admonitionem grauem subrexit, qua
 quod de Scribis & Phariseis dixit, discipulis suis applicat, quos ab ambizioso illo
 gloriae privatae studio dehortatur. Omisissis autem aut præteritis istis, qua de phylacterijs

Ordo & Ratio
docendi in Ec-
clesia.

& fimbrijs, de praesidentia item in conuiujs aut publicis coetibus dixerat, hoc re-
tit quod de titulis magnificis dictum fuit, eò quod his potissimum populo simp-
imponebant, qui illorum magnifico splendore fasciatus, nefas esse putabat si in
liquo contradicerent ijs, qui publice pro Rabbinijs & Ecclesiae columnis ag-
scebantur.

Ne vocemur
Rabbi.

Matth. 18. 20.
Luc. 22.

2. Tim. 2.

Christus vnus
omnium Do-
ctor.

Deut. 18.

Isa. 16.

Matth. 17.

Col. 2.

Isa. 42.

2. Cor. 1. et 10.

Matth. 23.

1. Cor. 1.

Dicit ergo: Vos autem ne vocemini Rabbi. Nec superuacanea videri debent
monitio ista apud Apostolos, qui haecenus vitam priuatam egerant, nec à qua
quam hoc titulo appellabantur. Etenim ex primis parentibus initus est omni-
ambitionis affectus, quo fit, vt supra alios eminere cupiant, & illos iam pridem
dem infectos & titillatos fuisse, ex contentionibus & rixis apparet, quae non leu-
inter ipsos exorta fuerunt. Ideo eos ne quid huius affectent, dehortatur. Vbi
re omnia obseruari debet, de quibus titulis agatur. De Scribis & Phariseis se-
est, qui in Ecclesia magisterium & dictaturam quodammodo sibi vendicaban-
go non debet extra institutum Christi hoc trahi, quasi nefas sit eos, qui in magi-
tu Senatoria aut Tribunitia dignitate ornati sunt, magistros aut dominos duc-
prout vulgo in aliqua gente receptum est. Nec etiam prohibetur, ne quis in ca-
re, quam profiteretur, magister dicatur, aut ne seruus herum suum honoratio-
mine compellet. Imò vt qui in Ecclesia publice docent, doctores dicantur, nec
tat Dominus: quod Diuum Paulum intellexisse constat, qui se ipsum doctor
gentium dixit, eò quod ipsum gentibus Apostolum & Euangelij sui precor-
Christus destinauisset. Sed admonitionis istius sensus est, ne quis in religio-
ternæ salutis causa sibi eum honorem & auctoritatem vendicet, quasi pro
bitrio Ecclesiae praescribere, & vicissim ipsi omnes simpliciter credere & obedire
debeant. Et hunc sensum rationes quoque nobis commendant, quibus dictum
Dominus confirmat. Prima est: Vnus enim est vester doctor, cuius honorem in se
Omnes autem vos fratres estis. Priori omnem hanc auctoritatem sibi soli vendi-
Dominus, nec id iniuria. Ipse enim est magnus ille & catholicus Propheta, qui
olim Moses promisit, & cui obedire iussit omnes, qui excindi nolunt ex popo-
Dei: & de quo Isaias quoque vaticinatus est. De eodem etiam vox Patris expro-
intonuit: Ipsum audite. In ipso vno absconditi sunt omnes thesauri sapientiae &
gnitionis. Nemo igitur se Rabbinum aut Ecclesiae doctorem absolute dicere
rest, quin Filio Dei IESU CHRISTO iniuriam faciat, cuius honorem in se
fert, qui suam gloriam se alij dare negat. Violatur praeterea Christiana fratritas
tis vinculum, si qui illis superbe dominari velit, quos pro fratribus agnosce-
bebat. Ideo Apostolus, etsi doctorem gentium à Christo constitutum sciret, tam-
diligenter cauit ad Corinthios scribens, ne alicuius fidei dominari in se
Nam cum dixisset, se ideo hucusque non venisse ad ipsos, vt ipsis parceret,
quali per Correctionem subiungit: Non quòd dominemur vestrae fidei, sed
administri simus gaudij vestri. Quasi diceret: Nemo quòd dixi ita accipiat,
pro meo iure possim apud vos in religione & salutis causa quiduis statuere, sed
nim me Christi administrum modò esse, qui vos còsolari & in fide erigere de-
In quam sententiam alibi quoque dixit, se potestatem à Deo accepisse ad ad-
nem, non autem ad euersionem ipsorum. Vehementer ergo peccant ministri
sele nimium efferendo sibi arrogare quòd vnus Christi est. Sunt hi Sacerdotes
miles, quos perfidis colonis confert ille, qui herilem filium accersum esse
neam eiecerunt. Nec minus ab ijs peccatur, qui tales ministros sibi accersunt
dem stolidam admirationem & ineptis laudibus insolentiores reddunt, dum
quae ab illis proueniunt, absq; delectu & iudicio approbant, adeoq; ab ipsis de-
minari volunt. Fuit haec semper causa sectarum in Ecclesia, sicuti Corinthiorum
templo admonemur. Ita ergo in Ecclesia ministri versari debent, vt se non de-

nos, sed ministros eorum, quæ Christus nobis meruit, esse meminerint: & eosdem ita obseruare & colere debent, qui in Ecclesia sunt, vt IESV CHRISTO sua auctoritas integra maneat, qui princeps pastorum est, cuius vocem ita agnoscere & sequi debent oues, vt ad eandem omnes doctrinas probent, neq; aliquem audiant, quam ex cuius ore summi illius pastoris vocem prodire intelligunt. Quotquot enim intra hos fines sese non continent, ij Ecclesiarum turbatores sunt, & Christo iniuriam faciunt, sibi ipsi verò exitium accersunt. Quia ergo hæc res tanti momenti est, vt totius Ecclesie salus ex ea dependeat, idem huius admonitionis membrum postea reperet Dominus, secundo dicens: Ne vocemini doctores: vnus enim vester est doctor, nempe CHRISTVS: quod ita ab illo dicitur, vt disertè eos etiam suo magisterio subijciat, qui in Ecclesia docendi munere funguntur. Summa igitur huius loci esto, neminem magistrum aut doctorem alia ratione dici debere, quam quatenus in illo Christus loquitur.

Addit his aliud membrum, quod est: Et patrem vestrum neminem vocetis in terra: Vnus enim est pater vester, qui est in cœlis. Quod similiter non eo sensu accipi debet, quasi parentum nomen inter homines abolere velit, quod Deus Pater in Lege confirmavit, dicens: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longævus super terram, quam dat tibi Dominus Deus tuus. Itaq; hoc quoque ad fidei & salutis æternæ causam restringi debet, ne in hac nobis aliquem patris loco honorandum accersamus, quàm Deum, qui solus Pater est, ex quo *πάτερ πατέρα*, id est, tota parentela siue cognatio & familia Ecclesie, quæ ex omnibus gentibus collecta est in Christo denominatur. Vt enim ex Adami filijs Dei filij efficiamur, regeneratione opus est, sine qua (vt Christus Nicodemo dicebat) nemo videbit regnum Dei. Nihil autem in hoc mysterio tribui potest hominum industriæ aut viribus. Quomodo enim vel seipsum vel alios regenerabit homo, qui ne statura quidem corporis sui aliquid addere, aut pilum capitis sui nigrum aut album facere potest? Et Isaias priusquam parturiret, aut *ὠδὸν* sentiret, id est, dolores, qui partum solent præcedere, & mox exclamavit: Quis audiuit huic simile? quis huic simile vidit? Ita nimirum docens, mysterium hoc non vires modò hominis, sed captum quoq; ingenij humani excedere, neq; exempla aliqua in rerum natura extare, quibus demonstrari aut confirmari possit. Inexcusabilis ergo fuerit eorum confidentia, qui se patres dici velint filiorum Dei, imprudentia vero & ingratitude detestabilis, si quis tantum Dei beneficium homini mortali tribuat.

Neq; hic nobis aliquis Paulum obijciat, qui se Corinthios in CHRISTO IESV per Evangelium genuisse scribit, & idcirco se patrem illorum dicit, non pædagogum, quales erant reliqui doctores, qui sese inter ipsos insolentius efferebant. Et ad vobis Galatis ait: Filioli mei, quos iterum parturio, vsque quò formetur Christus in vobis. Ista enim ratione ministerij dicuntur, quo Deus in filijs suis generandis atq; formandis vtitur, ita tamen, vt ipse suo Spiritu in seruis suis agat. Quod ipsum Paulus non obscure fatetur, cum se illos genuisse dicit in CHRISTO IESV per Evangelium. Et alibi cum dixisset, se plus quàm alios omnes laboravisse, per Corinthis exponens, addit: Non ego tamen, sed gratia Dei quæ mecum est: nimirum quòd sciret nihil esse eos qui plantant & rigant, sed gloriam omnem vni Deo deberi, qui dat incrementum. Et hoc sensu veteres & orthodoxos Ecclesie scriptores Pauli locum cum Christi verbis conciliauisse, ex D. Augustino apparet, qui in Breuiculo Collationum cum Donatistis scribit, hos inter alia etiam Pauli verba ad Corinthios adduxisse, quasi hic Christi verbis, quæ hic habentur contra dixerit, quibus Catholici & orthodoxi ita responderint, hoc honorificentie causa dictum propter euangelicū ministerium, quod dispensabat Apostolus. Nā patrem

1. Pet. 3. 1. Cor. 10.

Nemo pater vocetur.

Ephes. 3.

Ioan. 3.

Matth. 5. 6. Isa. 66.

Quomodo Ecclesie ministri patres dicantur.

1. Cor. 4. Gal. 4.

1. Cor. 15. et 3.

ad fidem salutemque æternam non esse, nisi Deum: neque enim posset contrarius Christo Apostolus loqui, ut cum ille dixerit, Ne vobis dicatis patrem in terra: unus enim pater vester, Deus: contra Apostolus tanquam resistens verbis Christi patrem se diceret eorum, quibus annuntiaverat Evangelium: nisi esset vique distinguendum, quid diuinæ gratiæ, quid humanæ honorificentiae causa diceretur &c. Et in expositione Psal. 77. idem Augustinus scribit: Deus vnus pater, quæ dignatur Spiritu sancto, quos facit filios ad æternam hæreditatem: At honoris gratia propter ætatem curamque pietatis patres aliqui dicuntur. Item quod Christus hoc vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleretur, scilicet gloria Dei, qua in æternam vitam regeneramur, naturæ vel potestati, vel etiam potestati cuiusquam hominis tribueretur. Ideo cum diceret Paulus, Ego vos genui dixit, IN CHRISTO: & per Evangelium: ne ipsius esse putaretur, quod Deus

Contra Abbatum titulos.

Hæc omnia Augustinus, quæ adducere libuit, ut videas non solum Scripturam veteris Ecclesiæ & Patrum orthodoxorum testimonijs fidei patres, quos, qui contra disertum Christi mandatum in causa religionis & fidei patres, quos novos accersunt, quorum seruitio & obedientiæ sese mancipant, & quos per hoc nomen Abbates, id est, patres vocant. Hoc certe olim D. Hieronymo ita præcipiat, nullum patrem vocandum nisi Deum: nescio qua licentia in monasterijs vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquiescamus, &c. En licentia dicit Hieronymus id, in quo hodie plerique summam sanctitatem & Christianam refulgentem colophonem consistere arbitrantur. Nec tamen illo tempore Monachorum libertatem & fastus eò usque excreverant, ut viris principibus intolerabiles sponis, ab eodem modo hodie fieri constat. At nos procul relictis illis Penelopes hominis filium Deo pendeamus, qui Filium suum Vnigenitum pro nobis Filium hominis in mundum venire voluit, ut nos in filiorum suorum libertatem transferret, hunc nobis arrhabonem salutis dedit Spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba Pater. Ex eo igitur consolationem petamus, si quæ tentatio grauior in cordibus enim sub dulcissimo patris nomine à nobis inuocari vult, procul dubio nos in filijs suis dilectis agnoscat, & indulgentissimi patris instar nostri miserabitur, scilicet nos ex puluere creatos, & infirma aut fictilia vasa esse, quæ indulgentiari oporteat. Interim meminerimus etiam nos fratres esse, quæ certissima nota est, odio fraternam charitatem alij erga alios colamus: quæ certissima nota est, discipulos suos agnosci, Christus testatur. Ioan. 13.

Rom. 8.
Gal. 4.

Psal. 103.

Fraternitas
Christiana non
abolet gradus
dignitatum.

1. Cor. 13.
Matth. 15.

At ne quis putaret, Christum æqualitatem inter suos discipulos eius non habuisse, quæ omne discrimen personarum aboleat, adeo ut nemo alijs dignitate potentia vel autoritate superior aut præstantior censeretur, breui dicitur plus nos officij admonet, dicens: Qui maximus est vestrum, sit minimus. Duo comprehendit, quæ in hac causa probe obseruari debent. Primum est, dignitatem illam, quæ inter Christianos est, non abolere dignitates ordinarias, quæ alios alijs præstantiores aut superiores faciunt. Nam et si idem sit Dominus, tamen in talentorum parabola Christus docebit, quæ alius alio plus agitur, discrimina tamen sunt facultatum. Quæ causa est, quod in præsentibus maior, aut omnium maximus dici, si omnes pares aut æquales esse, & de eo loquitur, qui inter discipulos suos sit maximus. At quomodo possit esse maior, si omnes pares aut æquales esse, & de eo loquitur, qui inter discipulos suos sit maximus. Quæ causa est, quod in præsentibus maior, aut omnium maximus dici, si omnes pares aut æquales esse, & de eo loquitur, qui inter discipulos suos sit maximus. Quæ causa est, quod in præsentibus maior, aut omnium maximus dici, si omnes pares aut æquales esse, & de eo loquitur, qui inter discipulos suos sit maximus.

unitatem & licentiam, quæ ipsi fraudi esset, quos Deus in gradum altiore eue-
xit. Sic olim serui heris rebelles fuerunt, & excusso iugo liberos se esse clamabant
Christi beneficio: indignum ergo & iniquum esse, ut qui Filij Dei liberti sint, homi-
nibus seruiant. Contra quos multa de seruorum officio scripserunt Apostoli. Et
hodie Anabaptista, fatiosum hominum genus & turbandis Rebus pub. natum, li-
bertatem Christianam in eo consistere, seque eius egregios vindices esse arbitrantur,
si absque omni personæ aut dignitatis respectu viros principes & alios qui in magi-
stratu ad Reipub. gubernacula sedent, fratres dicant, & officia quæuis, etiam sor-
didissima, ab illis exigant, ipsi autem quæ illis debentur, impudenter negent. At qui
non ita vult Christus Dominus. Nam quia ipsius regnum non est ex hoc mundo, *Ioan. 18.*
ob quam Apostolus vnumquodque in qua vocatione vocatus fuit, in ea manere iu-
bet. Nec ferri debent, qui sub religionis prætextu vel Reipublicæ ordinem vel fa-
miliæ turbant. *1. Cor. 7.*

Interim (quod alterum est huius loci aut dicti membrum) docet Dominus, quid
eos deceat, qui alijs præstant. Qui maximus est (inquit) inter vos, sit vester minister.
Idem alibi etiam dixit, & in vltima Cœna non verbis modo ipsidem ferè repetijt, ve-
rum etiam proprio exemplo confirmauit, cum discipulorum & seruorum pedes i-
psæ vos fratres feci, & dominus ablueret. In præsentis sensus verborum Christi est:
Ergo vos fratres feci, non ea conditione ut alijs in alios dominium & imperium ex-
erceatis, sed vt alius alijs inseruiat: quod vt possitis, mea dona inter vos distribuo.
Qui ergo plura accepit, & hoc nomine alios excellit, vestrûm omnium minister
fit. Vt enim inter seruos alijs præstat, qui pluribus seruit: ita non alia ratione in meo
regno ad summum dignitatis fastigium peruenitur, quam si quis in illo prouehen-
do pluribus inseruiat. Conuenit hoc cum eo quod vulgo fit. Etenim non temerè ve-
teres dixerunt, in vnaquaque domo vnum modò seruum esse, ipsum patrem familiæ,
qui toti domui aut familiæ prospicit. Ad eundem modum qui in Ecclesia, quæ Dei
domus est, præ alijs eminent, sibi eò plus laboris & curarum impositum esse meo
esse voluit. Non ignorant hæc nostri seculi Pontifices, & ideo serui seruorum dici
volunt: Sed eum interea non in seruos modò & fratres imperiû sibi vendicent,
verum etiam Regibus imperent & eos ad pedum suorum oscula vocent, omnibus
denique leges & iura præscribant, quid obsecro hoc aliud est, quam Christo insultra-
re. Tyrannidem seculi dicunt, & hominibus illudere? Pertulit istorum insolentiam &
superarunt imperium docet Dominus.

Enim huius loci admonitionem graui sententiâ concludit, dicens: Qui sese
excollet, deprimetur: & qui sese demiserit, extolletur. Depromitur pronuntiatum
hoc ex aeterno Dei decreto, quod ab orbe condito exemplis infinitis confirmatum
est. Enim vt in Psalmis canitur, Dominus quod humile est intuetur & respicit, &
quod datum est in suo Cantico Maria Virgo, dicens: Fortiter egit brachio suo,
dissipauit superbos cogitatione cordis ipsorum: Detraxit potentes ex thronis, &
exaltauit humiles: Famelicos impleuit bonis, & diuites ablegauit inanes. His con-
ferunt quod Petrus scribit, Deum humilibus dare gratiam, superbis autem resistere. *1. Pet. 4.*
Et exempla simul & ruinæ causa fuit superbia, qua eos fascinoit Satan, vt Deo æ-
quales esse cuperent. Saulem item propter superbiam ex regali throno deturbauit
Dominus, & in illum euexit e caula petitû Dauidem de cuius humilitate & mode-
stia palam Scripturæ testatur, & qui de semetipso dicere potuit: Domine, cor meum *psalm. 131.*
deprimit. *Psalm. 138.*
Luc. 14.

1. Cor. 1.

Phī 2.

non superbiuit, neq; oculi mei elati fuerunt, neq; incedo in rebus magnis & magnificis supra me, &c. Similiter Senacheribum, Nabuchodonozorem, Alexandrum Macedonem, Iulium Caesarem & innumeros alios ambitio perdidit, dum non contenti ijs, quae Deus dederat, ad altiora suspirarunt. Et ferè omnes isti regni potentissimis interitum attulerunt, quae vnà cum ipsis euerfa sunt. Et contra omnibus oculis quae in mundo stulta, infirma, ignobilia, adeoq; nulla sunt, elegit Deus, sapientes & ea quae robusta & magnifica videbantur pudefaceret. Itaq; optima & certissima ratio emergendi ad altiora & stabiles honores, est humiliari sub potentia Domini Dei, & alios se praestantiores putare, atq; omnibus praestare fraternitatis Christianae officia ad exemplum Domini nostri IESU CHRISTI, qui cum esset in forma maiestatis Dei, non duxit rapinam parem esse cum Deo; sed ipse se exinanivit forma maiestatis accepta similis hominibus factus, & habitu compertus, vt homo ipse se subiecit, vt obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis: Quapropter etiam Dominus ipsum extulit in summam dignitatem, ac donauit ei nomen quod est super omnia nomina: vt ad nomen IESU omne genu se flectat caelestium, terrestrium ac subterraneorum, omnisq; lingua confiteatur Dominum esse CHRISTVM IESVM, in gloria Dei Patris. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in saecula saeculorum. Amen.

M O M I L I A C C L X V I I .

Sed ve vobis Scribae & Pharisei, hypocrita: quoniam clauditis regnum caelorum coram hominibus: Vos autem non intratis, nec introeuntes finit introire. Va vobis Scribae & Pharisei, hypocrita, qui ex editis domus viduarum, id est in speciebus vtentes longis precibus: propterea auferetis grauius iudicium.

Seductores diuini tractandi in Ecclesia.

Dominus & Seruator noster IESVS CHRISTVS prima huius Capituli paruos discipulos & populum Iudaicum grauius monuit de statu & conditione Scribarum & Phariseorum, ne vel prophano contemptu ordinem & functionem à Deo institutam aspernentur, neue eorundem inconsulta imitatione peccarent. Ideo illos quidem Legem tradentes audire iussit, cauere autem exemplum peccata, in quo hypocrisis & ambitiosam primatus affectationem accusauit. Haec missis nunc acerrime in illos inuehitur, & horrendum illud Vx illis impetratio quo animi & corporis pernitias & damnatio continetur, vt ostendat, dignitate Sciebat hic incurabilem esse istorum hominum contumaciam, & quod contumacia ne irritarentur potius quam emendarentur. Nihilominus tamen tam duriter tractat: nimirum propter populum, vt simpliciores, qui haec hactenus ab illorum impudenter pependissent, in viam reuocet, ne eodem cum illis exitio implicentur. Nihilominus nulla nocentior est salutis remora, quam stolidi falsorum antistitum adulatione & reuerentia. Atqui ea tunc fascinati erant Iudaei, vt nefas putarent ab illis contemptos & exosos fieri, vt quamuis ipsi non respicerent, minus contumaciter ferunt, si impostores & superstitionum magistri liberius arguantur. Hoc fiat, summa necessitas exigit. Vt enim oues, stolidum & simplex pecus luporum faucibus temere obijciunt, & in proprium exitium ruunt, nisi pastorum voce & pedo coerceantur: ita solent vulgo homines, nec possunt hostilem ex impostoribus, qui rabiem suam ouillis pellibus occultant. Serio igitur tales pugnandi sunt, neq; mansuetudini locus aliquis dari debet, vbi priuata & publica

multorum salus periclitatur; & reuera non mansueti, sed crudeles sunt, qui ouium perditione & exitio non mouentur.

Status huius correptionis est, fugiendos esse Scribas & Phariseos, eò quod horribilis Dei ira & aeterna damnatio tam ipsis quam sectatoribus ipsorum parata sit. Confirmatur hæc tam grauis sententia enumeratione vitiorum, quibus interitum iam pridem meruerint. Sunt hæc octo numero, quibus singulis Vt illud denuntiat.

Exorditur autem ab eo, quod reuera grauissimum erat, & quo cætera omnia continentur, & ijs quæ nuper audiuius, hunc locum connectens ait: Sed Vt vos Scribæ & Pharisei, hypocritæ, &c. Rursus hypocritæ illis exprobrat, quod superbie potissimum imponent populo, & illo sibi ipsi quoque placent ita, ut respicientia sibi non opus esse putarent. Illum ergo eis abstergit, quasi dicent: Hactenus quidem simulata sanctitatis specie vos ostentauistis, & adhuc videmini multis non sancti modò, sed beatissimi hominum esse, eò quod Moysis cathedram tenetis, & summa sit vestra autoritas in Ecclesia Dei: Sed magno vobis hæc persuasio. Nec enim vos aduersus Dei iudicium tuebitur, qui per Vt illud terribile vobis minatur, quod vos manet in præsentia hoc & futuro seculo. Et mox causam adducit, dicens: Quoniam clauditis regnum cælorum coram hominibus. Et hoc ipsum amplificans, addit: Vos non introitis, nec introeuntes si-

dicum est. Per regnum cælorum vitam & salutem æternam intelligi, sæpe iam verumeriam viam salutis præcludant alijs, ne ad vitam possint ingredi. Apud Lucam hoc ita enuntiatur: Vt vobis Legis interpretibus: quoniam sustulistis clauem cognitionis: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Lucæ

Hoc ut rectius intelligamus, tenendum est initio, viam aut ostium regni cælorum toti humano generi præclusum fuisse propter peccatum. Typus huius fuit gladius ille verus, quem ad ostium paradisi apposuit Deus, ne primi parentes inde eiectioni illuc reuerterentur, & ex arbore vitæ ederent. Eo enim adumbrabatur, neminem post hæc proprijs viribus aut meritis ingressurum ad vitam æternam aut in regnum cælorum, præter eum qui è cælo veniens illic rediturus sit: qui est æ-

pius Dei Filius, IESVS CHRISTVS, qui suæ mortis merito peccata nostra ex quo apud Isaiam dicitur, quod gesserit clauem domus David, & de seipso ille dicit: & postea Apoc. 1. & 3. nemo aperiat, quod habeat clauem inferni & mortis, quod item ipso claudente est, & Propheta omnes vaticinati sunt. Eiusdem prædicatio olim Sacerdotibus Iudæorum commissa fuit, & postea Apostolis, quibus omnibus ille in Petro dixit: Tibi dabo clauem regni cælorum, &c. Erant hæc tunc temporis penes Scribas & Phariseos, quorum erat Legem interpretari, quæ pædagogus est ad Christum, dum nos peccati conuictos mortis reos agit, & hunc amplecti docet, qui nobis sapientia, iustitia, vita & salus à Patre factus est. Huius igitur prædicatio clauis scientiæ & cognitionis dicitur, eò quod in illius cognitionem nos inducit, qui regnum Dei nullo impossibile sit aliquos saluos fieri. Non est enim in alio quoquam salus. Apoc. 1. & 3.

Huc ergo respiciens Dominus, ista de Scribis & Phariseis pronuntiat, quos grauissimi & multiplicis sceleris acusat. Primò quod clauem scientiæ abstulerint, quæ tunc prorsus filebat apud Iudæos. Itaq; hoc sacrilegium erat multò atrocius, quam si quis vniuersum templi aurum rapuisset. Deinde, quod qui fores regni

claudunt, & eos qui introibant, prohibuistis. Lucæ

claudunt, & eos qui introibant, prohibuistis. Lucæ

claudunt, & eos qui introibant, prohibuistis. Lucæ

Status correptionis huius.

Scribae claudunt regnum cælorum.

Claves regni cælorum. Gen. 3.

Ioan. 3.

Isa. 22. Apoc. 1. & 3.

Matth. 16.

Gal. 3.

Rom. 7.

1. Cor. 1.

Multiplex Scribarum causa.

cœlorum populo referare debebant, has præcludant quibusuis. Fiebat hoc sine
Legis interpretatione, de qua prolixè dictum est supra quinto Cap. Nec fallax
ctrina modò occludebant regnum cœlorum, verum etiam exemplo suo, quo in
perstitionibus & inani harum fiducia rudem & imperitam plebem derinebant
cedebat his, quòd non ipsi modò non ingrediebantur in regnum Dei, sed ingre
volentes procul inde arcebant. Nam edicta minacia & ipsis quoq; principibus
midulosa vulgabant, quibus excommunicationem minabantur, ut omnes
CHRISTVM crederent. Taceo nunc impiam illorum temeritatem, ut omnibus
liter illi opposuerunt, Samaritanum & dæmoniacum vocando, ut sefe
sum aut suspectum facerent: neque ante quieuerunt, quàm illo inique & cru
ter in cruce occiso, totum populum sanguinis Filij Dei reum fecerunt. Non
absq; causa tam grauem aduersus illos sententiã pronuntiat, ut nimirum qui
Iudæos adhuc synceriores erant, & serio salutis studio tenebantur, ab illorum
ctrina & commercio auocaret.

Ioan. 9. 12.

• Applicatio ad
• nostri seculi
• in istis.

• Debennt autem ista nostri seculi moribus applicari, ut videamus annon
• de his quoq; dici possint, qui hodie primatum & imperium in Ecclesia sibi ve
• cant. Enimvero dedit Christus clauces cognitionis Ecclesiæ, & harum admini
• tionem Apostolis suis & horum legitimis successoribus credidit, ut nimirum
• cera Euangelij prædicatione peccatorum remissionem polliceantur, & regni
• cœlorum omnibus patefaciant, qui serio respiscunt & ipsum fide vera atq;
• stanti amplectantur. Quid verò factum postquam Pontifices in Ecclesiã reg
• usurparunt? Primum clauces illas abstulerunt & sublata prorsus Euangelij præ
• catione, huius loco dominium quoddam substituerunt, quod totum fert ab
• num & damnationum demurmurationibus constat, quæ ab exorcismis mag
• non multum differunt. Et ut maior siue augustior esset imperij male usurpa
• iestas, clauces istas plus quam meretricia impudentia sibi ita vendicant, ut
• suis insignibus vnã cum triplici tiara aut corona ostendent. Quo prætextu
• bus quoq; superbe imperant, & effreni peccandi licentia ac impunitate mag
• Præterea cum sibi ut Christi vicarijs datam esse dicant potestatem omnem in
• & in terra, ipsi tamen regni cœlorum cura nulla tanguntur, neq; in hoc in
• dent, cum IESVM CHRISTVM, qui solus in hoc via & ostium est, & huius
• dicationem hostiliter oderint & persequantur: eiusdem verò meritum nup
• & operum humanorum fiducia euacuent & inutile reddant. Interim vero
• designant, propter quæ homines à regno cœlorum excludi, Paulus ad Corin
• testatur. Quid, quòd plerisq; illorum ludus & iocus sunt, quæcumq; de animæ
• immortalitate & mortuorum resurrectione traduntur. Neq; his contenti fut
• alijs quoq; obstant, ne ad vitam ingrediantur. Nam huius viam, qui in sole
• monstratur, traditionibus suis obstruunt, & infelices ad auiã & diuerticula
• mysterijs regni Dei rectius institui cupiant, eos scurriliter eludunt, & de
• curiosus quæri debere respondent, eò quod eorum cognitio ad solos rase
• ctos pertineat. Si quis fortius instet, in furorem & rabiem aguntur, & si ho
• uitas sit, eum absq; ætatis aut sexus respectu crudeliter occidunt, & si ho
• tyrannidi consulant, cœlum terræ miscere non verentur. Quis ergo non eos
• nathemate eos deuoueat, quo Christus Scribas & Phariseos deuouit. Quis
• illorum doctrina & exemplo sibi non minori studio & diligentia cauendum
• quàm olim Iudæorum Scribæ & Pharisei cauendi debuerunt? Etenim in excu
• socordia argumentum fuerit, si hos nobis ad regnum cœlorum duces deligamus
• & sponte sectemur, quos propria salutis tam videmus negligentes. Sequitur

Ioan. 10.

1. Cor. 6.

Sequitur alterum vitium, quod in Scribis & Phariseis reprehendit, propter quod illos sempiterno exitio dignos, & proinde pijs omnibus fugiendos esse docet. Væ vobis (inquit) Scribæ & Pharisei, hypocritæ, qui exeditis aut deuoratis domos viduarum, idq; in speciem vtentes longis precibus, &c. Summa & caput huius criminis est, quod religionem sibi quæstum fecerint, & tunc potissimum peccent, quando illos templum in emporium commutasse ait. In præsentem autem vnam diuini cultus speciem adducit, preces nimirum, sub quibus alias omnes comprehendit. Et sanè cultum suum in illis potissimum consistere Deus docet, quando reiectis sacrificijs & alijs ritibus externis in Psalmo dicit: Sacrifica Deo laudē, & redde Altissimo vota tua: Et inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & tu glorificabis me. At illos in precibus quidem assiduos fuisse, supra audiuimus, non autem ex fide vera orasse eos constat, quando in publico ipsos precari ait, vt ab hominibus spectetur. Itaq; ambitione & priuatæ gloriæ studio ad preces incitabantur, vt sanctitatis summæ existimationem sibi compararent. At hic altera etiã causa indicatur, avaritia, quæ illos cogebat quæstum vanari precando. Hanc autem in illis inuides fuisse illos ex circumstantijs probat. Nã dicit illos deuorare domos ipsas, sub quibus reliquas facultates omnes complectitur, vt ostendat eos paruo aut exiguo lucro non contentos esse, nisi domos quoq; totas sibi vendicent. Quid verò reliquum faciet miseris, qui domum quoq; aufert? Deinde ad sceleris amplificationem in Lege prohibuerit, ne quis vestem viduæ pignoris loco accipiat. Fuit ergo avaritia hæc nefaria & crudelis, qua viduæ domibus suis cedere cogebantur. At non poterant ista fieri, nisi doctrinam Legis corrumperent, & traditionibus superstitiosis mulierculas, quarum conscientias peccatis grauatas esse animaduertebant, circumuenirent, vt se Deo cultum gratissimum præstare, & animarum saluti consulere putarent, si sua Sacerdotibus largirentur, aut in corbonam deponerent. Hic ergo potissimum fiebat, quod supra in illis accusauit, quod Dei præcepta traditionibus suis iniita faciant, dum multis auctores sint, vt quæ in parentum alimoniam conferre debebant, his neglectis, in vsus superstitiosos conuertant. Et hoc nomine alibi eos sciebat esse ipsorum nequitiam, ad Dei tribunal eos citat, dicens: Propterea aufertis grauius iudicium. Et ita agendum est cum hypocritis, quos ementisæ sancti nominis sui prætextu designant. Exempla sunt multa, quæ huic cõminationi fidem faciunt. Inter quæ cum primis memorabile est, Balaami, quod Petrus Apostolus adducit, quando de impostoribus agit, qui postremis temporibus per avaritiam fictis sermonibus animas simplicium abutantur.

Ergo hæc quoque ad nostrum seculum transferri debent, vt hypocritas & impostores, qui hodie gregem Domini simili avaritia & non minori cum crudelitate vastant & deuorant, agnoscere & cauere discamus. At quid passim fiat, lippis & Romanenses suis figmentis & traditionibus non adulterauerint? Fidei Christi caput est, vt omnis salutis fiducia in vno Deo collocetur, vnus hic inuocetur, per vnum Mediãtorem CHRISTVM IESVM, qui in se credentibus plenam peccatorum remissionem & salutem certam pollicetur, & quod ijdem quando hic emigrant, non in aliquod iudicium veniant, sed à morte transeant in vitam.

Deuorant domos viduarum.

Math. 23.
Ioan. 2.

Psal. 50.
Math. 6.

Deut. 24.

Math. 19.

Ioan. 10.

Sacrificij
Monachi.

At illi nobis Diuos cœlites finxerunt, quos & mundi gubernatores confituntur & Filij Dei coadiutores faciunt, & quæ huic soli debetur gloria in illos distribuitur. Ad hæc ignem iustitiam siue Purgatorium commentisunt, quo animæ in purgatoribus solutæ expurgentur, priusquam ad sedes beatorum perueniant. Quæ persuasio sacra pro defunctis peperit, & in simplicium cordibus terrores excitavit, quibus superati facultates suas præteritis legitimis hæredibus, monachis & vicariis legauerunt: quibus non satis fuit, viuos fraudibus suis circumuenisse & habuisse, nisi (quod pro uerbis dicitur) à mortuis quoque tributum exigerent. Illi certe artibus eo res deductæ sunt, ut nihil in Ecclesia gratis fiat, neque hominibus Christianis gratis nasci aut mori liceat. Nam ut Erasmus uerissimè scripsit, non tantum baptisimus, id est, non licet fieri Christianum, nisi numeres: non audient peccata commissa, nisi sperent præmium: non psallunt gratis, non orant gratis, non imponunt manum gratis. Non consecrant saxum aut calicem, nisi dara mercede. Et quid ex istis gratuitum speres, apud quos emitur & sepultura, etiam in uero solo? Apud Ethnicos miserè plebi stabat commune sepulchrum, erat ubi quos uelles, sepelires. Barbarus ille & gentilis Hebron offert Abrahamo, igne hospitij gratuitum sepulchri munus, & uix adduci precibus potest, ut oblatam accipiat pecuniam: at sacerdotes sepulturæ ius vendunt in alieno: Vel potius publicum est, id ceu priuatum ære locant. Ad hæc pro defunctorum animarum salute annuos redditus exigunt, nec pudet illos annuis exactionibus restari, quod in utilia sint & nullius ualoris, quæ se facere gloriantur, ut animabus in purgatorio igne laborantibus succurrant. Atqui Deus olim per Zachariam dixit, non in Chananaeum, id est, mercatorem in domo sua, & Christus uendentes ac ementes in templo eiecit. Quid ergo eundem facturum putabimus, quando isti mentis firmiter tueamur libertatem, quam nobis sanguinis sui pretio acquisiuit, & CHRISTVS, Dominus & redemptor noster: cui debetur benedictio, honoraria & potestas in æternum. Amen.

Gen. 23.

Zach. 14.
Ioan. 2.

H O M I L I A C C L X V I I I .

Va uobis Scribae & Pharisei, hypocrite, quoniam circumcisitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fueris factus, facitis eum filium gebæna duplo magis quam uos sitis. Va uobis duces cæci, qui dicitis: Quisquis iurauerit per templum, nihil est: quicumque autem iurauerit per aurum templi, reus est. Sculci & cæci, uerum enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum. Et, Quisquis iurauerit per altare, nihil est: quicumque autem iurauerit per donum, quod est super ipsum, reus est. Sculci & cæci, uerum enim maius est, munus, an altare quod sanctificat munus? Qui ergo iurauerit per altare, iurat per ipsum, & per omnia quæ super illud sunt. Et qui iurauerit per templum, iurat per ipsum, & per eum qui habitat in eo. Et qui iurauerit per cælum, iurat per thronum Dei, & per eum qui sedet super ipsum.

TOta huius Capituli tractatione Dominus & redemptor noster IESVS Christus in Iudæorum Scribis & Phariseis duo uitia præcipue accusat. Primum mirum hypocrisim, sub qua priuata gloriæ studium comprehendit. Quia uerè mirificè dissimulabant, adeo ut uulgò sanctissimi homines esse putarentur, subterfuge repetit hypocrisis esse: partim ut ipsos terreat, qui eò confidentiores erant, suas artes adhuc occultas esse existimarent: partim ne fucos illorum populus delectetur. Deinde auaritiã non minus accusat, qua religionem omnem sibi quærit fecerunt.

fecerant, & quæ nos Dei seruos esse non sinit. Nec enim temerè alibi à Domino dictum est, nos non posse simul duobus dominis diuersa iubentibus seruire: Deo videlicet & Mammonæ. Huius autem studium in ipsis regnare, nuper demonstrauit, quando dixit illos deuorare domus viduarum, dum in speciem prolixis precibus vrantur: Quod vt fecerint, exemplo ex Cap. 15. adducto abundè ostendimus. Sequitur nunc aliud, quod eodem referri potest, & quod simul alia quoq; complectis

Nam tertium illis vitium exprobrans ait: Væ vobis Scribæ & Pharisei, hypocritæ, quoniam circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum profelytum, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo magis quàm vos sitis. Profelyti Latini aduentitij dicuntur, qui relictis patrijs superstitionibus, in quibus nati & à pueris instituti sunt, ad Iudaismum transeunt: De Scribis autem & Phariseis dicitur, quod mare ac aridam, id est, terram circumeant, id est, summo studio in hoc vt Circumcisi ex ethnicis Iudæi fiant. Impulit eos ad hoc procul dubio non solum lucri spes quæ sese offerebat, verum etiam gloriæ studium & quod illud sibi honorificum esse, & vulgi fauorem ipsis conciliare videbatur. Quis enim negasset illos esse discipulos Dei ardere, quos indefesso studio discurrere videbat, vt nouos subinde discipulos conquirent? Quis nõ illos præ alijs eruditione & sapientia instructos esse dixisset, & de Ecclesia Dei indices bene mereri? At simul docet, quàm parũ proficiant. Si quem inueniatis (inquit) qui vobis aures præbeat & obsequatur, num vel accessione noua crescit Ecclesia, vel illius, quisquis est, saluti consulitur: nequam. Imò filium gehennæ, id est, perditionis & damnationis illum facitis duplo magis quàm vos sitis. Durum hoc & graue fuit, filios gehennæ dici eos, qui in populo Dei primas tenebant, & summam sanctitatis & eruditionis laudem apud plebem obtinebant. Dicit tamẽ, quia hinc multa & graua vitia concurrebant. Etenim hypocritis erat quod faciebant, & non sincero, sed fucato regni Dei studio ducere in suos calles, nouam quotidie prædam ex miseris & incautis vanabantur, quos cum enim in Lege Dei illos instituere deberent, vt quæ Dei voluntas sit, intelligent, & simul in illa ceu speculo naturæ suæ vitiositatem & humanarum virium inopiam intuerentur, atq; his cognitis ad thronum gratiæ per promissum Seruatorum confugerent: illi extincta & sublata prorsus vera legis doctrina, miseris in traditionibus suis instituebant, quas vel ipsi finxerant, vel ab hominibus æquè ineptis & superstitiosis acceperat: & his imbutos ad sui arbitrij vires & suorum operum iustitiam atq; meritum remittebant, cuius fiducia postea turgidi sibi ipsi placebãt, neque solliciti erant de iustitia Dei, quam hic nobis in Filio suo IESU CHRISTO propinat. Fiebat deniq; vt quò plus illi in nouo isto Iudaismo proficerent, eò lon- gius à Christo recederent, imò vt suis illis præceptoribus gratificarentur, illius a- cerrimi hostes essent, & puriorem fidei atq; salutis doctrinam hostiliter persequerentur. Itaq; qui prius in gentilismo philosophorum placita secuti secundum legem nature vivebant, virtuti operam dabant, & cupiebant indices proficere, cum sentiant, quantum ipsis deesset (vt Socratis exemplo docemur, qui se hoc vnum scire dicebat, quod nihil sciret) nõ abiectis & relictis prioribus stimulis, circa otiosam & inanem legis contemplationem occupabantur, ad cuius verum sensum non poterant penetrare sine Christo, qui solus velum illud quod Iudæos in faciem Moïsis in- tueri non sinit, remouet. Quare in dubio hærentes neq; Iudæi erant, qui secundum legem præcepta sanctè viuerent, neq; tam gnaui ter virtuti operam dabant, quam an- tea fecerant: sed legalium sacrificiorum & externi cultus fiducia ad omnẽ peccan-

Profelytorum
conquisicio.

Exod. 34.
1. Cor. 3.

Rom. 2.

di licentiam abutebantur. Itaque ipsis seruiebat quod Apostolus scribit: Non quod in propatulo Iudaeus, Iudaeus est, nec ea quae est in propatulo circumcisio est: Sed qui in occulto Iudaeus est, & circumcisio cordis in spiritu littera, cuius Iudaei laus non est ex hominibus, sed ex Deo. Adde his, quod circumcisio debitores legis faciebat, quam cum non possent seruare, iuxta damnationem ipsi testimonium. Vide Gal. 5.

Profelyti in
Papatu.

Quod autem in sui seculi Scribis & Phariseis accusat Dominus, utinam hodie passim fieret apud eos, qui Christianae religionis antistites & columnas deri volunt. Quid enim aliud faciunt Monachi, qui hinc inde discurrendo, hos nunc istos sollicitant, ut relicto vitae genere ad quod a Deo vocati sunt, quo huiusmodi simul & hominibus seruire poterant, sese votis monasticis obstringant? Quod postquam fecerunt, ceu manibus & compedibus victi vitam contumescunt, sanam & quando optimi sunt, ignavi & nemini utiles in lustris suis cupiditatum etiam dum se mundo mortuos esse arbitrantur inter assiduas cupiditatum flammis aeternam, seque ipsos & corpora sua horribiliter foedant & polluant. Quid vero ipsis accidat, qui ab Anabaptistis seducti, relictis coniugibus & liberis nouum illud vitae genus sectantur, in quo solo stultissimi homines se ferri posse existimant, multi non absque grauissimis conscientiae certaminibus expiunt. Quid vero deludaeis fiat, praestat commemorare. Etenim sunt, qui maxime sanctitatis & eruditionis laudem se mereri putent, si cui Iudaeo perfuadeant, ut pristino initiatus Ecclesiae Papisticae sese coniungat. Et mirum sunt, qui maxime hore & ceremoniarum splendore res agatur, dum talis ad baptisterium adducitur, dum patrimi listuntur, dum pro illo spondetur, dum tingitur, & reliqua sunt, quibus superstitiosi summam religionis consistere persuasi sunt. At si rem ipsam pius examines, quid aliud dici poterit, quam quod de istis Christus pronuntiat, quod profelytum suum faciant duplo magis filium gehennae quam ipsi sint. Etenim abolita quidem est in morte Christi Iudaica religio cum vniuersis ceremoniis legalibus, neque absque huiusmodi iniuria porro retineri potest. At tamen qualiscumque in speciem saltem scripturae sacrae testimoniis nititur. Fundamentum habet Iosephi Dei cum Abrahamo factum, promissiones, & harum sigillum Circumcisio: in his omnibus praecleara continentur de IESU CHRISTO testimonia. Iosephi pi. quibus ille adumbratur. Accedunt sancti patres, diuini Prophetarum testimonium, quibus ille innumeris regibus & principibus viris, qui olim ista obseruauerunt, sub horum inuolueris nobiscum eiusdem cibi spiritualis ac potus participes sunt. Quod si vero his abiectis Iudaeus baptismo tinctus ad Papistas transierit, apud hos inueniet, quod cum Moisaicis illis vel minima ex parte confertur. Nonne contra omnem Legis auctoritatem coram toties damnatis imaginibus noua flectere & ad eas preces fundere iuuebitur? Nonne panis azymi crucis pro aeterno Dei filio adorabit? Nonne eundem quotidie pro delictis viuorum mortuorum immolari credet, aut saltem se credere simulabit, ut fere Christiani se esse, omnibus persuadeat? Nonne in hoc sudabunt eius doctores & uerba, ut Papam Filium Dei in terris vicarium esse, clauis regni caelorum in caelum & inferos detrudere credat? Ista certe nisi intrepido ore confiteatur, quis se, Prophetis & Apostolis, quibus haec portenta illi persuaedant? Quid audienter traditiones, Canones, decreta, miracula & alia, quae derisionem & libum reuerentur? Quis ergo non detestetur hominis leuitatem, qui relicta Lege Dei, Prophetis libris, in superstitiones transit, quas nulla sacrae scripturae auctoritas probari audit? Quis non execretur eorum improbitatem, qui infelici tam impudenter

Iudaei ad Papa
tum conuersi.Heb. 9.
Gal. 5. c.

1. Cor. 10.

Aludine: Aut quis negabit, istos omnes simul à religione alienos & aeternae damnationis filios esse.

Quid verò de Hispanis dicemus, qui prae alijs Catholici dici & haberi volunt, quanta cum crudelitate & inaudita rabie in nouo orbe & apud Indos saeuierint, & quidem eo prae-textu, quasi pomeria regni Christi propagare voluerint: Constat enim ex relatione eorum, qui rerum oculati testes fuerunt, infelices tam indignè & immaniter tractatos fuisse, vt nominis Christiani odium ex eo conceperint, & ad incensam mentione exhorruerint, qui prius eos immortales Deos esse credebant: quod item multi marinis vndis baptismum, quo tincti erant, abluerint, multi domus suas incendierint, multi seipos crudeli manu interfecerint, ne Hispanis porro seruire cogrentur. Nec minori seuitie Galli in maris glacialis insulis grassati sunt. Dei Filius vā illud horrendum scribis & Pharisaïs denuntiat, qui contenti fallacijs à violentia & sanguine abstinerebant. Quid ergo dicendum putabimus, si miseros armis adentes multo sanguine rigarit? Non ita ille olim factitauit, quando Euangelium in toto orbe praedicare voluit. Apostolos emisit, qui doctrinae suauitate & miraculis quosuis ad fidem & salutis consortium conuerterent.

Hispanorum in Indos crudelitas.

Non debet autem oscitanter praeteriri locutio, qua profelytos istos duplo magis filios gehennae fore ait Dominus, quam Scribas, à quibus seducantur. Eorum enim errorem & noxiam persuasionem arguit, qui se extra culpā esse arbitrantur si se ab alijs edoceri et duci sinant, & simpliciter duces suos sequantur. Hos enim ipsis omnem culpam praestare oportere. At qui longe aliter se res habet. Enimvero graue eorum scelus est, qui alij errorum & perditionis authores sunt, & scimus quid ue eorum authoribus supra Dominus minitur. Sed, sit interdum, vt qui se duceantur, de quibus hic sermo est: & tunc adeo non iuuat excusatio ista, vt potius istorū pena aggrauetur. Quod si verò istidem vestigijs incedant qui praeeunt & sequuntur, ambo cadent in foueam. Quamobrem qui conuertit & ab interitu liberari voluit, ad Dominum conuertantur (vt apud Ieremiam dicitur) & relictis superstitione & sceleribus in via veritatis ambulent. Nihil proficiunt in salutis causa qui ex vno coeni volutabro in aliud, aut ex vno scelere in aliud aequè nocens & absurdum delabuntur.

Profelyti cum suis doctoribus damnantur.

Matth. 23.

Matth. 23. lere. 4.

Sed pergamus in Christi sermone, qui quarto loco ipsos in religione nullo gloriae Dei sensu tangi, sed solius commodi priuati studio duci, ostendit. Et quia non sibi solis peccabant, sed sua partim conuientia, partim peruerso & praepostero de facris iudicio, alijs quoque eiusdem impietatis erant authores, grauitèr admodum aduersus illos exclamat: Vā vobis duces caeci, qui dicitis, &c. Quasi diceret: Vultis videri & dici duces eorum qui sunt in tenebris, sed caeci estis, & in tenebras errorem & superstitionum abducitis eos qui vos sequuntur. Id vero demonstrat casu suū exemplo ex Lege petito, sic inquit: Dicitis: Quisquis iurauerit per templum, reus est, id est, non fit peccati reus: Quicumque autem iurauerit per aurum templi, reus est, nihil est: quicquid autem iurauerit per donum, quod est super ipsam, reus est, &c. Quem casum D. Hieronymus ita interpretatur: Sicut in physica gloria & sibirijs dilatatatis opinio sanctitatis captabat gloriam, & per occasionem gloriae quarebat lucrum: sic alia traditionis strophia impietatis arguit praepostero re, quis in contentione seu in aliquo iurgio, vel in causa ambiguo iurasset in templo, & postea conuictus esset mendacij, non tenebatur criminis reus. Sin auro emiurasset in auro & pecunia, quae in templo sacerdotibus offerrebat, statim id

Priuatim modi studij.

in quo iurauerat, cogebatur exoluere. Rursus si quis iurasset in altari, periurum reum nemo retinebat. Sin autem periurasset in oblationibus, hoc est, in hostiis, in victimis, & in similia & cæteris quæ offeruntur Deo super altare, hæc studioisimè repetebantur. Itaque Dominus illos stultitiæ & fraudulentæ arguit, ut nimirum coniuuentia communi superstitioni & errori occasionem præberent, ut nimirum vulgo aurum siue pecunia, quæ in templo sub Sacerdotum custodia asseruabatur, pluris quam illud ipsum templum fieret: victimæ item & sacrificia præstant altari. Ita verò bifariam peccabatur. Primum iurando per ea, quæ non debebant in iuramentum adhiberi. Deus enim per suum nomen iurare iusserat, & supra Capite quinto, ne per quid aliud iuretur, Christus ipse prohibuit. Peruerso iudicio item & quod lucri causa seuerius exigebantur iuramenta, quæ concepta erant per aurum & donariâ quam quæ per ipsum templum (nimirum quod hæc redimi poterant, templi verò pretium maius erat omni redemptione.) Fiebat ergo ut templum & altare præ oblationibus vilescerent, & vulgo pluris facerent aurum, pecuniam & quoduis donarium, quam ipsum altare aut templum. Id verò perperam fieri, eorum mensis sensus docebat: at quia illi id non animaduertebant, acri correptione eos reprehendit, dicens: Stulti & cæci, vtrum maius est aurum an templum, quod aurum sanctificatur? Item stulti & cæci vtrum maius est munus, an altare, quod sanctificatur? Quasi diceret: Quæ hæc stultitia, quæ cæcitas est, non videre, quod omnibus differrent: Ita nisi templo, & per consequens Deo donarentur istæ pecuniæ siue aurum, non maior esset eius, quam alterius communis auri & pecuniæ dignitas. Sed hic quoque fiebat, quod de muneribus in lege pronuntiat, quod excæcent oculos sapientum & peruertant causas iustas. Oblationum enim splendore & lucri desiderio fascinati sacerdotes inter res sacras non poterant distinguere, & ex illis error ad totum populum dimanabat.

Exod. 23.
Deut. 16.

Amistum sua
ritia quanta pe
nit

Admonet ergo locus hic, quantum mali in religione pariat antistitum avaritia. Non sinit hæc videre quod verum & rectum est: & qui quæstum facere student, non modo coniuuent ad vulgi errores, verum etiam eos fouent & augent suis scabulis, ut maius lucrum faciant. Exempla huius generis multa passim extant. In papatu horrendi errores cum exorcismis, sputo, sale, oleo feruntur in baptismo, quæ hæc omnia sacrificulis lucrosa sunt. Maiori cum honore oscula deferuntur oscibus mortuorum incognitis, quam sacrosancto Bibliorum Codici: quia ex illis vberem messem colligunt Sacerdotes. Pluris fit impurus cœlibatus, quam coniugii castitas: quia ex illo vectigal ingens decerpunt Episcopi. Traditiones de ciborum lectu & ieiunijs in maiori pretio sunt, quam libertas Christiana, per quam omnes viuunt, Missa priuata, quæ inani spectaculo populi oculos pascit, præferuntur Cœnæ Dominicæ, in qua Dei Filius carnem & sanguinem suum credentium animabus propinat. Quid, quod in multis locis Dei leges, sine quibus religio non potest consistere, impunè licet violare, traditionum autem transgressores capite plebuntur. Si imaginem ligneam destruxeris, inexcusabile scelus commiseris, & vix vna morte expiandum: si hominem viuam Dei viuentis imaginem deleueris vili & iniustio pretio conductus, Catholici nomen mereris. Si Sacerdos concubinam alat, doctico munere habetur: Sin vxore vna & legitime ducta contentus dignus Ecclesiæ viuus exuri merebitur. Sed dies me defecerit, si quæcunq; iniqua, absurda, impia sunt, si cum Christo Domino clamemus, Vx vobis duces cæcæ

Porro

Deut. 14. 26.

prouentu terræ decimas ipsi reddant. Et vt in Malachia nostro annotauimus, tribus harum genera fuerunt. Primum enim quæ tannis decimæ Leuitis dabantur ex vniuersis frugibus. Quia enim Leuitas sibi consecrauerat Deus loco primogenitorum omnium, vt suo cultui & Legis doctrinæ vacarent, & ideo illis, quos per omnes tribus dispersos habitare oportebat, propria pars terræ vt alijs tribubus assignari non potuit, primitias & decimas frugum omnium illis donauit Dominus. Deinde alterum genus decimarum erat, quas ex suis decimis Leuitæ, id est, inferior ministrorum ordo summo Sacerdoti soluebant. Tertium earum fuit, quæ tertio quoque anno ad pauperum viduarum, pupillorum & peregrinorum inopiam subleuandam reponerentur. Itaque decimarum vsus multiplex & reuera sanctus fuit. Per has enim admonebantur priuatim singuli, à Deo dari fruges terræ, cui illi hanc gratiam referre debeant, vt illis piè & religiosè frui possint. Deinde ad conseruationem diuini cultus faciebant. Quapropter Deus illas sibi vendicabat, & deo Leuitis dicebat: Cum acceperitis decimas à filijs Israel, quas ego de ipsis dedi vobis, vt sint hæreditas vestra, &c. Et paulò post repurabitur vobis vt prouentus aræ aut torcularis, comedetisq; ea omni loco, vos & filij vestri: quoniam hæc est merces vestra pro ministerio vestro, &c. Præterea ex illis pauperes elebantur qui non minima ecclesiæ pars sunt. Idcirco Deus posteris temporibus seueriter decimas requisivit, si quando in illis reddendis negligentiores aut parum fideles essent. Apud Malachiam certè sacrilegij illos accusat, & se ab illis spoliari, & ideo maledictos & execrationi obnoxios esse dicit, & vicissim vberem benedictionem pollicetur, si quod illi debetur, fideliter reddant. Adducite (inquit) omnes decimas ad domum thesauri, vt sit cibus in domo mea: atque in hoc periculum quæso de me sumite, dicit Dominus exercituum, si non aperuero vobis fenestras cœli & benedictionem deprompsero, vt non sit sufficientia, id est, vt frugibus colligendis & reddendis non possitis sufficere.

Num. 18.

Malach. 3.

Decime in Nouo Testamento.

Matth. 23. 26.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

1. Tim. 2.

1. Sam. 8.

Debent hæc ad ecclesiam Noui Testamenti transferri. Etsi enim Leuiticum Sacerdotium abolitum sit, & sacra legalia cesserint, manet tamen ministerium Euangelij, quod absq; ministris ordinarijs non poterit consistere: neque deerunt vobis quam pauperes, quos suo loco substituit Dei Filius, vt in hos conferamus, quæ in ipsum collaturi essemus officia, si ille in terris viueret. Atqui idem Euangelij administratos mercenarijs confert, quibus sua merces debeatur: & Paulus ad Corinthios scribens, prolixè docet tam iustum & æquum esse, vt ex Euangelio viuatur, qui sacris operibus occupati, minus vacabunt Legi Dei: his autem non vacantibus Verbo Dei tu periclitaris: Obscurabitur enim lux scientiæ, quæ in illis est, te non subministrante oleum lucernæ. Nec est quod aliquis decimarum legem cum ceremonijs abolitæ ministerium Ecclesiæ, & propter Verbi prædicationem & Sacramentorum administrationem adhuc ministris opus est, quibus vt Deo militare possint, de victu prospici oportet, ne vitæ negotijs ad rem familiarem pertinentibus implicentur. Quibus aut argumentis probari poterit, decimarum legem vnquã ab eo abrogatam esse? Illas quidem à Iudæorum Sacerdotibus impiè interceptas, & in vsu alios translatas fuisse legimus, sed cum decimæ principibus quoq; debeantur, vt ex iure Regis apud Samuelem apparet, & Christiani reges atq; principes Ecclesiam frugum decimis & alijs redditibus annuis auxerint, sacrilegij culpa nõ vacabit, qui aliqui horum

horum ausus fuerit negare aut subtrahere. Ideoque eò constantius affirmamus, quod prædia ferè ea conditione vel venduntur, vel ad hæredes legitimos perueniunt, vt decimæ annuorum prouentuum ex illis reddantur. Qui ergo has negant, vel in eis fraudem admittunt, multifariam peccant. Primò parum faciunt gratiam Dei, quando piget illos sumptum facere in ijs, per quæ ille seipsum & omnes resti sui thesauros nobis offert. Deinde illi negant quod debetur, cuius liberalitate toto anno aluntur: cui denique se totos debent & quicquid habent. Iniuisti item operarijs mercedem suam, impij verò egenis Christi membris à Deo destinatam alimoniam negant. Obijciunt autem plerosque decimis turpiter a bonis, multos etiam illas transferre ad illicita & prophana studia, vt ex Ecclesiæ rant. At calua est hæc excusatio. De his enim Deo rationem reddent qui ista faciunt, non qui decimas reddunt. At quæ ratio excusabit eum, qui egeni necessarium victum surripit, ne fortè eo abutatur ad ebrietatem & crapulam? Christiani hominis est reddere cuius quod debetur, non autem suam iniquitatem alterius culpa excusare velle.

Sed tempus est vt ad Christi verba accedamus, in quibus quæstio occurrit, cur in Scribis & Phariseis reprehendat, imò execretur id quod per se licitum & discretè à Deo mandatum erat: Etenim Legis diuinæ verba sunt: Decimando decimabis cunctos prouentus sementis tuæ, quos terra quottannis depromit. Sed facilis est responsio. Etenim primò operum suorum iustitiæ fidebant, & in eo meritum salutis statuabant, quod decimas ex debito persoluerent. Exemplum huius fiduciæ Phariseus in Euangelio præbuit, qui seorsim ceu iustior & sanctior alijs consistens precabatur: Deus gratias ago tibi, quod non sim vt reliqui homines, rapaces, iniusti, vel vt iste publicanus, ieiuno bis hebdomade, decimo quæcunque possideo. Itaque etsi nihil vitij accessisset, sola hæc fiducia instar fermenti opus illud per se bonum poterat Deo inspidum reddere: sicuti in ieiunijs & eleemosynis ipsorum factum fuisse supra capite sexto vidimus. Sed quod initio monuimus, in leuiculis occupati negligebant quæ maioris momenti erant: & credibile est eos ex mentha qui decimas dedisse, vt iustitiæ eximie opinionem sibi apud vulgus compararent: interim non tam liberales & fideles fuisse in reliquis, quæ maioris pretij erant. Certè quæ grauiora erant, iudicium, misericordiam & fidem illos omisisse dicit. Quia enim avarissimi erant, quis dubitet illos hoc vnum spectasse, vt quam minimo dispendio Deo simul & hominibus fucum facerent. Quam absurda autem & præposterâ sit illorum iustitia siue sanctitas, prouerbiali parœmia docet, quando illos dum cæcos dicit, vt nuper quoque hypocritarum sanctitas, quos avaritia & quætem camelum. Et talis est hodie quoque hypocritarum sanctitas, quos avaritia & quæstus priuati studiū fascinat. Enimvero Monachi in Papatu sollicitè cauent, ne quid sui ordinis aut regulæ contrarium faciant in vestitu, esu, incessu, gestu, aut alijs quæ nuspam requirit Dominus. Interim ipsæ nulla religio est falsa doctrina populum seducere, sub confessionis auricularis prætextu & inanibus ignis purgatorij terriculamentis hereditatem alienam intercipere, virgines constuprare, alienos choros polluere, bella non necessaria ciere, & orbem totum dissidijs capitalibus turbare. Imitantur hos quicumque illos sibi magistros & doctores fecerunt. His capitale scelus putatur, tempore quadragesimali aut diebus Veneris carnibus, ortis aut laeticijs vesci, die festo opus aliquod honestum & necessarium facere, votum imprudenter & temere factum non exoluere, Missam negligere, aut quid aliud eius generis facere. At si per totum vitæ tempus ex usuris & sanguinis pretio belluentur, scortentur, luxu & fastu diffluant, diris & blasphemijs horrendis

Cur decimæ
Pharis. reprob
bentur.
Deut. 18.

Luc. 18.

Luc. 21.

sacrosanctum Dei nomen proscindant, nulla tantorum scelerum conscientia tanguntur. Nec extra omnem culpam sunt qui Evangelij doctrinam & fidem profitentur. Etenim inter Verbi ministros inveniuntur, qui in concionibus leuitula & nihil ad ipsos pertinentia odiosè vrgent, populi item pauperis vitia mirabile & plus quam tragicis clamoribus exagitant: tacent autem, quando Dei gloria & publica honestas aut salus periclitatur, & si principum scelera, quæ cum publico scandalo coniuncta sunt, argui & corrigi debeant, canes muti iunguntur. Offendunt ad hunc lapidem viri principes & qui in magistratu sunt constituti, dum quæ ad suam existimationem spectant, tributa item, vectigalia & multas pecuniarias rigidè & inclementer exigunt, dormitant autem in ijs, quæ faciunt cultum Dei & publicam morum honestatem. Quæ causa est quod ipsorum quoque autoritas collabitur, secundum illud: Honorantes me honorabo, &c. & in parentibus priuatim hoc vitium passim deprehendere licet, dum cauenter quid faciant ipsorum liberi, quod ipsis ob stare possit, ne ad coniugia opulenta & honorata admittantur; vt verò piè & sanctè viuant, parum ipsis curæ sit. De his verò dixeris, eos liberis suis nihil plus præstare, quam feræ & agrestes belluæ suis vitulis. Christianorum est in suis vitia morum corrigere, puriorem fidei doctrinam teneræ ætati instillare, & in pietate vera instituere, quæ si nos nostra sorte cõtenet faciat, quæstus est longe vberrimus. Poterant hæc latius diduci, vt de coniugibus quoque & seruis diceretur, sed sufficiat occasionem præbuisse pijs, qui serio pietatis sensu afficiuntur.

1. Sam. 2.

1. Tim. 6.

Observatio legis in quo consistat?

Iac. 2.

Deut. 27.

1. Sam. 13. 15.
16. 21. 28.

Graviora legis capita.
1. Iudicium.

Audiamus verò Dei Filium IESVM CHRISTVM, qui paucis docet, in qua vera Legis observatio siue pietas consistat. Cum enim dixisset ipsos circa mentium anethum & cuminum occupatos grauiora Legis capita ommittere, quæ sunt Iudicium, Misericordia, Fides vel amor Dei, vt Lucas annotauit, breue dictum subterit. Hæc oporeuit facere, & illa non omittere. Totius legis studium commendat, cuius præcepta differunt, vt alia sint leuiora, alia grauiora. Hæc ita dicuntur, quod eis cultus Dei & vitæ puritas consistat, & quod non nisi à germanis Dei filijs præstentur: qualia sunt Decalogus totus, & quæ paulò ante recitauimus. Leuiora dicuntur quæ in solius corporis exercitio consistunt, & ab hypocritis quoque potest fieri: quales sunt decimationes, feræ, ieiunia, sacrificia denique & ceremonie omnes, si omisso mystico sensu secundum literam considerentur. Debet autem in vtrisque considerari hoc Christi dictum. Vt nimirum in minimis quoque obseruandum Deo præstemus. Etsi enim legis præcepta differant, vnus tamen & idem eorum author est, idem omnium finis & scopus, & ita cohærent, vt nemini liceat illa discernere. Nam vt Iacobus ait, qui dixit, Ne mœcheris, vt ne occidas. Itaq; si non fueris mœchatus, occideris autem, factus es transgressor legis: & quisquis totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, omnibus teneatur, violata nimirum Legislatoris voluntate & autoritate, quæ in omnibus præceptis sancta nobis esse debebat. Et de eo non obscure nos admonuit Moses, quando scripsit libro de diebus paschalibus, aut tale quid fecisset, quod carni leuiculum videtur. Inertia ne obedientia nostra Pharisæica sit, præcipua illa non negligi debent, in quibus salus nostra potissimum versatur.

Sunt hæc tria numero. Primum est iudicium, id est, ipsa iustitia & æquitas, quæ suum cuique tribuitur, & quæ cuiusque decorum aut officium continet. Iudicium enim

enim facere dicuntur, qui unicuique reddunt, quod suum est pro suæ vocationis & conditionis ratione. Itaque per omnes hominum ordines & omnia vitæ genera hoc latissime extenditur. Etenim nullum inter hæc tam vile aut contemptum est, in quo non possit obsequium Deo gratum & acceptum præstare, si quid ille velit, diligenter attenderit. Alterum est misericordia. Alibi charitas siue dilectio requiritur: sed ne hoc in otioso affectu acquiescat, alienis periculis aut malis nos moueri, & beneficentiæ studium omni officio, quo proximum indigere videmus, testari oportet, sicuti in Samaritani parabola docet Dominus. Tertium est fides, quam plerique pro integritate aut (vt Cicero definiuit) pro dictorum & conuentorum constantia & veritate sumunt, ne quid cum aliquo agatur dolo malo aut insidiosè, vt solent, qui amorem simulant, & amicitias vtilitate metiuntur. Sed nihil obstat, quin longius ad Deum vsque extendatur fidei vocabulum, vt sub eo fiduciam intelligamus, quæ nobis in vno Deo reposita esse debet per Mediatorem IESVM CHRISTVM. Nam etsi noluerit Dominus subtilius hic disputare de toto fidei mysterio, non tamen dubium est, eum Scribarum & Pharisaorum vitijs voluisse mederi, qui cum in fide erga Deum non integri essent (quæ illis aliorum scelerum præcipua causa erat) huic malo in primis remedium adhiberi oportuit. Compræhendit ergo hoc loco tribus hæc membris vniuersam veræ pietatis doctrinam, & conuenit locus hic cum eo, qui apud Micheam habetur, per quem olim hypocritis dixit Deus: *Indicatum est tibi ô homo, quid bonum sit, & quid abs te requirit Dominus, nisi facere iudicium, diligere beneficentiam, & humiliari vt ambules cum Deo tuo: Nobis verò loci istius vsus esse debet, vt procul relicta omni simulatione, Deo fidele præstemus obsequium, & quæ minoris momenti esse videntur in lege ita obseruemus, vt ne omittamus maiora ista, sed unicuique demus quod debetur, benefici autem & misericordes simus erga omnes homines, fidamus autem vni Deo per Filium suum vnigenitum IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.*

2. Misericordia
Luc. 10.

3. Fides.

Mich. 6.

H O M I L I A C C L X X .

Vae vobis Scribae & Pharisei, hypocrite, quoniam purgatis exteriorem poculi patinam, partem, intus autem illa plena sunt rapina & intemperantia. Pharisee cæce, purga primum quod est in ara poculum et patinam, vt id quoque, quod extra est purum fiat. Vae vobis Scribae & Pharisei hypocrite, quoniam assimiles estis sepulchris dealbatis, quæ extra quidem apparent speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, omniq; immunditia: Ita & vos extra quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.

Dominus noster IESVS CHRISTVS Scribis & Phariseis Vae illud horrendum intonans illos exitio deuouet, id verò sic facit, vt disertè causas etiam exponat, propter quas damnari mereantur. Quod vt fieret, omnino necesse erat. Etenim in pretio & magna existimatione apud imperitum vulgus illi erant, & multos habebant sectatores. Ne quid ergo ex affectu aut odio aduersus eos dicere putaretur, & vt omnes intelligerent dignos esse qui cum suis sectatoribus male perirent, errores ipsorum & vitia publicè argui & taxari oportuit, ne qui ab illis se sedulo in cultu externo venditabat, & docuit illos omnia ex ambitione & privati quæstus studio facere, & in minutis quidem anxios & sollicitos esse, vt magni & ardentis zeli studium simulent, negligere autem præcipua veræ pietatis capita, sine quibus

Deo seruire & seruari impossibile sit. Quia verò quoad rem domesticam & cetera quæ ad mores & externam vitæ conuersationem faciunt, iusti & sanctitatis studiosissimi videbantur, eo quod omnem immunditiam legalem studiose cauerent, & contra autem purificationes legales anxie obseruarent: nunc ad ea transit, & in his quoque illos scelerata hypocrisis simplicium oculos fallere ait, & foris munditiam & iustitiam simulare, cum intus autem iniustitiæ & iniquitatis pleni sint.

Fucatum puritatis studium. in Phariseis tatur. Mar. 7.

Væ vobis (inquit) Scribæ & Pharisei, hypocritæ, quoniam purgatis exteriorum poculi patinæque partem, intus autem illa sunt plena rapina & intemperantia. Per exteriorem poculorum & patinarum partem fucum intelligit, quo sese in re domestica & victus sui ratione palliabant: et de ablutionibus crebris loquitur, quibus (vt Marcus annotauit) studebant, vt pocula, patinas, sextarios, aramenta, scilicet lectos, omnia denique vasa & instrumenta domus purissima haberent, cum illa rapinis & intemperantia polluerent. Rapinas autem exprobrat & his vasa ipsorum plena esse dicit, quod quasi ex rapto viuerent, & opes possiderent, iniquissimè parras, quas sub religionis & pietatis prætextu acquirebant. Intemperantia etiam accusat, quod gulæ studiosi malè partis ad luxum & ingluuiem abuterentur. Vnde apparet, eosdem Scribarum & Phariseorum mores tunc fuisse quos olim in suis oculis impostoribus Prophetæ accusarunt: & prodest locus eiusmodi diligenter obseruari ab ijs, qui Ecclesiæ ministri esse & dici volunt, ne his vitijs suam dignitatem, a deo que totius ministerij sacri autoritatem prostituunt, quæ in quouis homine vulgari vituperium merentur: avaritia nimirum & gulæ ventrisque immo dicto studio. Quis enim fidelem cœlestium bonorum dispensatorem dixerit eum, qui huius seculi opes ita deperit, vt aliorum bona iniquis artibus ad se rapiat? Quis sermone pietatis studio eos ad cœlestia contendere putet, qui quotidie comessantur, & ebrietas multa uocatione sua indigna faciunt? Dominus Christus certè infidelem & improbum domus suæ dispensatorem describens, illum cum ebrijs edere & bibere dicebat: Multos cedunt (nimirum quasi Christi præcones sint) quos sæpe dixi vobis, nunc autem dicens dico, hostes esse crucis Christi: quorum finis est exitium, quorum Deus est venter & gloria cum confusione ipsorum: qui terrestria curant. Ad Philippenses tertio cap.

Matth. 23.

Matth. 24.

Rapina dicitur quod Pharisei edunt & bibunt.

Matth. 27. Acto. 1.

Luc. 7. 11. 14.

Est autem obseruatum dignissimum, quod de esculentis & poculentis loquentem quæ patinis & poculis continentur, rapinas dicit: nimirum quod ex pecunijs rapinis partis illa sibi pararent. Ergo quæcumque avari raptores edunt, bibunt, quibuscumque induuntur, quæcumque possident, rapinæ sunt Dei iudicio, qui non quo titulo illa habeas, aut quibus rationibus nunc illa excuses, sed quibus artibus illa acquisieris respicit. Sic pecuniam Iude, propter quam hic Christum prodidit, Sacerdotes rectè pretium sanguinis dixerunt, & singulari iudicio Dei factum est, vt ager quoque figurè hoc ad omnia referri, quæcumque iniusti & iniqui homines ex rapinis acquirunt, & ebrietas gentea, quam in conuiujs ostentunt: adhuc liberalitatis & munificentia autem illorum lingua venantur ex eo, quod multos alios ad mensam suam inuitant, & interdum sepe etiam homines pios & sanctos Christi seruos: quod Phariseos quoque olim fecisse scimus, qui Christum ipsum aliquoties mensis suis adhibuerunt: sed hic pocula & patinas eorum rapinis impletas fuisse dicit, & ideo dignos iudicat, qui exitio æterno deuotentur & possidentur. Et quia hæc ratione alijs vitæ subsidia eripiuntur, rapinis serue vis vel aperta vel occulta subest, quæ iniquos illos raptos sanguinis quoque reos facit. Ideo

Ideo Habakuk lapides ædificiorum & trabes aduersus eos alternis clamantes Intro ducit, Væ ei, qui ædificat urbem in sanguine & instaurat ciuitatem in iniquitate. Et apud Micheam opibus iniquæ partis ignem diuini iudicij coniunctum esse Spiritus Sanctus dicit. Audite (inquit) virgam, & eum qui decernit eam. Quasi diceret: Audistis iam sapius, quid vobis denuntiet Dominus, quid item ille à vobis requisitum aget, & virgas suas exeret, si fortè his moueamini. Et mox causam huius comminationis subiicit: Annon adhuc ignis in domo impij thesaurus iniquitatis? Reipsum thesauros inuictè quæsitos aut reconditos adhuc domi suæ habeant, cuius iam pridem debebant restituisse. Et eosdem ignem dicit, eò quod illis ira Dei coniuncta est, quæ plerumq; iustas quoq; opes cum iniustis deuorat, & simul corda excruciat & ignis illius inextinguibilis est prælium, quo olim iniqui omnes torrebuntur. Et ne dissimulet, artes quoq; & dolos accusat, quibus thesaurum hunc inre acquisierint. Nam Ephæ siue modij exigui aut minoris æquo meminit, his aut pro infontibus habere posse negat, dum ista adhuc in ædibus suis habeant. Ad eundem planè modum in præsentem Christus Scribas & Phariseos damnationem superstitiosam purificationum confutat, quam in ablutionibus vasorum suorum habere sollicitè detergeret, interiorem verò ex qua parte editur & bibit, foribus hæret, quæ ad animam minimè pertingunt, interim ea negligitis, quæ hanc non poluunt modò, sed miserè grauant & damnant.

Hab 2.
Mich. 6.

Erant autem istorum culpa eò grauior, quod plausible religionis prætextu ad iniquitatem suam palliandam abuterentur, & (vt supra dictum est) sub specie præsentis seculi hypocrisis conuenit, quorum templa cum tota sua supellectile egregiè splendent, nec auro solum multò radiant, sed insuper omnia ad sanctitatis speciem commposita sunt, interim verò in templis illis & annuis eorum redditibus nihil est, quod non mendacis, dolis, rapinis & alijs eius generis artibus malis sit acquisitum. Quod si cæteros illorum mores spectes, quibus inter illos, in cœnobijs maxime viuunt, quam effrenis libido illic foeda ingluuius, quam insatiabile ingurgitandi studium ista sibi quoq; qui ex militia mercenaria opes immodicas colligunt, & sese postea sacrificijs & monachis lustrandos aut purificandos præbent. Student hi quoq; vt in sanguinis pretio instituuntur, sanguinea & cruenta sunt omnia, & polluere potius solent quam purificare. Idè de vsurarijs & omnibus etiã alijs potest dici, qui quæcunq; erant ergo negotiantur. Sunt apud hos quoq; in ipsorum domibus & officinis omnia sic instituta, vt nihil illis ornatius, nihil purius dici possit. At sub isto splendore fraudes, rapinæ & sanguines latent, quæ illos Deo inuisos & exotos reddunt.

Nostri seculi
Pharisei.

Sed pergit Dominus, & quid fieri debeat, docet: Pharisee ecce, purga primum quod est intra poculum & patinam, vt id quoq; quod extra est, purum fiat. Quod de poculis & patinis dixerat, nunc ad personas hypocritarum transfert, quos cæcos dicit, vbi alibi quoq; quando cæcos cæcorum duces dixit. Et reuera cæci sunt, qui non vident, quanto melius sit interiores vasis partes purgare, quam exteriores.

Cordis purificationem commendat.

Luc. 11.

Matth. 23. 15.

Rapinae benefici-
entia expur-
gatur.Ezod. 20.
Psal. 62.

1. Tim. 4.

Dan 4.
Luc. 13.

Matth. 5.

Propositio autem huius loci est, eos qui Deo placere volunt, de corde potius quam corpore aut ijs, quæ ad corpus pertinent, purgandis cogitare debere. Apud Lucam istud argumento eiusmodi confirmat: Nonne qui fecit quod foris est, excusari poterat, qui de hoc abluendo & purgando sollicitus, animi nullam rationem habebat. Sed non corpus modò hominis formavit Deus, quin animus quoque dedit, quæ melior illius pars est. Igitur huius curam diligentioribus habere oportet. Facit ad huius argumenti confirmationem, quod alibi cor cogitationum, consiliorum, doctorum & factorum omnium fontem esse dicit, ex cuius abundantia os loquens nec aliquid eorum quod per os ingreditur, hominem polluere, pollui autem hunc per ea, quæ ex illo egrediuntur. Quoad ergo cor rapax & doli plenum fuerit, nihil obstabit, quin dictis & factis sese declaret, quæ desiderijs illis iniustus respondeant. Rursus si cor innocens est & charitatis studiosum, ea quoque meditabitur, loquetur & abluet is, cuius cor immandum fuerit.

Quia verò rapinis plenos dixerat, quarum restitutio passim exigitur, eam autem fieri non semper possibile est, ad misericordiam seu beneficentiam Christianam operam nos remittit, ut ex ijs iudicium faciamus de cordis nostri puritate & vera hominum purgatione. Nam apud Lucam priori dicto addit: Imò, ea quæ adsunt, date eleemosynam: & ecce, omnia erunt vobis pura. Licet ergo ex his colligere, in quibus consistat legitimus opum usus, qui solus has nobis sanctificat, & ne illis polluamur prohibet. In eo primum, ut illas iuste & æquis rationibus acquiramus, & ab iniustitia tam alieni simus, ut ne concupiscamus quidem quæ aliorum sunt. Deinde ut legitime partis & quæsitis non apponamus cor, sed ñ idem recte utramque sancti- rum actione ad necessitatem. Nam gratiarum actione cibos quosuis nobis sanctificari, Paulus scribit. Præterea ut ex ijs, quæ adsunt, vel quantum facultates ferunt benefici simus, & largiamur egentibus. Quod si qui in primo peccaverint, & se in iustis rationibus diuites factos esse viderint, de restitutione serio cogitent, ne isit si restitutionis occasio nulla est, in alios pauperes erogetur, quod nos aliquo homi- sto titulo nobis reservare non possumus: & simul præterea ex nostro eriam quorom- uis inopiam subleuemus, quos nostra ope videmus indigere. Sic Nabuchodonozori Daniel olim dicebat: Peccata tua redime iustitia, & iniquitates tuas benefici- tia in pauperes, &c. De his etiam Zachari exemplo admonemur, qui cum magister publicanorum fuisset, & procul dubio (ut ex eius confessione apparet) multis iniu- riam fecisset, ad Christum conuersus dicebat: Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus: & si quid cuiquam per calumniam eripui, reddo quadruplum. Vidit nimirum Zacharus Deo non probari eos, qui ex alieno vel faciente vel alijs benefaciunt: & fortassis audierat illud Christi: Si munus tuum attuleris ad altare, & illic memineris fratrem tuum habere aliquid contra te, omite illic munus tuum, & abi, primum reconciliator fratri tuo, & tum veniens offer munus tuum. Nihil ergo faciunt, quod laudem mereatur, aut ipsis ad salutem operam conducant, qui postquam furtis, rapinis & alijs iniustis rationibus ingentes opes coactum reddant: aut obolaribus eleemosynis, quibus suæ existimationi potius propriam quam egentibus subuenire volunt, restitutionem simulant. Est hoc non aliud quam cum Deo ludere, & de istorum hominum eleemosynis dici potest, quod in presentia de Pharisaorum poculis & patinis dixit Christus, quod plene sint rapina & imperantia. Nam fere fit, ut sibi persuadeant, se cum Deo abunde transigisse, & proinde quoad cætera securi ijs, quæ ipsis restant, turpi licentia ad fastum & luxum abutantur. Itaque duplici nomine damnari merentur. Intemperantia enim & luxum

per se peccatum imò scelus est, si huic indulgeant ñ, qui sua legitime acquisierunt.

Quia autem Pharisei non tam hypocriti, quam impostura & deceptione simplicium peccabant qui doctrina ipsorum confisi, & exemplo eorundem decepti, in foueas periculosas & barathrum perditionis abducebantur, aliud simile priori subiungit, quo latentem sub illorum hypocrisis malitiam amplius adumbrat. Dicit e-
nim: Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quoniam alsimiles estis sepulchris dealbatis, quæ extra quidem apparent speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, omnique immunditia, &c. Sepulchris magnatum & principum nihil sumptuosius, nihil magnificentius habetur. Tantum enim potest ambitio apud eos, qui huius seculi gloriam vnicè quærunt, vt nominis sui famam, si non alia ratione possunt, post mortem magnifica & sumptuosa sepulchri structura posteris commendare velint. Quam ambitionem in Sobna olim Isaias acriter taxauit, & dignam iudicauit, quæ publico sermone corripere. Et quis pius patienter ferat eam superbiam, quam ne mors quidem domare aut deprimere potest? Quis verò non rideat eorum stultitiam, qui postquam vermibus esca facti sunt, vt nihil ex ipsis præter ossa de formia reliquum sit, adhuc superbire cupiunt. Xenophon Cyrum regem iam mortuicum filijs mandantem describit: Meum corpus, filij charissimi, neq; in auro condite, neq; in argento, neq; in alia re prorsus vlla: sed illud terræ reddite quam omnino gignit & nutrit. At hodie inter Christianos inueniuntur Mausolea, quæ eorum stultitiam arguunt, quos præ cæteris sapere conueniebat. Sed quid istorum stulti admiratores hoc suo præpostero studio consequuntur? Num sumptus aut fastus iste sepulchrorum eos à communi hominum sorte eximit? Nequaquam. Imò si illa aperiantur, teterrimum foetorem exhalant, nec in illis aliud, quam à vermibus arrosas ossa reperiuntur. His similes dicit Christus Phariseos. Si quis (inquit) vos spectet quales hominibus quoad habitum & studia vestra videri vultis, iustissimos & sanctissimos putabit. Phylacterijs enim & fimbrijs ardentissimum legis diuinæ studium, magnificis patrum & Rabinorum titulis eruditionem non vulgarem, minutissimorum holerum decimatione iustitiam omnibus numeris absolutam profite-
mini: At si quis mores & studia vestra excutiat, quid aliud quam horribilem sub fallaci hypocrisis latentem spurcitiem inueniet: adeo vt de vobis dici possit, quod olim David de hostibus suis cecinit: Non est in ore eorum synceritas, intimum eorum prauitas, sepulchrum apertum guttur ipsorum, &c. Apud Lucam parabola ista paulò aliter enuntiatur. Illic enim sepulchris in terra effosis & sub cespite graminiis latentibus illos confert, dicens: Væ vobis Scribæ & Pharisei, hypocritæ: quorum nis estis vt monumenta quæ non apparent, & quæ nesciunt ñ qui super ea ambulant. Ita verò de periculo admonet, quod sub doctrinæ & fucatae sanctimoniam ipso rum velo latebat: & sensus est: Vt quæ humi effossa sunt sepulchra gramine & herbis super ea enatis leguntur, quæ causa est, vt interdum qui se super illa tuto pede incedere arbitrantur, subito in fossam incidant: ita qui vos audiunt, & vestrum exemplum secuti externi cultus fiducia nituntur, dum se per vitæ semitas tuto ambulantis, qui hypocritarum fabulis decepti, operum suorum meritis, Diuorum intercessionis, indulgentijs, bullis, satisfactionibus, Purgatorij ignis lustratione & sex-
centis alijs huius farinae delirijs confidunt, sentiant tandem nihil in his omnibus præsidij esse & tandem conscientiarum terroribus superati in desperationis barathrum decidant. Itaque nos omnibus alijs relictis, de vera cordis purificatione seriò cogitemus, & hanc fide constanti amplexemur in Filio Dei vnigenito, Domino nostro IESU CHRISTO, qui solus est Via, Veritas & Vita. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Pharisei sepulchris conferuntur.

isa. 22.

psal. 9.

Væ vobis Scribæ & Pharisei, hypocrita, quoniam edificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissetis temporibus patrum nostrorum, non fuissetis eorum socii in cæde Prophetarum. Itaque testamini aduersus vosmetipsos, vos esse filios eorum qui Prophetas occiderunt. Vos quoque complete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, progenies viperarum, quomodo possitis effugere iudicium gehennæ? Propterea ecce, ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas, & ex illis nonnullos trucidabitis & crucifigitis, & ex illis nonnullos flagellabitis in Synagogis vestra, & persequemini ex urbe in urbem.

Hypocriti nihil nocentius religione.

IN religione & vniuerso humanæ salutis negotio nihil nocentius & periculosius est hypocrisis. Vbi enim hæc regnat, ibi veritas non potest locum habere, & ibidem religio intermoritur. Deinde osores & hostes veritatis facit hypocrisis, & quidem crudelissimos, eò quod veritatis lux fucum omnem simulationis abste igitur dissipat. Hinc ergo factum, vt omnibus seculis, non alij acriores veritatis hostes fuerint, quam qui ementito religionis velo sese palliarunt. Exemplum eius rei in Scribis & Phariseis proponitur. Quia enim hucusque Dominus multa illis improbrauit, quæ minuta in sepeciem videbantur, & multi fortassis putabant illum immodestius agere aduersus viros tantæ existimationis. Ne ergo quæ hucusque modesta sunt, non digna viderentur, quæ tanto cum stomacho exagitentur, pergit modo & ostendit illos non solum circa fimbrias, phylacteria, salutationes, decimationes & alium apparatus externum peccare, sed insuper parricidas esse seruorum Dei, Prophetarum, & proinde dignos, qui funditus excindantur & malè pereant. Ordo tractationis vsq; ad finem capituli hic est. Primo in genere seruorum obseruantia, qua prophetas prosequerantur. Deinde re ipsa probat illos meriti vt durius tractentur. Postremo pœnas graues interminatur, vt bis videlicet & templi destructionem, quam totius gentis excidium comitabitur.

Prophetarum obseruantiam accusat.

Amos 2.

Quoad primum membrum ait: Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quoniam edificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, &c. Id accusat in quo illi laudem quærebant: nimirum quod veterum seruorum Dei, Prophetarum monumenta colerent & venerarentur. Id verò per se non erat reprehensione dignum. Fuerunt enim sepulchra apud gentes non omnino Barbaras sacrosancta, & illa violare inexcusabilis barbaries iudicata fuit apud eos, qui non omnem humanitatis sensum exuerunt. Et Amos testatur, Moabitibus exitij causam fuisse quod Regis Idumæi ossa improbè & inhumaniter violassent. Sed istis proposita cedere, quin Patrum suorum scelera ipsis in faciem exprobrarentur, qui illos impiè & crudeliter occiderant, ex ipsorum ore occasionem illos accusandi attraxerunt. Sed istis proposita cens: Vos quidem dum circa sepulchra seruorum Dei occupamini, qui illos impij & religiosi putemini, soletis dicere, Si fuissetis temporibus patrum nostrorum, non fuissetis eorum socii in cæde Prophetarum. At hoc dicendo, testamini patres vestros indignis Prophetarum cædibus sese polluisse, & vos ex parricidis generatos esse: adeoque vos Patribus vestris esse multò deteriores. Nam illi quidem occiderunt Prophetas, vos autem illos sepelitis, id est, totos obruitis, vt eorum mergere non possint. Et his per Sarcasum addit: Vos quoque complete mensuram patrum vestrorum. Quasi diceret: Quando ita lubet, agetur pergitis in vestra hæc impietate vt videamus tandè, quis ex eo ad vos fructus reuersurus sit, si ita cū larvis

luctari libeat. Sed sentietis aliquando, quid sit Deo velle fucū facere. At hoc dicendo eadem opera simul aliud quoque demonstrat, quod ipsis exprobrari quā maximē erat necessarium. Etenim scimus Iudeos patrum titulis atque virtute potissimum gloriatos fuisse. Hos apud Ioannis baptismum Pharisei & Sadducei iactarunt, & Abrahamum patrem ipsi Christo Iudæi obiecerunt, & ita illo gloriati sunt, ut nihil porro sibi ad salutem deesse putarent. Ut ergo hanc laruam illis detrahat, & ostendat inaniem esse quam in generis fiducia quarant gloriam, ostendit, ex homicidiis ipsos progenitos esse, quorum maiores iam olim Prophetarum sanguine sese polluerint, ipsos autem patribus nihilo esse meliores, sed deteriores. Veniunt autem hoc loco quaedam considerata, quæ diligentius excuti merentur.

Matth. 3.
Iou. 8.

Primum est, præposterum superstitionum aut filiorum huius sæculi de seruis Dei iudicium. Non possunt illi suum virtuti præmium negare, gloriam nimirum & honorem, qui virtutem, ut vmbra corpus sequitur. Veruntamen iidem anxie cauent, ne sanctorum gloria ipsis aliquo modo officiat. Quæ causa est, quod hæc vita defunctos in honore & pretio habet mundus, quos viuentes odit & extinctos cupit. Exempla huius generis in prophanis historijs multa occurrunt, & in Luca nostro Socratem & Aristidem adduximus, quorum obitum Athenienses magno & acerbo luctu prosecuti sunt, quos viuentes hostiliter oderant. Et quoties in exilium eiecerunt Romani, quos procul absentes anxie quæsuerunt? Nusquam tamen hoc frequentius fit, quam quando fidei & religionis, & cultorum Dei causa laudæi venerantur: at æternum Dei Filium IESVM CHRISTVM, eadem do-

Superstitio-
rum de sanctis
peruersa iudi-
cia.

centem, quæ olim Prophetæ promiserant, non minori odio prosequerantur, quam quo illos præci Patres persecuti fuerunt. Et quid obsecro aliud hodie solet fieri? Recitantur publicè in templis Legendæ Sanctorum, annuæ celebrantur Martyrum memoria, eorundem sepulchra longis itineribus per terras & maria inuisuntur, nec desunt qui arida defunctorum ossa, vestes, soleam, calceos, cineres item & quamuis aliam materiam inanimatam, quæ ad illos aliquando pertinuisse creditur, proni & cernui adorant, & ijs seruiliter oscula figunt: denique in defunctorum animas absentes preculas & hymnos certatim demurmurant. At si quis eandem cum illis fidem professus, dicat: Credo in vnum Deum omnipotentem, Creatorem cæli & terræ: Credo vnum Deum inuocari & adorari debere per vnum Filium Dei IESVM CHRISTVM, qui solus nobis à Deo Patre factus est Sapientia, iustitia, Satisfactio, Sanctificatio, extra quem nullum est nomen sub cælo hominibus datum, in quo homines oporteat saluos fieri: Si quis (inquam) eiusmodi confessio- nem fidei ædat, mox ex ea occasionem arripiant hæreticæ prauitatis inquisitores illum profundius & curiosius examinandi. Et quid sentiat de inuocatione & intercessione Diuorum cœlitum? quid de sacrificio Altaris aut Missæ quid de Igne purgatorio? quid de Indulgentijs, Clausibus, reliquijs, imaginibus, votis monasticeis, & sexcentis alijs, quorum nulla in Scripturis fit mentio, & de quibus ne gry quidem orthodoxi Patres scripserunt. Quod si cum illis te sentire & credere dicas, & CHRISO IESV gloriam tuam saluam & integram seruare coneris, mox ab illa condemnaberis, neque ad eludendas istarum execrationes æternus Dei Filius miseretur, cui omnis potestas data in cælo & in terra. Vera me dicere fatebuntur, quotquot in istarum vngues aliquando inciderunt. Itaque nostræ etiam tempe & simul Pharisei & Scribæ, ut olim Prophetarum & Apostolorum sepulchra colunt, & similes nouos Christi Martyres addunt, quos non terra modo, sed igni & ma-

1. Cor. 1.
Apo. 4.

At miretur aliquis non solū vnde ista vecordia & peruersitas hominibus nascatur, verum etiam, quod Sanctorum hominum scripta ex rotæ & incendijs

Cur in mortuis
feratur vere
fidei exec-

euadunt, & qui vitam fidei vere confessionem ferre nolunt, libros authenticos scripturæ, ex quibus fides discitur, non in vniuersum abolerent: Aut qui sit, in quibus, ut Diui isti cœlestes in toto orbe in pretio sint, quorum testimonijs & exemplis aduersarij nostri confutantur, & omne illud Chaos superstitionum eueritur, in quo illi præram puppimq; salutis collocatam habent? Sed facilis est ad hæc responsio. Nam primò inuti magistri, qui in libris nobiscum colloquuntur, minus molesti sunt, quam viui, qui animos acutius penetrant, & importunius instant ijs, quos semel vt gere cœperunt. Deinde non possunt semper impij hostes quod volunt, & seruatiorum aut sanctorum suorum memoriam Dominus, vt tunc quoq; in ipsis vera fides & religio floreat, quando passim alibi conculcatur, neq; spes aliqua vera cognitionis videtur esse superstes. Quod in eum finem obseruari debet, ne impiorum conatibus offendamur, qui interdum regnum Christi promouent, dum illud velle euertere, in seipsos autem conspuunt, qui in Solem expuere audent.

• Diuorum cultus in quo consistat.

• Apoc. 19. 31.

• Act. 10. 14.

Admonet præterea locus hic, vt in quo nam Diuorum cœlitum, qui vita in terris defuncti sunt, cultus consistat, videamus. Non vtiq; in sacrificijs, quæ iam olim in Christo omnia abolita sunt; non in suffitu, cuius eadem est quæ victimarum adoratio: non in imaginibus, quæ Deo vero & eius cœlitibus abominationi sunt: non in ritibus boni sunt (vt D. Augustinus annotauit) nequaquam se adorari volent, sed eadem cum Angelo in Apocalypsi sentient, qui Ioanni ipsum adoratur dicebat: Vt de ne feceris: Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui obseruant verba libri huius. Cultum Diui qui in cœlis beati viuunt, non alium postulant, quàm quo delectati sunt, cum in terris viuerent. Petrus Cornelio horruerunt, si qui diuinos honores ipsis voluerunt impendere. Petrus Cornelio Centurioni coram ipso procidenti, dicebat: Surge, & ego ipse homo sum. Paulus vero & Barnabas ceu mente capti disruptis pallijs in turbam Lystrensium, qui ipsi sacrificare volebant, insilierunt, alta voce clamantes: Viri, cur ista facitis: nos quoque sumus homines, iisdem quibus vos affectionibus obnoxij, &c. Quis ergo Diui cultus gratus erit: Is nimirum, si doctrinæ Verbi credatur, qua vni Christo conatur Deo adducere homines, si item exemplo obediatur, quo illi nobis præterierunt, & si ea quibus illis porrò non opus est, in æua Dei templa cõferamus officia, quæ vt ligna & lapides vestiant, homines viuos exuere & spoliare non verebuntur. Sed in loci recitati expositione progrediamur.

• Probat Scribas patribus peiores esse.

• Dei indulgentia erga ius deos.

Quia enim patribus peiores esse dixerat, qui Prophetas trucidarunt: ita respiciat aut factò probat, quæ omnium certissima est demonstratio. Nam confert inter se bonitatem & facilitatem Dei, cum illorum contumacia quam hic diuinitus prætulit. In primò membro Propositionem proponit, dicens: Serpentes, progenerum viperarum, quomodo possitis effugere iudicium gehennæ: Serpentum & viperarum similibus, adhæc interrogatione admirationis plena sermonem vestit, vt desmonstret, impietatem ipsorum ad summam apicem vsq; peruenisse, vnde ait: rigi possit amplius, neq; curari. Et vt hoc Comparatione manifestum fiat, sic ait: Propterea ecce, ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas, &c. Post hæc exponi de toto antea acto tempore, quo Deus cum Iudæorum gente capit agere, vt eos institueret: Vel ad ea referri, quæ deinceps Christus per Apostolos cum ipsis egit. Vtrobicq; bonitas plus quàm paterna elucet. Etenim si annos mille, qui ab obitu Solomonis vsq; ad natum in carne IESVM CHRISTVM effluxerunt, cum sideres, nullum seculum vnquam effluxit, quo non plures dederit Iudaico populo Deus, per quos in vita bene & feliciter gubernanda instituerentur: adeo vt ne ex illj quidem Babylonici tempus, per omnia vacuum fuerit, sed tunc quoq; priuatum & publicum

& publicè multos haberent, per quos edocerentur. Cùm verò appropinquaret aurea illa ætas, quo Dei Filius in carne nasciturus est, tanta Spiritus sancti vbertas redundauit, quantam Ioel olim promiserat, & quantam Ethnici quoque Poetæ suis carminibus celebrarunt. Et si prophanos Scriptores, qui illo seculo floruerunt, excutere libeat, nulla ætas mundi ingeniorum fœcunditate, solertia, facundia, eruditione ita floruit, vt ea, quæ Dei Filium hominem verum nasci vidit. Et eodem iam mortis Christi tempus appropinquaret, accessit reliquis Apostolorum chorus, quo nihil latius, & beatius Sol hic vidit, qui primò totam Iudæã, deinde vniuersum terrarum orbem percurrerunt, vt Euangelij tuba totam mundi machinam personarent. Et in his quidem omnia inuenire licet, quæ in præsentis Domitiani tibi damus vates diuinos, qui vniuersa fata Ecclesiæ vsque ad finem mundi euidētissimè edisserunt, nec CHRISTI IESV modò mysteria expediunt, sed Antiquis quocumque tenebras, ita excutiunt, vt nemo offendere aut errare possit, nisi quis sciens perire velit. Sin sapientes videre cupias, rursus Paulum audi: Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam autem non seculi huius, neque principum seculi huius, qui abolerentur: Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio, id est, occultam illam, quam præfinierat Deus ante secula ad gloriam nostram. Etenim Christus omnibus nobis à Patre sapientia factus est. Idem nobis Scribas misit Apostolos, verè expeditos & doctos, qui de suo thesauro nobis depromserunt nota & vetera, id est, omnem abundantiam, quæ nos ad veram beatitatem instruat. Est autem hæc bonitas Dei eò illustrior, quòd etsi illo seculo ea vberior redundauit, non tamen exaruit tunc fons ille, sed alijs quoque temporibus fluxit, & adhuc hodie fluit omnibus qui ad Christum accedunt, ex quo aquam viuentem haurient, quotquot in illum credunt.

Quid verò fecerunt Iudæi visa hac bonitate, qua gratiæ suæ fontes illis reserauit Deus? De futuris illis loquitur Dominus, vt quid potissimum debeant cauere, admonet. Ex illis (inquit) nonnullos trucidabitis & crucifigetis, & ex eis nonnullos flagellabitis in Synagogis vestris, & persequimini ex vrbe in urbem. Facta hæc olim tempore Prophetarum. Quantum sanguinis effudit (putas) Achab & Isebel, priusquam Elias posset dicere: Filij Israel relicto fœdere tuo aras tuas diruerunt, & Prophetas tuos gladio occiderunt, & ego solus relictus sum? Quantum rursus Manasses effudit, priusquam impleteret Ierusalem ab ore vsque ad os? Sed omittamus tempora Prophetarum ad Christum Dominum, & quæ hunc seculum sunt tempora, de quibus in præsentis sermo est, transeamus, quis dicet nos exempla desiderare eorum, quæ hic euentura prædicantur? Simon Petrus inuerso ad terram vertice in crucem affixus est. Philippus eodem martyrio affectus est apud Persepolim. Iacobum Zebedei filium gladio percussit Herodes Agrippa. Aliter Iacobum, fratrem Domini & cognomento Iustum, de pinna templi præcipitatus tradiderunt. Sed longum foret omnium Filij Dei IESV CHRISTI seruorum obitus beatos commemorare, quibus illi fidei suæ doctrinam obsignarunt. Quis enim nescit Stephanum diro lapidum grandine obrutum fuisse, & à Paulo aduersus Ecclesiam grassante, innumeros malè mulctatos, multos etiam blasphemare coactos fuisse? Sed aliunde petant aliorum historias, qui certius & prolixius velint omnia cognoscere.

Nunc autem obseruari debet ministrorum Christi sors, vt quid nos in mundo hoc sperare conueniat, intelligamus. Constat mundus hic maxima ex parte primum hypocritis iustitians, deinde Epicuræis, qui prorsus mundo & carni dediti, ecclesiæ facile negligunt. Vtrumq; hominum genus Christum odit, nec facile sors

1. Cor. 2.

Iudæorum contumacia & ingrati-
tudo.

1. Reg. 18.

2. Reg. 21.

Sors ministrorum Christi.

1047. 10.

Euangelij facem in Christo nobis praelucentem. Etenim priores iustitiam suam nolunt argui, alteri vero disciplinam oderunt, qua carnis lasciuientis studia in ordinem cogi sentiunt. At quia Euangelij lucem extinguere non possunt, quae Spiritum flabello indies magis inflammatur, utrumque genus facile inter se conueniunt, & quamuis dissimillimis studijs ferantur, operas tamen suas coniungunt, ut Veritatis doctrinam si qua ratione possint opprimant. In quo conatu alij alijs progrediuntur, prout Domino visum fuerit omnia recte gubernanti. Imprudens nobis debetur qui suas temere periclitari sinat. Sed rationem ouium suarum habet bonus ille pastor, qui nullam e sua manu eripi sinat. Nec ideo misera est ministrorum Verbi fors, qui cum Christi Domini *οὐνεργοι* sint, eiusdem Spiritu reguntur, & eodem cum illo sortem subeunt. Tyranni vero persecutores interim nunquam aequentur quod volunt, amittunt autem praetextum omnem excusationis, horribili autem iudicio prementur, quod mox illis Christus denuntiabit. Interim nos consoletur, quod nihil in scio aut inuito Deo nobis accidit, qui fidelis est, neque nos contra vires tentari sinat: Qui autem cum Filio Dei IESU CHRISTO patientur, cum eodem regnabunt, qui cum illo morientur, cum eodem uiuent. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C C L X X I I .

Et veniat super vos omnis sanguis iustus effusus super terram a sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariae filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super nationem istam.

Postremum, quod Dominus noster IESUS CHRISTVS Scribis & Pharisaei reprobrauit, est immanis crudelitas, qua gratiae Dei & salutis precones percuti sunt. Ut autem haec euidentius cognosceretur, initio Dei facilitatem exponit, qui omnibus seculis illos ad se pellicere studuerit: & illi incurabilem eorum contumaciam opposuit. Docemur autem illorum exemplo, hypocritas non leuiter modo errare, & superstitiosis opinionibus seduci, sed tandem impios gratiae Dei hostes fieri. Postquam enim homo sibi persuasit, se suis operibus seruari posse, nequid Dei gratiae tribuitur. Nulli ergo acriores Veritatis hostes sunt, neque magis saeuunt, quam qui Dei gloriam asserere, & fontes salutis in illius bonitate monstrare sedulo student. Caeterum quia iniquitas ista multos offendit, & electi quoque Dei cultores non raro de Dei longanimitate quiritantur, ut in Ieremias, Asaphi & aliorum exemplis apparet, Dei Filius in praesenti Iudaeorum Scribis & sacerdotum toti populo graues poenas denuntiat, quas de illis Deus sumere statuerit. Estque laus nem diuinae bonitatis faciunt, simulque docent, quid tandem eius contempserint. Ne pigeat ergo singula ordine intueri.

Ierem. 12.
Psal. 37.Reos agit Iesus
deos omnis sanguinis
ab Abelo inde.

Principio, quia hypocritae zelum religionis praetexunt sceleri, & in imperatore ipso videri volunt, ut hanc laruam illis detrahat, quid faciant diserte docet. & caelum ipsorum quasi definit, dicens, fore ut super eos veniat omnis sanguis iustus effusus super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filij Barachiae, quem (inquit) occidistis inter templum & altare. Quibus verbis hoc vult dicere. Vos quidem dum ista facitis, Legis & religionis patris aemulatores videri vultis, & vos Deo cultum praestare arbitramini. Sed vultis dicam qui sitis & quid de vobis sentiat Deus? Hic vobis impurat omnem sanguinem iustum siue innoxium, qui iam inde ab origine rerum contra ius & fas effusus est. Itaque Dei iudicio crudeliter

lissimi homicidæ & nefarij latrones estis, qui omnium cædium, quotquot vnquam iniuste factæ sunt reatu tenemini. Et omnium seruatorum Dei sanguis, quotquot vnquam absque causa disertè nominatè, Abelum & Zachariam, sub quibus ceu extremis terminis alij omnes compræhenduntur, qui in hunc censum veniunt. Abel enim primus germanus Dei cultor ex Adamo natus, per fidem præstantius sacrificium Deo obtulit, & hoc nomine à Caino impiè cæsus est. Ab hoc orditur, vt simul scandalo, quod hic occurrit, medeatur, & ostendat non nouum aut insolens hoc esse, si veri Dei cultores iniquius tractentur ab impijs hypocritis. Illi opponit postremo loco Zachariam, de quo inter interpretes disputatur. Ego simpliciter Christi verbis insisto, qui Barachiz filium dicit: & quia in Scripturis non alium sic nominatum audio, quam eum qui inter duodecim minores Prophetas penultimus post reditum ex Babylone sub Zorobabele prophetauit, & hunc à patribus occisum fuisse sentio inter templum & altare, id est, in atrio templi: vt non opus sit loiadam Zachariæ Prisci, qui sub Ioa cæsus, patrem, binominem fingere, vel ad alia commenta confugere, quæ alij de Zacharia Ioannis Baptistæ patre sinxerunt. Nec obstat, quòd cædis huius in historia sacra non fit mentio, cum plures aliæ taceantur, maioris momenti. Sufficiat nobis Filij Dei IESU CHRISTI autoritas, qui cum Martyrum veteris Testamenti catalogum ab Abele exorsus sit, nequaquam credibile est, illum voluisse eum in Zacharia loiadæ filio, ceu in medio cursu sub seruatorum Dei lanienam instituisse, qua (vt nuper diximus) Ierosolymam impleuit plurimum ad amplificandam Iudæorum impietatem, qui post exilium diuturnum, quo ipsos Deus in Babylone exercuit, vix dum rursus constitutis sedibus, ad ingenium tam citò reuersi sunt, & non solum alienigenis vxoribus ductis semen sanctum prophanarunt, fratres item egenos vsuris voracibus aggrauarunt, in templi denique ædificatione æquo segniores fuerunt, verumetiam sanctissimum Dei seruum, quem hic ipsis operis istius plus quam necessarijs fidelissimum ipso nec loci maiestate, nec temporis aut recentis liberationis memoria, se à tanto scelerè paterentur reuocari. Quibus cum paulò post indignissima Filij Dei cædes accesserit, in quem omnes Prophetæ & iusti respexerunt, quotquot ab exordio reuerunt, non temerè illis minatur, fore, vt omnis effusi sanguinis iusti reatus firmat, addens: Amen dico vobis, venient hæc omnia super aratem istam. Qua locutione hoc significare videtur, quod istius seculi homines tantorum scelerum poenas laturi sint, vt non debeant sibi ex mora aliquam impunitatis spem polliceri. Etenim ex historijs constat, vrbis & templi excidium in annum à Christi morte trigessimum octauum incidisse, cum prius innumeris calamitatibus & continuis magis essent exagitati. Est autem ista comminatio atrocior multò quàm putetur. Quid grauius dici poterat, quàm quòd Deus ipse cœlitus Cainum de fratris cæde commellans, ab ipso huius rationem requirit, & aduersus illum terram testis loco proferens ait: Vox sanguinis fratris tui clamat de terra ad me. Non erat aliquis tantum ferax exceperat, & nunc immanem homicidam efficit, vt indignum, quem porro ferat aut aliat. Et quod tunc pronuntiauit Deus, postea Lege perpetua confirmatum est: Qui effundit sanguinem hominis per hominè effundetur. Quod de ordinatio magistratu dictum esse, non est dubium, cuius est homicidia capitalibus poenis

Heb. 12.

Gen. 4.

2. Pet. 2. 4.

2. Reg. 12.

Ezr. 9. 10.

Malac. 2.

Nehem. 5.

Hag. 1. 1.

Sanguinis reus

tus atrox.

Gen. 4.

Gen. 9.

Num. 35.

Deut. 22.

Ezech. 3. 33.

Quare periculofum homicidis communicare.

Gal. 1. Vnum omnium impiorum corpus. Gen. 4.

Gen. 6.

Gen. 12. 19.

ulcisci: quod tanta seueritate mandatur, vt omnem aliam tanti sceleris redemptionem aut expiationem rejiciat Dominus. Nam in libro Numerorum ait Moses: Ne accipiatis pretium pro anima homicidæ, qui est nocens vt moriatur: sed moriendo morietur, ne polluatis terram, quam incolitis. Quia sanguis polluit terram, neque expiabitur terra à sanguine, qui in ea effusus est, nisi per sanguinem illum, qui effudit illum. Qua ergo ratione cum Deo recõciliabitur, quem hic ipse sanguinis reum egerit? Non absq; causa igitur homicidium incerto auctore factum tam sollicita & operosa expiatione à senioribus & iudicibus & ab omnibus alijs, in quorum sinibus cadauer occisi inuentum fuerit, publicè expiari voluit, vt vel sola ista actio decere possit, quàm vehementer à sanguinis effusione abhorreere debeant, qui Deo propitio volunt frui. Quæ etiam causa est, quod Prophetam ad officium serio sciendum obstringere volens, minatur se ex eius manu requirere velle sanguinem eorum, quos ille suo silentio aut ignauia perdiderit. Quod si verò sanguinis reus sit, qui tacendo alicui mortis causam præbet, neque serio reuocat ab exitio eos, qui volentes pereunt: quid de illis fiet, qui inuitos contra ius & fas occidunt, neq; alii de causa occidunt, quàm quod Dei serui sunt ad vitam æternam: Et quod nam supplicium illorum sceleri dignè puniendo sufficiet? Nec inanes aut frigidæ suntu istas minas, rerum euentus docuit, & excidij Ierosolymitani historia abundè testatur.

Quoad verò huius loci statum, in primis obseruari debet, quàm periculosum sit impiorum hominum & hostium Dei consortio coniungi, & patrum quoq; sanguinarijs & iniquis cõsilijs cõmunicare. Fallit multos non turpiter modo, sed infelicissimè, quod scelerum suffragiorum numero & exemplorũ authoritate excusati putant. Et his nihil imprudentius aut inhonestius fieri posse videntur, quàm à muneribus, neq; vllis hominum rationibus mouetur. Et qui mundo placere volunt, si (vt Paulus de seipso testatur) Dei serui esse non possunt: & idem non eam modò culpam luunt tandem, quam ipsi admiserunt, verum etiam aliorum sceleribus sese aggrauant. Est enim vnum & idem omnium impiorum corpus sub vno capite Satana, cui illi omnes militant, & ab eodem iniustitiæ stipendium recipiunt. Cum Abelum trucidasset Cainus, egressus est à facie Domini, ex eo nimirum loco, vbi primi parentes haud dubiè ex Dei iussu confederant, vbi cultus Dei purus erat, & primæ promissionis doctrina exercebatur. Et ciuitatem propriam condidit, à filij sui nomine Hanochiam dictam, vt vel eo testaretur, se in terris ciuitatem permanentem quarere, nec multum curare futuram & æternam, quam electi in cælis repositam habent. Illic etiam ex Caini posteris progeniti sunt Musicos inuentores & armorum fabri, vt hanc voluptatis & violentiæ sedem esse constaret. Hic ergo cœpit ciuitas hominum impiorum, ad quam ab eo tempore collecti sunt omnes improbi, electis interim Dei præsidio tutis & securis, donec hi quoq; Caini posteris se permiscuerunt, & aut præmatura morte, aut cum illis per diluuij aquas extirpatis sunt. In Abeli autem locum Seth successit, ex quo Noe progenitus est, in quoque ris humani seminarium Deus diluuij tempore seruauit. Perperam igitur & male faciunt, qui ex mundo diuelli & separari nolunt, cum adhuc hodie Caini posteritas siue qui illum comitantur, à facie Domini quotidie abeant, & sibi ciuitates & arces in hoc mundo condant, in quibus salutis præsidium sibi repositum esse arbitrantur, qui Deo nolunt fidere. Ab eo tempore certè hoc vnum Deus sedulo fecit, vt suos à mundo separaret. Factũ hoc per Arcam tempore diluuij, & vt Abraham ex Chaldæa, sic Lotho ex Sodomis exeundum fuit, ne cum impijs illis & exitio dephanis, qui illic erant, non vna modò separarẽtur, necesse fuit. Et totius cultus Leuitici

uitici hic etiam vsus fuit, vt eius exercitijs & sacramentis populus ille, quem sibi Deus in peculium selegerat, à prophanis gentibus secerneretur. Sed & Dei Filius in mundum venit & pro nobis mortuus est, vt nos è mundo selectos sibi vendicaret ab omni iniquitate, populum peculiarem, studiosum bonorum operum. Idcirco Apostoli sedulo Christianos homines hortatur, ne impari iugo copulentur cum infidelibus. Itē exite (aiunt) è medio eorum, & separamini, & impuram ne tetigeritis: Ne diligite mundum, neq; ea quę in mundo sunt. Ne cōfiguremini seculo huic. Et de spiritali Babylone clamat Angelus: Exite ex ea popule mi, ne participes sitis peccatorum eius, & ex plagis eius ne accipiatis. Quid ergo absurdus fingi poterat, quam consortia cum sceleratis, adeoq; ipsa scelera excusare, ne separationis aut secessionis à mundo auctores simus. Num ergo cum Deo pugnare libet, qui vt à mundo auellamur præcipit? Vel cui graue sit à mundo discedere, qui prior à nobis discedit, & quem nisi deseramus, Deo non possumus coniungi? Pacem quidem colamus cum omnibus hominibus, sed quantum in nobis est. At cum nemini plus quam Deo debeamus, neq; in nostro iure neq; potestate fuerit, propter homines qualescunq; ab obsequio Dei discedere. Qui verò pios Dei cultores persequuntur, & eos crudeliter iugulant, qui vni Deo viuere cupiunt, ij cum Deo odia exercent, & ciuitatis Cainicę ciues, vel potius latronum socij fiunt. Quod vtinam hodie diligentiùs considerarent, qui cum tyrannis persecutoribus socia arma coniungunt, atq; sceleribus exterorum principum atq; regum sese obstringunt, quorum finis alijs ad laborem aliquem honestum conducuntur, vt alimenta sibi & suis acquirant: ita ipsi se excusatos putant, si sese ad iugulandos homines conduci patiantur ab ijs, quibus nullum debet obsequium, nisi quod ipsi illis propter vilem pecuniam vendita libertate sua pollicentur: Corradunt hi vndiq; rationes, quibus institutū suum defendant, & non contenti patriam communem prætexuisse, quasi publici commodi studio ducantur, pietatis quoq; & religionis studiosi videri volunt, qui Ergo oppressiōnem palam cum Antichristo coniurarunt. Surgit contra hos olim in magna illo die Papinianus, qui etsi nulla Christi cognitione imbutus, iureconsultus autem & Romanę vrbis præfectus esset sub Balsiano Caracalla, qui cū nouercam incestis nuptijs sibi copulasset, & huius filium Getam, qui suus ex eodem patre Seueri frater erat, ex matris collo pendente crudeliter iugulasset, à Papiniano propter eximiam, qua pollebat auctoritatem, postulare ausus est, vt parricidium istud publicè excusaret. Sed respōdit ille tyranno: Non tam facile est excusare parricidia quam facere. Mori autem maluit, quam turpi & iniusto obsequio se cædis iniustæ aut parricidij socium facere. Ita hodie cogitare debebant qui fidem in Christū professentur, homicidia, rapinas, raptus matronarum & virginum, incendia & alia, quę militiam mercenariam comitantur, non tam facile excusari ad Dei tribunal, quam separantur. Nobis ergo istorum omnium vsus sit, vt ex mundo impio & malo commitemur, & relicta Caini ciuitate cōiungamur Ecclesię IESU CHRISTI, vt sub hoc capite nostro ipsi fide sancta & charitate non fucata seruiamus: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C L X X I I I .

Ierusalem Ierusalem, qua trucidas Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quorū volui congregare liberos tuos, quemadmodum congregat gallina pullos suos sub alas, & nolūisti? Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, nequaquam me videbitis ab hoc tempore vsq; dum dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Non poterat Dei Filius, Dominus & Servator noster IESVS CHRISTVS gratius & atrocius dicere, quàm quod nuper dixit, illos implere mēsuram patrum suorum, qui Prophetas veteres trucidarint, & ad se missos gratiæ Dei precones lapidauerint, cū ipsum persequantur, de quo illi omnes vaticinati sint: & simul missus est, fore, vt super ipsos veniat, & ex ipsorum manibus requiratur omnis sanguis seruorum Dei, qui effusus est super terram à tempore Abeli vsque ad sanguinem Zachariæ Prophetæ, quem post reditum ex Babylone patres in atrio templi impiè occiderint. Nam primò quia Abeli meminit, quem frater Cainus crudeli parricidio trucidauit, huius illos socios atque ciues esse docet, quem ex Malo illo, id est, diabolo fuisse, Ioannes postea dixit. Deinde quia vnus modò hominis quæ obsecro spes salutis esse potest ihs, quibus omnium eorum sanguinem impunitatē Deus, qui ab ipsa rerum origine per annos ter mille & quadringentos prope sus sit immodestius inuehi in eos, quorum summa erat in populo Dei autoritas tum propter Ierosolyam, quæ gentis caput erat, & in qua ipsi dominabantur, que pergit, & in præsentī primū hoc illis eripit, quod tam confidentes & securos faciēbat, vt omnes admonitiones & minas contemnerēt: Deinde poenas minatur, quas Deo daturi sint.

2. Ioh. 7.

Ierosolyma fiduciam confutat.
Psal. 131. 76.
48.

Ierem. 7.

Luc. 13.

Quoad primū veteri dignitate superbiebat Ierosolyma. De hac enim olim Deus per Dauidem pronuntiauit: Dominus elegit Zionem, & expetiuit eam sibi sedem, dicens: Hæc mea est requies sempiterna, hîc habitabo, & expetiuit eam, quoniam expetiuit eam. Item, Notus in Iehuda Deus, magnum nomen eius in Israele. In Salem est cabernaculum eius, & mansio eius in Zione. Et rursus magnus Iehoua & laudabilis valde in ciuitate Dei nostri, in monte sancto suo. Deus stabiliet eam vsque in perpetuum: Nam hic Deus, Deus noster est in seculum. Ipse diriget nos vsque ad mortem. Hæc & multa alia huius generis preconia non solis Ierosolymitanis animis faciebant, sed Iudæos omnes fiducia magna implebant, vt in effreni scelerum licentia spem perpetuæ impunitatis conciperent, sicuti apud Ieremiam fuisse in ea vt Quapropter vix credibile videbatur, Deum hæc vnquam passurum fuisse in ea vt be fieri, vbi isti sacris præerant, quos Christus hucusque tam duriter tractauerat. Itaque quod in genere illis & vrbī minatus erat, nunc diligentius explicat, & confirmat. Et ne inani fiducia aut potius persuasione se ipsos deciperent, dicit, Deum de Ierosolyma longè aliter sentire, quàm ipsi sibi persuaserint. Dicit enim Ierusalem Ierusalem, quæ trucidas Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, &c. Sunt autem eò diligentius hæc obseruanda, quod non semel ista dixit Dominus. Eadem enim simili cum grauitate antea quoque pronuntiauit apud Lucam, cum quidam illum vt ab Herode caueret, admonerent: Quibus respondit, iisdem propè verbis, docens non quicquam periculi sibi à tyranno illo in Ierusalem imminere, eò quod Ierosolyma Prophetarum cædibus & sanguine ita assueuerit, vt Prophetam alibi quàm illic mori, vix possibile sit. Et ibidem hæc etiam inserit, quæ in præsentī repetit, quando inter Scribas, & in ipso templo verba facit, & quam eadem admodum pathetice, quasi diceret: Es quidem tu Ierusalem, quam Deus iam multis seculis in delictis habuit, vt sui cultus sedem ibi constitueret, & quam tot sancti & egregij cultores Dei expetiuerunt. Sed non respondes professioni tuæ. Diceris sancta, iustitiæ sedes, item schola sapientiæ, & idcirco Prophetarum lapidas, denique apud te crudelis carnificina & laniena exercetur, nec vsquam alibi

alibi crudelius tractantur, qui Deo religiose seruiunt. Potius ergo tibi conuenit, quod Isaias olim dixit, Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis? in qua iustum vocabat, nunc autem homicidæ. Quod item Ieremias te speluncam latro-

Admonet locus hic quàm parum tribui debeat locorum sanctitati & veteri dignitati, qua aliqui olim claruerunt. Etenim solet Deus saepe certos locos sibi deligere, non quòd ipsi illis opus sit, sed nobis, quibus sine illis neque cultus externus neque doctrina aut preces publicæ possunt consistere. Interim neque Deus neque eius gratia vlli certo loco alligata est, sicuti exemplis grauibus docemur. Tabernaculum ante Samuelis tempora in Silo fuisse scimus. Sed cùm locum illum propheta narent filij Heli, non Tabernaculum modò inde transtulit Deus, sed occisis Sacerdotibus arcam fœderis in Philistæorum manus venire, & in idolæum Dagonis inferri passus est. Idcirco in Psalmis canitur: Audiuit Deus, & iratus est, & auersatus est vehementer Israel: Et deseruit Tabernaculum Silo, Tabernaculum, quo habitabat inter homines. Imò capiendum tradidit robur suum & decus suam in manibus hostis. Nec melior fuit Ierosolymæ conditio, cùm iisdem moribus illic viueretur. Tunc enim per Ieremiam in atrio domus Domini stantem illis dicere iussit Dominus: Si non audieritis me, vt ambuletis in Lege mea, quam vobis proposui, vt audiatis verba seruatorum meorum Prophetarum, quos ego mitto ad vos, faciam ædem istam similem Silo, & urbem hanc obijciam contumeliæ omnibus gentibus terræ. Et ante illum Micheas dixerat: Propter vos Zion vt ager arabitur, & Ierosalem aceruus erit, & mons domus in excelsa syluæ. Debent hæc diligenter obseruari, ne ab illis nos seduci patiamur, qui hodie non minorem dignitatem Romani sedi tribuunt, quàm olim Iudæi Ierosolymæ & templo suo tribuerunt. Sed quia superstitiosam hanc persuasionem non semel confutauimus, nolumus nunc huic diutius insistere. Sufficiat nunc monuisse cultum Dei & salutem hominum neque loco alicui certo, neque aliquorum successioni astrictam esse, locos item non momentis seruatorum Dei, sed doctrinæ puritate, religione vera & pietate hanc constantem vt magis eos conuincat, opponit ipsorum contumaciæ suam bonitatem qua cum illa nequicquam quasi luctatus sit, & ista collatione scelus illorum amplificat: Quoties volui (inquit) congregare liberos tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & nolulistis. Sensus verborum est: Si ego in vestra salute curanda negligentior fuisset, posses o Ierosalem, aliquam excusationem afferre, & vel ignorantiam vel quæ hominibus ferè communis est, stultitiam proprium placitorum prætexere. Sed cùm ego nunquam defuerim officio, neque nunc de eorum vagaremini, sed iam olim cœperim vos congregare, id est, ne instar aliarum gentium inceptum, ad me recipere, vos autem mihi semper restiteritis, non habetis, quo vos excusetis. Ad expositionem loci huius faciunt quæ habentur apud Moysen: Mea quidem est omnis terra, sed vos eritis mihi peculium præ omnibus populis, vt sitis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. Et quæ in Prophetis habentur: Duntaxat vos agnouit ex omnibus cognationibus terræ. Item quæ Ezechiel prolisimè commemorat de amore Dei quo sibi Iudæorum gentem, perditam planè & fœditissimè corruptam ex gratuita misericordia desponsauerit. Nec temerè dicit, QVO MONITORUM GRATIA & BONITATIS DEI, qua hanc gentem hic complexus est. Vt enim in libro Abrahama ex Chaldaea euocauit: deinde posteris iam multiplicatis Moysen & per hunc legem & cultus externi exercitia dedit: ita nullum postea seculum fuit, quo Prophetæ illis defuerint, qui illos in officio continerent.

Locorum sanctitati nihil tribuendum.

1. Sam. 1. 2, 3.
4. 5.
Psal. 78.

Ierem. 26.

Iudæorum contumacia amplificatur Dei bonitate.

Exo. 19.
Deut. 32.
Amos 3.
Ezech. 16.

Iudæi typus humani generis.

tatis qua genus humanum complectitur, simile hoc omnes sibi applicare debent, ut que omnium nostrum conditio sit discamus, quod item Dei in nobis tuendis & seruandis studium, quæ etiam plerorumque contumacia, quid ea mereatur, & quod eorum officium sit, qui serio salutis studio tenentur.

Hominum infirmitas conditio.

2. Cor. 3.
Psalm. 91.

Pullis gallinarum homines conferuntur. At pullis nihil infirmius & imbellius est. Nam licet mox ex ouis exclusi discurrant, cibum aut escam querant, matris tamen cura ipsis quam maximè opus est, sine qua adolescere non possunt, nisi sub alis illius coalescant perpetuò & foueantur. Adhæc miluos sibi infestos sentiunt, quos ex alto imminentes non facile effugere, multò minus autem eorundem viribus resistere possunt. Eadem planè est hominum conditio. Vires in nobis omnino nullæ sunt, quibus vel adolescamus, vel vitæ alimenta nobis paremus, vel nos ipsos tuemur, imò ne ad cogitandum quidem idonei sumus. Et nisi nos Deus sub umbra alarum suarum foueat, perijmus, nec poterimus diaboli insidias effugere, qui rapacissimi miluij instar indefinenter nos petit, vel potius (vt Petrus Apostolus ait) vt locugiens oberrat, quarens quem deuoret. 1. Pet. 5.

Dei in nobis seruandis cura.

1. Cor. 3.

Psalm. 19.

Psalm. 130.

Apoc. 13.

At non minus elucet hic Dei in nobis seruandis & educandi studium & pietas quam gallinæ erga pullos suos. Hæc suo naturali calore pullos suos fouet, quo sola hoc illis præstat, quod nemo alius præstare poterat: Ita Deus sua bonitate & curam nos tuetur, & spiritu suo nobis confert, quæ nullis alijs viribus, nulla aliorum hominum industria conferri poterant. Idem nos alit verbo suo, quod nobis teneris ad huc & infirmis lactis loco, adultioribus solidus cibus, ægris verò præsens aduersus omnes morbos medicina est. Vt item gallina pullos glocitanti voce, qua illis nihil suauius est, colligit: ita Deus nos colligit Verbo suo, quo electi in primis delectantur, & quo nihil iucundius & dulcius illis potest accidere. Et quod omnem ad rationem superat, gallina cum ne rostro adunco, nec vnguibus rapacibus contra dabilis, miluio tamen sese incredibili audacia opponens, pullos suos alis contra hunc & toto corpore protegit: ita Deus, quem sola propitiatio & gratia commendat, & (vt Psaltes ait) facit vt timeatur, seipsum, id est, Filium suum vngentum pro nobis tradidit, vt huius immerenti morte peccata nostra expiaret, nosque ex diaboli tyrannide eriperet. Imò quod magis admirere, cum hic sit agnus ille, qui occisus ab origine mundi, nos ex lupi voracissimi faucibus, vel potius ex vnguibus immatissimæ leonis vindicauit. Denique vt gallina genium suum defraudat, vt sit quo pullos suos alat: ita Dei Filius è sinu Patris in terras descendere & in huius vitæ exitio esuriem, sitim, nuditatem, infamiam, mortem denique subire voluit, vt nobis prospiceret, non tam in præsentî quam futuro seculo.

Hominum contumacia & ingratitude.

Hos. 13.
Matth. 2.
Luc. 14.

Sed quam contumaces & ingrati plerique homines sint, in Iudæis adumbratum quorum contumacia & ingratitude vno verbo exprimitur, cum illis dicit Christus: Et nolulistis. Exprobrat eis, quod cum ipsius bonitate pugnarint, siue luctasi sint, nec contenti exclusisse oblatam ipsis gratiam Domini, destinata quoque malitia eam noluerintmittere. Et quia illos noluisse dicit, non obscure docet, causam perditionis ex ipsis esse, vt olim per Prophetam dixerat: Perditio ex te est & Israel, ex te autem salus tua. Quod si de causa quæras, quare ab ipso congregari noluerint, hæc reddimus, quia alia voluerunt, quæ ipsis chariora erant, de quibus in parabola de nuptijs dictum est. Alij enim pecora sua, alij prædia, alij nuptias suas vel voluptates carnis & alia studia sua regno Dei anteposuerunt. Et sanè hoc re ipsa declarant, quando Filium Dei & postea huius seruos Apostolos aliò vocantes reiecerunt, & quiduis potius quam cœlestia amplexi sunt. Vnde apparet studium huius seculi nos à cœlestibus auellere, imò odium verbi parere, & ita causam præcipuam esse exitij. Vt enim agrote spem salutis nullam facere potes, qui medicum manibus repellit, & cuius stomachus crudus pharmaca omnia fœdè reijcit: nec bene sperare de filio con-

alio contumaci, qui patris disciplinam admittere dedignatur: Ita frustra spem regni Dei facias ei, qui totus terrenis immerfus, cœlestia fastidit. Utinam verò cum ludæis hæc impietas sublata esset. At quid hodie vulgarius est? Pleriq; mundi studijs & carnis cupiditatibus præditi, nihil præterea curant: quæ ferè scelerum immanissimorum causa est. Dum enim (vt prophanus Poeta elim dicebat) trahit sua quæque voluptas, & priuatis suis desiderijs omnes indulgent, fit iusto Dei iudicio, vt fides in terris rara sit, multiplicetur autem iniquitas & extinguatur charitas multorum, vt sequenti Capite dicitur. Interim soli pro intolerabilibus habentur, qui ista ar- guunt ex Verbo Dei, & nisi ij essent non arbitrantur pleriq; aliquem fore, qui pacem & gaudia mundi interturbaret. Quæ causa est, quod aliqui in illos hostiliter ferro & igne sauiunt. Inter eos verò, qui Euangelicorum nomine & titulo gloriantur, non desunt, qui etsi doctrinam ipsam damnare non possint, ab ea tamen alieniores sunt, quod illam dissidiorum causam esse dicunt, quo vix quicquam ab illa alienius fingi poterat. Qui verò optimi habentur, ij Euangelij precones contem- nunt, vt phanaticos & non magni iudicij homines, vt hi idem dicere possint, quod olim in Apostolorum persona Paulus scribebat: Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo, &c. At neminem istud offendat. Est hoc mundi infeli- nis cõsilijs gubernari. Beati autem qui in fide IESU CHRISTI moriuntur. Non in- ultam ferent suam contumaciam impij.

Sequitur enim pœna, quam incurabilibus hypocritis minatur, & simul descri- bit: Ecce, relinquitur vobis domus vestra deserta. Excidium denuntiat, quod in pri- mis ad templum referrî debet, de quo hic potissimum agi, ex sequenti Capite pate- bit. Emphasis autem subest vocabulis VESTRA & VOBIS. Nam perinde est, ac si dicat: Ego promiseram, me tabernaculum & domum meam inter vos constitue- re velle. At quia vos me non vultis admittere, age neque ego inter vos habitabo, Itaque domum hanc, vobis relinquo, vt ea ceu vestra fruamini. Itaque docemur hoc dicto, quid de cultibus arbitrarijs sentiri debeat, quos sine Verbo Dei ex sei- ptis instituunt homines. Non pro suis domibus neque pro suo cultu agnoscit Do- minus ea quæ fiunt. Ideo apud Prophetas toties dicit: Quis ista requisit de ma- nibus vestris? In præsentî addit: Dico vobis nequaquam me videbitis ab hoc tem- pore, vsque dum dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini. Negat eis om- nem restitutionis spem. Quoad mundus hic durat, perpetua quoque erit calamitas vestra, quæ vos atteret. Cum verò mei illius aduentus gloriosi dies illuxerit, hunc quidem vobis latum appariturum sperabitis, & vt hypocritæ impudentes estis, tunc quoque meo nomine gloriabimini, & in meo aduentu quasi exultabitis: At- tate, vt qui meliorem conditionem vobis sit pariturus. Sed multum vos hæc quo- que spes fallit. Videbitis enim me venientem in nubibus cœli, non quidem vt be- nedicendum Domini, sed vt iudicem, quem impiè & crudeliter transfixistis in cruce, & qui visus vos sceleris & impietatis conuictos ad sempiternos infernalium pœ- narum cruciatus damnabo. Discamus igitur ex tota Capitis huius tractatione o- mnem beatitatem præsentis & futuri seculi in eo consistere, vt cum Deo vero per- fidem in IESUM CHRISTUM coniungamur, & in eo pullos imitemur: hi sine matre non possunt viuere, & ideo ad huius glorientis vocem recurrunt, licet ali- quando ab illa discesserint. Miluio imminente ad illius alas se recipiunt. Ita nos si- mus. Stulti & miseri, qui in milujs præsidium sperant & quærunt. Faciebat hoc o- lim Achaz cùm à Syris & Israelitis bello graui peteretur. Nam spreto Dei auxi- lio, quod hic spontè offerebat, ad Tiglatphulazarem conuersus, Assyriorum opem

1. Cor. 4.
Acto 5
Apoc. 14.

Pœna ingrato-
rum & contu-
macium.

Leuit. 26.
Isa. 31.

imploravit, quæ ipsi & posteris insidiosa fuit. Ad eundem lapidem offenderunt postea sub Ezechia Iudæi, fœdere cum Ægyptijs facto, quo similiter falsi sunt. Idem factum quando Babylónico bello imminente Idumæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Tyrionum & Sidoniorum societatem sibi necessariam putarunt, quæ ipsis & urbi excidium peperit. His exemplis admoniti insidiosam & exitialem sciamus esse Regum amicitias, qui hactenus in persequenda Ecclesia miluos & lupos egerunt, & ideo in vno IESU CHRISTO spe omni collocata, ad hunc vnum confugiamus, & huic dicamus, Asylum meum, & arx mea tu es, sub umbra omnipotentis commorabor. Huic debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

CAPUT XXIII.

HOMILIA CCLXXIII.

ET egressus IESVS è templo abibat: & accesserunt discipuli eius vt ostentarent ei aedificia templi. IESVS autē dixit eis: Nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis, Non reliquetur hic lapis super lapidem. Sedente autem eo in monte olearum, adierunt cum discipuli priuatum, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod erit signum aduentus tui, & consummationis seculi?

Gal. 3.

DEVS olim Iudæis templum & in hoc cultum externum dederat, vt per hunc in fide promissionum de Messia, id est, IESU CHRISTO confirmarentur. Ideo Paulus Legem pædagogum dicit, per quem ad Christum deduci debuerint. Sed in ea elucet humani ingenij prauitas, quod quò illustrior fuit cultus ille, eò magis ipsi huic addicti Christum neglexerunt: & olim Prophetæ hoc nomine hostiliter persecuti sunt, quod dõcerent ceremonias inutiles esse, omnem salutis fiduciam in Filio Dei IESU CHRISTO, promisso redemptione haberent collatam. Quæ causa est, quod Prophetæ veteres de cultus abrogatione & templi quoque excidio vaticinati sunt, ne ex eo sibip̄s impunitatem percipiendo, templum in speluncam latronum conuerterent. Idem fecit ipse Christus, cum videret posteros patrum vestigijs insistere, adeoq; horum mensuram (vt nunc per audiuius) implere. Et huc etiam referri debet totum hoc Caput, in quo primum de vrbis Ierosolymæ, & in primis templi excidio horribili disserit. Et hinc sumpta occasione de nouissimo suo ad iudicium aduentu, & huius seculi consummatione vaticinatur. Multa autem hic audiemus, quæ nostræ institutioni & consolationi seruiant. Docet enim Iudæorum exemplum, quid Christi & gratia Dei cuius hic Mediator est, contemptores maneat. Deinde aduersus impostores, qui Christi nomen prætexunt, ad simplices sedueendum, nos instruit. Præterea consolationibus dulcissimis nos confirmat aduersus omnis generis scandala, quæ multos in fide labefactabunt.

Ierem. 7.

Argumentum
Capitis.Occasio huius
Capitis.
Luc. 19.

Occasioni toti tractationi discipuli dederunt, qui hanc acceperunt ex ip̄s, quæ hucusque à Christo & facta & dicta sunt. Hic etenim, cum ex monte olearum vrbem in conspectu haberet, & asinæ pullo insidens populi acclamationibus celebraretur instar Regis, illachrymauit, dicēs: Si vel tu nosses, vel hoc saltem tuo die, quæ ad pacem tuam pertinent. Sed ea nunc occulta sunt oculis tuis. Nam veniet te & contempnus super te, quo circumſicient tibi inimici tui vallum, & circumcingent te & constringent vndiq; teq; solo æquabunt & filios tuos intus, neq; relinquent in te lapidem super lapidē: eò quod non noueris tempus illud visitationis tuæ. Nuper autem

cum post varias concertationes in apertam contentionem cum Scribis & Phari-
sais venisset, in qua hos propter errores & vitia intolerabilia exitio deuouit, tan-
dem excidium vrbi & templo denuntiauit, eò quod iam seculis aliquot Prophetae
lapidauerint, & ad se missos Dei seruos crudeliter trucidarint. Ideo (inquit) relin-
quetur vobis domus vestra deserta. Et simul addita comminatione, quod ipsum
non amplius visuri sint, ex templo & vrbe egreditur, vt qui indignabundus ab il-
lis discedit, quibus irascitur. Obseruarunt hoc haud dubie Apostoli, & mirati sunt
acrimoniam qua in Iudæis corripendis vsus erat, & excidium quod illis denuntia-
rat: & doluit eis vrbis & templi destructio, cum huius structura vix tottis Oriens
aliquid pulchrius & magnificentius haberet. In solo templo enim ædificando He-
rodotus Antiquitatum libro decimoquinto, Capite 14. Quibus si addas, quæ li-
bro sexto de bello Iudaico Capite sexto leguntur, non ad ornatum modò & ma-
gnificentiam, verumetiam ad defensionem extructum fuisse intelliges. Peregrin-
ationes autem ad illud fiebant, non solum ex tota Iudæa & à Iudæis, verumetiam
ex diuersissimis totius orbis locis, sicuti ex libro Actorum apparet, quò non mo-
do ex remotissimis Africæ regionibus, sed etiam ex Aethiopia vir princeps &
summus regni Aethiopicæ thesaurarius, Ierosolymam ad adorandum venisse scri-
bitur: qui etsi ipse non Iudæus esset, nec Profelytus, Ierosolymam tamen venit,
vbi verum Deum, cœli & terræ creatorem, coli & adorari audierat, quod sibi pa-
trij superstitionibus, quibus innutritus erat, hæcenus nequaquam satisfactum es-
se sentiret. At quia Lex prohibebat aliquem vacuum venire in conspectum Domi-
ni, quis dubitet, eos qui ex longinquo veniebant, omnis generis donaria magnifi-
ca attulisse. Ideo apud Lucam discipuli Christo non solum templi structuram, ve-
rumetiam donaria commendant, quibus ornatum erat. Itaque admirabundi
monstrant Domino ista, & fortassis ipsum quoque à minis & correptionibus,
quas ex illo audierant, ad lætorem tanti ædificij contemplationem reuocare vo-
lunt, vt hæc visa sententiam mutet. Et haud dubie perculit animos illorum grauis
illa comminatio, quod existimarent, nec possibile nec æquum esse, locum tam pro-
be munitum, & à tam multis honoratum subito euerri, cultum tam magnificum a-
boleri, promissiones tam lætas & salubres irritas fieri; & hæc quidem omnia CHRIS-
TUS IESUS cedere, qui plerisque contemptus & inglorius putabatur, multis etiam
inuisus & exofus erat.

Christus indi-
gnabundus tem-
plo, relinquit.

Acto. 2. 8.

Deut. 10.
Luc. 21.

Est hoc memorabile cæcitatæ humani ingenij exemplum, cui vel huius secu-
li splendor, vel supersticio tenebras aliquas offudit. Sapius discipulis suis audienti-
bus quæstus fuit de cultus diuini prophanatione & adulterata legis doctrina Chri-
stus Dominus, & nuper nefarios & horribiles abusus Scribis & Pharisæis ita ex-
probrauerat, vt hos nemo negare, multò minus defendere posset. Neque nouum
aut insolens videri poterat, templo excidium minari, cum idem iam olim veteres
Prophetae fecissent, quidam etiam hoc nomine trucidati essent. Adhuc tamen admi-
rantur & obstupescunt, quasi nihil huius dictum vel auditum sit vnquam: & ideo
quod dixerat, impossibile & absurdum atque iniquum arbitrantur. Atqui plus ad
mirationis & stuporis merebatur, verum Dei cultum & sanam Legis doctrinam
ita euerri & deperuari potuisse in ea gente quam Deus sibi ex omnibus totius ter-
ræ populis in peculium delegerat, & de quo olim dixerat: Notus in Iehuda De-
us, magnum nomen eius in IIsraele. Item duntaxat populus sapiens & intelligens
est gens hæc magna. Quæ enim gens huic similis est, quæ habeat Deum sic sibi ami-
cum & familiarem? Itaque fatius erat templum totum cum cultu intercidere,
quam religionem & Legis doctrinam perire & prophanari inter hos, quos huius
quasi custodes aut depositorios Deus fecerat: Atqui non ignorabant, Solomonice

Cecitatis hu-
mana exem-
plum.

Exod. 19.

psal. 76.
Deut. 4.

Isa. 1.

1. Cor. 6.
Ioan. 8.
Mala. 4.Acto. 7.
Isa. 66.Externus splen-
dor non excu-
sat luxum &
fastum.

1. Ioan. 2.

templum iam olim solo æquatum totis annis septuaginta in ruinis iacuisse. Cur ergo incredibile videatur Herodianam hanc domum interire, quæ propter cædes & incestus iam pridem meruerat, ut tota funditus interiret? Similis est illorum æmentia, quibus indignum videtur, Papatum & ordines Monasticos cum cultu illo theatro aboleri, cuius ne minima quidem pars ex Scripturis probari aut defendi potest: cum interim ipsæ nulla religio est, Dei verbo obloqui, quo loquente (ut Isaias ait) cæli & terra debebant obmutescere. Et cur his animarum decipulis parcatur, si sacra diuinitus instituta abrogata & dissipata sunt olim, quando eis homines impij & superstitiosi turpiter abusi sunt? Non possum hic non meminisse senis cuiusdam religiosi quidem, sed quem totum Superstitio à mente alienarat. Hic cum aliquid suorum operum bonorum, in primis autem peregrinationum, quas ad Diuum Iacobum Compostellanum, Mariam Aquensem, Laureranam, Sepulchrum Domini, quod Ierosolymis visitur, bicornem denique montis Sinai verticem, qui Diuæ Catharinæ nomine celebratur, merita enumeraret, & his ceu firmis salutis indubitatis salutis præsidijs niteretur, quidam autem eius superstitiones argumentis solidis confutaret, quibus nullo modo contradicere poterat, respondit: Videtur quidem alicuius momenti esse, quæ tu affers: at si ea admittam, inutilis & superuacaneus mihi euauerit omnis iste labor, quem in peragendis terra marique longinquis regionibus exhausti. O stupidum hominem & nullius cerebri, qui non videt fatius esse & religiosius, ut centena millia stultorum Hierosolymam priuato consilio excurrerint, quam ut Unigenitus Dei Filius, qui ipsissima est Dei Patris Sapientia ex æterno Patris decreto frustra in terras descendisse, & homo factus indigne & infamem mortem in ara crucis subiisse dicatur, ut pro nostris delictis periret? Nec multo acutius sapiunt, quibus indignius videtur, Cænobia monachorum, eorundem impurum cœlibatum, idolæa, multo oleo & sæuo fœtantes lucernas, ex lignis & luto formatas statuas, & alia huius generis sordes e medio tolli, quam ut hæc cogantur Filio Dei IESU CHRISTO cedere, qui nos in viua Dei templa consecrauit, quique Dei imaginem in nobis olim collapsam sui sanguinis merito restaurauit, quique Lux mundi & Sol iustitiæ est, qui nisi nobis affulgeat, nobis in tenebris pereundum erit. Imò quam multos inuenies, qui ut fœditates istas defendant, non verebuntur homines Christianos iugulare, & in his Dei Filium monasterijs, imaginibus & altaribus, quotquot sub cœlo sunt. Etenim non in templi manu hominum factis habitat Deus, ut D. Stephanus ex Isaiâ annorauit. Hæc ergo potius agamus, ut quæ simplicium animos & oculos offendunt, e medio tollantur, quam ut ipsæ parcarur, quæ suo ornatu corporibus nocent, & animorum salutem incommodant.

At quod de ipsa dicitur, quæ religionis specie commendantur, ad ea quoque transferri debent, quæ sumptu & splendore externo commendantur. Etenim multos est inuenire, qui omnem luxum & fastum excusant eo potissimum argumento quod iniquum sit ea aboleri, quæ ornatu & magnificentia sua oculos spectantium pascunt. Sic superbæ palatiorum structuræ, sic nimius supellectilis apparatus, sic vestium luxus defenditur. At nulla ratio est, quæ ista in Dei conspectu absoluat aut tueatur, dilecto illo discipulo clamante: Ne diligite mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Nam quicquid est in mundo, cupiditas carnis, libido oculorum & fastus vitæ, non est ex Patre, sed ex mundo est. Porro mundus præterit & cupiditas eius: Qui verò præstat voluntatem Dei manet in æternum. Sunt ergo nimium im prudentes, quos huius mundi splendor ita inescat, ut animum non possint ad cœlum attollere: vel tam confidentes reddidit, ut Dei minas, quibus hic superbos terret, contemnant. Hæc potissimum præcipua omnibus cura sit, ut Deo obediant, & sub huius potenti manu humilientur.

Sed Dominum Christum audiamus, qui stultam & supersticiosam templi & cultus externi admirationem grauisime confutat. Nam ipse quoque discipulos quasi in rem presentem adducens, ininterrogat. Videris ne (inquit) hæc omnia? Et mox cum graui asseueratione subiicit: Amen dico vobis, non relinquetur vobis hic lapis super lapidem. Cæpit huius sententiæ executio intra annos à morte aut ascensione eius trigesimo octauo: & tam seuera fuit & seria, vt post destructos vrbis & templi Ierosolymitani muros, nemo illos instaurare & rursus extruere poterit. Nam vt alibi annotauimus, primo quidem sub Aelio Adriano Iudæi, duce Carcohaba patriam vrbem instaurare & terram reparare conati sunt, anno nati Christi CXXVIII. deinde rursus sub Constantio anno CCLVIII. & tandem re gnante Iuliano Apostota sub annum CCLXVII. Semper autem grauisimis cladi- bus repressi sunt, quæ illos ab incepto desistere coegerunt. Potissimum de prodigijs quæ in postremo conatu horrenda & portentosa acciderunt, mira scribit So- crates Ecclesiastica historia libro secundo Capite trigesimo tertio. Ex quibus di- scas, quam graue sit cum Deo in certamen descendere, & aliquid tentare, quod Christi merito & regno derogat. Huius enim regnum surgere & crescere oportet, præstat autem & sublidere quæcunque aduersus illum eriguntur.

Præstat autem non oscitanter considerare causas, propter quas Ierosolymam cum templo destrui oportuit. Præcipua quidem fuit, quod cum tempus correctio- nis adesset (vt Paulus loquitur) & cultum Leuiticum è medio tolli necesse esset, Iu- dai verò hunc pertinacius defenderent, adeoque Dei Filio cum Apostolis multum renitenti illum per Euangelij prædicationem demolienti sese hostiliter oppone- rent, nec rationes admitterent Apostolorum, qui vt Lex cum cultu Leuitico hono- rificè quasi sepeliretur, seueritate maiori & rigore quodam vel vi opus fuit, vt Iu- dai simul suæ impietatis pœnas darent, quæ Apostolos quoque persecuti sunt & Euangelium gentibus prædicare prohibuerunt. Voluit autem hoc exemplo doce- re Dominus quid gratiæ suæ contemptores maneat, qui huius mediator è IESVM CHRISTVM in sua venientem nolunt recipere. Est peccatum hoc nimium vulga- re nostro illo seculo. Breuim inuisit nos Deus per Euangelium suum, docet, monet, hortatur, corripit, consolationibus denique dulcissimis demulcet superstitionum laqueis irretitas & fatigatas multorum conscientias. At pauci sunt, qui tantum Dei beneficium agnoscant: sed plerique (quod olim Apostolus prædixit) sanam do- ctrinam auersantur, & huic manifestos errores præferendo, ab omni reformatio- ne, non minus quam à toxico abhorrent, & vt ab hac sese tutos præsent, pios Chri- sti cultores ferro & igne persequuntur. Alij qui nondum ad tantam truculentiam progressi sunt, disciplinam oderunt, & ne arguantur ipsorum errores & vitia, lu- cem reiiciunt. Hic ergo nunc mundi infelicis mos regnat, quod impune quidem peccare licet, scelera autem arguere aut corripere, tuto & impune non liceat. Pleri- que ergo qui Euangelium profitentur, ita viuunt, vt propter ipsos Euangelium & huius professio male audiat. Quid ergo aliud nos maneat, quam quod istis euenit, qui postquam neque ipsi scelera punire, neque verbi ministros illa corripientes fer- re voluerunt, lapides aduersus ipsos concionari cœperunt, vt Christus decimo no- no eis minatur.

Quid vero his auditis discipuli? Vt prius ita nunc quoque tam minaci senten- tia Christi grauius percussi sunt. Ideo illo sedente in monte Olearum, quidam ex illo rum numero priuatim aut secreto illum amplius interrogarunt, quos Marcus fuis- se scribit, Petrum & Ioannem, Iacobum & Andream, quos in alijs etiam actioni- bus Christo reliquis familiariores fuisse constat. Secreto autem siue priuatim illos ipsum accessisse dicitur, quod prudentiæ fuit. Nam vt alibi diximus, tanta erat tem- pli autoritas, vt minime tutum esset aliquid aduersus illud dicere, quod in eius

Quæstio-
nem aduer-
rit?
Heb. 9.

1. T. 2.

Ioan. 1.

2. Tim. 4.

Quæstiones di-
scipulorum.

Mar. 15.
Acto. 6.

Curiositas carnis
inutilia
querit.

Act. 1.

contemptum posset trahi, sicuti in passionis Dominicæ historia, aut in actione aduersus Stephanum instituta apparet. Coniungit autem quaestiones tres. Primam, Quando ista fieri oporteat, quæ dixerat, ut nimirum vrbs cum templo intereat? Alteram, quibus signis hora aduentus sui postremi cognosci aut deprehendi possit? Duabus hisce postremam addunt de consummatione seculi: quia impossibile videatur templum cadere, nisi sua ruina totum orbem concuteret.

Est hoc quoque curiositatis humanæ exemplum, quæ plerumque nihil ad se pertinentia quærit: quæ causa est, quod ex fidei admonitionibus occasiones arripit de inutilibus interrogandi. Quid obsecro ad discipulos utilitas redire poterat, si momentum quoque quo templum destrui aut mundus hic conflagrare & in nihilum resolui debet, cognouissent? Et quid ista cognitio nos hodie iuuare poterat? Sunt certe hæc eorum numero, quæ (ut alibi dicitur) Pater in sua ipsius potestate posuit. Prodest potius scire, quid nos quoad in hisce terris viuimus, ut per Deo seruire debeamus: quæ item consilia illa sint, quæ tuto sequi possimus, de rebus inuolutis nouissimorum temporum vices, de quibus Dominus præmonuit, delectabiles: Sed ad hunc lapidem hodie etiam multi offendunt, dum neglectis cognitiuè necessarijs circa inutilia occupantur. Multos autem curiositas ista, quæ intellectui mundo quasi fatalis & quasi ex primis parentibus innata est, eò usque abripit, ut in illis, quæ Deus nobis reuelare dignatur, illius bonitatem agnoscamus, & nos gratiam, quam nobis offert, accomodemus, ut quotidie in melius proficiamus in IESU CHRISTO Domino & redemptore nostro, cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C L X X V .

Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim ueniunt in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, multosque seducunt. Futurum est autem, ut audiantur bella & rumores bellorum: Videte ne turbemini: Oportet enim omnia hæc fieri: sed nondum erit finis. Insurret enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt fames & pestilentia & terramotus singulis locis. Hac autem omnia principium sunt dolorum.

Vice Marcum
homil. 107. &
Luc. hom. 139.

Quamuis discipuli reprehensionem grauem mererentur propter quaestiones, quas de rebus futuris & nihil ad ipsos pertinentibus mouerunt, attamen IESUS CHRISTVS infirmitatis ipsorum rationem habet, & omisis istis, quæ durius aduersus illos dici poterant, de illis agit, quæ illos scire & facere necesse erat. Est hoc magnum diuinæ bonitatis argumentum, quod ne nostræ curiositati indulgendo nos in labyrinthos quaestionum inducat, eas quoque, quas nos temere mouemus, abrumpit, ut intra mediocritatis limites nos contineamus, & circa ea sola occupemur, quæ nos scire refert, & quorum scientia nos ad salutem adificat. Exem- plo, quibus hoc demonstratur multa in Scripturis occurrunt, inter quæ cum prioris memorabile est, quod in huius capituli tractatione proponitur. Quaesierunt discipuli quando templum Ierosolymitanum destrui oporteat, & quæ signa eius destructionem & totius mundi consummationem, quam simul cum illo concursu- ram putabant, præcessura sint. At Christus de signis quidem ea dicit, quæ illos pro- cessaria cognitu, quæ curiositatem humani ingenij augere & accendere poterant, consultò præterit.

Propositio totius loci est: Videte ne quis vos seducat. Sensus est: Vos de templo quæ-

plō quaritis, & quibus signis cognoscere debeatis, quando illius destructio siue ruina infret. At sunt alia maioris momenti de quibus vos quærere conueniebat. Quia enim tēpli admiratione fascinati in illo hæretis, periculū est, ne qui inde occa- sione arrepta vos seducant. Et ne temere de eo admonere videatur, periculum mul- tiplex ceu digito monstrat, & ea occasione simul docet, quibus signis templi & vr- bis excidium imminens agnoscere debeant docet. Primo multi venient (inquit) in nomine meo dicentes: Ego sum Christus: multosq; seducent. Loquitur autem de impostoribus, qui sub religionis prætextu simpliciores decepturi sint: Et hos mul- tos venturos ait, qui eò plus damni daturi sint, quod multos sint inuenturi sectato- res, qui ipsos audiant & promissum Mesiam in ipsis exhiberi arbitrentur. At mul- tos fuisse qui id fecerint, historiæ restantur. Nam huc pertinet quod Gamaliel in Actis refert de Theuda, non quidem illo, cuius mentionem facit Iosephus libro 20. Antiquitat. Capite 2. (vt falso putauit Eusebius) sed alio qui post mortem Hero- dis magni exortus est. Fuerunt autem multi alij, qui simili audacia idem tentarunt inter quos ab eodem Gamalielē Iudas Galilæus nominatur, & quibus meritò ac- censerī debet Aegyptius ille, quem in rebus gestis Pauli Apostoli Tribunus cohortis dicit quatuor millia sicariorum in desertum eduxisse. Et quò propius instabat tempus illud fatale, quo de Iudæorum gente propter immane scelus in Filium Dei commissum pœna sumi debuit, eò plures exorti sunt, quos fere magicis præstigijs nebulones. Nam per hos factum est, vt Iudæi sub euentico Mesia nomine toties ludificati, tandem nomen quoq; Mesia odisse cœperint, & Apostolorum prædi- cationem suspectam habuerint, quod hunc esse dicerent IESVM Mariae virginis Filium. Deniq; illi dum quotidianos motus in populo seditiose excitarunt, Roma- nis causas graues præbuerunt belli contra Iudæos gerendi, quos existimarunt sa- tius esse simul excindi & dissipari quam perpetuis bellis aduersus illos fatigari. Ita verò impletum fuit, quod Christus illis minatus fuerat. Ego veni nomine Patris mei, nec recipitis me: si venerit alius nomine suo, illum recipietis. Ioan. 5.

Christus disci- pulos de sedu- toribus admo- net.

Acto. 5. 22.

Docet autem hoc exemplo Spiritus Sanctus, quid contemptores IESV CHR I- ETI maneat: Nimirum quod ab impostoribus exæcati, ipsis præda fiunt, qui eos partim falsis & blandis promissis, partim minis ad terrorem confictis in exitum tra- hant. Et hoc postremis temporibus euenturum esse, Apostoli prædixerunt. Paulus certe Timotheum prædicando instare & saniozem Euangelij doctrinam serio vr- gere iubet, eò quod quidam hanc non toleraturi sint, sed prurientes auribus ipsi sibi coaceruaturi doctores secundum cupiditates suas, vt aures à veritate auertant ad fabulas, quibus seducantur. Hanc item causam fore ait, propter quam efficacē deceptionem multis missurus sit Deus, vt Antichristo se propinent deuorandos, qui dilectionem veritatis nolunt admittere. Id quomodo in Oriente impletum sit, & ingeniosis, qui (vt Paulus de Græcis loquitur) hanc stultitiam putarunt, sordere historia testantur. Postquam enim simplex Euangelij doctrina hominibus acutis Mahumeti viam strauerunt, qui tandem totum Orientem occupauit, & illic Turcæ tantum negotij fecerunt Imperatoribus, vt Occidentem Gothis & alijs Barbaris gentibus diripiendum permiserint. Itaque Romam Pontifices sibi vendicarunt, & ibi constituto regno, hoc palam facere cœperunt, de quo in præsentī Dominus ad- monet. Se enim dixerunt esse IESV CHRISTI vicarios: quod non aliud est, quam ipsius Christi nomen & munus sibi vendicare. Etenim Christi munus circa sacerdo- tium & regnum versatur, & quia ipse sacerdos & rex æternus est, vicarium nullum habet, neque gloriam suam dat alteri. At sacerdotium nouum instituerunt Ponti- fices, in quo Dei Filius (vt ipsi garrunt) pro peccatis viuentium & mortuorum quotidie immoletur, & huius mystis, quos ipsi rasura & vnctione sua ad illud con-

Quid maneat Christi contem- ptores? 2. Tim. 4.

1. Tes. 2.

1. Cor. 1.

Psal. 110. 2. Isa. 42.

secrantes potestatem tribuunt remittendi peccata, ipsi vero Leges quoque mutant & tempora, dum coniugia prohibent, vel eorum libertatem novis edictis astringunt, adhuc cibos à Deo creatos prohibent. Et ne infirma sit & ridicula Sacerdotum iuris autoritas, hanc potestate quoque regia armant, dum sibi tribuunt utrumque gladium, spirituale & temporale, & sibi datam gloriantur omnem potestatem in cœlo, & in terra, & in purgatorio, quod ipsi quoque ceu tertiam partem mundi invenerunt, ex qua plus opum collegerunt, quam Hispani unquam ex Indijs suis nuper inventis acquisierint. Denique ad se pertinere dicunt totius mundi reges constituere & ex solijs suis pro libito detrahere & regnis suis eicere possint. Utque magis moueant & terreant incautos, qui ipsis aures præbent, coronam triplicem capiti suo imposuerunt, stemmatis autem loco inter insignia sua claves duas ostentant, quibus cœlum se aperire & claudere posse dicunt quibuscunque velint. Quis ergo dubitet, de illis intelligi debere, quod Dominus ait, venturos esse qui se Christos esse dicant.

Impostores cœli
veri debent.

Matth. 15.
Ioan. 10.
n. Ioan. 4.

Quid vero faciendum patris, quos salutis propriæ cura sollicitos habet, quando in ecclesia sibi omne imperium vèdicare, & passim in urbibus perfidia sua, monarchorum videlicet cohortes, disponere, & per emissarios suos, legatos nimirum à latere, orbem totum turbare vident? Falluntur hic multi, dum se extra culpam fore putant, si ipsi pia & sancti animi intentione simpliciter credant ijs, qui in Ecclesia præsidet, & quorum autoritas regum & principum edictis confirmatur. Sed aliter Christus iubet. In præsentem enim clamat, Videte ne quis vos seducat. Et alibi monuit: Si cæcus cæco præierit, ambo cadent in foueam. Quibus autem suis, id est, electis hoc præcipium esse ait, quod suam modò vocem audiant, alienam autem non sequantur. Quibus consentiunt, quæ Apostoli monuerunt, ut ne cuius spiritui credamus, sed probemus spiritus, num ex Deo sint. Quæ verò probationis regula esse debet, alibi diximus, ut eadem hic reperere non sit opus. Itaque nunc ad alia, quæ Dominus pergit discipulos monere, transeamus.

Falsi doctores
in Rep. quoque
urbes dant.

Etenim ne qui putarent de religione modò contentiones fore ex sententiarum diversitate enascentes, qui facile & sine periculo componi possint, turbulentam & periculorum plenam totius mundi faciem siue conditionem, quæ hinc sic secutura, prædicit. Et initio bellorum meminit, quibus nihil in hoc seculo calamitosius & infelicius potest accidere. Futurum est (inquit) ut audiat bella & rumores bellorum. Et paulò post horum causas indicat, addens: Insurret enim gens in gentem, & regnum in regnum. Ut ostendat, non paucos modò fore, qui bellorum aleam subituri sint, sed hæc per totum orbem grassatura esse, & ita quidem, ut vix pacis turbis aliquibus, novæ exoriantur alibi, aut saltem rumoribus novis exterrantur, qui spem meliorem pacis futuræ cœperant animo concipere. At ubi bella feruntur continua, ibi fames ex agrorum vastatione & incolarum depraedatione sequatur oportet. Huius comes ferè est pestilentia vel lues. Hæc certè (ut alia omitamus, sub M. Ant. Philosopho ita seuij, ut toti ferè exercitus Rom. peste perirent. Quis vero terræmotus illic esse neget, ubi arma regnant? Cæterum hic sub terræmotibus prædigia omnia comprehendit, quæ tunc futuras calamitates protenderunt. Hæc verò ut facta sint primùm inter Iudæos donec bellum illud fatale exarsit, quod Ierosolyma cum templo eversa est, deinde in toto orbe, quâdo post Neronis mortem Romanamani duces de Imperio inter se contenderunt, in Marco & Luca nostro prælixè demonstrauimus.

Signa excidij
Ierosolymitani
noviss. quoque
temporibus ser
uiunt.

Nunc autem obseruari debet, Christum de ijs, quæ ante templi destructionem fieri debuerunt, ita differere, ut eadem ad nouissima tempora etiam referri possint, quæ huius seculi consummationem præcedent, de qua etiam interrogantur discipuli. Nam etsi dies & hora, quando illa futura est, non possit cognosci, & hæc Deus nostro

nostro bono occultam esse velit, signa tamen prodest scire & obseruare, quæ hanc præforibus esse portendunt. Non temere autem fieri putabimus, quod impostoribus Antichristianis, hæc subtexit, quæ hic de bellis & bellorum rumoribus dicuntur. Vt enim belli Iudaici authores præcipui illi fuerunt (vt nuper diximus) ita perperuum hoc est, quod vsq; ad finem seculi dissidia parient, quotquot Christi honorem vel sibipsis vendicando, vel in alios transferendo, Ecclesiã in sectas scindunt. Et alibi diximus, quid iam seculis aliquot Romani Pontifices fecerint, qui ferè belte Annales testantur Episcopos & legatos Roma aduētantes Heluetiæ nostræ semper inauspicatos fuisse. Ideirco hodie non absq; causa suspecta habent pontificum & præfulum consilia viri cordati & prudentes, quibus pax publica cordi est.

Rursus autem Deus bonitatem suam hoc quoque argumento commendat, quod vt bella & dissidia consummationis totius mundi præludia sunt, ita hæc quoque prodigijs in cælo & alijs mundi partibus prænuntiat. Ierosolymæ certè & in Iudæa innumera acciderunt, quæ templi & legalis cultus abrogationem & totius gentis dissipationem imminere indicarunt. Et aliarum quoq; gentium historiae testantur, verisimum esse quod Amos dicit, non oriri malum aliquod siue calamitatem, de qua Deus nos non præmoneat vel per seruos suos Prophetas; vel signis: quæ præter naturæ ordinem fiunt. Vidit hoc Poeta gentilis, qui pastores de labefactato Reip. Romanæ statu & ex hoc enatis calamitatibus colloquentes introducens, illos fateri scribit,

*Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset,
De cælo tactas memini prædicere quercus.*

Nec immerito de mentis leuitate aut peruerso iudicio queruntur. Nam vt signa ingenij contumaciã arguunt, quæ vix vllis admonitionibus emollitur, vt sese Deo obsequentes præbeant.

At non solum de futuris admonet Dominus, sed consilio quoque instruit discipulos, quod vt breue est, ita consolationem dulcem & efficacem complectitur. Dicit enim, Videte ne turbemini. At quis non turbetur, si gentes passim in mutuum exitium insurgere, regna omnia tumultuari & orbem terrarum bellis ardere videant. At humanitatis sensu alienus, imò ferreus fuerit oportet, si quem ista non moueant. Sed & ipse Dominus, qui toto animo turbatus est, cum de mortis suæ appropinquantis acerbitate cogitaret, ad vrbis conspectum fleuit, cum quid illi euenturum esset animo versaretur. Et quomodo horum consideratione conuertemur se ad Deum, si nos illis non moueamur? Sed ad Apostolos hoc dictum restringi debet, qui his non ita debuerunt turbari, vt mandatum ipsis prædicandi munus negligenter, aut præ metu in officio cessarent. Accidit hoc sæpe sanctis Dei seruis, qui interdum carnis infirmitate superantur, vt Moïsis, Eliæ, Ieremiæ, Ionæ & aliorum exemplis docemur. Quia enim nobis bene esse volumus, non possumus non moueri, si quid acerbius nobis præter expectationem accidat. Sed ne tunc ex statione nos fortuna aut mundi insultus, & licet fractus illabatur orbis, impavidos feriant ruina. Et sanè consilij huius egregiè recordati fuerunt Apostoli, quando Sacerdotes & Seniores hominum idiotarum & illiteratorum inuictam constantiam administrati sunt. Similis fuit viri Tigurini maiorum nostrorum fortitudo, quando Evangelij prædicatione illustrati, Pontificum & monachorum imposturas agnoscere ceperunt, & Deus illos monuit, vt oblatum libertatis animorum beneficium amplecterentur. Admiratus est tunc quoque mundus insuperabile illud animi robur, quo blanditias, promissiones, minas & omnes aduersariorum conatus eluse-

Deus calamitates prodigijs præfigit.

Amos 3.

Pijne turbentur calamitatibus.

Ioh. 12.
Luc. 19.

Act. 4.

runt. Nec defuit illis Spiritus Domini, qui consilia eorum gubernavit, & reuera aut reum & beatum dici potuit seculum illud, quo heroes illi in Ecclesia & Republica floruerunt. Hos imitemur, nec pigeat sanctis virorum fortissimorum vestigijs insistere. Agricola, qui nubeculas omnes obseruant, & his visis tempestate & messe praesagiunt, nunquam arant aut sementem faciunt, adeoque seipsos semente & messe spoliant. Ita qui ad omnes mundi huius motus turbantur, ij semper inueniunt, quod ipsos ab officio reuocet, & ita pulcherrimas promouendi regni Dei occasiones negligunt, aut ex manibus elabi patientur, quas postea nequicquam cum lacrymis requirunt.

Consolatio ex
prouidentia
Dei.

Ceterum quia carni durum est inter perpetua certamina non succumbere, aut saltem defatigari, ut animum despondeat, rationibus quoque confirmat consilium quod dedit, atque illis simul nos amplius consolatur. Primam a prouidentia Dei decreto petit, dicens: Oportet enim omnia haec fieri; quia ita Deus vult & statuit, quod aliquid decernente (ut Propheta ait) nemo illud impedire aut irritum facere poterit. At communis sensus docet, fortiter ferri debere quod mutari aut euitari non poterit. Et sane omnium certissima & efficacissima est consolatio, quae ex prouidentia Dei arcanis aut sanctuario petitur. Nam nihil fortuito fieri, omnes scripturae docent. Et quae stultitia esset putare, homini aliquid temere accidere, cum pilos capitis nostri numeratos esse, & ne passerulum quidem absque voluntate Patris nostri caelestis in terram cadere, Dominus testetur. At scimus illum iustum, et omnia eius iudicia iustitiam & veritatem esse. Et quia idem fidelis est, & homines vult saluos fieri, nemini iniuriam faciet, neque nos supra vires tentari patientur. Haec qui recte considerant, hi fortes & animosi fiunt: cum e contra qui suis consilijs ducuntur, perpetuo fluctuant, nec possint quiescere, sed cum Dauide quiritentur: Quid deiecta es anima mea, & intra me tumultuaris, &c. Psal. 24. & 43.

Matth. 10.
Psal. 119.
1. Cor. 10.

Afflictiones
diurnae &
perpetuae sunt.
Iob. 7.

At ne putarent certamen breue fore, & propterea perpetuitate aut diurnitate afflictionum offenderentur, addit: sed nondum erit finis. Quasi diceret: Ne putetis vos labore omni defunctos esse si vnam & alteram luctam fortiter sustinetis. Etenim tota hominis Christiani vita, militia est super terram, nec in hominis arbitrio est, sibi ipsi ferias indicere. Et ut hoc magis confirmet, addit postremo: Haec autem omnia principium sunt dolorum. Sensus est, adeo non debetis euentorium & ferias polliceri, ut potius vos primum coepisse putetis, si ista omnia euentant, quae modo commemoravi. Verè autem hoc dixit quoad Iudaeos: quia enim incurabilis fuit eorum contumacia, & percussi quoque non agnouerunt manum Domini, ut ad ipsum conuerterentur, mansit manus eius extensa perpetuo (sicut olim per Isaiam minatus erat) donec funditus excinderentur. Meminerimus autem tem hoc ipsum nobis quoque conuenire. Fiunt quidem quae nouissimis temporibus euentura esse, Dominus praedixit. Sauiunt bello passim, & rumoribus bellorum omnia turbantur. Insurgit gens contra gentem, & simul intestinis moribus plerique periclitantur. Fames & fatalis egestas non vulgus modo hominum, sed etiam principes & Reges premit. Quem enim dabis qui ex ordinarijs suis redhibere statum suum tueri possit, si ab exactioribus extraordinarijs sibi temperet. Revertitur tamen inter ista crescit impietas, fides deficit, charitas frigescit, & scelerum licentia indies longius progreditur. Inter eos verò qui meliores dici poterant, securitas regnat cum insatiabili illicitarum voluptatum studio, de quo infra fufius dicitur. Et dum ista vulgo fiunt, iniquius nobiscum agi putamus, si Deus diurnius nos castiget. Et plerumque impatiens contra Deum murmurant homines: quibus verissime dici poterat: Nondum ad sanguinem vsque restitistis aduersus peccatum deo certando, &c. Respiciamus ergo in IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, ut ad

Isa. 6. 9.

Heb. 12.

vt ad hunc conuersi, ipsum imitemur, vt tandem omnibus malis superiores facti,
cum illo in caelis viuamus & regnemus, cui debetur benedictio, honor, gloria, &
potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C L X X V I .

176

H O M I L I A C C L X X V I .

Tunc tradens vos afflictioni, & trucidabunt vos: & odio eritis omnibus gen-
tibus propter nomen meum. Et tunc offendentur multi: & alius alium proder, &
odiu habebit alius alium.

Inter signa, quæ olim templi Ierosolymitani destructionem præcedere debue-
runt, & hoc nouissimo seculo mundi finem præcessura sunt, de quibus discipu-
li Christum interrogarunt, primo loco recensuit impostores, qui falso Messiaæ titu-
lo sese vendicaturi & multos seducturi sint. Deinde de seditionibus admonuit, ex
quibus perpetua bella & bellorum rumores exoritura sint. Coniunxit his famem,
pestilentiam & prodigia omnis generis, quibus Deus plerunque homines securos
& pœnitentiam & prodigia omnis generis, quibus Deus plerunque homines securos
quæ potissimum ad ipsos discipulos pertinebant. Quia enim in Christo subinde re-
gnum somniabant, ne se omnis periculi immunes fore & otio felici abundaturos
putarent, necesse erat illos admoneri, quid sibi polliceri deberent, vt ad certamina
crucis sese præpararent, & consolationibus firmis atq; solidis confirmarentur, ne-
que inter turbas & pericula de Euangelij prospero successu dubitarent.

Et quia quæ præuisa sunt, minus terrent aut lædunt, quid ipsis euenturum sit,
diserte docet. Tunc tradent vos afflictioni. Apud Lucam ait: Ante hac omnia inij-
cient vobis manus, & vos persequentur, &c. Quæ ijs quæ præcesserunt, ita cohæ-
rent: Ne arbitremini vos inter latos rerum successus & delicias otiosos spectatores
fore calamitatum, quas alij sustinebunt. Tam enim hoc abest, vt potius à vobis ini-
tium fiat malorum, quibus mundum affligi oportebit. Tunc enim, quando ista de-
bent fieri, vobis manus iniicient, & erunt qui vos persequentur, & quidem ad mor-
tem vsq;. Nam trucidabunt vos. Et licet id non semper fiat, tamen inuisi eritis om-
nibus gentibus: idq; propter nomen meum. Et ne odium hoc leue & momentaneu-
fore, describit hoc ab effectis. Nam apud Lucam ait, Tradent vos in conuentus, Ec-
clesiasticos nimirum, vtpote dignos in quorum religionem & doctrinam diligen-
tius inquiratur. Deinde carceribus includent, & pœnis quoq; grauioribus mulcte-
mini. Tertiò, adducent ad regum & principum tribunalia.

Et hoc quidè Apostolis accidisse constat. Vt enim Christus, sicut Simeon ille se
nexus beatus prædixerat, contradictionem sensit: ita Apostoli quoq; quam primum
prædicare cœperunt. Etenim illusores prophani auditi sunt, qui plerisq; propter
miraculum linguarum obstupescensibus, illos musto plenos dixerunt, & fœdissi-
mo ebrietatis vitio tribuerunt quod euident & propriu erat Spiritus sancti opus.
Mox Petrus & Ioannes, cum claudum ab vtero matris miraculosè in nomine IESV
CHRISTI sanauissent, & populo huius miraculi nouitate excitato Christum præ-
dicarent, in carcerem abducti, & post grauem actionem publicè contra illos insti-
tuta, non sine atrocibus minis dimissi sunt, ne posthac in nomine Christi prædica-
rent. Paulo post crescente numero credentium insurgit Pontifex maximus cum v-
niuersa Sadducæorum secta, quæ tunc Ierosolymæ dominabatur, & Apostolos si-
mul omnes iniectis manibus custodiae publicæ mandant, & licet Angeli ministe-
rio illos Deus liberet, & in templo docere iubeat, tamen iteru compræhensos, con-
cilio sistunt, & post longam & acrem disceptationem flagellatis grauiter interdi-
cunt, ne porro in nomine IESV loquantur. Dum verò ipsi, vt fidos Dei seruos de-

Discipulis
secutiones præ-
dit.

Vt hæc imple-
ta sint in Apo-
stolis.
Luc. 2.
Acto. 2. 3. 4.

Act. 5.

Acto. 6. 7. 8.
16.

Acto. 26.

Acto. 12.

Persecutiones
Ecclesie.

1.

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

•

cet, in officio constanter pergunt, & inter alios Stephani fides sese exerit, quidam
 concitata plebe correptum ad Seniores abripiunt, & falsis testibus aduersus eum
 productis per tumultum crudeliter lapidant. Quo facto mox publica & vniuersa-
 lis persecutio exoritur, in qua maximè sauijt Saulus, qui effractis foribus creden-
 tes vtriusque sexus in vincula conijciebat, & multos (vt ipse postea confessus est)
 indignis modis tractatos fidem abnegare & blasphemare coegit, aliquos autem
 occidit. Nec contentus ijs, quæ crudeliter & impie fecit Ierosolyma, cum fidem
 Christianam in Syria florere & Damasci plures esse audiret, qui Christo nomen
 dedissent, à Pontifice acceptis literis, cum satellitio armato illuc profectus est, vt
 quoscunque illic huius sectæ siue viros siue mulieres inuenisset, victos Ierosoly-
 mam adduceret, seueriori inquisitione & iudicio subiiciendos. Tandem Herodes
 Agrippa Ecclesiam aggreditur, & Iacobum, fratrem Ioannis, indicta causa gladio
 violenter occidit, & vt Iudæis gratificetur, Petrum quoque carceri traditum neque
 care voluit. Denique quo magis creuit Ecclesia, eò magis sauijt persecutio, neque
 cum Apostolis desijt, cum hi omnes sublati essent, sed posteris quoque temporibus
 per annos ferè trecentos continuos durauit. Etenim in historijs persecuciones de-
 cem ex ordine recensentur, quas ipsi Imperatores Romani mouerunt, penes quos
 tunc erat orbis terrarum imperium. Primæ author fuit Nero, qui vt sese inuidia &
 odio, quod sibi ipsi apud populum vrbis Romæ incendio conciliauerat, liberaret,
 & rumores, qui de ipso spargebantur, aboleret, vrbem à Christianis incensam fuisse
 se dixit, & aliquibus correptis, coegit miseris diris tormentis scelus fateri: quæ cau-
 sa fuit, vt ingens hominum insonantium multitudo crudelissime interficeretur. Nam
 teste Cornelio Tacito, iniquissimo aliàs nominis Christiani hoste, pereuntibus hec
 ludibria addita sunt, vt ferarum pellibus coniecti laniatu canum nocturni luminis
 crucibus affixi aut flammandi, atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis
 vrerentur: adeo vt qui fontes & extrema supplicia meritos credebant, tamè eorum
 miseratione tangerentur, vt qui non publica vtilitate, sed in sauitiam vnus eorum
 merentur. In qua persecutione, Petrum quoque & Paulum Apostolos vnus eorum
 coronam accepisse, Ecclesiastici scriptores tradiderunt. Secundam Domitianus
 excitauit anno nati in carne æterni Filij Dei xcv. in qua Ioannes seruens de-
 postquam (vt Tertullianus de Præscript. hæret. testatur) in oleum nocturni luminis
 mersus nihil mali accepit, in Patmon relegatus est. Tertiam Traiano seruens de-
 in qua Ignatius anno Christi cx. ex Asia Romam ductus & à bestijs discer-
 ptus est. Quartam Antoninus Philosophus mouit, in qua martyres facti sunt
 Polycarpus, Iustinus & plures alij circiter annum Domini clxx. in qua Ec-
 clesiam Christus liberauit miraculosè, quando exercitu Romano contra Barba-
 ros militante & propter aquarum inopiam & sitim in extremas angustias adduc-
 to, ad preces Christianorum militum pluuia largissima milites refecit. Quintæ
 tus Ecclesie persecutor fuit Sept. Seuerus, qui inter alios Leonidem, patrem
 Originis sustulit, anno post Christum natum cciiii. Sextus Maximinus fuit, qui
 primus ex militibus sine Senatus autoritate ad Imperij fastigium ascendit. Septimæ
 mus numeratur Decius, sub quo Diuus Laurentius prunis ignitis tostus gloriose
 martyrio vitam hanc mortalem finiuit, circiter annum Christi ccxii. Octauæ per-
 secutio authorem habuit Licinium Valerianum, quæ martyres illustriores de-
 dit Cornelium & Cyprianum. Nonam Aurelianus mouit. Decimam Diocle-
 tianus & Maximianus, qui Nicomediae convenientes de delendis Christianis con-
 sultarunt hoc pretextu, quod dissensio in religione, magnas discordias in familijs
 & in Imperio pareret. Occasionem verò tam crudelis consilij arripuerunt ex disci-
 dijs, quibus ipsi Christiani scindebantur, sicuti Eusebius in prologo libri octauæ
 Ecclesiasticæ historiæ testatur, Nam diuulsos facilius opprimi posse sperabant.
 Et erant

Et erant ex Christianis multi transfugæ & sycophantæ, qui calumnijs suis commu-
 nes hostes magis incendebant, quales nostro seculo prohi dolor nimis multi sunt,
 quiferè ex dissensione Sacramentaria enascuntur. Edicta igitur proposita sunt a
 trocia & innumerabiles vbique gentium omni suppliciorum genere occisi sunt, a-
 deo vt annotatum sit, vno mense diuersis locis septemdecim millia hominum inter
 secta fuisse. Durauit hæc sæuities annis tredecim. Inter alios autem tunc à Decio,
 qui apud maiores nostros in hisce regionibus nomine Augustorum cum Imperio
 erat, nostræ gentis Apostoli, Felix & Regula, in castro Thuricensi martyrium passi
 sunt, anno Christi C C C V I I I . qui ex Thebea legione elapsi in Heluetiam venerunt
 & hominibus Alpinis fidem in Christum prædicarunt, quæ origo fuit Ecclesiæ Ti-
 gurina, sicuti vetera instrumenta testantur. Tandem anno Diocletiani decimonono
 quo maxime arsit persecutionis feruor, pax reddita est Ecclesiæ per Constanti-
 num, sed non durabilis aut perpetuum fuit. Nam post annos 47. anno nimirum
 Christiano C C C L X V I . Iulianus Apostata, qui abnegata religionè Christi, ad gen-
 tum idololatriam defecerat, persecutionem nouam excitauit. Et post hunc rursus
 alij quoque ex Imperatoribus, & cum his barbaræ gentes, quæ imperio Romano
 passim turbas dederunt, quales fuerunt Gotti, Vandali, Saraceni, & non multo
 post Turcæ, qui adhuc hodie nominis Christiani hostes hæreditarij dicuntur. Ac-
 cesserunt his omnibus Pontifices, qui in templo Dei (vt Paulus prædixit) id est, in
 Ecclesia sede sua constituta, sese opponunt & efferunt aduersus omne quod dicitur
 Deus aut nūmen, & iam seculis aliquot germanos fidei Christianæ professores
 crudelissimè persequuntur, & ferè passim omnium persequutionum authores
 sunt hodie.

Felix & Regu-
 la martyres Ti-
 gurini.

Iulianus Apo-
 stata.

2. Tess. 2.

At hoc loco multa obseruatione dignum est, cur homines Christiani tam inui-
 si sint mundo, vt (quod alibi dicitur) qui aliquos illorum trucidarit, se putet Deo cul-
 tum præstare: Docet hoc vno verbo Dominus, dicens, Propter nomen meum. Id
 est, quod mihi fidistis, quod mei estis discipuli, quod me solum vestrum agnoscitis
 ex seipso vult sapere, & Deum ex suo ingenio metitur: quæ causa est, vt cultus etiã
 ex suo arbitrio instituat. Hos autem quia damnat & reijcit Dei Filius & illud Isaiæ
 superstitiosis innotat, Frustra me colunt docentes doctrinas hominum: tumultu-
 antur ferè omnes, & intolerabile illis videtur abs se institutos & à maioribus obser-
 uatos cultus damnari: & alios quidem ignorantia propria seducit, qua delectan-
 tur dum neque peccata sua & naturæ suæ vitiositatem, neque gratiam sibi in Chri-
 sto factam agnoscunt, alijs amissi lucri, quod ex superstitione perceperunt, iactura
 & dolor bilem mouet, vt iniuriam sibi factam vlcisci conentur. Exemplum eius
 rei in Actis exhibet Demetrius Ephesus, qui totam ciuitatem, & in primis omnes
 argentarios, qui ex delubris Dianæ, quæ faciebant, victum sibi parabant, contra
 Paulum seditiosè commouit, quod cum Dianæ cultu quæstum quoque omnem in-
 p̄is periturum diceret. Et vtinam non hodie etiam Demetrii tales apud omnis loci
 & ordinis homines inuenirentur. Sed & alia causa ex Deo accedit. Hic enim per
 Euangelium iustitiam veram requirit, quæ nos terros ipsi vendicat, fucum autem,
 quo mundus, qui totus in malo iacet, sese ostentat, arguit. Id vero non potest hic
 terre, qui iniustus haberi non vult, & ideo lucem odit teste Christo, ne opera eius
 praua arguantur. Quod si se fortius opponant viri Apostolici, & hypocritis lucem
 Verbi in oculos ingerant, mox hi indomitum ferunt, & nihil non sibi aduersus
 Christi seruos licere arbitrantur. Eo autem quam maxime arguitur peruersum &
 scelera mundi licere ingenium. Etenim Christus lux & vita est, atque nobis seruan-
 dis in mundum venit, vt nobis à Deo sapientia, iustitia, & sanctificatio & redem-
 ptio fieret. Et ista nobis ille per Euangelium liberaliter offert. Quæ ergo impie-

Cur Christiani
 mundo inuisi
 sint?
 Ioan. 16.

Isa 29.
 Matth. 23.

Acto. 19.

1. Ioan. 5.

Ioan. 3.

Mundi impie-
 tas arguitur.
 1. Cor. 1.

tas est, huius ministros odisse & persequi, quos nobis natura & tanti beneficii debitum commendat. Atqui faciunt hoc non soli ij, qui Christum diserte negant, ut olim gentes idololatrarum, & hodie Turcarum atque Iudei, verum etiam multi, qui illius quidem nomen profitentur, sed eius merito non contenti, gloriam eius parim sibi-ipsis vendicant, partim in alios transferunt, quos sibi-ipsis servatores & Mediatores apud Deum Patrem fingunt. Hi certe omnes persequi solent eos, qui ab vno Christo pendent, neque in eius consortium quenquam volunt admittere. Est hodie fre- quens admodum hoc hominum genus. Etenim qui in Pontificum verba iurarunt, & Romanae sedis aut Ecclesiae germani filij esse & haberi volunt, ijs nihil laude di- gnū fecisse videberis, ut ut magnifice & egregie de IESU CHRISTO sentias, & in illo agnoscas quaecumque de illo olim Prophetarum & Apostoli praedicarunt, eademque sanguine proprio testari atque obfirmare paratus sis: nisi huic coniungas Divos caelites, tuorum operum merita, Indulgentias Romanas, & plumbo graues bullas purgatorium ignem, & sexcenta alia, quae Christi meritum prorsus inutile red- dunt, sicuti de Circumcisione Iudaica Paulus olim ad Galatas scribebat. Et res ip- sa loquitur, hanc hodie praecipua persecutionum & suppliciorum causam esse, quod qui Christum verè amplexi sunt, Divos invocare nolunt, neque extra hunc alias pro peccatis satisfactiones aut victimas admittere, aut cultum exhibere im- ginibus mutis, quibus Deo nihil magis iniustum est, & quibus religionem omnem aboleri veteres Christiani testati sunt. Lactantius certe olim non dubitavit ab- stare, religionem nullam esse, ubicumque simulachrum sit. Et huius dicti grauis- imas rationes reddit, primam, quod religio non nisi divinis rebus constet, quae in solis caelestibus inveniuntur, & proinde in sepulchris esse nequeant, quae in- teriam sive formam spectes, terrena sunt. Alteram quod religio in veritate con- stat: At quicquid simulatur, id falsum sit necesse est, neque potest veri nomen ac- pere, quod veritatem fucō & imitatione mentitur. At quis hoc per sepulchra fi- ri neget, quando haec à simulando ita dicuntur. Haec cum olim sanctissimi homines senserint & confessi sint, qui Christianae fidei & religionis doctrinam sanguine suo obfirmatam confirmarunt, hodie tamen multos superstitione ita fascinauit, ut ip- sibus tutius sit hominem Christianum iugulare, aut vstulandum flammis expo- nere, quam ex putri idolo ignem aut hypocaustum incendere, ut vivas Christi im- gines à frigore serues & tuearis. Facit ad amplificandum scelus hoc temporis no- ratio. Ut enim olim cum plus satis barbarum esset in mundo, tamen à Christi ser- vis & fidelibus excruciantis non potuerunt reuocari tyranni: Ita hodie neque bella neque aliae calamitates (quae tamen infinitae sunt) tyrannos mouent, ut Eccle- sia pacem concedant. Quin saepe cum Turcis induciae fiunt, ut Ecclesiae persecutio- nem possint continuare.

Cur haec fieri
permitteat Deus?
us?
2. Pet. 4.

Sed quaerat aliquis, Cur haec fieri sinat Deus, cui facile erat suos tueri, & impio- rum tyrannorum rabiem cohibere? Sed facilis est ad hanc quaestionem responsio. Nam Petro teste, quia Deus iustus est, serè à domo sua iudicium incipit, & suos in- star auri igne afflictionum probet, & à sordibus vitiorum excoquat. Habent enim pij quoque sua vitia, quae ipsis ex innata vitiositate inhaerent, qualia sunt securitas, ambitio, aemulatio, contentiones, disciplinae impatientia, &c. Accedunt his sordes, quas mundus incautus aspergit, & quae (ut alibi diximus) quotidianam pedis id est vitae & conuersationis nostrae ablutionem requirunt. Idcirco necesse est, ut qui otio abutuntur, crucis & persecutionum flagellis castigati emendantur, & ad frugem meliorem adducantur. Quae causa est, quod ut frumentum non modo farina fiat, & paleis excutitur, verum etiam molae subiicitur, ut per hanc attritum farina fiat, & esui aptum: ita pij ab impijs separati purus panis Domini fiant, sicuti olim D. Ignatius de seipso scribebat, cum ex Asia Romam ducebatur, bestiarum dentibus commo-

commendatus. Id verò primùm fit p̄is in testimonium, sicuti apud Lucam annotatur. Dum enim propter doctrinā Euangelij & fidei in IESVM CHRISTVM confessionem sanguinem suum fundere non grauantur, neq; dira mortis supplicia expectant, satis apparet, ipsos de fide Christi seriò persuasos esse, nec temerè concepitam opinionē esse, quod prædicant. Quo nomine etiam veteribus Martyres siue testes dicti sunt. Deinde idem hoc gentibus & tyrannis persecutoribus in testimonium cedit, ne quem habeant ignorantie pretextum, quo sese excusent. Hisce enim sanctorum martyrijs conuincuntur, ipsos oblatam salutis doctrinam reieçisse, & proinde dignos esse, qui contumaciæ suæ pœnas dent: de quo supra cap. 10. proliteram dictum est. Id verò omnes alias pœnas complectitur. Quid enim prætexet coram Dei tribunali, qui à proprio corde condemnatur? Deniq; vt Isaias ait, iusti colliguntur ante diem malum, quo infelicis mundi scelera punire Deus statuit: vt alibi exemplis pluribus demonstrauimus.

Ceterùm subiicit his aliud signum, ex quo imminens templi excidium & populi totius dissipationem debeant agnoscere. Nam tunc (inquit) offenduntur multi. Scimus enim plerosq; homines sub religionis pretextu priuatum cōmodum quærere, & hoc vitium adeò frequens & commune est, vt ne Apostoli quidem eius immunes fuerint, sicuti illorum de primatu & regno contentiones abundè testantur. Fieri ergo non potest, quin multi grauitèr offensi fuerint, quando videbāt Apostolos, quos Christus lucem mundi & salem terræ dixerat, quosq; Euangelij sui precibusq; inuisos esse, pauperiem & aduersa perpeti, & (vt Paulus scripsit) tanquā mortui addictos spectaculum esse mundo & angelis & hominibus. Et hodie offendunt multi, quando vident eos, qui in pretio & auctoritate fuerūt, cum superstitionibus derent ista, quando Christum conuersos contemni & expleri. Quem enim non offendent multi offendant? Sed & Paulus ait, Apostolos Christum prædicare, Iudæis quidem scandalum, Græcis verò stultitiam. Et tritū est illud Christi, qui Ioannis discipulis dicebat: Beatus, qui in me non offenditur. Matth. 11.

In præsentī verò de his admonet, vt nobis ipsis caueamus, ne quid huius nobis accidat. Ideo apud Marcum præmittit admonitionem: Cauete vobis ipsis. Et mox subrexit: Tradunt enim vos in confessus & synagogas. Et hīc quoq; docet quā graues scandalorum occasiones occurruræ sint. Alius (inquit) alium proder. Fit hoc dū de sua frustrantur. Tunc enim alij contra Christum exacerbati minus honorificè de illo sentire incipiunt. Alij odij flammæ aduersus seruos huius concipiunt. Alij prophani sunt, & paulatim omnem pietatis sensum exuunt, & mundo placere vident, vt perpetuis molestijs persecutionum & odiorum sese liberent. Expertus est hoc Paulus, quando Romæ captiuus agens quæritur, in prima defensione neminem sibi affuisse, sed omnes ipsum deseruisse. Item Demas dereliquit me, amplexus præsens seculum. Et alibi quoq; falsorum fratrum mentionem facit, ex quibus multam desertores aut proditores fiant, illos tamen contemunt, & ab Euangelij mentione abhorrent, dum videlicet subinde aliquid periculi ex illo metuunt. Hic ergo prudentia & diligenti cautione opus est, præparatione item, qualem nobis Dominus in Luca sub eorum parabolis commendat, qui bellum gerere, vel ædificia maiora edificare statuerunt. Ad præparationem verò hanc opus erit certa & solida in IESVM CHRISTI cognitione, quæ nos incertis & dubijs opinionibus fluctuare non sinet, neq; falsis imaginationibus nos decipiet. Meminerimus item, nihil nouum aut insolens accidere, cū hæc omnia Dominus iam olim prædixerit. Nec dubitemus nobis in caelis retributionē paratam esse, vbi monumentanea leuitas afflictionum

Luc. 21.

1. Ioan. 3.
Isa. 57.

Multi offenduntur.

Matth. 18. 20.

Luc. 22.

Matth. 5.

1. Cor. 4.

Luc. 2.

1. Cor. 1.

Finis admonitionis de scandalis.

Marc. 13.

2. Tim. 4.

2. Cor. 11.

Luc. 14.

2. Cor. 4.

Luc. 22.

huius seculi pondere excellenter excellentis gloriae compensabitur. Domini enim promissio facta est omnibus, qui cum ipso permanent in tentationibus: Ego pacifcor vobis, prout pactus est mihi Pater meus, ut edatis & bibatis in mensa mea in regno meo. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A C C L X X V I I .

Et multi pseudoprophetae surgent, ac seducent multos. Et quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed qui sustinuerit in finem usque, is seruabitur. Et predicabitur istud Euangelium regni in vniuersa terra, & sit testimonio omnibus gentibus, & tunc veniet finis.

Dominus & Seruator noster de istis turbis & periculis vaticinans, quae templi & urbis excidium atque mundi huius consummationem praecessura sunt, de istis praecipue admonet, quae in fidei & religionis causa simpliciores possunt offendere. Inter haec memorabile est, quod nuper allegauit, fore nimirum, ut alij alios prodant, & inter eos quoque odia & inimicitiae gliscant, qui Euangelij doctrinam & fidem Christianam profitentur. Quia enim homines vulgo sub religionis praetextu temporaria commoda quaerunt, non possunt non eos odisse, a quibus se falsos esse suspicantur. Ea vero causa est, ut paulatim prophanescant, & sensum religionis exuerant, si spe sua non nihil frustrentur. Et solent ferè acerrima esse odia, quae inter eundem religionis socios siue consortes exoriuntur. Sequuntur nunc alia duo scandala, quae imperitos offendunt, quibus consolationem duplicem subtexit, qua nos confirmemus.

Pseudoprophetae surgent.

Ioan. 7.

Haereses circa personam Christi.

De primo sic ait: Et multi pseudoprophetae surgent, ac seducent multos. Noster de impostoribus monuit, qui Messias mentiti sunt, & se principes siue reges dixerunt, adeoque libertatis promissione multos deceperunt, atque seditionum siue bellorum fuerunt auctores. Nunc exorturos dicit, qui doctrinam salutis & religionis corrumpant, quales omnibus seculis fuisse constat. Etenim in ipsa Filij Dei in se SV CHRISTI cognitione & infinita & horribiles haereses exorta sunt. Quia enim haec est vita aeterna, ut cognoscamus illum solum verum Deum, & quem in se misit IESVM CHRISTVM, ab initio statim Ecclesiae huius cognitioni Satan insidiari coepit, ut eam obscuraret & opinionibus prauis corrumpere. Constat is Deus & homine. Nam qui aeternus Dei Filius est, ex Virgine hominem assumpsit, & nunc in vna eademque persona Deus & homo est, ut inter Deum Patrem & hominem Mediator sit, & sublata, quam Diabolus inuexit inimicitia nos illi reconciliet. At hic multifariam errarunt corruptae mentis homines, dum aut aeternam Filij Dei naturam negauerunt, aut hominis assumpti veritatem in dubium vocarunt, aut personae unitatem violarunt, vel naturarum distinctionem confuderunt. In diuinitate errarunt ex antiquioribus Noetus, Praxeas, Hermogenes, Sabellius, quibus etiam Berillus & Marcellus adnumerantur, quos omnes Patripassianorum nomine comprehendunt, & Vnionitas dixerunt, eo quod in Trinitate non tres personas, sed tantum tres voces agnoscebant. Hinc Arius, Photinus, Artemon, Filij Dei coepisse, non ab aeterno fuisse affirmarunt, & de illo dicebat Arius *ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς* Rursum Euomius & Aetius Filium dissimilem Patri sinxerunt. Quem errorem dum vitare voluit Ebion, Basilides, Cherinthus, Carpocrates, Paulus Samosatenus, Theodotio, in calcariam incidunt, & Dei Filium merum hominem assumpsisse dixerunt. Rursum Cerdon, Martion, Manichaeus, Valentinus illum phantasma putarunt, aut corpus caelitus attulisse, Apelles sydereum, Appollinarius corpus sine mente, aut reuera mentis expertus & demens, vel Verbum in carnem mutatum. Quorum omnium

tantum deliria hodie ab hominibus phanaticis ab inferis redeuntur, Eutyche-
 tis potissimum, qui carnem siue corpus Christo Deificatum tribuebat. Cuius fu-
 rores quidam ita tuentur, vt nisi quis idem cum ipsis fateatur, Maiestatem IESV
 CHRISTI & Dei omnipotentiam negare diceretur. A quibus diuersum planè sen-
 rientes Nestoriani personas duas fingunt, & τὸν λόγον homini Christo adesse per-
 asistentiam dicunt. Quæ omnia commemoro, ne Dominus nos frustra de fal-
 sis Prophetis admonuisse videatur. Quid enim in fide & religione inægrum nõs
 bis permanebit, si doctrina de persona Christi adulteretur. Priusquam tamen hæc
 monstra aut portenta prodirent, viuentibus adhuc Apostolis falsi Prophetæ ex-
 orati sunt, qui Legem cum Euangelio miscentes meritum Christi prorsus euacua-
 runt, & (vt Paulus ad Galatas scribit) inutile fecerunt. Quid verò postremis hæc
 temporibus factū sit, postquam filius ille perditionis, sede regni sui in ipso templo
 Dei collocata, sese supra omne, quod dicitur Deus aut numen, extulit, satis horum
 res exitiales inuexerunt, etiam Dominum, qui ipsos mercatus est abnegantes, &
 Ecclesia Christi in sectas innumeras scissa est, vt prorsus lusus idcusq; dici possit,
 quod olim apud Corinthios factum fuit, cum alij Cephistæ, alij Paulini, alij Apo-
 loniani dici vellent.

Gal. 1.

3. Pet. 2.

Nec temerè hos inter scandalorū auctores numerat Dominus. Etenim quia IESVS
 CHRISTVS lux mundi est, & Sol iustitiæ, in cuius alis (vt Malachias ait) est
 sanitas, portento simile videtur, exorto Sole tenebras orbem terrarum occupare Et
 hodie non pauci inueniuntur, qui si ad primum Euangelij iubar, non statim omnes
 Veritati cedant, & superstitiones deserant, non volunt pro Dei Verbo agnoscere
 quod prædicatur, maxime, si qui ministri doctrina & autoritate præ alijs com-
 mendentur. Et audiuntur voces istæ: Sperabam Veritati omnes subscripturos, sed
 video plus esse dissidiorum quam vnquam. Non video ergo quid huic Euangelio
 debeat tribui. Itaq; offensi aut non satis instructos putant ad docendum, quos tan-
 toperè commendari audiuerunt, & proinde non dignos, quibus fides habeatur:
 aut aduersarijs plus æquo tribuunt, qui Euangelij doctrinæ contumacius reluctan-
 tur. At isti omnes sibi ipsi scandalorum auctores sunt, dum humani ingenij acu-
 mine & industria regni Dei mysteria inuestigari posse putant. At tenendum erat,
 Et ipse Dominus, cum apud Ioannem ingens eorum multitudo deficeret, qui do-
 ctrina de carnis suæ manducatione offendebantur, ne quem hoc moueat, monet.
 Nec enim aliquem ad ipsum venire, nisi Pater ipsum traxerit, & olim à Propheta
 hoc prædictum esse, Dei filios oportere à Deo edoceri, qui solus in corda hominū
 offerat, ipsi oculos sibi spontè claudunt, interim de huius obscuritate conquerun-
 tur. Sunt autem plures admodum qui hoc faciunt, & quorum tam peruersa mens
 est, vt tenebris potius quam luce, erroribus magis quam veritate delectentur. Non
 mirum ergo, si Deus iusto suo iudicio efficacem deceptionem illis immittit. Nam
 vt interdum ex oriente Sole simul nubes & nebulae sparguntur, quæ illius radios
 obnubilant, ita sæpe fit, vt syncerior Veritatis doctrina repentinis tenebris obscu-
 retur, Deo ita nos extimulante, vt languorem nostrum nobis excutiat. Et mirū est,
 quanta sit quorundā audacia, qui non verentur in aperta & plus quam meridiana
 luce incautis tenebras offundere.

Ioan. 8.

Mal. 4.

Matth. 11.

Ioan. 6.

1. 2. 54.

Nemo autem his offendi debet. Nam neq; nouum est hoc, neque ea est Satiã
 potestas, vt pro suo arbitrio possit Ecclesias falsis doctrinis turbare, & quoscunq;
 velit seducere: sed suæ prouidentia frãno seductorem spiritum regit Deus, & can-
 cellis suis constringit, intra quos sese contineat. Obseruari potius debet paterna

Nemo falsis do-
 ctrinis offensa
 datur.

Dei cura, qua hic Ecclesiæ suæ prospicit, ne errores indomitum grassentur, & plerumque prædicat exoriturus, ut caueri possint ab ijs, quibus salus sua cordi est. Factum hoc omnibus seculis. Per Mosem olim non modè Legem dedit Deus, verum etiam quomodo cauendi sint docuit falsi doctores, qui falsos deos introducunt, & cultus siue religiones nouas instituunt. In Prophetis etiam non diligenter modò, verum etiam grauius oppugnantur falsi Prophetæ, & ne eis locus detur, admonemur. Et Apostolis non satis fuit, si sui seculi impostores confutarunt, verum etiam de post exorituris vaticinati sunt. Non temerè autem hoc ab illis fieri putabimus. Sed admonitionum istarum hic nobis vsus esse debet, ne falsis doctrinis seducamur. Peccatur in eo à multis, quòd leue illis videtur doctrinam quamuis à dicitore, quòd perinde est, ac si quis per syluam infinitis ambagibus, & Labyrinthis intricatam iter faciens, nihil referre putet, quam semitam sequatur. Longè alia mens fuit sanctis Dei seruis, quorum preces ardentissimæ fuerunt: Vias tuas Domine serue lehoua, semitas tuas doce me. Item dirige me in Veritate tua. Et æternus Domine Filius, se viam & ostium esse pronuntiat, per quod nos ad vitam ingredi oporteat. Cui ergo leuis error videbitur à via faultis exorbitare? Eo certè in Dei Filium peccatur, cui honor suus eripitur, & non sine sacrilegio in vanissima hominum commenta transfertur. Excitent nobis descriptiones fœdæ & horribiles pseudoprophetarum & seductorum, qui alibi venenatis & loricatis locustis, immundis ranis, draconi denique rufo, qui diaboli typus est, conferuntur. Quòd B. Epiphanius respexit, quando singulas hæreses singulis nocentissimorum serpentum generibus siue speciebus similes dixit. Et sanè nulla aspis, nulla vípera, nullus regulus siue basiliscus tantum rei Christianæ nocuisset, quantum hominum saluti nocuerunt Ariani, Valentiniani, Nestoriani, & quotquot hodie puriorem fidei Christianæ doctrinam aut nouis errorum portentis aut veteribus & ex inferis postliminio reuocatis corrumpunt. Sunt verò quidam hodie eò nocentiores, quòd Pontificum auctoritate armati, Ecclesias passim inuadunt, & sacra prophanis miscentes, omnia turmittere norunt. Nec absq̃ causa dixit Dominus: Multi pseudoprophetae surgent, & seducent multos. Quod enim prophanus ille sapiens dixit, πλείους κενώσιν, id est, plures mali, hoc ipsum inter eos, qui spirituales dici & haberi volunt, in primis fieri solet. Excitet autem nos huius consideratio, ut nullum studium nimium esse putemus. Nam etsi Argo vigilantiores simus, semper tamen erit, quod negleximus, neq̃ vlla cura nobis sufficiet, nisi quæ nos à sacris literis non patietur longius euagari. Omnis Scriptura utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia. Ut primùm verò absq̃ Scripturis sapere voluerimus, nos turpissimè falli sentiemus.

Deut. 19.

1. Tim. 4.

2. Pet. 2.

2. Thess. 2.

Cur de falsis doctrinis admo-
neamur.

Psalm. 119.

Ioan. 10. 14.

Apo. 9. 16. 12

2. Tim. 3.

Scandalum li-
centiæ & mo-
rum.

Cæterùm alterum scandali genus attigit, à priori diuersum. Solent enim pseudoprophetae pietatis & sanctimonix fucò sese palliare, ut auctoritatem sibi conciliant. At in præsentem ait Dominus: Quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Ita inter homines comparatum est, ut quamuis plerique pietatis cupiditatibus abripiantur, honesti tamen & pii videri velint, & falso prætextu sese venditent. At rursus Euangelij luce (ut alibi Christus ait) arguitur humani ingenij prauitas, & detegitur eos non tam integros & fideles nobis esse, qui erga nos rectè & probè animati esse videbantur. At non leue scandalum est, ab intimis falli, aut ab ijs, de quibus meliora meriti sumus: nec aliud est, quod nos à beneficiis studio magis reuocet, quam si beneficia nobis perire arbitramur, si nimirum in perfidos & ingratos conferantur. Nec in eo subsistit hoc scandali genus, sed in Euangelium quoq̃ & in fidei siue salutis æternæ doctrinam redundat. Nam hac multi putant homines corrumpi, & vel inhumanos vel ingratos fieri. Absurdum verò videri

videtur vulgò doctrinam probare, quæ bonis moribus officiat, & homines non ad virtutem cicaret, sed contumaciores reddat. Tale quid fuit, quando Christus Dominus à Iuda domestico discipulo proditus, à reliquis omnibus turpi fuga deserens, à Petro autem abnegatus, imò abiuratus est. Et hodie multos grauius offendit incurabilis morum, vel potius scelerum licentia, quæ in mundo dominatur. Sonat quidem ubiq; Dei verbum & Euangelij vox, quo Deus homines ad se vocat, vt ex illo renati in nouas creaturas renascantur. Sed quò magis nos vrget Dei Spiritus, eò pleriq; magis in vetitum nitimur, quasi cum Deo certamen susceperimus. Fit ergo vt priuatis commodis dediti, aliena negligant pleriq;, odijs iniustis indulgeant, libidines cæcas & turpes sequantur, iras implacabiles concipiant, & qui optimi viri possunt, comestationibus & immodico perpotandi studio tam animi quàm corporis vires corrumpunt, vt prorsus in bestias degenerent. Non honor debitus parentibus habetur, non inter coniuges cõiugij fides seruatur, nec quæ inter heros & seruos, magistratus & subditos, vtinç præstari debebant officia, seruantur. Nec mul- tum sanè erraueris, si quam tempore diluuij fuisse corruptionem morum dicit propheta Poeta, nostro corruptissimo seculo accommodes:

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,

Non socer à genero, fractum quoq; gratia rara est:

Imminet exicio vir coniugis, illa mariti,

Lurida terribiles miscent aconita nouerca,

Filius ante diem patrios inquirat in annos.

Vista iacet pietas, & virgo cæde madentes

Vltima cælestium terras Astræa reliquit: & quæ sequuntur.

Quibus nõ immerito illud Hoseæ addes: Audite verbum Domini filij Israelis, quoniam niamlis est Domino cum habitatoribus terre: Quia neq; veritas neq; beneficentia, neq; notitia Dei est in terra: peierare, mentiri, occidere, furari & mæchari perunt, & sanguines sanguines tetigerunt.

Hos. 4.

Est autem obseruatu dignum, quod iniquitatis abundantiam & charitatis extinctionem aut defectum coniungit: & sunt, qui duo hæc membra ordine inuerso posita putent. Etenim vt charitas totius Legis completio est, ita si hæc inter homines refrigescat, in officio suo omnis loci & ordinis homines cessabunt. Nunquam ergo rectè constituentur res hominum, nisi vulgo alijs præstiterint, quæ omnibus ex charitatis officio debentur. Et est hoc magnum corruptionis nostræ argumentum, quod cum charitate mutua nihil magis necessarium, nihil item vilius & suauius sit, eademq; omnes vitæ humanæ actiones condiat, plerique tamen illam negligunt, & se mutuo odijs, inuidia, inimicitijs, contentionibus & pugnis fatigatione deijci patiamur. Ferè enim generosiores animos vincit publica iniquitas, quando pro beneficijs ferè malam gratiam sibi referri videant. Ideo Apostolus grauius monebat Galatas, ne beneficiendo defatigarentur. Et quia vix aliud difficilius est, quam in officio constantem esse, si neminem tibi respondere videas, vt æquum est, primùm cogites oportet, non nouum aut insolens hoc esse, si nouissimorum temporum mores corruptissimi sint. Nam vt singuli homines cum ætate in peius proficiunt, ita mundus quoque, & testatur id Christus, quando in hac ipsa tractatione nouissimorum temporum mores, similes fore dicit moribus, quibus temporibus Noæ & Lothi olim homines vixerunt. Et quod in præsentis Dominus duobus verbis dixit, Paulus prolixè exponit in 1. ad Timotheum scribens: Illud autem scito, fore, vt extremis diebus instent tempora molesta: Erunt enim homines suamantes auari, gloriosi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, prophani, charitatis expertes, nescij fœderum, calumniatores, intemperantes,

Vbi charitas friget, ibi abumdat iniquitas.
Rom. 13.

Gal. 6.

1. Tim. 3.

Scelera ex hominibus sunt, non ex verbo Dei.

Consolatio constantia.

Luc. 21.

Psal. 27.

1. Cor. 10.

Matth. 10.

Colloquium simplicis senis cum dialectico

immites, minimè amantes bonorum, proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes potius quam amantes Dei, habentes formam pietatis, sed qui vim eius abnegarint, &c. Nec debet offendi aliquis, quando constat inter primas mundi occasionem non ex Evangelio & fidei veræ doctrinam nasci, sed ex hominibus pullulantes, semper deteriores melioribus successisse. Meminerimus item scelerum pullulationem, qui natura ad malum proclives sunt. Fit etiam frequenter, ut quibus non licet pietati operam dare, excussa omni religione, deuota impietate in scelera & interitum ruant. Ipse mundus ergo sibi scelerum & calamitatum author est. Dum enim alij verbi prædicationem impediunt, alijs frivolis & ridiculis superstitionibus circumducuntur, quas ne ipsimet quidem probant, fieri non potest, quin cum religione sensum quoque communem amittant. Ex his ergo principijs nascuntur homines qui neque homines neque Deum curant, quales hodie innumerabiles sunt, & his quidem authoribus, qui præ alijs de incurabili mundi contumacia conqueruntur.

Porro scandalis istis consolationes quoque subtexit Dominus, quibus pios confirmat. Prima est: Sed qui sustinuerit in finem usque, is seruabitur. Multiplex periculum monstrat. Cœperat ab his, quæ corpori imminet, ubi multa nuper concurrere vidimus. Grauius est, quod à falsis Prophetis impendit, quibus non omnes respondere possunt. Augetur autem hoc quoque, quando vulgo homines in peius proficiunt, ut abundante iniquitate charitas retrigescat. Etenim si teste Cicero Solem è mundo tollunt, qui amicitiam ex vita hominum auferunt, quid fiat, si charitas sublata fuerit, sine qua amicitia ne mica quidem reliqua esse poterit. At omnibus istis periculis opponitur hæc consolatio, Saluum fore, qui in finem usque perseuerauerit. Apud Lucam rationis loco addit: Per patientiam vestram possidebit animas vestras. Est præceptum hoc cum ratione efficacissima coniunctum. Etenim qui amicos habent homines fidos & autoritate præditos, non facile terrentur, sed æquius ferunt omnia. Cur ergo non exultent & gaudeant, qui se in Dei tutela esse sciunt, cuius fides tunc quoque non fallit, ubi pater & mater nos deserunt, sed reuera fidelis, qui nos supra vires tentari non sinit. Et facit ad huius promotionem confirmationem, quod apud Lucam habetur, & quod propter falsos prophetas omnino addi necesse fuit. Sunt enim quidam satis fortes & intrepidi ad omnia, parati item ad omnia ferenda, metuunt autem, ne satis parati sint ad causam pro se dicendam, & ne sua infantia religioni officiat. Idcirco grauiter consolatur, dicens: Habete fixum in cordibus vestris. Id est, hoc vobis persuasum sit, nec vllum periculum suo terrore vos ab hac fiducia dimoueat. Quæ verò illa esse debet? Non oportet esse aliqua præmeditatione, aut cura, ne ut par est, causam vestram possitis tueri. Nec enim vestra est, sed Dei Patris vestri, qui vos non deseret. Non enim dixisse, Non vos esse, qui loquimini, sed Spiritum Patris vestri, & hunc vobis daturum in illo momento quod loquamini. Id nunc repeto. Et quod plus est, Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere, neque resistere omnes qui se vobis opponent. Comprehendit autem duobus vocabulis omnes dicendi facultates. Et quàm certa fuerit huius promissionis veritas, non Apostolorum modo, sed

debent autem hæc latius extendi, ut non in conuentibus solum publicis, ubi sub Iuris & Legum prætextu agitur, verumetiam in disputationibus Ecclesiasticis non dubitemus de illarum euentu, si quando nobis cum hominibus acutis & exercitatis Sophistis res sit. Exemplum, quo confirmemur apud Eusebium in Actis Nicenæ Synodi narratur. Erat philosophus quidam in strophis dialecticis exercitatus, qui nullis argumentis vinci aut constringi poterat, quò minus angustius instar elaberetur. Hunc cum quidam Christianæ fidei professor, qui nihil quam IESUM CHRISTUM, & hunc crucifixum nouerat, nostris insultantem vidisset, & cal-

& callida disputandi arte superbum, sibi aduersus illum dicendi locum dari postula-
 uit. Tum verò nostri, qui simplicitatem viri & infantiam nossent, metuere, ne for-
 tē ludibrio seipsum & causam Christianam exponeret. At hic præsenti animo in in-
 stituto perseverans. In nomine Domini (inquit) philosophe, audi quæ vera sunt.
 Deus vnus est, qui fecit cœlum & terram, quiq; homini, quem de terræ limo forma-
 uerat, spiritum dedit: vniuersa quæ videntur & non videntur, virtute verbi sui crea-
 uit, & spiritus sui sanctificatione firmavit: Hoc verbum ac sapientia, quem nos Fi-
 lium dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine nascitur, & per passionem
 mortis à perpetua nos morte liberavit, ac resurrectione sua aternam nobis contu-
 luitam: Quem & expectamus iudicem omnium, quæ gerimus esse venturum.
 Credis hoc ita esse philosophe. At ille veluti si nullum vnquam sermonem contra-
 dicendi didicisset, attonitus & mutus ad omnia, hoc solum potuit respondere, ita
 sibi videri, nec aliud verum esse quam quod ille dixerat. Tum senior: Si hæc ita esse
 credis, surge & sequere me ad Dominicum, & huius fidei signaculum suscipe. Et
 philosophus conuersus ad discipulos suos & ad eos, qui audiendi gratia conue-
 nerant. Audite, inquit: Donec verbis mecum gesta res est, verba verbis oppo-
 sit, & quæ dicebantur, dicendi arte subverti. Vbi verò pro verbis virtus proces-
 sit ex ore dicentis, non potuerunt verba virtuti resistere, nec homo aduersari potuit
 Deo. Est hoc memorabile exemplum, quo docemur simplicem Spiritus sancti in-
 fantiam efficaciorē esse astutis traditionum humanorum argutijs, nec multū for-
 semper & triumphabit veritas, cuius ferè simplex est oratio.

At quia non semper eodem successu illa vincere videtur, & ea tunc tempora
 fuerunt, vt impossibile putaretur, Euangeliū inter tanta obstacula prædicari, hanc
 quoq; promissionem repetit dicens: Et prædicabitur istud Euangelium regni in v-
 niuersa terra, vt sit testimonio omnibus gentibus: & tunc veniet finis. Ita verò hoc
 pronuntiat, vt sic in fatis esse doceat, nec posse aliter fieri, cum ita decreuerit De-
 us, quo aliquid decernente, nemo illud potest irritum facere. At qui cum huic ope-
 ri manum deberent admolari, nihil minus effecturi videbantur. Præter linguam e-
 nim Syriacam nullam nouerant, artis dicendi imperiti erant. Ad hæc ex obscura &
 inuisa gente oriundi, ne inter suos quidem aliqua pollebant authoritate. Attamen
 vna & altera concione multa millia ludæorum ad fidem conuersa IESV CHRIS-
 T O nomen dederunt. Nec multò post Petrus visione cœlesti euocatus, Cornelio
 Centurioni Euangelium prædicauit. Accessit huic ex Antiochia cum Barnaba e-
 missus Paulus, qui intra paucos annos ex Arabia & Syria in Illyricum vsq; omnia
 Euangelij doctrina compleuit. Tanta deniq; fuit Apostolorum industria, vt ad Co-
 lossenses idem scribens, Euangelium in toto mundo prædicatum esse, testetur. Et
 ne de incerta aliqua doctrina loqui putetur Christus, disertè Euangelium regni di-
 cit, vt ostendat, se non de alio loqui, quàm eo, de quo in principio suæ prædicatio-
 nis dixerat: Impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: respiscite &
 credite Euangelio. Est hoc miraculum inter Filij Dei miracula longè maximum.
 Quod enim nullis armis perfici potuisset, vt noua totius mūdi facies induceretur,
 & hominum animi atq; voluntates mutarentur, id Christus per duodecim viros
 obscuros idiotas effectū dedit. Elucet in eo quanta sit Euangelij potentia, cui nul-
 la hominum infirmitas aut imperitia derogat. Quanta enim tunc Imperij Romani
 Maiestas & potentia fuerit, quantæ Imperatorum vires, qui Euangelij prædica-
 tionem extinctam voluerunt, nemo est qui ignoret. At nihil in rerum natura fuit,
 quo Euangelij cursus potuerit impediri. Et quis dubitet, huius dicti consideratio-
 ne cōfirmatos fuisse Apostolos, vt quamuis multa inciderent, quæ ipsos terrere po-
 terant, de successu tamen non dubitarent. At nemo putet Euangelij potentiam mi-

Euangeliū præ-
 dicabitur in to-
 to orbe.

Isa. 14.

Acto. 2. 3. 10.

Rom. 15.

Col. 1.

Marc. 1.

Rom. 1.

Ioan. 3.

Psalm. 119.

Rom. 10.

Rom. 11.
Math. 23.

1. Tim. 3.

norem esse hodie, quam olim fuerit. Adhuc enim potentia Dei est ad salutem omnium credenti. Adhuc coniunctam sibi habet Spiritus sancti virtutem, qui spirat ubi vult, ut in omnem orbem sonus illius exeat. Et quod olim factum est, nostro quoque seculo factum vidimus, & simile quid experti sunt fortissimi maiores nostri, viri Tigurini, qui cum Evangelij prædicationem admitterent primi, licet omnia illi videret Satan, que illam impedire posse videbatur, successit tamen feliciter quod illi voverunt, & intra paucos annos regnum Christi non per Helvetiam modo, verum etiam Europam longè lateque propagatum est. Debet domesticum exemplum nos consolari hodie, ne nunc impossibile putemus, quod iam pridem factum est. Vivit adhuc Christus, manet insuperabile verum, Dum perit immenso quicquid in orbe furit. Et non desunt nobis promissiones, ex quibus ipsi quoque idem speremus. Paulus non obscure ludæis novam spem facit vocationis ad regnum Dei, & Christus Ecclesiam usque ad consummationem seculorum permansuram ait, cum se ad eum usque diem cum illa fore promittat. Durabit ergo Ecclesia quam diu mundus veritatis currit. Hoc enim est Verbi Dei hospitium, columna & stabilimentum veritatis. Currit modo omnes, ut Evangelium audiant in testimonium salutis, non condemnationis iustæ, quæ omnes manebit qui vel non credunt, vel gratiæ doctrinam ad carnis licentiam abutuntur. Quibus verò datum est Verbum gratiæ audire, pro eo grati sint Deo, & Dominum IESUM CHRISTUM vitam & constanti fide apprehendant, & in eodem serventur, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C L X X V I I I.

Cum ergo videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta. positam in loco sancto, qui legit, animadvertat. Tunc qui in Iudæa fuerint, fugiant in montes: Qui supra domum non descendat, ut sumat quicquam de domo sua: & qui in agro non revertatur, ut sumat vestimenta sua. Va autem videritis ferentius & lactantibus per illos dies. Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme, neque Sabbato. Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit à principio mundi ad hoc usque tempus, neque erit. Et nisi contraxerit dies illi, periret omnis caro. Sed propter electos contrahentur dies illi.

DE debant homines de ijs quærere, quæ cognitu necessaria sunt: At licet seipsum nos edoceat, sine quibus salus nostra non potest consistere. Exemplum discipulorum potius paternæ fidei huius ista tractatio nobis exhibet. Quæsiuerunt discipuli de urbis & templi excidio atque fine mundi Sed non de inutilibus responderi Dominus quæ humani ingenij curiositas scrutari solet, sed ita ut de periculis & scandalis exortitur admonent & quomodo ea possint evitari. At cum hac fide erga discipulos usus sit Christus, cum illi curiositati carnis indulgerent, cur Deum nobis de hinc & inde putemus, si ea quæramus, quæ ille quæri vult: Qui sapientiam quærunt sicut argens, & timorem Dei sive religionem veram cui salus coniuncta est, procul dubio inuenient eam. At non minima sapientiæ pars est, de nouissimis temporibus rectè institutum esse. Hanc in præsentem tradit, & ad præcipuum huius quæstionis caput transit de templi excidio & cultus externi inter ludæos abrogatione. Quo loco dicemus iræ Dei signa agnoscere, & quæ optima sit eius declinandæ ratio.

Proprium præ
sentis excidij si
gnum.

Præmittit autem signum, quo discant excidium urbis & templi imminere. Quod locus dubio nusquam non credibile videbatur locum tam celebrem & venerandæ maiestatis plenum perire. Et quia vrbes interdum periclitantur, sapientiam

etiam dira & horrenda patiuntur, non tamen totæ intercidunt, & statim rursus instaurantur, ne quid tale, sibi ipsi quoque Iudæi pollicerentur, Ierosolymæ aliud prædictum fuit: nimirum excidium, quo funditus excindenda sit. Cum videritis (inagiones (sic apud Lucam interpretatur) ad urbem sanctam castrametabuntur, non quidem à Senacherib obsessa, at non capta est. Nunc autem tempore postremi & fatalis illius belli, longè aliam fore urbis sortem docet, eò quod & ipsa mensuram iniquitatis impleverit, & cultus ille Leviticus siue mysticus finem suum attigerit. Quod non obscure veli scissio in morte Christi facta portendit. Iudæos autem, qui contumacius inhærebant superstitionibus, quibus in Lege assueuerant, ad Danielem olim illis denuntiari exitium. Vnde colligitur, frustra salutem sperare eos, qui sunt eorum, qui eo ipso excidium accersunt, quo se tueri & ab interitu vindicare volunt. Accidit hoc omnibus, qui contra veritatem hostiliter insurgunt, & Filium Dei oderunt, quem osculari debebant. Gloriantur hi ferè maiorum potentia, victores, munitionibus, vetustate. Habuerunt hæc omnia Iudæi, & quid de Ierosolyma Scripturæ pronuntiant, & ipse Christus, qui civitatem magni principis nominat, notum est. Sed nihil profuerunt ista. Et hodie eadem est fors terrarum orbis, adeoque nationum ferè omnium, quæ ad interitum vergunt, dum sibi inter medias calamitates excutiendis Prophetarum oraculis: sed scrutentur diligenter quæ futura sunt, & minas iudiciorum Dei conferant cum iudicijs eius, quæ (vt in Psalmis canitur) sunt iudicia & veritas. Psal. 116.

Luc. 21.

Dan. 9.

Heb. 10.

Psal. 12.

Matth. 5.

Sed prodest etiam scire, quid inter calamitates facere oporteat. Hoc in ijs, quæ sequuntur, docet. Qui in Iudæa fuerint, fugiant in montes: Qui supra domum, non descendat, vt sumat quicquam de domo sua: & qui in agro, non reuertatur, vt sumat vestimenta sua. Iudæa montibus cincta & munita est: & per hos loca munitionibus tam iucundum & utile sit, nihil item tam necessarium, quod vitæ præferatur. Quid enim proderit suppellectilem, vestes, vasa item pretiosa ex hostibus aut flammis hostilibus rapuisse, si vitam amittas, sine qua nullus omnium quæ in terris sunt usus est: Et hæc quidem secundum literam fieri debuerunt: & ideo Ecclesia Christianorum trans Iordanem Pellem migravit, ubi seruata est: quam in montanis sitam fuisse apparet. E contra Iudæorum gens in urbem confugit cateruatim: paratim templo & sacris confisi, partim munitionibus, quibus inuicta videbatur. Id tempore obsidionis numerata sunt captorum nonaginta & septem millium: cæcorum autem aut iugulorum decies centena millia. Nec obscure Christus Dominus misericordiam exemplo carentem exprimit apud Lucam: quando vallo cingendam dicit, Vnus autem filijs siue habitatoribus, vt ne lapis quidem super lapidem relinquatur mur. Nam si Deus (Paulo teste) naturalibus ramis non pepercit, an nobis parceret, qui ex oleastro decerpti sumus?

Quid in periculis debeat fieri.

Interim Symbolica putemus hæc præcepta, vt discamus, quid faciant, qui rebus afflictis sibi consultum volunt. Qui in Iudæa sunt, id est, qui Iudaicis superstitionibus addicti viuunt, vel huius mundi viribus fidunt, ad montes fugiant: eos nimirum, de quibus Dauid loquitur in Psalmis: Attollo oculos meos ad montes, vnde veniat auxilium mihi? Auxilium meum à Iehouah, qui fecit cælum & terram.

Symbolica horum præceptorum expositio. Psal. 121.

Dan 2.
Psalu 91.

Montes hi per Euangelium in IESU CHRISTO monstrantur, qui apud Danielem dicitur lapis auulsus absque manibus, quique creuit in montem magnum. Et ipse se vocat petram fortem, cui portæ inferorum non possint præualere. Qui ergo extra hunc vagantur, hi hosti Satanae præda fient. Qui vero in latibulo Dei ex cæli habitat, in umbra Omnipotentis commorabitur. Dicit Iehouæ, Protectio mea es, Deus meus es, in te sperabo. Rursum, qui inter impios versantur, emigrant. Ut enim incendio in domo exorto, absque mora exilire eos oportet, qui seruari uolunt, ita separationem fieri necesse est ab illis, qui cum improbis perire nolunt. Et errant uehementer, qui id putant superuacaneum esse. Etenim ut electis suis confiterer, à Caino separationem cœpit Deus, & hunc à suis segregauit, qui proprio iudicio sese damnans, dicebat Domino; En eiecisti me hodie à terra, & à facie tua abscondar, ut sim vagus & profugus in terra. Et cum augescere multitudinum, qui tam filiorum Dei, qui ex Setho descendebant, quam filiorum hominum, qui ex Caino nascebantur posterii, & artibus inuentis & urbibus conditis florerent, permixti uiuerent, tanta exorta est morum corruptio & licentia, ut hæc diluuii causa fuerit, quæ totum genus humanum sustulit, vno Noe cum suis erepto, quem Deus arcæ beneficio seruauit. Et quod tunc Noe mandauit Dominus, hoc ipsum in Apocalypsi præcepit, ut sui electi ex Babylone exeant, ne participes sint peccatorum eius, & pœnarum eius consortes fiant. Non potest enim aliqua esse communitio lucis & tenebrarum, Christi & Belialis. Qui uero semel euaserunt, non redeant amplius, ne posteriora fiant peiora primis. Erant hæc hodie multa consideratione digna, quando de rebus humanis & harum studijs variè disputatur. Plerique ad hominum fœdera respiciunt, nec desunt, qui neque Ecclesias neque Respub. saluas esse posse existimant, nisi se totos Regibus sanguinarijs & idololatriis mancipent. Sunt item qui postquam maiorum uirtute & pietate sese ex horum laqueis extricauerunt, non desunt mundi artes & consilia probare, donec seipsos & suos rursus perdididerint. Et ne mundo infelici displiceant, ad superstitiones quoque sibi redeundum esse putant, ut cum ijs possint in gratiam redire, quibus se exosos esse sentiunt. Sunt hæc stultissima carnis consilia. Maledictus enim qui fidei homini, & facit carnem hereditarium suum. Qui uero firmum salutis præsidium affectant, Dominum expectant, qui sibi fidentes non deserit, &c.

Apo. 18.

2. Cor. 6.

Ierem. 17.

Periculorum
amplificatio.

Hos 9.

Fugam ex periculis
suadet.

Cæterum amplificat pericula circumstantiarum enumeratione. Væ (inquid) uerum ferentibus & lactantibus per illos dies. Væ istis imprecatur, non quod se fore inuersionem rerum, ut fœcunditas & numerosa soboles inter maledictiones tristes numeretur & miserijs atque calamitatibus grauissimis accenseri debeat. Quid enim tristius est, quam in proprijs liberis, qui nobis ferè propria carne chariores sunt ea ferre, quæ nobis morte ipsa duriora uidentur? Ideo Hoseas Israelitis male imprecaturus clamabat: Da eis Domine: Quid dabis? Da eis uerum abortientem & ybera arenaria. Et quia milites vulgo muliebri sexui parcunt, oportet grauem calamitatem esse, quæ fœcunditatem maledictione ferit. Tale quid Dominus cum ad supplicium duceretur, mulieribus Hierosolymitanis denuntiat. Nos uero hinc discimus, nihil tam lætum & iucundum esse, quod non in tristitia conferatur, si Deus nos dignis pœnis mulctare velit. E contra nihil tam durum tam acerbum & calamitosum Deum diligentibus accidit, quod non illis in bonum conferat.

Interferit autem precatiunculam Dominus, qua discipulos instruit, dicens: Oportet firmam esse, cuius summa est: Tantam fore calamitatem, ut cum ea sit inuitabilis, anxie precandum esse, ne fuga vel tempestate, ut hyberno tempore fieri solet, vel religio ne im-

ne impediatur, vt die Sabbati, quando non licebat, longius quàm duorum millium passuum iter ingredi, vt quidam supputant. Etenim mons Oliueti iter Sabbati ab vrbe distat, vt liber Actorum testatur. Bethania autem quæ ad latera montis illius sita est, teste Ioanne Euangelista, à Ierosolyma abest quindecim stadijs, quæ ferè plus minus duo millia passuum conficiunt. Sufficit autem hic locus ad confutandum eos, qui omnem fugam illicitam esse contendunt, in qua opinione Tertullianum olim fuisse, alibi diximus. Cur verò, vt fugæ tempus còmodum Dominus concederet, precari iuberet si omnino non liceret fugere? Sed licet sese seruare melioribus temporibus, si id salua religione licet. Vt verò ad preces efficacius hortetur, etiam quid nobis hic faciendum sit, propius inspicere oportet: Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit à principio mundi ad hoc vsq; tempus, neq; erit. Loquitur autem de ira Dei, quæ contra Iudæorum gentem exardescet, propter scelus in Filium Dei IESVM CHRISTVM commissum, quo nihil grauius & atrocius fieri poterat. At hic consolationis plenum est, quod subtexitur. Et nisi contra-cti fuissent dies illi, periret omnis caro. Sed propter electos contrahentur dies illi. Est hic memorabilis locus. Docet scriptura, propter pios & electos gentes & Respublicas seruari, & Deum nunquam ita irasci, quin suorum rationem habeat. Ita-que ne modum excedere videatur in puniendis, qui grauius puniri merentur, tempus pœnarum decurtat. Adeo verum est, quod Apostolus ait: Fidelem esse Deum, qui suos tentari non sinat, supra quam ferre possint. Commendat hoc nobis pietatis studium, vt si non propter nos illud colimus, saltem alios magnificiamus, quos pietati studere videmus. Etenim plenum laboris est pietatis studium. At qui hoc in alijs amant & venerantur, aliorum labores & curas in se transferunt, & ita Deo propitio vtuntur. Nam Christi promissio est: Qui recipit Iustum nomine Iusti, mercedem Iusti accipiet. Magna autem elucet mundi improbitas, qui nullos magis odit, quàm pios Dei cultores, propter quos cœlestis ille Pater vniuersam humani mundi machinam vel perdit, vel seruat. Loth olim priusquam cum suis Sodoma pro Zoan oppidulo sollicitè intercederet, exaudiuit eum Deus, ac benignè respondit: In hac quoq; re exaudiui te, vt nolim subuertere oppidulum illud, de quo loquaris. Huius generis multa fiunt, & sæpe fit, vt qui alijs præsumunt, contemptui sint & odio ijs, qui sine ipsis commodè viuere non possent. Discamus ergo huius loci occasione, in pretio habere pios homines & imitari. Persuadent sibi interdum prophani homines, nullum esse discrimen inter pium & impium, & ideo sese mundo accommodant, ac cæcis carnis affectibus ducuntur. Sed non potest falli Deus, & iusta sunt iudicia eius. Studeamus ergo fidem in IESVM CHRISTVM, Dominum nostrum colere, qui sibi fidentes non deseret, & omnibus malis aut aduersis quoq; seruatorum electos suos in Christo, etiam si cum Ierosolyma totus quoque orbis terrarum perierit. In illo ergo fortes & constantes simus: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Acto. 2.
Iouan. 12.Deus dum pu-
nit rationem
habet electos
1. Cor. 10.

Matth. 10. 6.

Gen. 19.

Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut hic: ne credite. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetae: & adent signa magna & miracula: ita vt seducant (si fieri possit) etiam electos. Ecce prædixi vobis: Itaq; si dixerint vobis, Ecce in deserto est: ne egredimini. Ecce in conclauibus: ne credite. Sicut enim fuit

gur exit ab Oriente, & apparet vsq; ad Occidentem, ita etiam erit aduentus Filij hominis. Vbi cumq; fuerit cadaver, illuc congregabuntur aquila.

Hag. 2.

Haggæus Propheta, vt Iudæos ex Babylone reuersos ad templi ædificationem exhortaretur, secundi huius aut posterioris templi gloriam siue maiestatem maiorem fore dicit, quam prioris per Solomonem extructi fuerit. Id verò propter Christum dixit, qui in posteriori templo exhibitus, hoc suis concionibus & salutaribus signis siue miraculis illustrauit. Id verò plerique Iudæorum ad externum regnum transfulerunt: quo errore discipuli quoq; decepti sub prætextu regni Dei per Christum instaurandi auream ætatem somniarunt, & sibi delicias finxerunt, quibus cum læta pace in hac vita frui debeant. Contra quem errorem illos grauitè præmonet, & nuper ex Daniele docuit, urbem cum templo horribiliter excindi & vastari oportere. Et licet hoc contra eam persuasionem dictum sit, quæ tunc multis imposuit, vt in IESU CHRISTO regnum huius seculi somniarent, nõ minus tamen ad nos pertinet, qui vulgares Ecclesiæ calamitates diligenter obseruare debemus. Est enim frequens admodum, quod delirijs & ineptijs nostris delicias nobis fingimus, dum in religione consensum & pacem huius mundi, pacem stabilem inter principes, victorias item & dulce ocium speramus. Sed plerunque fit, vt quod suauiori spe nos ipsos lætamus, eò grauiora certamina aduersus nos surgant: quæ deinde nos grauisimè offendunt. Idcirco vt ad ea diligenti præmeditatione præparemur, opus est. Idcirco Dominus noster Christus nunc tertio repetit, quæ de seignis & periculosis motibus dixerat, qui excidium urbis & templi præcessuri sunt, vel potius quæ de illo solo dicta videbantur, propius ad consummationem mundi & nouissima tempora accommodat. Vbi hæc nobis ordine consideranda sunt. Primo quid de postremis temporibus prædicatur, videamus. Deinde cur de ijs prænear? Et quid tunc nobis de Ecclesia sentiendum aut iudicandum sit.

Notissimorum
temporum con
ditio.

Quoad primum, ait: Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, aut hic, non credite. Duo dicit. Primum, fore dicit aliquos, qui Christos novos hinc inde monstrent. Alterum, ne illis fides habeatur, monet. His rationis loco subtextit: Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & ædent signa magna & miracula, ita vt seducant (si fieri possit) etiam electos. Et asseuerationis ergo addit, Ecce prædicit vobis. Comprehendit his omnis generis pericula, quæ circa fidem & salutis æternæ causam incident, dum dissensiones exoriuntur, & Christus in partes scinditur, & quisq; Christo gloriatur, pleriq; autem Christum sibi fingunt pro suo arbitrio longe alium, quàm reuera sit. Etenim verus Christus est æternus Dei filius, qui ex Mariæ virgine homo factus omnia præstitit, quæ regis & sacerdotis munera sunt, & ad humani generis redemptionem faciunt. Et de quo Apostoli profitentur, quod solus verba vitæ æternæ habeat, quodq; in ipso vno salus sit, neque aliud nomen inter homines sub cælo hominibus datum sit, in quo nos seruari oporteat. Falsi ergo Christi sunt, quæcumq; alia finguntur salutis media, aut qui illum honorem ipsis vendicant contra illud Christi per Prophetam dicentis: Ego Dominus, hoc est, nomen meum & gloriam meam alteri non dabo. In præsentibus ergo Christus vnicus auctor men primò ponitur, pro salute ipsa & iustitia, cuius nobis Christus vnicus auctor est: deinde pro ipsa persona Christi, quæ Deo & homine constat, ex Mariæ virgine nata. Vt verò ante urbis & templi excidium exorti sunt, qui se Messias esse dixerunt, & Iudæorū gentem falso promissionum & prophetiarum sensu fascinatū, in loca deserta eduxerunt, & publicarum seditionum fuerunt auctores: quæ res multis exitium & interitū peperit. Ita nouissimis temporibus fore ait, vt infinita salutis media & innumeri redemptionis modi excogitentur ab hominibus superstitiosis qui Christi meritū & quæ huic debetur gloriam, vel in seipsos vel in alios creaturas aut mea

Christus verus
& falsus.

Ioan. 6.
Acto. 4.

Isa. 42.

Cæpit

Cœpit hoc mox post Christi ascensionem, prædicantibus adhuc plerisque Apo-
 stolorum. Quid enim aliud fecerunt, qui doctrinæ fidei legem admiscuerunt, & ho-
 mines partim fide in Christum, partim ex legis operibus iustificari & seruari docue-
 runt. Hi certe non falsum modò Christum finxerunt, sed illum (vt Paulus scribit)
 prorsus fecerunt inutilem. Secuti sunt mox alij, qui Diuorum merita Christo con-
 iunxerunt. Inuenti deniq; qui sua opera aut merita in eandem dignitatem efferre
 aui sunt. Accessit his monasticorum votorum cumulus, in quibus æternæ salutis
 meritum homines superstitiosi monstrarunt. Et in his tandem primatum tenuit
 Deus ille Mayzim Antichristi apud Daniele, qui reuera Christus novus & fal-
 sus est. Finxit enim Romanus Pontifex ex farina crustulam, quam quinq; vocalis
 transsubstantiari docuit in verum corpus & sanguinem IESU CHRISTI, & hunc
 verum Deum & hominem esse, qui pro peccatis viuentium & mortuorum immo-
 letur. Est hic reuera (vt dixi) falsus Christus, quem nemo patrum agnouit, & quem
 Antichristus sub Innocentio III. demum confirmato in Lateranensi concilio trans-
 substantiationis dogmate confirmauit. Honorius autem tertius ædiculis sacris &
 pretiosis quas ciboria vocant, decorauit, & cuius festum diem Urbanus quartus
 demum sub annu nati in carne æterni Filij Dei M C C L X I I I . instituit. Ab eo
 tempore IESUS CHRISTVS monstrari cœpit hinc inde interris non in ταινειοις
 modò id est in ciborijs aut locis reconditis, aris, sacellis & locis alijs, qui aliqua sin-
 gulari sanctitate siue religione commendabantur, verum etiam cucullis, imagini-
 bus, statuis, membranis, aqua benedicta, campanis, osibus mortuorum, & sexcen-
 tis alijs, quæ nihil non audens supersticio excogitauit. Eò denique excreuit super-
 stitio, vt miretur aliquis, eò dementiæ vnquam adduci potuisse homines non omni-
 rum testes, vt ea crederent, quæ neq; rationibus aut argumentis, neq; Scriptura

Falsi Christi
 nouissimorum
 temporum.
 Galat. 5.

Dan. 11.

Falsa signa im-
 postorum no-
 uissimi seculi.
 Exod. 7. 8.
 Deut. 13.
 2. Tes. 2.

Sed quod olim de Pseudopphetis dictum fuit, qui Dei ministros falsis signis
 & magicis prestigijs oppugnarunt, hoc ipsum de istis dici potest. Aegyptij magi Pha-
 raonem euentis signis seducebant, vt ipsi potius quam Dei monitis pareret. Et De-
 us olim Pseudopphetis permittebat, vt filios Israelis, qui disertis ipsius manda-
 tis parere detrectabant, falsis miraculis tentarent. Hoc ipsum de Antichristo quo-
 que olim Paulus prædixit: fore nimirum vt efficaci illusione imponat ijs, qui
 veritatem non dignantur admittere. Sunt autem miraculorum plena omnia,
 quorum alia prorsus falsa & ficticia sunt, alia manifesta Satanæ illusionem fiunt. Et
 dies me deficeret, si quæ circa transsubstantiationem, circa imagines aut apparitiones
 Diuorum aut Spirituum facta sunt, commemorare velim. Alibi enim statuas in-
 alium locum concessisse dixerunt monachi, alibi easdem sanguine sudasse finxe-
 runt, alibi humano sermone locutas esse, aut alia quædam insolita & miraculosa
 fecisse. In his autem omnibus meminerint pij, mendacia & superstitiones signis &
 prodigijs nequaquam confirmari, nisi diserto Dei verbo commendentur. Ideo
 Christus sua miracula Scripturæ testimonijs probare solebat: & quoties aduersa-
 rij miraculis gloriantur, tu huius loci recordator, & ex eo collige, non tutum esse
 miraculis credere, nisi prius per vera fidei principia probetur, quod aliqui prodi-
 gijs probare conantur.

Habet autem dulcissimam consolationem locus hic. Dum enim exceptione
 vatur Christus, qua electos seduci posse negat: non obscure docet, tentari hos
 quidem, à salute autem excidere non posse. Dona enim & vocatio eiusmodi
 sunt, vt Deum ipsorum pœnitere non possit. In Christo enim radices siue fundamē-
 tum habent, qui filius ille dilectus est in quo nos sibi gratos & acceptos fecit. Ap-
 pare hoc in electis omnibus, qui cum Paulo cōstanter dicunt: Quis nos separabis

Electi non ex-
 cidunt à salute
 Rom. 11.

Eph. 1.
Rom. 8.
Phil. 4.

Cur de istis
præmoneat
Christus.

à dilectione Dei? Et quia omnia aduersa vincunt in Christo, qui ipsos corroborat, multò minus promissis aut blanditijs huius mundi cedunt, quibus Satan incautos solet inescare. Arguit hoc illorum ignauiam, qui hodie lesuitarum imposturis tam facile succumbunt, vt propter ementita & fictitia miracula admittant illicitos cultus & cum manifestis Scripturæ testimonijs pugnantes idolomanias. Cæterum cur de istis nos præmoneat Dei Filius, probè obseruari debet. Si enim nihil in rerū natura fortuitò sit, multo minus in Ecclesia, qua hic nihil pretiosius habet, temere fieri patietur. Vt verò ipse omnia suo fræno gubernat atque moderatur, ita ista priusquam fiant prædicere voluit, vt credentes in fide promissionum confirmarentur: ne quando motus & turbas vel confusiones istiusmodi viuacaneas esse atq; irritas preces atq; inuocationem. Est igitur hoc ingens diuinitatis argumentum, quod de futuris nos præmonere dignatur, ne incertis & inutilibus speculationibus nos ipsos lætremus.

Regnum Dei
non venit cum
obseruatione.
Luc. 17.

Ioan. 18.

Ecclesia vbi sit

Ioan. 4.
1. Tim. 2.

Vbi in primis obseruari debet, quod apud Lucum à Phariseo quodam interrogatus Dominus respondit, regnum Dei non ita venturum esse, vt obseruari possit, id est cum externo maiestatis splendore, ex quo possit agnosci. Regni Dei nomine intelligitur totum nostræ salutis aut redemptionis negotium, cuius hic finis est, vt destructa diaboli tyrannide homines asserantur in libertatem Filiorum Dei. At tunc conciones omnes Ioan. Bapt. Christi & Apostolorū non aliud quam regnum Dei crepabant. Id verò Iudæi somniabant terrenum & certo loco alligabant, denique tribuebant illi externum splendorem, ex quo agnosci posset. Et hoc errore Apostolos quoq; deceptos fuisse scimus. Eum ergo Christus confutat, & nihil huius de suo regno cogitandum esse docet. Prædicuntur quidem in Prophetis multa, ex quibus aduentus Christi primus agnosci potuit: secundus quoq; signis certis denotatur, quæ in præsentia tractatione & alijs Scripturæ locis explicantur. Sed vt diximus hic de certo loco aut apparatu externo & splendore sermo est: ne videlicet putemus, Ecclesiam loco certo aut certis hominibus alligatam esse. Non enim regnum Christi de hoc mundo, sed spirituale est & in cordibus hominum sedem suæ locum habet: & eiusdem aduentus secundus non vt prior in humilitate, sed in gloria demonstrandus erit: Stultum ergo est in paruo loco aut abscondito querere eum qui totius mundi lumen est. Quo argumento confutantur omnes superstitiones quibus salutis ratio aut Dei cultus locis certis, aut Ecclesia successioni certorum hominum alligatur. Itaque dicit Christus: Si dixerint vobis, Ecce in deserto est, Ne egredimini: Ecce in conclauius, ne credite. Et rationis loco addit. Si uentus Filij hominis. Quod de nouissimo quidem aduentu Christi potest exponi, qui subitus & improuisus ueniet: interim spiritualiter quoq; intelligi debet de Spiritu Christi gratia, quæ subito electorum mentes irradiat, neq; ullis remoris impediri potest, quò minus spiret, vbi ipse uult.

Incidit autem hic quæstio admodum necessaria quæ hodie multos turbat. Vbi nimirum sit Ecclesia? Vt enim Rempub. esse putamus, vbi sunt principes & ordinarij magistratus, è contra autem seditiosos dicimus, qui ab his dissentiant: ita quædo scismata exoriuntur, pleriq; ijs se coniungunt, penes quos est titulus Ecclesiæ, quales ferè sunt Pontifices, Episcopi, Præfules. & hos errare posse negant. At nos te neamus diuersam esse rationem Ecclesiæ & Reipub. Hæc enim ex hominibus constitat etiam nondum renatis, & humana quoq; prudentia regitur, & proinde ei certa sede, tribunali & iudiciorum subsellijs atq; alijs opus est, sine quibus regnare nequit. Ecclesia verò per totum orbem extenditur, nec ulli loco certo alligata est, vt neq; Dei cultus & inuocatio. Veri enim adoratores, in Spiritu & Veritate adorant, & quos

& quouis loco puras manus attollunt absque ira Dei & disceptatione. Nec tam
 men Ecclesia fingi debet inuisibilis, qualem Enthusiasta fingunt, quæ externis
 pietatis exercitijs destituatur. Etenim Deus ideo homines creauit & redemit, vt
 ipse ab illis inuocetur & colatur, vtque inter illos in Filio suo IESV CHRIS-
 TO innotescat. Ecclesiam ergo esse oportet, in qua confessio fidei publica ædatur
 & quæ sponso suo cultum debitum præstet. Hæc etsi visibilis est, & in suos cœtus
 conuenit (quos alibi frequentiores alibi tenuiores aut rariores colligit, adeo vt si-
 cuti apud Isaiam, interdum de macilentia quoque sua conqueratur) tamen hinc in-
 de dispersa est, nec similis regno aut Reipublicæ, quæ ferè sedi certæ, aut successio-
 ni auelegibus humanis aut consuetudinibus astricta est. Sed Ecclesia propriè est
 & Apostolos electorum, qui amplectitur Verbum Dei, per Prophetas, Christum,
 pugnant, Ecclesia ergo est, vbi Verbum Euangelij prædicatur & auditur. Quod
 non obscure Christus testatur, dicens: Oues meæ vocem meam audiunt, & ego eas
 agnosco, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, &c. Item: Amen amen di-
 co vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam,
 &c. Et rursum: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quicquid vo-
 lueritis, petite, & fiet vobis.

Isa. 24.

Ioan. 3. 10. 15

At hic meminisse oportet, Ecclesiam externam non semper omnibus nume-
 ris absolutam, & (vt à Paulo dicitur) absque ruga & macula esse. Nam Christo
 teste instar retis aut sagenæ est, quæ pisces bonos atque putres trahit, & agro simi-
 lis, in quem bono semine constitum hostis noster Satan zizania sua aspergit, quæ
 simul exerescunt. Quod ergo disputatur, num errare possit Ecclesia, superuacane
 um est. Quatenus enim Dei Verbum audit, & sponso suo fidem seruat, errare ne-
 quit. At quia frequenter suis placitis indulget, & opinionibus prauis ducitur, fieri
 non potest, quin officij immemor exorbitet. Fit denique vt interdum in externa
 Ecclesiarum societate regnent porci & asini, qui portenta errorum & manifestas idolo-
 manias defendunt. Sic Christi tempore Ecclesiarum titulus penes Iudæos erat, in qua
 dâ alij, de quibus meritò dixeris, illos nequaquam perniciosè aut impiè errauisse, fue-
 runt tamè alij, quos cõmunis ignorantia seduxit: alij itè quos Sadducæorũ impie-
 tas fascino vitæ errores horribiles secuti sint. Et notus est Pauli locus, quo alij su-
 per fundamentum IESVM CHRISTVM, aurum, argentum, gemmas, lapides, a-
 lij scinum, stipulas, putria ligna extruere dicuntur, quæ in igne examinis diuini pe-
 reunt, manente interim fundamento. Quoad hos ergo, erant quidem illi, errores
 & cum de fidei examine agitur, sed in Christum intenti, huic se totos consecrant
 Tu habes verba vitæ æternæ. Et nos credimus & nouimus te esse Christum fili-
 um Filium Dei viuentis. Et huc pertinet quod apud Lucam interrogantibus di-
 scipulis, vbi ipsi mansuri sint, aut quò se recipere debeant, si à regno Dei no-
 lint excidere, respondet Dominus: Vbicunque fuerit cadaver, illuc congrega-
 buntur aquilæ. Aquilas dicit vere credentes, qui fidei alis super terram & omnia
 que in terris pretiosa sunt euecti cœlestia affectant. His in seipso portum tutum
 monstrat, in quem sese recipiant, & ad ipsum etiam colligentur in nouissimo die
 quando mortui resurgent, & qui tunc superstites erunt, vnâ cum eis simul in nu-
 bes rapientur in occursum Domini, & ita semper cum Domino erunt. Stulti & mi-
 seri qui aliò confugiunt, aut iam morituri animas suas alij, quam vnico redempto-
 ri Christo commendant.

Ecclesia exter-
 na non semper
 integra.
 Ephe. 5.
 Matth. 13.

2. Cor. 7.

Ioan. 6.

1. Petr. 4.

Consolatio pio-
 rum multiplex

Habet autè doctrina hæc multiplicem consolationem, qua nos ipsos confirmare
 debemus, ne inter pericula, quæ nobis accidunt labascamus. Hic enim nobis firmum

Dan. 11.

Isa. 59.

1. Ioan. 3.
Apo. 10.

& ratum sit, quod ubicunque sunt qui Euangelij Verbum amplectuntur, hi membra Ecclesiæ sunt, & à Christo pro discipulis agnoscuntur. Ex semine enim Verbi Dei nascitur Ecclesia. Deinde quod Dei Filius Ecclesiæ propugnato: adierit, ut eam seruet vsque ad consummationem seculorum. Ipse enim est verus ille Michael, quem Propheta Daniel dicit stare ducem pro populo suo. Tertio quod inter nouissimorum temporum sectas non deficiet doctrina veritatis, sed rata & stabilis manebit promissio, quæ per Isaiam olim data est à Domino: Spiritus meus, qui super te est, & verba mea, quæ inserui ori tuo, nunquam recedent de ore tuo, neque de ore seminis tui, neque de ore nepotum ac pronepotum tuorum. Postremo quod Dei Filius sese mundo manifestabit, ut Ecclesiam suam glorificet: tunc huiusmodi similes erimus: impios autem abijciet in stagnum ardens igne & sulphure. Simus ergo constantes in fide, & accincti sancto obedientiæ fidei studio, praparemus nos ad occursum IESU CHRISTI redemptoris nostri, cui debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A CCLXXX.

Statim autem post afflictionem dierum illorum Sol obscurabitur, nec dabit luna splendorem suum: & stellæ cadent è cælo, & potestates cælorum concutientur. Tunc apparebit signum Filij hominis in cælo: & tunc omnes tribus terræ plangent, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum potentia & gloria multa. Is verò mittet angelos suos cum tubæ voce magna, & cogent eos eius à quatuor ventis, à cælorum extremo ad extremum eorum.

Transitur ad
questionem de
fine mundi.

Altera discipulorum quæstio, quam Domino nostro IESU CHRISTO proposita fuerunt, est de totius seculi consummatione, quam illi mox post templi & cultus Leuitici abrogationem secuturam arbitrabantur. Ad hanc nunc transitum facit Dominus, & primò signa quædam recenset, ex quibus colligi possit vniuersam hanc mundi machinam ruituram esse. Deinde aduentum suum describit, & quæ tunc futura sit hominum conditio. Præterea vaticiniò huic argumentis alij quot fidem facit. Vfus loci huius præcipuus est, ut per finem mundi admonemur, nihil in terris inter homines stabile esse, nec quenquam debere offendi vicijs aut alijs successibus impiorum, qui sibi ipsi perpetuam felicitatem pollicentur. Quantacunque enim & qualiscunque sit huius seculi prosperitas, sequetur tamen retributio, & ferè eò grauiori lapsu ruunt, quo altius cadunt, qui supra alios ascenderunt.

Signa finem seculi præcessura.

Porro à signis orditur, ut luculentior sit vaticinijs fides. Statim autem post afflictionem dierum istorum Sol obscurabitur, nec Luna dabit splendorem suum, & stellæ cadent è cælo. Loquitur autem de afflictione dierum illorum, quas Ierololyma minatus fuit. Et solent Propheta per obscuraciones Solis & Lunæ atque stellarum calamitates haud vulgares intelligere, quæ miseros mortales esse, & auxilij incertos reddunt. Non temere autem dicit, hæc breui secutura esse. Nec ramentum intelligit Ecclipses Solis aut Lunæ vulgares, quales ex orbium cælestium ordinario motu solent contingere, sed ea potius quæ præter consuetum ordinem contingunt. Nam virtutes cælorum (inquit) vel potestates concutientur. Vbi discimus ruinas & occasus rerum publicarum & magnarum ciuitatum, maximarum calamitatum momenta portendere. Etenim agricolæ tempestatum præfagia habent, & Poeta pascua stores colloquentes inducit:

*Sape malum hoc nobis, si mens non leua fuisset,
De cælo tactas memini prædicere quercus.*

At si non incerta extant portenta futurorum in istis, quæ longo vsu rerum ob-
 seruata homines admonuerunt, quis non putet, diligentiori consideratione digna
 esse occasus regnorum & vrbiũ quæ præter expectationem accidunt? Estq; hic
 obseruanda nobis Dei bonitas, qui solidiores huius mundi partes in nobis admonet
 dis & excitandis occupatas habet, ne vel ex improviso opprimamur, vel in pericu-
 lis omni consilio destituamur. At quia missio Spiritus Sancti Apostolis facta, etiã
 in hoc tempus incidit, non temerè loel hanc prædicere volens, signorum meminit,
 quæ tunc fieri oporteat: Eadem (inquit) miracula in cælo sursum & signa in terra
 deorsum, sanguinem & ignem & vaporẽ fumi. Sol conuertetur in tenebras, & lu-
 na in sanguinem, priusquam veniat dies ille Domini magnus & illustris. Sic in Apo-
 cal. quoque cum aperuisset sigillum sextum agnus, tremotus ingens factus est,
 & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguis
 & stellæ de cælo ceciderunt super terrã sicut ficus abijcit grossos suos cum à ven-
 to mouetur. Et cælum recessit sicut liber, qui circumuoluitur, & omnis mons &
 insula de locis suis motæ sunt, &c. At nos quoties ista accidere videmus, non hæc
 fortuito aut temere fieri putabimus, sed in mentem reuocemus quod Christus pau-
 ló ante dixit de nouissimorum temporum moribus: Quoniam multiplicata est ini-
 quitas, refrigescet charitas multorum. Item Filius hominis cum venerit, num re-
 perturus est fidem in terra? Et pauló post audiemus regnaturam inter homines su-
 perbia & deploratam securitatem, intemperantiæ & voluptatis studium cum cra-
 pule & Venere, à quibus si semel regnent, religionis contemptus procul abesse non
 potest. Cum ergo in terris omnis generis scelera hodie regnent, iustitia & pietas e-
 xulent, luxur, licentia, libido, auaritia apud omnis loci & ordinis homines dominẽ
 tur, quid mirum videtur, si elementa & mundi partes nobis minus propitias expe-
 riamur? Si anni vices inuerti & tempestatum ordinem prorsus immutari sentia-
 mus? Cur ergo legibus certis pareat cælum & aer, si nos, in quorum gratiam hæc
 Deus condidit, exleges viuere volumus? Ex moribus ergo nostris discamus de ijs,
 quæ nobis accidunt iudicare. Et pudeat nostram contumaciam à cæli facie ar-
 gui, & id meminerimus fieri, quod Ieremias olim dixit: Transite ad insulas Chi-
 im, & videte: mittite in Kedar, & considerate diligenter, atque inspicite, num simi-
 le quid factum sit. Num gens aliqua mutauerit Deos, qui tamen non sunt Dij. At
 populus meus mutauit gloriam suam in eo, qui non prodest: Propter hoc obstupe-
 scite cæli, exhorrescite & vehementer exarescite ait Dominus: quoniam duo ma-
 la fecit populus meus: me deseruerunt fontem aquarum perennium, vt effoderent
 sibi puteos, puteos inquam pertusos, qui aquas continere non possunt. At quid ho-
 die est vulgarius? Pius & religiosus habetur, qui ingenij acumen in hoc intendit, vt
 quæ Dei sunt vel suis viribus vendicet, vel superstitiones veteres reducat: & simul
 in nefandissimorum scelerum licentiam omnes impudenter ruunt. Irascuntur er-
 go nobis cælorum orbis & iniquo sidere nos Sol & Luna aspiciunt, & si nostrorũ
 temporum historiam euoluas, nullum seculum inuenies, quod plures eclipses So-
 lis & Lunæ terruerint, quo plures cometæ arserint, paelia plura fulserint, terra sæ-
 pius tremuerit, quod denique cælum toties arserit aut alijs prodigijs horruerit.
 Accedunt his æstus maris, qui multis opulentissimis regionibus interitum & ino-
 piam extremam adduxerunt. Quæ ita nos obseruare decet, vt discamus vniuersam
 mundi machinam Deo arma præbere, quibus pœnitere nescios puniat. Et vtinam
 obseruarent omnes, quæ in creaturis passim omnibus iudiciorum Dei indicia ex-
 tant, & viderent pleriq; Deum tunc quoq; iudiciorum suorum memorẽ esse, quan-
 do horum omnino oblitus esse videtur.

Joel. 2.
Acto. 2.

Apo. 6.

Vsus signorũ
cælestium.
Luc. 18.

Iere. 2.

Aduentus Chri-
sti describitur.

Cæterum euidentius de suo aduentu loquitur Christus. Tunc apparebit (in-
 quit) signũ Filij hominis in cælo, & tunc omnes tribus terræ plangent, & videbunt

Filium hominis venientem in nubibus caeli cum potentia & gloria multa. Alludit ad rem militarem & morem principum, qui aduersus hostem egressuri arma sua proferunt, dumque vexilla militaria exerunt, vindictam iustam minantur. Pleaque veterum crucem interpretantur, cuius imago (teste Eusebio) cum hac inscriptione apparuit Constantino Magno, IN HOC SIGNO VINCES, quando aduersus Maxentium mouit, vt Ecclesiam adiuuaret, quae profus deserta videbatur. Quia enim Christus per crucis meritum vicit omnem aduersariam potestatem, crucis quoque signum victoriae nostrae pra alijs conuenit, & per eandem ipsi quoque vincemus. Prodest in huius consideratione diligenter & saepe versari, & pudeat aliquid aduersum timere, cum ipsa Crucis vox nobis victoriam certam polliceatur.

Christus veniet conspicuus
Act. 1.
Zach. 13.

Hominum conditio
qua futura in aduentu
Domini.

Christi aduentus
pijs letus.

Matth. 26.

Quid pijs nouissimo die
faciat
Luc. 19.

Sed describit aduentum suum Christus dicens: Videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli. Videbunt (inqui) venientem. Ergo conspicuus veniet. Et huc facit promissio Angelorum, qui illo ascendente dixerunt: Hic IESVS qui sursum receptus est a vobis in caelum, ita veniet quemadmodum conspexistis eum proficiscentem in caelum. Cui consentit quod Propheta Zacharias dixit: Videbunt in quem pupugerunt. Si quos ergo offendit contemptibilis Christi hominis species, quae in cruce pependit, hic in nubibus caeli redeuntis gloriam animo concipiat, cuius pedibus omnes seu scabellum pedum subijcientur. Ad gloriam nimis sti pertinet, quod disertè, quae nostra conditio futura sit, docet, tam piorum animo quam impiorum. Ad impios enim pertinet, quod hic apud Martham ait: Et tunc omnes tribus terrae plangent. Luctum illis tribuit, qui nullum sensum gaudij illis aliquem integrum relinquet. Quomodo enim iudicem ferre poterunt, qui Seruatorem & redemptorem ferre & agnoscere noluerunt? Exempla sunt in ludaeis hodie, qui IESV CHRISTI vindicem potentiam sibi in mortis articulo infestam esse queruntur, & se hanc sentire aiunt. In desperatis item, qui interdum infestam mortem violentam inferunt, vt illius vindicem manum effugiant. At quae nunc sentiunt infelices, ludus & iocus sunt pra ijs, quae fient in nouissimo die, quando simul animo & corpore torquebuntur.

At longè alia erit piorum & electorum conditio. De his enim dicitur: Videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum potentia & gloria multa. Quò autem haec maior & illustrior erit, eò latior erit consolatio, quam illi percipient, & retributionis spes vberior. Nec alia nobis spes esse potest certae salutis, quam quae in illo die nobis affulgebit, qui nos ad patriae caelestis possessionem deducet. Nam ad eum vsque diem exulabit Ecclesia & incertis sedibus iacebit. Sed tunc illam ad se colliget Christus, & Benedictos Patris sui pronuntiabit eos, quos alij odio dignos & pro maledictis habent. Angelos autem suos se emissurum dicit, qui electos colligant, vt nos ad omnipotentiam Dei remittat. Impossibile enim in vnum conuenirent & terram promissam occuparent. Et hodie de resurrectione historia & ordine cogitantibus incredibile videtur, tam multos quos tyranni die uersis tormentorum generibus excruciarunt, corporibus suis restitui. At hoc facile erit ei, qui primum parentem ex limo terrae condidit, & alia quoque omnia solius verbi sui virtute creauit. Facit huc Apocalypsis locus, qui non terram modo, verum etiam mare & omnes mundi partes mortuos suos reddidisse docet. Apoc. lypseos 20. Cap.

Cæterum quia diem illum diem restitutionis omnium & perfectae redemptionis Scripturae vocant, probè obseruari debet, quod apud Lucam Dominus addit: Cùm autem haec fieri incipient erigite & attolite capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Est hoc certae salutis testimonium, quam nobis in aduentu suo

suo glorioso Christus pollicetur. Huius seculi Filij non aliam beatitatem norunt, quam quæ in huius seculi delicijs consistit, & tunc subito euanescit, quando quam maxime arridere videtur. At quanta est credentium felicitas, quæ totius mundi ruina paratur? Quis ergo dubitet, bona illa, quæ Deus præparauit diligentibus i-
Isa. 64.
Phil. 1.
Rom. 14.
 gelij doctrinam quæ nobis illa in Christo IESU monstrat, omnibus præferre, quæ hominibus pretiosa habentur. In hoc igitur exultent pii, quibus siue uiuant siue moriantur, lucrum est. Nam siue uiuant Domino uiuant, siue moriantur Domino moriantur. Ad hoc enim Christus IESUS & mortuus est & resurrexit & reuixit, ut & mortuis & uiuentibus dominetur. Illi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C L X X X I .

A ficu autem discite parabolam: cum iam ramus eius tener est, & folia germinat, nostis prope esse æstatem: Ita & vos, cum uideritis hæc omnia, scitote illud prope esse & ad fores. Amen amen dico uobis, nequaquam præterierit ætas hæc, usque dum omnia ista facta sunt. Cælum & terra præteribunt: sermones autem mei nequaquam præteribunt. De die autem illo & hora nemo scit, ne angeli quidem cælorum, sed Pater meus solus.

Quia huius seculi studio potissimum homines à cœlestium meditatione & fatione æterna abstrahuntur non tam utile quàm necesse est, ut de consummatione mundi & nouissimo ac glorioso Filij Dei IESU CHRISTI aduentu probe instructi simus: adeo ut certo nobis persuasum sit, nihil in hoc mundo stabile et perpetuum esse, & simul certa habeamus indicia, ex quibus intelligamus finem mundi in qua hucusque multa audiuiimus huc pertinentia, quibus nunc hic locus subiicitur, qui tria continet, in primis memorabilia. Quando enim de nouissimo die aut mundi consummatione sermo est, plerique hanc fore non credunt, & vel in longum tempus omnia reiiciendo eludunt scurriliter quæcumque dicuntur, vel etiam indignè serunt his finem imponi debere, in quibus plerique religionem & salutem omnem consistere arbitrantur. Idcirco apud Iudæos periculosum fuit Hierosolymæ aut templo excidium minitari, & hoc nomine olim Ieremiæ, & postea Dei Filio, Iere. 26.
Matth. 26.
Acto. 6.
 Stephano item necem paratam fuisse, constat: Et Romani omnes exitio dignos putarunt, qui Romam, quam ipsi vulgo auream & æternam dicebant, aliquando perituram dicerent. Quis ergo credat homines, qui tota à carnis sensu pendent, a quo animo ferre posse, ut aliquis totius mundi machinam corruiuram, aut in nihilum redigi oportere affirmet. Quapropter in præsentī asseuerationem grauem subtexit quam simili ex rerum natura petito confirmat. Deinde ne quæ mora diuturnior, quæ fidem omnem huic uaticinio derogatura esse videatur, intercessura putetur, asseuerationem illam iureiurando, & comparatione partium mundi solidissimam amplius confirmat. Præterea curiositati medetur, qua ferè homines abripiuntur, ut de futuris & nihil ad se pertinentibus sollicitè quærendo interim magis necessarium & negligant. Finis & usus omniū istorum nobis hic esto, ut uerbis Christi fidè habeamus, & relictis terrenis aspiremus ad cœlestia.

Ad primam huius loci partem pertinet: A ficu autem discite parabolam, &c. Signis ex rebus simile sumit ex rerum natura & arboribus ficus, quibus in illis terris nihil vulgare natura finem riuus & frequentius est, ut ipsos quasi testes sistat eius quod uult dicere. Ita autem di- cere uideatur: Nemini hoc impossibile aut absurdum uideri debet, cuius exempla rat.

vobis rerum natura exhibet. Aspiciat saltem arbores, & inter has ficus, quæ alijs teneriores sunt. Nam etsi hyems aspera has extinxisse, & omnem vigorem naturale perdidisse videatur, vt nihil ex illis sperari possit, nemo tamen adeo ineptus aut veccors est, qui, quando Vere nouo noua terræ facies redit, & arbores succuplenæ parturiant, & gemmas extrudunt, non intelligat, hæc certa æstatis iam propinquæ indicia esse, & his lætari incipiat. Agnoscunt enim omnes Dei decretum irrevocabile, quod est (vt Moses & Ieremias scribunt) vt quoad hæc mundi machina durat, sit æstas & hyems tempore suo, tempora item sementis & messis, atq; partes anni suis vicibus inter se permulentur. Atqui mundo etiam toti Deus suum Ver & æstatem destinavit, quæ certis legibus sibi succedent. Itaq; nemo obstare poterit, quò minus facies mundi innouetur, quando vix aliquid huius sperari poterit.

Gen. 8.
Iere. 33.

*Aetas mundi
partibus anni
confertur.*

Eleganter autem præsentis & futuri seculi status parabola ista adumbratur, quæ doctrinam multiplicem & dulcissimam consolationem continet. Etenim Dei filios consideres, qui ex Dei verbo virtute Spiritus sancti renati Deo viuunt, hyems censeri potest vniversum illud tempus, quod ipsis in hoc mundo transigitur. Vt enim hyems frigore, gelu, pruinis ac niuibus aspera est, terram gramine, floribus, plantis, arbores foliorum ornatu, fructu denique, animalia calore, quo vegetantur & mouentur, spoliat. Ita pijs hominibus nouæ quotidie tempestates surgunt. Nam odit hos infelix mundus propter Verbi lucem. Nascitur hinc contempus, audiuntur conuitia & calumniæ, iniuriæ omnis generis ac persecutiones, quæ interdum illis ipsam vitam acerbam reddunt: & vt ita fiat necesse est, vt mundi huius tædium nobis oboriatur, ne huius voluptatibus ac studijs immergi cœlestia negligamus. Vt verò hyemem æstas læta & frugifera certo sequitur, cuius præcursor est Ver, quò (vt paulò ante diximus) tota mundi facies innouatur: Ita conditione rerum tristissimæ, quæ nos nunc fatigat, succedet suo tempore nouissimus dies, quo Dei Filius in nubibus cœli apparebit: & redemptionem lætam atq; numeris omnibus absolutam nobis afferet. Vtq; inter hyemem & æstatem intercedit Verum tempus, quod plerumq; varijs tempestatibus turbatur: ita quæ mundi consummationem proximè præcedent tempora, afflictionum plena erunt. In quibus nos meminisse oportet, afflictiones piorum & furores impiorum gemmas atq; flores plantarum esse, quibus Dominus testatur, adesse tempus illud fatale, quod miseris omnibus finem imponet: & quia idem fidelis est, neq; suos supra vires tentari sinit, dies istos (vt supra promisit) abbreviabit, vt aduentum suum maturet. Interim singulis priuatim sibi ista applicent, & certò sibi persuadeant nunquam defuturam consolatione pijs, quæ crucem & aduersa mitiget, quibus illos in hoc mundo Deus solet exercere. Et notum est illud Apostoli: Sicut abundant perpersiones Christi in nobis ira per Christum abundat etiam consolatio nostra. Quò item magis feruet impiorum furor, eò citius ipsorum mensura implebitur, quæ illis exitium afferet, electorum verò redemptionem maturabit.

1. Cor. 10.

*Contra moram
diuturniorem
consolatur.*

Cæterum quia diuturnior mora in aduersis fidem vehementer labefacta, iurando confirmat argumentum, quod ex rerum natura desumpsit. Et primo quidem dem ne quis propter dilationem dubitet, ait: Amen amen dico vobis, nequaquam præterierit ætas hæc, vsq; dum omnia facta sunt. Debet hæc particula ad præteritum huius capitis partem de templi & vrbs excidio referri, quod intra vnus ætatis spacium, nempe intra annos quinquaginta factum esse constat. Et necesse fuit hoc difertè exprimi. Scimus enim vulgare nimium hoc esse, quod multi ex impunitatis spe concipiunt, & minas quantumuis graues rident, si non illico videtur fieri quæ dicuntur. Sed non aufertur, quod differtur, neque Veritati promissio num aut comminationum tempus quicquam derogat. Quia verò discipuli & qui tunc Ierosolymæ vivebant credentes, Ecclesiam totam, adeoque genus humanum vniversum

uniuersum representabant, ad hoc quoque dictum hoc referri debet. Constat enim Ecclesiam duraturam esse vsque ad finem mundi, cum Dominus alibi dicat: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Sed & genus humanum non deficiet inter turbas & pericula nouissimi temporis. Nam vt Paulus testatur, non omnes obdormiemus, sed omnes immutabimur momento & iactu oculi, ad vltimam tubam. Itaque multi illo die superstites erunt, qui vnà cum ihs, qui resurgent, rapientur in nubes in occursum Domini per aerem, vt semper cum illo sint. Et diligenter obseruari debet Dei fides & potentia, qui Ecclesiam suam inter perpetua certamina seruat, nec illam interire sinit. Sanciuit ipse certamen hoc in paradiso inter serpentem diabolum & semen mulieris. Cœpit hoc in Abele, qui à fratre suo Caino crudeliter & impiè occisus est. Sed idem in Setho reuixit, in quo filiorum Dei Soboles noua quasi suscitata est. Et cum propter iniquitatem humani generis hoc per diluuium aboleri meruisset, Ecclesiam tamen arcæ beneficio (qui Ecclesiæ typus fuit) in Noa mirifice Deus seruauit, & postea Patriarchæ etiam similiter inter Chananæos seruati sunt. In primis autem in Monarchijs, quæ aliæ alijs successerunt, Dei fides erga Ecclesiam eluxit, quando propter hanc hæ omnes vel collasactum est, ita in posterum quoque fiet vsque ad finem mundi. Nos verò hinc consolationem petamus, ne vel mundi delitijs inescati, vel periculis aut metu superati, nos infelici mundo configuremus, sed ceu viui lapides per fidem supra petram IESVM CHRISTVM ædificati, fiamus domus spiritualis & sacerdotium sanctum, gens denique & populus Dei peculiaris, vt illius virtutes prædicemus, qui nos vocauit ex tenebris in admirabilem lucem suam. 1. Pet. 2. cap.

Matth. 28.

1. Cor. 15.

1. Tes. 4.

Gen. 3.

Rom. 12.

Quod autem iureiurando asseuerauit Christus, comparatione amplius confirmat, dicens: Cœlum & terra præteribunt, sermones autem mei nequaquam præteribunt. Nominat duas mundi partes firmissimas, cœlum & terram, in quibus Dei potentia inuicta potissimum elucet. Sunt hæ opus manuum Dei in quod nemo præter illum ius habet. Attamen interibunt, & vt vestis vetustate corrumpentur: At Deus idem est perpetuo, & anni eius non deficiunt, & quod de præsentis vaticinijs veritate inconcussa dicitur, de Verbo Dei in genere debet intelligi. Nam quod Isaïas dicit, Verbum Domini manet in æternum & tunc maximè patebit eius veritas quando in fine seculi huic cedit vniuersa huius mundi machina, implebuntur autem quoties cœlorum influentias instabiles aut tempestatum vices & mutationes incertas cernimus, in mentem nobis veniat hoc Domini dictum, nec dubitemus firmiter & ratum fore quod ille de Ecclesia sua statuit. Si enim leges quibus hæc periculum mundi machina gubernatur, stabiles sunt, num Ecclesiam, quæ ipsissimum regnum cœlorum dicitur, incertis motibus iactari putamus?

Comparatione
cœli & terræ
confirmatur.
consummatio
mundi.
Psal 102.
Isa. 40.

Matth. 5.

Mar. 13.

Sed & institutioni nostræ hoc seruiat, ne quid ex nostro arbitrio mutemus in Dei decretis. De his enim propriè dictum est, Ne transgrediaris terminos antiquos. Et si Moses recte sanciuit, ne Israelitæ transferrent terminos, quos olim Cananæi posuerant in terra sua, quanto minus loco moueri aut mutari debent quæ Deus ipse instituit? Hodie istud crimen nobis intentant aduersarij, & nos veteres ritus & constitutiones mutare clamant, & ideo hæreticos esse dicunt. At hic tenendum est, non esse verera quæcunque vetustatis nomine commendantur; & hodie talia dicuntur, imagines in templis, Missa, sacra pro defunctis, vota monastica, Purgatorium ignis, indulgentiæ & innumera alia, quæ vetustas erudita prorsus ignorauit. Cœlibatus item & ieiuniorum superstitiosa obseruatio, vetusta putatur. At Paulus nouissimis demum temporibus exorituros dixit seductores, qui à Diabolo in-

Nil mutetur in
Dei statutis.
Prou 22.
Deut. 19.

1. Tim. 4.

Dan. 11.

Apo. 9.

Contra curiosi-
tatem admo-
net.

Deut. 18.

Isa. 8.

Christus quo-
modo non no-
uit nouissimum
diem.
Luc. 2.

spirati ciborum discrimina inuehant, & conjugij vsum prohibeant. Vetus item di-
citur transubstantiationis commentum. Sed Daniel hunc dicit Antichristi Deum
esse, quem patres ignorarint. In concilio Lateranensi sub Innocentio tertio circa
annum Domini M C V. decretum fuit, ne Monachorum ordines augerentur. At
quam multi Ordines noui ab eo tempore exorti sunt: quos rectissime locustas dice-
ris, de quibus in Apocalypsi nos Siritus sanctus admonuit. Et qua ratione excula-
buntur Iesuitæ, qui intra annos paucos enati hodie terras & vrbes omnes repleue-
runt: Quid item in toto Papatu remanebit, si auferantur, quæ à paucis seculis in-
tuta sunt: & quorum origo admodum recens demonstrari potest: In religione ve-
tustatem nullam nos agnoscere possumus, quam quæ Scripturarum testimonijs ni-
tatur, Christianis autem hominibus merito suspectum est, quicquid illis contradi-
cit: Poterat hoc prolixè demonstrari, & latissimus campus esset excurrendi in erro-
res aduersariorum, sed sufficiat ansam præbuisse pijs & cordatis, qui colla sua ex-
queis superstitionum extricare cupiunt.

At quando de futuris quæstio est, periculum est à curiositate, qua inescantibus
rebus non multum necessarijs cognitu quærimus, negligimus autem quæ nobis ad-
te pedes sunt, & quæ in primis & diligentissimè inuestigari debebant. Fuit hæc vo-
mnibus seculis multorum & grauissimorum errorum causa, & hodie multos in-
scat, & vel ex astris, vel alijs illicitis artibus ea addiscere conentur quæ Deus nos
caelata voluit. Ideo hoc semper prohibuit Deus, & in Lege ne spiritus fatidicos con-
sulamus vetuit. Ne inueniatur in te (inquit) qui traducat filium suum aut filiam su-
am per ignem, nec diuinus, qui diuinando futura prædicat, nec mathematicus, nec
veneficus, nec maleficus, nec incantator, nec qui pythones cõsulat, nec magus, &c.
Abominatur enim Dominus omnes, qui ista faciunt, & propter istas abominatio-
nes excinet gentes istas ante te. Et Isaiæ verba sunt: Quod si dixerint vobis, scite
tamini à pythonicis & à diuinis, qui mulliant & susurrant: Annon vnaquæque
gens suos Deos consultit. Num pro viuis ad mortuos recurras? Quin ad Legem
& testimonium eatur. Et qui non dixerint secundum Verbum hoc, ijs non erit
lux matutina. Non vult ergo nos futura aut arcana Deus discere aliunde, quam
ex illis medijs, quæ ipse nobis dedit, ne quam nos seducendi occasionem præbea-
mus Satanæ, qui hoc vnum quærit, vt nos à Deo abducat, quem vnum debeba-
mus magistrum & doctorem sequi. At quia hic de re maximi momenti ageba-
tur, in qua discipulos facile falli posse, & multos etiam posteris temporibus
grauiter offensuros esse sciebat (vt nostro seculo non minus ridiculè & turpiter
quam perniciosè factum esse & quotidie fieri, constat) vt humani ingenij aucto-
ritatem non minus ridiculè & turpiter
etiam coerceat Christus, spem omnem aliquid assequendi hic nobis negat, dicens:
De die autem illo & hora nemo scit, ne Angeli quidem cœlorum, sed Pater meus
solus. Apud Marcum seipsum quoque excipit, vt apertius constaret, hanc notitiam
soli Deo Patri conuenire. Eludunt quidem hoc dictum nonnulli, quasi Male-
fici diuinitatis Christi multum derogemus, nisi illum & omnipresentem & omni-
scium esse fateamur. At teneamus oportet, Christum, cuius persona duabus na-
turalibus integris & inter se distinctis, diuina & humana, constat, pro assumpti hominis
ratione loqui. Vt ergo qui secundum id quod Deus est, omnia creauit, omnia par-
fecit, alit & seruat, nec quicquam ignorat: idem secundum id quod homo est, legiti-
mo tempore pariendi ex virgine natus est, & cum ætate creuit, omnia par-
tia & gratia apud Deum & homines. Itaq; vt quoad hominem in statu humilitatis
sux sitirit, esuriuit, fleuit, turbatus est spiritu, deniq; mortuus etiam in statu humilitatis
nulla quoque ignorauit: neque aliquis (si hoc dicamus) nos in Christi maiestatem
blasphemos esse, aut ipsius omnipotentiam negare dicat. Quid enim aliud
dicemus, quam quod ipse de se libere confessus est: Et quæ nam temeritas fuerit,
vt illum

ut illum alium fingamus, quam ipse fieri voluerit? Aut ea in illo negemus, sine quibus ipsius gloria & nostra salus non potest consistere? Hæc autem in eo consistunt quod qui Deus æternus & verus est, verum quoque hominem assumere, nobis quoque ad infirmitates, quibus obnoxij simus, similis, & ita noster redemptor fieri, & per crucem in regni gloriam ingredi voluit. Horum verò nobis vsus sit, ne ipsi aliquid eorum, quæ nobis accidunt, indignius feramus, aut plus velimus scire, quam Angelus, quos ille suos internuncios fecit. Credamus autem ijs, quæ Dei Dei Filius IESVS CHRISTVS de mundi consummatione & aduentu suo glorioso nobis prædixit, ad hunc verò nos præparemus vera & constanti fide, ut tandem dies ille nobis lætus illucescat, & cum illo ingrediamur in regnum suum cœleste. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria, & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C L X X X I I .

Sicut autem erant dies Noe, ita erit & aduentus Filij hominis. Sicut enim in diebus, qui præcesserunt diluuium, edebant & bibebant, vxores ducebant & nuptum dabant ad eum vsq; diem, quo ingressus est Noe in arcam: nec cognouerunt diluuium, vsquedum venisset & sustulisset omnes: ita erit & aduentus Filij hominis. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur & alter relinquetur. Dux molentes in pistrino: vna assumetur & altera relinquetur. Vigilate ergo: nescitis enim qua hora Dominus vester venturus est. Illud autem scitote, si sciret paterfamilias qua vigilia fur venturus sit, vigilaret, nec sineret perfodi domum suam. Propterea & vos estote parati: quia qua hora non putatis Filius hominis venturus est.

Quemadmodum si de futuris agitur multi curiositate nimia peccant, & dumpe etiam per artes illicitas & media prohibita scrutantur: ita securi interea negligunt, quæ necessaria cognitu & obseruatu diligentius inquirere debebant. Idcirco Dominus noster Iesus Christus de nouissimo suo aduentu & huius mundi fine, ad cuius mentionem carnis sensus vulgò exhorrescunt, differens, hoc agit, ut ommissis multis de ijs signis admoneat, quæ cognitu & obseruatu necessaria sunt, & ad salutem æternam conducunt. Et quia plerisque in sua socordia perituros esse sciebat, & fatalem quandam oscitantiam apud omnis loci & ordinis homines tunc regnaturam esse sciebat, multa adducit, quibus nos ad vigilantiam & attentionem excitat & ne quod dicebat, nouum & proinde incredibile putaretur, nunc exemplis aut similibus veterum iudiciorum Dei rem illustrat.

Primum de noui mundi hominibus petit, qui ante diluuium vixerunt, & ad mentionem grauè in genere compræhensam proponit, dicens: Sicut erant dies Noe, ita erit & aduentus Filij hominis. Apud Lucam Cap. 17. nominat dies Filij hominis. Quapropter quod hic de aduentu suo dicit, non ad eum modo diem restringi debet, quo in nubibus cœli venturus est, aut paucos aliquos, qui nouissimum illum diem præcedent, sed de toto illo tempore debet intelligi, quod ab eo die, quo in carmine natus est æternus Dei Filius, ad finem mundi vsque decurret. Potest enim totum mundi tempus non ineptè in tres ætates diuidi. Prima est tempus patrum prius generum, qui ante Mosem & Legem fuerunt, et vulgo patriarchæ dicuntur, eò quod Mosi & Legi tribuitur, & Prophetas quoque habet, de qua intelligi debet, quod Christus Legem & Prophetas ad Ioannem Baptistam vsque extendi dixit. Tertiam vocat dies Filij hominis, & sibi tribuit, qui in postrema demum ætate venire debuit,

Exemplum diluuii confertur nouissimo diei.

Ætates mundi tres.

Luc. 16.

Ioan. 19.

Isa. 11.

Mich. 4.

Ioan. 10.

vt in ipso implerentur quae prius promissa & typis adumbrata aut praedicta erant. Ideo ipse in cruce animam Deo Patri commendaturus, prius dicebat, Consummatum est, vt testaretur, sic iam impleta esse, quaecunque ad humani generis redemptionem faciunt, vt posthac nulla mundi mutatio insignior expectari debeat, quae res in melius instauret: qualem olim Chiliastra promittebant, aureum quoddam seculum somnians, dum quae Isaias & Micheas de pace sub Christo & de armis militaribus in rustica instrumenta conuertendis, deque feris cum pecoribus simul conuersaturis vaticinantur, secundum literam exposuerunt. Et hodie similis error eos fallit, qui Christi dictum, Et erit ouis vnus & grex vnus de omnium gentium & sectarum generali in religione consensu exponunt, & in omnium sectarum erroribus atque portentis fouendis sibi delicias faciunt. Sed tam abest, vt Christus nobis tale quid polliceatur, & ita securos faciat, vt potius doceat nouissimi seculi dies, quos sibi vendicat, corruptissimos & proinde periculosissimos se re testentur, & ita nos ad vigilandum expergeficiat. Et diebus Noe suum illud seculum confortium paucitas & effrenis aut publica totius mundi in suum exitium ruentis licentia offendat, vt eius exemplo se quoque abripi patiat.

• Dies Noe qui
et quales fuerint

Gen. 6.

Præstat ergo diligentius videre, qui nam & quales dies Noe fuerint, & cum his nostri seculi mores conferre, quibus hodie viuatur, vt ad ardentius salutis æternæ & serium pietatis studium excitemur, quo opus est ihs, qui in aduentu Christi nouissimo coram ipso consistere cupiunt. De Noe seculo in genere dicit Moyses, Corrupta erat terra coram Deo & plena violentiæ. Item omnis caro corruerat viam suam. Et incurabilem fuisse malitiam illam vel ex eo patet, quod Deus poenitere se dixit, quod creauit hominem. Erat quidem tunc prece iustitiæ inter homines Noe, qui scelera accusabat, & imminentem diluuij poenam minabatur, adhuc ne quid de illa dubitaretur, arcam publicè in omnium conspectu edificabat, quod merito debuit & admonitiones eius contemnebant, nec exemplo mouebantur, quod merito debuit, si uisissent magni facere, cum homo grandæuus, spectata virtutis & autoritatis personus, tantis impensis & labore atque industria in extruenda arca se fatigaret, vt imminens periculum posset effugere. Sed ita illos excacauerat carnis studium, vt (quod hic Dominus dicit) facerent, Edebant (inquit) bibebant, vxores ducebant & nuptum dabant. Horum meminist, non quod per se nefas sit edere, bibere, vxorem ducere aut nuptum dare (vt enim ista fiant, necessitas iubet, & Deus testatur non esse bonum vt homo solus sit, & vt quisque vitandæ scortationis causa propriam vxorem, & vnaquaque suum maritum habeat, iubet Apostolus hominum monitorum doctrinam esse ait, si quis ista veter) sed partim securitatem hominum nouissimi seculi perstringit, qui relictis serijs & grauioribus studijs, se totos uentis & gula, Veneri denique & libidini dedituri sint, vt diuina & cœlestia non curent partim luxum & intemperantiam accusat, pertinaciam item incurabilem, quæ ipsa non sinat caput & animum ad altiorem cœlestium cogitationem attollere. Acqui in his peccauisse primi mundi homines tempore Noe, Scriptura disertè docet. Fuit tunc haud dubiè magna terræ fertilitas, quæ causa fuit carni addictis, vt totos uentem audirent, qui ipse (vt Cato dicebat) auribus caret, & alijs quoque donis Deo abuterentur. In coniugijs uero non quid Deus uellet, sed quid exca libido diceret, spectabant, & ideo imparibus nuptijs impliciti sunt, ex quibus Nephilim progeniti terram impleuerunt, uolentia & iniurijs. Comitata sunt has omnes generis scelesti temporis homines, Paulus non obscure affirmat, dicens: Cum dixerint, Pax & tranquillitas erunt, tunc repente uenit ira, & dabitur eis poenam secundum uoluntatem dei. Et in sequenti Capite multa

Gen. 2.

1 Cor. 7.

1 Tim. 4.

1. T. 5.

ut media nocte oriturus dicetur clamor iste de aduentu sponsi, quis nos à somno excitet. Quia verò securitas illa & improbitas ad aduentum vsq; Christi durabit, turpissimè falluntur, qui resipiscenciam publicam mundi in melius sperant. Hæc enim nunquam sequetur, & vt ad perpetua certamina præparemur, necesse est. Sunt quidem passim publici iustitiæ precones, qui vbiuncq; sermo de nostri seculi moribus incidit, ingenuè fatentur, hanc mundi faciem nō posse consistere, quò minus intereat, & mutatione in melius omnino opus esse. Sed qui emendationem vrigant pauci sunt, imò pauci & rari sunt, qui ista à ministris attingi velint. Quod si magistratus aliquid conetur, non desunt in vulgo, qui sese opponunt. Regnat igitur ebrietas, & per hanc in securitatem profundam delabuntur homines, quæ ipsis tandem interitus causam afferret. Quòd si de nuptijs dicere libeat, leue esset de his consilia subinde inire, incestas nuptias hodie reges & principes quarunt, nec aliter familias suas in sua dignitate consistere putant. nisi inter se coniungantur, quos non solum Lex Dei, verumetiam honestas publica coniungi prohibet. Et hoc est quod Daniel prædixit, Babylonix illius statux (quæ Monarchias quatuor adumbravit) pedes & digitos pedum, qui finem quartæ, id est, Romanæ Monarchiæ representant, humano semine conferruminari oportere. Quod hodie ita in quibusdam illustribus familijs impletur, vt in meridiana luce cacutire videri possit, qui de hac re vel leuiter dubitare velit. Multis verò adeò non religio est imparibus coniugijs sese intricare & iugum trahere cum infidelibus, vt patrijs quoque sedibus, vbi libera habent purioris doctrinæ & religionis exercitia, relictis ad idololatrias concedant, in quorum ciuitates nō admittuntur, nisi primum introitum cum Christi & veritatis abnegatione redimant. Crescit ergo & augetur hominum peruerforum numerus & ferè omnes à suæ vocationis via declinant, & in solum questum intenti non aliud quarunt, quam vt in mundo hoc cōmodè viuant. Reges & principes viri, qui pacem publicam tueri debebant, bella mouent non necessaria, quibus orbis terrarum turbatur: Pontifices classicum canunt & frigidam suffundunt. Priuati homines vili mercede conducti mercenariam militiam sectantur, & vt la-præsumt inter Papistas, monachi & sacrifici, castra sequuntur, & militaria consilia tractant, qui verò Euangelij precones & administri videri volūt, perpotant, ludūt, & adeo illos ministerij sui pudet, vt ne Ecclesiæ ministri videantur, moribus, vestitu, dictis, vita deniq; vniuersa scurras aut milites vel etiam ganeones referūt. Quæ causa est, quòd Deus iram suam non leuib; pœnis & exemplis erga homines incurabiles & pœnitere nescios declarat.

At quia hæc multos offendunt, multi autem communi exemplo abstracti impunitatis spem concipiunt & indulgentia seu longanimitate Dei ad licentiã abutuntur, pœnã subtexit, qua olim primi mundi socordiam castigauit Deus, vt ex ea colligamus, quid nobis sperandum sit, si illorum similes simus. Cum pergerent edendo, bibendo, nuptias item faciendo vsq; ad eum diem, quo Noæ in arcam ingressus est, non cognouerunt diluuium, id est, non voluerunt agnoscere vindictam, quæ præforibus erat, quæ ex improviso venit & omnes simul sustulit. Ita fiet (inquit) in aduentu Filij hominis. Voluntaria enim & crassa ignorantia seipos indurabūt homines, & omnium admonitionum contemptu seipos excæcabunt, vt quæ vident & sentiunt, tamen scire & videre nolint. Itaq; repentè peribunt, & improuisum atque inuitabile exitium simul omnes obruet. Itaq; etsi illos diluuium non cognouisse dicat, nō tamen illos excusat ignorantia, cuius fons & origo fuit incredulitas, & quæ animos ipsorum excæcauit, vt ignorantes esse mallent, quàm Deo credere & seruari. Vt enim per fidem Noe ea cognouit, quæ nōdum apparebant, & à Deo admonitus apparauit arcã, qua seipsum & domũ suam seruauit, & iustitiæ, quæ ex

Dan. 2.

Pœna contemptæ longanimitatis Dei.

Heb. 11.

fide est, hæres est factus: Ita reliqui omnes sibiipsis exitialem ignorantiam accersuerunt, qui ipsius concionibus & exemplo admoniti, in sua nequitia perrexerunt, etiam si virum sanctissimum & multa authoritate grauem viderent sese ad diluuium vniuersale præparare. Idem ergo fiet nouissimis diebus, vt voluntaria illa cecitas & stupor belluinus, qui tunc vulgo regnabit, omnes qui Verbo Dei credere detrectant, tenebris incrudelitatis exitialibus immersos perdat. Facit enim horridæ amplificationem, quod diluuium omnes sustulisse dicitur. Quàm enim horribilis rerum facies & triste spectaculum fuerit, cum pauculi illi, qui in arca seruati erant, hanc egressi, se solos ex omnibus populis, qui in terris vixerant, superstitesse esse, passim verò hominum & pecudum, ferarum item cadauera, quæ aquis suffocata erant insepulta iacere viderent, quiuis æstimare potest. Potuit certè Poeta prophanus id conijcere, qui gentium fabulas secutus Deucalionem & Pyrrham solent euasisse finxit & de loue cœlitus despiciente inter alia dicit:

*Qui superesse virum de tot modò millibus vnum
Et superesse videns de tot modò millibus vnam
Ac desolatas agere alta silentia terras, &c.*

At in nouissimo die tristior multò erit rerum facies. Nam etsi solitudo nulla erit, quæ alto silentio mentes expauefaciat, neq; limo in ædibus & arboribus relicto omnia squalleant, vno tamen incendio prius omnia liquefcent, ædificia cuncta cum vniuersa totius mundi suppellectile conflagrabit, & terribili planctu & eiulatu lamentabunt omnes, quos scelerum admissorum conscientia excruciat, qui omnes post infandas querelas horribilem illam sententiam audient, quæ illos ad ignem illum inextinguibilem damnabit, qui paratus est diabolo & angelis suis. Eoq; grauiora erunt hæc omnia, quod inexpectata venient & ex improviso incident securia & sibi omnia læta pollicentibus.

Exemplum Sodomarum & dierum Lothi.

At quia nouerat Dominus fœcordiam nostram, quæ nobis dum aliqua spes paralis minis, ne dum admonitionibus excuti potest, aliud exemplum huic simile apud Lucam addit, de Sodomæis, quos similis securitas perdidit. De quibus hæc dicitur. Similiter etiam vt accidit in diebus Loth: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant. Quo autem die Loth exiit Sodomis, pluit igne & sulphure re e cœlo, & omnes perdidit. Facit hoc primum ad cōminationum istarum fidem confirmandā. Quia enim duo adducit exempla, quæ improvisi interitus & excidium quod toti orbi in nouissimo Christi aduentu paratum est, typus fuerunt, non nouum aut insolens erit, quod tunc fiet, & ideo stulti nimis sunt, qui id vocant in dubium. Et huc videtur Petrus respexisse, qui prophanos illos illusores confutans & mendacij arguens, qui cum gentium philosophis mundum æternum fingebant, qui neq; cœpisset vnquam, neq; vnquam finem esset habiturus, & scurriliter dicebant: Vbi est pollicitatio aduentus eius? Nam ex quo patres obdormierunt, omnia ita permanent vt ab initio creationis: Ita respondet, vt vtrumq; exemplum conueniens, dicat: Illud enim spontè ipsos latet, cœlos iam olim extitisse per Dei sermonem, & terram ex aqua & in aqua consistentem. Quia Ecclesiæ Christianorum scribit, de ijs autem loquitur, qui aliquando Christum professi, tunc ad Phariseorum commenta defecerunt, non tamen illos spontè latere dicit, quæ de mundi creatione Scripturis traduntur, cum Mose in primo limine statim disertè doceat, hunc in principio per Dei Verbum esse creatum, & terram quidem, quæ aquis quasi immersa latebat, his ad iussum Dei in vnum locum collectis emeruisse, vt continens appareret & habitabilis fieret. Quæ causa est, quòd terra, si littora & ripas spectes, supra aquas eminere, & his fulciri & inniti videatur, cum constet huius elementum grauitate sui pressum infra alia subsedisse, & ideo David de illa dixit: Super maria

1. Pet. 3.

Gen. 1.

Psalm. 24.

maria fundauit eam, & super flumina firmavit eam. Ex eo autem colligit Petrus, non temerè factum, vt quæ aquis, ceu basi & fundamento nitetur, his tota demersa & obruta sit, cum inhabitantium sceleribus & peccatis, sub quorū pondere terram contremiscere, & Deum ipsum instar plaustrī manipulis onusti stridere, *Propheta quoq; dixit. Vt verò philosophicum de mundi æternitate commentum per creationem confutat Apostolus, & hunc cœpisse demonstrat: ita eundem aliquando desitutum esse ostendit, vbi ad finem suum decurrerit. Et diluuiū opponit conflagrationem omnium elemētōrum, quæ Domini IESU CHRISTI nouissimum aduentum præcedet, dicēs: Quamobrem is qui tunc erat mundus, aqua inundatus perijt (vt potè indignus, qui ab hac amplius sustentaretur.) Qui verò nunc sunt cœli & terræ, eodem sermone repositi seruantur igni in diem damnationis & exitij impij hominum. Tam certa verò & euidentis siue perspicua est huius demonstrationis veritas, vt qui ex gentium philosophis & poetis mentis suæ oculos diligentius in hanc considerationem intenderunt, ista poterint perspicere. Ouidius certè louem de diluuij pœna deliberantem describens, inter alia de illo dicit*

Esse quoq; in factis reminiscitur, affore tempus,

Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli

Ardeat, & mundi moies operosa labores.

Et hæc quidem adduco viri Christiani, non quod fidei nostræ mysteria poetarū aut philosophorum prophanorum testimonijs confirmari posse putem; sed vt docentur qui Epicuræis opinionibus fascinati, ea negare audent, quæ gentibus non omnino incognita fuerunt, & sibi stabilem & perpetuam rerum suarum conditionem pollicentur in mundo hoc, quem suo tempore periturum esse, ethnici confessi sunt: vt philosophorum memores ad cœlestia & æterna aspiremus.

Sed vt ad Christi verba redeamus, in vtroq; exemplo Noæ & Lothi probè obseruari debet, quòd his subductis demum, de incurabilibus pœnas sumpsit Dominus, & quidem absq; vlla cunctatione has maturauit. Nam quo die Noe in arcam ingressus est, venit diluuium, & omnes sustulit. Quo item die Loth ex Sodomis exiit, Dominus pluit igni & sulphure è cœlo, ac omnes perdidit. Secundum hæc inquit apud Lucam Dominus) erit dies, quo detegetur Filius hominis. Educet enim Dominus suos & ad se colliget. Potest enim Deus (vt Petrus ait) suos ex terris eripere. Quod vbi factum fuerit, fient illico quæ de nouissimo die prædicta sunt. Nam non tardat ille, qui vt suis salutem certam promisit, nec quenquam illorum perire vult, sed omnes ad resipiscentiā tendere: ita non impunè ferent suam contumaciā, qui in sceleribus incurabiles pergunt, & nihil tale expectantibus adueniet iustus ille iudex, ad cuius tribunal omnes sistentur, quibus tunc ludus & iocus sunt, quæ de huius aduentu dicimus. Nos ergo horum consideratio diligens excitet, vt quia mundus hic totus conflagrabit, & elementa æstuantia liqueant, cœlos autem novos & terram nouam secundum promissum expectamus, in quibus iustitia inhabitat, studeamus, vt immaculati & incontaminati ab eo reperiantur cum pace. Præterea vt homines pios & synceros Dei cultores in honore & pretio habeamus. Vt enim scelerati sua contumaciā publicorum malorum auctores sunt, nisi aliorum seueritate coerceantur, & propter vnum Achan *Ios. 7.* terdum totæ ciuitates & gentes, quæ alioqui periturae essent, nisi illi pro alijs intercederent. Nam teste Mose, si in Sodomis decem Lothi similes inuenti fuissent, non perisset illa ciuitas. Et Ecclesiasticæ historiæ, dum veteres persecutiones describunt, serè has communium calamitatum causas fuisse testantur, tyrannis persecutoribus, quòd Christi seruos occidendo seipos spoliarunt illorum intercessione,

Post Noe & Loth subductos puniti incurabiles.

2. Pet. 3.

Ios. 7.

Gen. 8.

Vitia, quae cum
nouissimo seculi se-
curitate con-
currunt.

qua prius seruati fuerant, cum Ecclesiae tutum hospitium praebent.
Ceterum ut ferè securitate nimia peccamus, quando de aduentu Christi agi-
tur: sic tunc alia quoque vitia concurrunt, quae nos in salutis aeternae causa remoran-
tur: Alij enim vocationis suae immemores circa res nihil ad se pertinentes & inuisi-
les occupantur. Alij mundo addicti sunt, & cum huius finis eos excitare deberet,
ipsi ad hoc seculum, & quae in hoc grata atque iucunda habent, respectant. Alio-
praesentis vitae cupiditas fascinat, ut huic potius quam aeternae consultum velint.
Multos coniunctio & consuetudo aliorum diutina & vetus detinet, quos relinque-
re ipsis durum & inhumanum, adeoque iniquum videtur. Et horum errorum ferè o-
mnium fons est falsa illa persuasio, qua multi sibi ipsis imponunt, dum dicunt, Deum
esse misericordem, qui velit omnes homines saluos fieri, nec velle, ut aeternum pe-
reamus, aut ut nobis male sit in hoc seculo (nam ex eo ipsi nihil eius vel gloriae vel
felicitati accedere.) Ex quibus colligunt, omnes tandem salutem consecuturos esse
ut nemo in sempiternum damnetur. Quae opinio olim Originem eo usque seduxit
ut daemones quoque spem salutis adhuc superesse diceret. Et hodie his persuasio-
delitientur, neque alia tristior cogitatio ipsis obrepat, quae huius vitae gaudia, quae in-
pulis omnibus alijs rebus chariora sunt, interturbet. Pergit ergo Dominus in descri-
benda hominum nouissimi seculi conditione, & quid singulis euenturum sit, quos
dies ille, quo ipse venturus est, deprehendet. Nam falsis istis atque erroneis opinio-
nibus (quas recitauimus) locutiones aut sententias aliquot parabolicas siue aenig-
maticas opponit, quibus miseri isti seipsum fallunt, qui has sibi delicias faciunt. Sen-
tentijs his coniungere oportet nonnullas, quarum mentionem fecit apud Lucam,
quas breuitatis causa Matthaeus praeterijt.

Luc. 17.

Singuli pergant
et manent in
sua vocatione.

Præcipua est, quae summam eorum, quae agenda sunt, comprehendit. In illo
die, qui fuerit supra domum, & vasa eius in ipsa domo, ne descendat ad ea sumen-
da, & qui in agro, similiter non reuertatur retro. Supra domum in ipsum teetum
eualisse dicuntur, vasa autem sua in ipsa domo habere, qui altius supra mundum,
quae communis omnium domus est, mentes in caelum sustulisse videntur, & (ut
Poeta ait) pariter vitis quoque iocis quoque relictis altius humanis exeruisse caput: quos item
conditio ipsa, quam in hoc seculo sustinent, ad altiora vocat, nec sinit humi reperere,
sed caelestibus intentos esse iubet. His cauendum est, ut quamuis vasa sua in do-
mo, id est, hoc mundo habeant, id est, etsi in hoc seculo viuant, & quoad praesentis
vitae usum multis adhuc in terra indigeant, propter ea tamen non descendant, id
est, conditionem suam non deserant, sed pergant ad caelestia aspirare, & contemptis
mundi studijs ad diuina aspirent. Confutat ergo illorum rationes, qui dicunt, Quid
faciam? In mundo sumus, & terrenis huius seculi praesidijs opus est. Miserum est es-
gere & pauperiem perpeti. Cur quae habeo absque vilius iniuria, relinquam, atque om-
nium indigus, in alios respiciam, qui fortassis infelicem negligent, & mihi stultitia-
tiam hanc exprobrabunt, qua me ipsum praeter necessariam causam in angustias
coniecerim? Hic autem meminisse oportet, fortunae bona esse, & proinde incerta,
fluxa & caduca esse quaecumque in mundo possidemus: non debere ergo nos, qui ad
altiora iam penetrauimus aut vocamur, relictæ vocatione nostra, circa res huius seculi
li occupari. Hæ enim non necessariae sunt ad huius vitae conseruationem, cum etiam
sine illis (si ira placeat Deo) possimus viuere. Nam non solo pane viuunt homines, sed
quouis verbo quod exit ab ore Dei. Idcirco apud Lucam recordari iubemur vxo-
ris Lothi, quae quod animum suum rursus in Sodomam conuertisset, postquam por-
tas egressa coeperat viam ab Angelis monstratam ingredi, in statuam salis conuer-
sa est. Quo exemplo Spiritus sanctus docere voluit, eos in regno Dei nunquam fru-
ctuosos facturos, qui ad terrena respiciunt, & ex hoc suo prepositero huius seculi studio
perpetuam infamiam reportaturos esse.

Deut. 8.

Math. 4.

At quia

At quia interdum ipsa vita nobis periclitari videtur, cui nos consulere oportet, huius quoque eandem rationem esse docet Dominus, dicens: Quicumque studuerit animam suam seruire, perdet eam: & quicumque eam perdidit, vivificabit eam. Id est, dum propter me moritur, animæ suæ vitam æternam parabit. Ratio huius promissionis ex fidei Christianæ fundamentis petitur, quæ docet, vitam hanc mortalem, adeoque ipsam mortem esse, eos autem, qui in Christo moriuntur, ex morte transire in vitam, & ita demum verè beatos fieri. Sed plenior huius dicti explicatio supra Cap. 16. audiimus: quamobrem nunc plura addere non est opus. Vide Homil. c c x.

Contra vitæ cupiditates in-
struit.
Apoc. 14.

Quoad verò commercia, quæ nobis cum amicis & æqualibus intercedunt, multis adeo durum & inhumanum videtur ab ijs separari, ut multi non vereantur dicere, se cum his aut illis, quibus diu consueverunt, aut cum maiori hominum parte damnari, quam cum alijs, quos oderunt, aut numero pauciores sunt, seruari velle. Sunt hi similes Rathomdi Frisiæ Orientalis principis, qui cum à Christiana religione alienus, vix multis Episcoporum precibus & laboriosa institutione eò adfectus esse putaretur, ut baptismum admissurus, & ad societatem Ecclesiæ accessurus videretur, & alterum pedem in baptisterio posuisset, quasiuit ex Episcopo, cœli ne aut infernus plures homines contineret: Et cum hic ex Christi verbis respondisset, plures esse damnatorum, eò quod lata sit porta & spaciola via, quæ abducit in exitum, & multos esse, qui per eam ingrediuntur: retraxit ille pedem ex baptisterio, & se cum maiori hominum turba manere velle dixit. At qui ita sentiunt, animis omnino prophanis præditi sunt, & fidem aut omnino nullam, aut (quod idem ferè est) illam cum respectu personarum habent: quod ne fiat, Apostolus prohibet. Multi etiam nimium curiosi scire cupiunt, quæ in illo die fors eorum futura sit, quibus nunc familiariter conuersantur, & dum de alijs solliciti sunt, propriam salutem negligunt. His omnibus medetur Dominus, & docet, ex omni hominum loco & ordine aliquos assumendos fore in beatorum numerum, qui (ut Paulus exponit) cum alijs electis, tam resuscitatis quam ijs, quos dies ille superstitiosus depræbendit, ipsi obuiam per aerem in eius occursum rapiantur, aliquos verò relinquendos, sempiterno exitio nimirum, ut cum diabolo & eius angelis, cum beatis item & pseudopropheta siue Antichristo in stagnum ignis & sulphuris conijciantur. Tunc duo (inquit) erunt in agro, simul iter facientes, aut iisdem operibus intenti, vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ item molentes in pistrino (per quas Christus vniuersos seruilis conditionis homines & vilissimam quæque mancipia vnus assumetur, & alter relinquetur. Apud Lucam tertium adhuc par hominum additur, & alter relinquetur. Sub his autem tribus partibus hominū omnes quotquot in mundo sunt, coniuges aut cœlibes, seruos aut liberos, rusticos aut urbanos, ditates, pauperes, aut cuiuscunque tandem loci sint, complectitur. & de singulis eorum idem dicit, Vnus assumetur, & alter relinquetur. Vbi primò obseruabile quod ex quouis genere hominum electos suos deligit, quos ad regni sui cœlestis iudicio subducere. Deinde est hoc bonitatis Dei paternæ euidens testimonium, nec quenquam propter sexum aut conditionem excludit, aut salutem ad aliquod singulare vitæ genus astringit: Itaque cōfutantur hic, qui vel cœlis solum, vel monastica vota, vel alia huius generis obtrudere conantur, quasi in illis solum seruari possimus. Er nimium audaces sunt, qui aliquos ordines simpliciter damnant, ut coniugium, magistratus & similes. Atqui omnium eadem est ratio, quod in ijs aliqui seruabuntur, alij damnabuntur. Nihil ergo proderit, natio, genus, sexus, ætas, conditio. Quid ergo? Sola fides per charitatem agens, & noua

Ex omni genere hominum alij seruabuntur alij peribunt.

Matth. 7.

1. Cor. 2.

2. Thess. 4.

Gen. 5.

creatura. Discant ergo singuli in sua vocatione pietati studere, coniuges sancte viuunt, liberos suos in timore Dei instituant, pauperes in sua egestate patientes sint, neminem defraudent, diuites bonis operibus abundant, & benefici sint in quosuis, meminerint denique omnes terroris illius Domini, quem nemo effugiet, & quod opere suo fecit, congruenter ad id quae fecerit, vel bonum vel malum.

1. Cor. 5.

Ad vigilantiam hortatur.

Porro quia hora aduentus Christi incerta est, eo magis studio & vigilantia operari debent serui industrii, qui heris suis probari cupiunt. Vigilate ergo. Non loquitur de corporis vigilia, aut matutinis monachorum. Nam alibi, vt omni tempore vigilemus, iubet. Id vero vires nostras superat, & vt cibo ac potu nobis opus est, ita somno carere non possumus, quo vires omnium defessae aut exhaustae instaurari oportet. Et quod olim per Zachariam Iudaeis dicebat

Zach. 7.

Quando ieiunastis & planxistis in quinto & septimo mense, num mihi ieiunastis & cum comeditis & bibistis, annon vobis comeditis & bibistis? Hoc ipsum similitudine de Papisticis vigilijs ac matutinis potest dici: Quando dormitis, annon vobis ipsi illuc neque feritur neque metitur, nisi aliud accedat, propter quod probari aut improbari mereatur quod facimus. Et vt somnus donum Dei est, ita exercitatio corporis non multum prodest ad salutem, quae hoc potius requirit, vt a peccatis quietemur, & Domino feriemur, quod ad Sabbatum est praestitu necessarium. Itaque aduentionibus de aduentu Christi & praecipis Dei excitare debet, vt ad hunc perpetuum vigilant & parati sint ad illum excipiendum. Additur autem praecipio medicina gumentum firmissimum continens: Nescitis enim, qua hora Dominus ueniet, eo

1. Tim. 4.

Domini aduentu incertus.

diligentius vigilant, ne ille ex improviso ipsos imparatos obruat: Ita vos facere oportet, quando bonus Dei seruus non potest censer, nisi quem herus adueniens in officio sedulum & industrium inuenerit. Addit his aliud a vulgari more desumptum, dicens: Illud autem scitote, si sciret paterfamilias, qua vigilia fur venturus sit, uigilaret, nec sineret perfodi domum suam. Ad quod simile Petrus respexit videtur, quando diem illum Domini sicuti furem noctu venturum ait. Ita vero desumptibilis hominum securitas arguitur in ihs, ubi maximè sollicitos esse oportebat. In custodiendis pecunijs & ihs omnibus, quae ad rem domesticam & victum faciunt, alius laboris aut molestiae nos piget, imò totas noctes insomnes ducere iuuat. At quando animarum salus periclitatur, omnium immemores altum dormimus. Errat hinc inde communis hostis Satan instar Leonis rugientis, & quarit quem deuoret. Sed facile contemni possunt huius insidiae a veris Christi cultoribus, qui hostem illum ab hoc deuictum & caput eius concalcatum esse norant. Interim autem cogitandum nobis erat, ignauis & securis ab ipso Christo periculum esse, ne ex improviso ille nobis superueniat. Et sanè tanta est in eo multorum ignauia, vtilis merito exprobres, quod olim cuidam Satyricus:

1. Pet. 3.

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones:

Tu vt te ipsum serues, non expergisceris?

Sed excitent nos tristitia, quae passim incidunt exempla, neque vnquam animis nostris excidat huius loci conclusio, qua Dominus noster IESVS CHRISTVS frugi patrisfamilias exemplum discipulis suis omnibus applicans, dicit: Propterea & vos estote parati: quia qua hora non putatis Filius hominis venturus est. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Quis nam est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis alimentum in tempore? Beatus seruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, omnibus bonis suis præficiet eum. Quod si dixerit, seruus ille malus in corde suo: Tardat dominus meus aduentum: cepitque verberare conseruos, quinetiam edere & bibere cum ebrijs: Veniet dominus serui illius die quo non expectat, & hora qua non no- uis: & separabis eum, ac partem ei assignabit cum hypocritis: illic eris fletus & stridor dencium.

Expofuit hucusque Dei Filius IESVS CHRISTVS periculofum nouiffimi ſæculi ſtatum, & monuit in genere, vt omnes homines ſeipſos in ſuum aduentum præparare debeant. Quia verò plerique in ijs, quæ ad futura & cœleſtia ſpectant negligentiores ſunt, & idcirco publicis monitoribus & excubitoribus opus eſt, qui illos ad officium excitent, & in ſingulas horas quaſi ad officium faciendum urgeant, ne hi ipſi, qui aliorum ipſodidota eſſe debent, vel ignaui dormitent, vel alicui dolo peccent, vel etiam potestate ſibi data improbè abutantur, in præſenti hoc quoque in ſuo munere inſtituit. Eſtque locus hic conſideratione digniſſimus. Nam & miniſtros Verbi & Eccleſiarum omnes, quid ipſos facere cõueniat docet, & reliquos omnes priuatim & publicè inſtituit, vt de illis & eorũ munere iudicare debeant. Vt verò magis perſpicua ſit tractatio, parabola eam veſtit, cuius ſumma eſt: Vt paterfamiliàs nobilis & diues peregere abiturus, alicui ex ſeruis, quorum ſi dem & prudentiam probè perſpectam habet, familiam commendat, vt & rem domeſticam fideliter & ſapienter adminiſtret, & domeſticos omnes pro virili in officio cõtineat, vt domũ reuerſo poſſit rationem reddere: Ita ego ex mundo abiturus ad Patrem, vos Apoſtolos & veſtri ſimiles ſucceſſores conſtituo, qui Eccleſiæ meæ curam gerere & quæcunque ad hanc ſpectant, rectè adminiſtrare & omnes in ordi- ne retinere poſſitis. Compræhendit parabola hæc quæcunque de Eccleſia & eius adminiſtratione, & ſimul de vniuerſo, quod hinc dependet, ſalutis noſtræ myſterio dici poſſit. De quibus perſpicuitatis ergò hoc ordine diſſeremus. Primò de miniſte- rij huius authore dicetur. Deinde quales miniſtri ſint, quos Dominus Eccleſiæ præ- ſicit. Tertio quibus illos præfecerit. Quarto in quibus horum officium ſiue munus conſiſtat. Tandem, quo præmio fideles & induſtrios ſeruos remuneretur Deus, quibus item poenis improbos mulctet.

Quoad primum, ſeipſum miniſterij huius aut muneris authore profitetur, cum dicit: Quis nam eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus? Idcirco & in veteri & nouo Teſtamento ipſe Deus aliquos immediatè vocauit, olim quidem pleroſque Prophetas, poſtea verò Apoſtolos, quos Dei Filius in hunc ordinem ad- doptauit: Vt nimirum teſtaretur, ſe illius authorem eſſe. Nec obſtat, quod hodie non omnes eodem modo vocantur. Eadem enim miniſterij ratio eſt, quæ aliarum functionum, quas Deus inſtituit. Primam mulierem ex Adamã coſta formatam vi- ro coniunxit Deus, & ipſe horum coniugio benedixit: vt ex eo conſtaret, coniu- gium à Deo inſtitutum eſſe, & ideo de omnibus, qui legitime coniunguntur, rectè dicitur, Quod Deus coniunxit homo ne ſeparet. Ita cum nulla potestas ſit, quàm quæ à Deo eſt, magiſtratum quoque omnium dignitas & authoritas, diuina merito cenſetur. Quorquor ergo Eccleſiæ miniſterio præficiuntur, ſimiliter à Deo electi, vel miſi dici debent, qui vt ita fiat inſtituit & canones quoque certos præſcripſit, qui in electionibus eiſmodi obſeruari debeant. Ideo Paulus ad Ephēſios ſcribe- bat, Chriſtum eſſe, qui Spiritus ſui dona diſpenſat inter homines, & alios quidem

Ministri Eccle-
ſiarum excubi-
tores publici.

Ministerij au-
thor Deus.

Gen. 2.

Matth. 19.

Rom. 13.

1. Tim. 3.

Tit. 1.

Ephes. 4.

Acto. 19.

1. Sam. 8.
Matth. 10.
1. Cor. 5.

dat Apostolos, alios autem Pastores ac doctores, alios autem Prophetas & Evangelistas ad coagmentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi. Et idem Asiæ ministris siue doctoribus Mileti in Synodo coactis, dicebat: Attendite vobis ipsos & totum gregem, in quo vos Spiritus sanctus constituit episcopos ad pascendam Ecclesiam. Ideo antiquitus per manuum impositionem Ecclesiæ ministerium legitime designatis committebatur, ut constaret vscæ omnibus, eos Domino consecratos esse. Et hodie adhuc huius ceremoniæ usus nobis esse debet, ut nemo ministros Ecclesiæ à vulgo hominum nihil differre putet, aut propter vilem personam inter homines aspectum eos contemnat. Nam si hoc fiat, in ipsum Deum contemptus redundat, à quo illi missi sunt. Testatus est hoc olim Dominus, cum Samueli de Israelitis ipsum aspernantibus diceret: Non te reprobant, sed me reprobarunt. Et huic consentit Christus, Apostolis dicens: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit, &c. Et Paulus idcirco monebat: Qui erat in Christo mundum sibi reconcilians, non imputando illis peccata ipsorum, posuitque in nobis sermonem hunc reconciliationis. Itaque nomine Christi legatione fungimur, veluti Deo vos precante per nos, &c. Est hæc magna ministeriorum dignitas, qua illos homines longe superant: cuius consideratio auditores terrere debet, ne docentes contemnant aut scurriliter aspernentur. Si enim secundum ius gentium quoduis supplicium merentur, imò digni sunt, qui bello excendantur: si autem Regis legatos pacem offerentes violant, quanto magis suam iram in eos sentit Deus, qui pacem eam reiiciunt, quam nobis Dei Filius sanguine suo pretio acquisiuit: Interim hoc ipsum Verbi precones officij sui admoneat, ne quid præter dignitatem suam faciant, & hanc morum turpitudine prostituant. Regiæ maiestatis & Senatoriæ gravitatis splendor in legatis relucere debet. Nam si in verbis dicat scurrilis audiat, in moribus leuitas appareat, vna cum ipsis magistratum auctoritas concidit. In Verbi & Ecclesiæ ministris autem hoc peccatum eo grauius est, quo maior ministerij dignitas, quam sustinent, cui non salus modo publica, verum etiam gloria Dei coniuncta est.

Qui sint Ecclesiæ ministri?

1. Cor. 4.

Cur Verbi precones serui dicantur?

Matth. 23. 20.

Secundo quales sint hi, de quibus hic agitur, videamus, & quo nomine siue titulo eos appellare Christus dignetur. Quis est inquit seruus? Non herum aut deum, non satrapam, non regem, multo minus tyrannum dicit, sed seruum. Et quia seruorum non vnum genus est, illud de quo hic sermo est, à cæteris distinguens, ait: Quis est seruus fidelis & prudens, quem constituit Dominus administratum suum, ut det illis alimentum in tempore? De seruo igitur domus administratore loquitur, quem nos Oeconomum vel Dispensatorem solemus distinguere Ecclesiæ ministram, qui hodie vulgo Episcopi aut Antistites & Præsules dicuntur, ita definire possumus, ut dicamus esse Seruum IESU CHRISTI & Ecclesiæ, dispensatorem eius cibi, quo fidelium animæ aluntur ad vitam æternam. Et ita hunc locum Paulus intellexit, cum Corinthiis non recte de hoc ministerio iudicantibus scriberet: Sic de nobis reputet homo, ut de ministris Christi & Ecclesiæ satoribus mysteriorum Dei. At quia hic Apostolis, & in horum personarum iudicibus horum successoribus, qui Ecclesiarum ministri sunt, loquitur Dominus, ita tam in eo nobis laborandum est, quales nos æstimare debeant alij, quam ut nos nomini nobis à Christo imposito, respondeamus. Nec enim temere serui vocabulo usum esse putabimus eum, qui æterna est Patris Sapientia. Quia enim hunc superbix fomitem ex primis parentibus, quo accensi altum sapimus, & reuerentiam præstare cupimus, ne is in hoc tam sanctæ & necessario munere se proferendi occasionem facile inueniret, nominis nota cauere voluit. Potuit eum de hoc admonere (siquidem ipsi admonitione opus esset, qui omnia nouit) quam Apostolus toties iam deprehenderat supra alios eminendi cupiditas. Ut enim seruos vocet Verbi

Verbi sui preconēs Dominus, ita quicunq; hoc munus sibi creditum vident, quō-
 tēs ex cōmuni & recepto more sese honoris causa dominos appellari audiunt, nōn
 ex eo superbiendi occasionem arripiant, sed hunc honorem Verbo & Deo deberi,
 se autem seruos esse meminerint. De Augusto potentissimō Romanorum Impera-
 tore scribitur, quod immodicas & indecoras theatri adulationes publico edicto re-
 presserit, quo se dominū posthac appellare vetuit: quod ex spiritu Christi, qui tunc
 temporis in carne natus erat, factum fuisse, quis dubitet? Quāto ergo magis IESU
 CHRISTI preconēs hęc humilitas decet, ne arrogantī dominorum titulo super-
 biant. Multum quidem in Apostolis coercendis olim laborauit Christus, quos in-
 terdum grauius correptos repressit, vt de seipsis humilius sentirent, & alij alijs mu-
 tua prestarent officia. At quā parum apud personatos illorum successores profe-
 cerit, res ipsa loquitur. Pontifices nimirum, qui quasi cum Christo ludant, Serui ser-
 uorum quidem appellari volunt, & simul humeris aliorum sublimes gestantur, tri-
 di vniuersa suā ditioni subiiciunt, reges deniq; & Imperatores ad pedem suorum
 oscula inuitant, & reuera cornu illud paruum sunt apud Danielem, cui datum est Dan. 7.
 os loquens grandia. Non inuenustē ergo quidam de illis cecinit:

Roma tibi serui fuerant domini dominorum,

Seruorum serui nunc tibi sunt domini.

Est quidem detestabilis fastus ille Sybariticus, quo isti homines iam seculis aliquot
 superbiunt, & pro quo tuendo bella quoque gerunt, quibus orbem terrarum vbi-
 que turbant: at grauior multo & intolerabilior est tyrannis, qua sub religionis
 pretextu in conscientias dominantur, & novos fidei articulos condunt: liberta-
 tem denique Christianam ita circumscribunt, vt per illos gratis neque nasci ne-
 que mori liceat: denique patrimonium Petri pauperis & anulum piscatoris pleno
 ore iactantes, regna & opes totius mundi deuorant, & (quod olim de illis Petrus
 vaticinatus est) per auaritiam fictis sermonibus animas simplicium, quos in nas-
 sam suam alliciunt, negotiantur. Atqui delecta est iam pridem spiritu oris Domi-
 nici magna ex parte tyrannis illa, vt iam ridiculi & exosi sint plerisque isti Penelo-
 pes sponsi, quorum potestas nuper cœlo æquata esse videbatur: nec potuit eos diu
 tius ferre Rex gloriæ IESUS CHRISTVS, vt sui ministerij pretextu tam arro-
 ganter imperium in membra sua exercerent. Ergo neq; eos idem ille feret, qui ho-
 die gigantes illos Verbi fulmine prostratos rursus in pedes erigere, & regnum
 illis restituere conantur. At ne aliunde noua tyrannis surgat, nobis cauedum est
 frates. Non desunt enim infelices medici, qui vulnus illud letale, quod Christus
 libera ac sincera Euangelij prædicatione bestię huic inflixit, obligare, & hanc no-
 uis viribus instaurare satagunt: dum doctrinæ libertatem nouis legibus circum-
 scribunt, errores abolitōs reuocant, ceremoniarum chaos in Ecclesiam reducunt,
 Sacramentis, quod solius Christi est, tribuere docent, idololatrię nouas fenestras
 aperiant, potestatem nouam sibi ipsi vendicant quiduis in Ecclesia statuendi &
 interdum propter non graues neque iustas causas ordinarios & legitimos pasto-
 res, qui regi suo bene & fideliter præfuerunt, expellunt. Nec temerē hoc moneo.
 Annon enim huius generis exēpla vidit non ita pridem Germania, quādo propter
 omnis presentię corporis Christi figmentum, orthodoxæ & eruditæ vetustati pror-
 sus inauditum & incognitum, sub plausible Concordiæ pretextu omnes Ecclesię
 penurbarat, vbi que locorum dissensionum semina sparsa, & ministri innumerabi-
 les, eruditione, pietate & ætate graues sedibus suis pulsī, & in exilium atque egesta-
 tem cum vxoribus & dulcibus liberis eieci sunt? Deplorant ergo solitudinē suam
 Ecclesię, Scholę prius florentes barbariem metuunt, doctores meliora meriti in-
 certis sedibus oberrant, viduę & orphani multorum lachrymis & singultibus lo-

2. Pet. 2.

Contra tyran-
 nidis ecclesia-
 sticæ instaura-
 tores.

ca, omnia sacra & prophana complent. At hæc non modo siccis oculis spectant Vebiquitatis Apostoli, qui passim obrepunt, & harum calamitatum auctores sunt; sed insuper sub Cruce gementibus acetum cum felle miscent, Arianos ac Turcas atque ipso Mahumete deteriores esse clamant eos, qui IESVM CHRISTVM verum & æternum Dei Filium esse toto corde & ore rotundo fatentur, & eundem cum vetustissimis Symbolis ex matre Virgine carnem veram assumpsisse, in qua indignam mortem passus pro peccatis mundi perlitavit, resurrectione autem gloriosa mortem vicit, & τῆ ἐνσάρκω (vt Diui Irenæi verbis utar) εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνελήφης, id est, per incarnatam in cælos assumptionem beatæ immortalitatis fore res, quas Adami culpa nobis clauserat, reseravit, verè & ingenuè credunt atque docent. Interim in sinu gaudent, si dum his iniurijs immerentes grauant, ipsi securi helluantur, opum thesauros colligunt, equis phaleratis & curribus altis sublimes vehuntur. Videt hos procul dubio IESVS CHRISTVS ex alto, & veniet olim dies, quo pœnas ab illis, quas meruerunt, exiget, de quibus paulo post dicitur. Non offendat nunc illorum fastus & tyrannis miseros & innocentes, qui ab illis opprimuntur: omnes verò, qui Ecclesijs seruiunt, sibi loqui putent Petrum Apostolum, cum scribit: Presbyteros, qui inter vos sunt, precor ego vnâ presbyter ac testis afflictionum Christi, atque idem gloriæ patefaciendæ consors: Pascite gregem, qui penes vos est, illius conspectio vacante non coactè, sed libenter, non turpiter affectantes lucrum, sed prompto animo: neque vt dominantes cleris, sed vt qui sitis exemplaria gregis, &c. 1. Pet. 4. capite.

Quibus præ
sint ministri
ecclesiarum.

1. Tim. 3.
vsq. 66.

Famulitium
Dei.

Ezech. 3. 33.

Tertio, quibus domui siue Ecclesiæ suæ ministros Christus præfecerit, videamus, & quàm latè pateat ipsorum prouincia. Docet hoc vno verbo, dum dicit se de illo loqui, quem constituerit Dominus super famulitium suum. Dicitur sic vniuersa famulorum multitudo ad vnâ familiam aut herum pertinens, adeoq; omnes quotquot vnâ familia, comprehenduntur. Atqui familia siue domus Domini est Ecclesia. Qui enim in templis manufactis non habitat, in medio fidelium suorum se habitare velle pollicetur, & quem cæli cælorum non capiunt, is in humili & contrito hominis pijs & fidelis corde locum & sedem sibi deligit. Vt autem omnes quotquot Ecclesiæ membra sunt, Christus fratres suos sibi fecit & coheredes, ita idem ipsius serui & famuli sunt, & ad eiusdem Patris cælestis familiam pertinent. Sub illius ergo famulitio censentur, docti indocti, diuites pauperes, nobiles obscuri, omnium gentium Dynastæ, Reges, Imperatores, Dictatores, Consules, Iudices, Principes, & regnorum præfecti. Nam hi omnes illius fauore & gratia ad tale fastigium euecti sunt. Et eidem parent artium & linguarum professores, opifices, milites, urbani, rustici, nautæ, aurigæ, heri, serui, parentes, liberi, coniugati cælibes, omnes deniq; cuiuscunque sint conditionis, sexus, ætatis, loci & ordinis, qui tunc demum suum gradum & ordinem tuebuntur & felices aut beati in eo dici poterunt, si se Christi Regis regum & Domini dominantium famulos esse meminerint. Ex his ergo omnibus nobile illud & sanctum famulitium constat, ex quo familia Dei Patris cælestis constituitur, in qua omnes famuli sunt & filij heriles, serui & liberi, Reges denique & Sacerdotes altissimi. Huic famulitio seruum hunc, de quo nobis sermo est, præfecit Dominus, illius curam hunc vult gerere, & vt eundem omnes, qui in ipsius familia sunt, obseruent requirit. Nemo igitur se vel liberum prorsus, vel immunem esse, gloriari potest, nisi qui ab hac tam sancta familia, extra quam salus nulla est se velit esse alienus. Idem alibi quoque docet Dominus, etenim apud Ezechielem de eodem ministerio loquens, Fili hominis (inquit) speculatorem constitui te domui Israelis. At qui dum domum nominat, omnes, qui in domo sunt comprehendit. Itaque illic quoque vnica domus appellatione omnes hominum

hominum ordines ministro verbi sui subiicit. Apud Ieremiam verò apertius loquitur: Ecce ego posui verba mea in os tuum: Ecce ego constitui te hodie super gentes & super regna, vt euelles & extirpes, vt ædifices & plantes. Non ergo aliquam gentem vel vetustas vel victoriæ & triumphî, vel obscuritas & clades huius ministerij curâ subtrahent. Non itê doctis & eruditis sua eruditio, non sua maiestas regibus, non alijs magistratibus sua autoritas, non diuitibus sua opulentia, nō pauperibus sua egestas, non seruis seruitus, non ingenuis libertas, non ciuibus sua astutia, non rusticis vel sua versutia vel simplicitas, non parentes liberorum educatio, non liberos sua in parentes pietas, non cœlibes diu custoditus virginitaris flos, non coniuges mutuus amor & fides conjugalis, liberabit, quò minus hunc Dei seruum obseruare & ijs, quæ ex Domini ore ille profert, obedire debeant.

At simul ea quoq; vicissim obseruent ministri Ecclesiarum, quæ ad ipsos pertinent. Sunt hæc duo potissimum, quorum alterum consolationis plenum est, alterum ea grauitate nobis sui ministerij curam cōmendat, vt maiori non posset. Quod enim in sua domo siue familia dispensatores vult esse Dominus, boni autem dispensatoris est, domini sui res & familiam augere, & novos subinde domesticos ipsi adducere, hoc ipsum verbi quoq; precones faciant oportet. Id verò non potest praestare, nisi labores & pericula subeant grauissima. Quia enim mundus natura malus, & opera eius mala sunt, quæ argui & corripî non vult, mox si id facias, quasi pro focis & aris dimicaturus omnes suas vires contra veritatis doctrinam stitit. Ideo Dominus IESVS CHRISTVS de eo discipulos olim admonuit, dicens: Ecce emitto vos veluti oues in medio luporum. Item, Eri-
tis inuisi omnibus propter nomen meum. Et rursus, Alienos à synagogis facient vos, & veniet tempus, vt quisquis interficiat vos, videatur cultum præstare Deo. Neque hoc nouum aut insolens esse, si quando fiat, ex eo apparet, quod hanc veterum quoque Prophetarum sortem fuisse scimus. Ieremias certè olim quærebatur: Vt mihi mater mea, quod me peperisti virum litigatorem, & virum controuersiarum vniuersæ terræ, &c. Poterat hoc exemplis infinitis probari, quæ in Ecclesiastica historia extant: sed his minimè opus est, cum illorum copiam nostra tempora suppeditent. Nec meliora nobis pollicentur Regum conuentus & Pontificum concilia, vulgi deniq; furoris & fremitus impiorum, qui passim audiuntur, & vno quasi ore, quicquid infortunij aut calamitatis incidit, solis verbi ministris acceptum ferunt. Athic nos consoletur illos, quod hanc prouinciam æternus Dei Filius IESVS CHRISTVS, ipsis demandauit. Itaque non hominum, sed Dei serui sunt, qui illos certantes spectat & tuetur, vires denique nouas subinde sufficit, quibus armati certantibus tantis sufficiunt. Vt enim fidelis imperator suis militibus non deest vnam, ita multò minus Christus suis seruis deerit, quibus dixit: Bono animo sitis, ego vici mundum: Ecce, ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

Cæterum officij quoq; hæc particula nos admonet: Vt nimirum memores cuius serui simus, & quàm latè prouincia nostra pateat, sedulo salutem omnium inuigilemus, quos ille nobis credidit, & pro nobis Dei Filius mortuus est, vt suum domesticum faceret: Similiter, vt neminem vereamur, neque personas respiciamus. Omnibus enim dicitur, quod Ieremiæ olim dicebat Dominus: Ne timeas à conspectu eorum, ne timere te faciam. Ecce enim ego te faciam ciuitatem munitam, contra murum æneum contra omnem terram, contra Reges Iuda, contra principes eius, contra Sacerdotes, & contra vniuersum populū terræ. Itaq; cum primis huc pertinet, quod Paulus monet, vt Episcopus rectè secet verbum Domini, id est, ita omnibus accommodet, vt singulorum institutioni, ædificationi, emendationi & consolationi seruiat. Sed plura de hac re sequentur.

Consolatio ministrorum ecclesie.

Ioan. 3.

Matth. 10.

Ioan. 16.

Ierem. 13.

Ioan. 16.

Officium ministrorum.

Ierem. 1.

2. Tim. 2.

Omnes homi-
nes debēt Ver-
bum audire.

Iac. 3.

EXO. 22.

1. 4m. 2.
Deut. 17.

Ministri fami-
liam Dei pa-
scant.
Alimentum a-
nimæ.

Gen. 2.

Deut. 8.

Sed & auditores hic officij admonentur, vt meminerint omnes se debitores esse, vt Verbum audiant. Quia enim homo animalis non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, omnibus doctrina & institutione opus est: & qui hoc negant, hi se ipsos non rectè norunt, eorūq; deterior & periculosior ipsorum sors est. Offendunt ad hunc lapidem ferè magnates & principes viri, qui authoritati ipsorum aliquid decedere existimant, si à Verbi ministris vel officij sui admoneantur, vel liberius propter delicta sua corripiantur. Atqui, vt Diuus Iacobus ait, in multis labimur pro nimia hæc & periculosa confidentia, qua sibi ipsi tantum aliqui tribuunt, vt se extra omnē culpam esse dicant, nec à quoquam volunt argui. Est quidem summa & sancta magistratum authoritas, & grauissimè peccant, qui Dñs populi sui male dicunt. At nullum hominum ordinem Deus supra se extulit, sed vt Sacerdotes, Prophetas, Apostolos, omnes denique Ecclesiæ & verbi sui antistites, sibi subiectorum iudiciorum præsidēs fecit, & sua potestate armavit, qua tunc demum felicitentur, si ipsius voluntatem obseruarint. Qui verò sine Deo regnare volunt, & dum suo honori consulunt, Dei gloriam prostituunt, ijs seruit, quod Deus per Prophetam dicit: Honore prosequar eos, qui me honore prosequuntur: & qui me contemnunt, ignominia afficientur. Ideo librum Legis Regibus tunc in primis commendatum esse volebat olim Deus, cum in throno maiestatis suæ sederent, ne forte potestate sua superbè abutentur, & iisdem Sacerdotes & Prophetas addidit, qui illis suis consilijs ex Lege & Verbo Dei petitis regerent, & exorbitante interdum correptione grauiori in viam reducerent. Exempla sunt in Dauide, Iosaphato, Ezechia, Sedechia & alijs, quibus hæc exitij & interitus causa fuit, quod Dei Verbo parere noluerunt.

Sed vt ad Seruum Ecclesiasticum redeamus, Dominum de eius officio apertius loquentem audire præstat. Desinit hoc, Vt det famulatio Dei alimentum in tempore. At quia totum hoc munus spirituale est, & ad animum spectat, de anima etiam cibo seu alimento loquitur, cui non minus quàm corpori suo nutritiuo opus est. At necesse est, vt alimentum cum eo, quod ali debet, aliquam nutritiuam aut communionem habeat, vt in id conuerti & transire possit. Sic ignem hunc materialem lignis & alijs rebus, quæ constitutionis siccioris & leuioris sunt ali & conseruari cernimus: fluminibus autem assidui & perennes humores ex aerio vapore & terræ frigoribus exorti suum quasi alimentum præbent. Et quod omnium oculis cernitur, corpora tam hominum quàm aliorum animalium cum ex terra constant, terrenis quoq; cibis nutriuntur. Id ipsum ergo in anima quoque quæ præstantior hominis pars est, obseruabimus. Est hæc spiritus, & essentiam suam ex Deo habet, qui cum primo parenti corpus ex luto terræ formasset, inspirauit ei animam viuentem. A Deo igitur inspirata homini anima, diuino quoque coelesti cibo sustentetur oportet. Vt enim corpora nostra non aere aut vento, nec alio crassiore spiritu instar Chameleontis pascuntur; sic nec animam, quæ spiritus coelestis & diuinus est, aliquid terrenum aut corporeum nutrire aut alere potest. Quam ergo dicemus ambrosiam illam coelestem & diuinum nectar, quo ad æternam vitam homines aluntur: Vtq; non aliud quam Verbum Dei æternum & salutare rû, quo initio omnia creata sunt, & seruantur: quod item omnibus ijs, quibus Deus ad nos alendos & seruandos vti vult, vim nutritiuam & vegetatiuam suggerit, vt nobis seruandis sufficiat. Ideo Moses olim Israelitis dicebat: Non solo pane viuunt homines, sed quouis verbo quod exit ab ore Dei. De hoc etiam alimento Dauid dicebat: Eloquia Domini dulciora melle. Et Isaias ad hunc cibum inuitans clamabat: Venite

Venite ad aquas \hat{o} vos omnes qui sititis, et vos quibus non est pecunia, adeste: com-
 parate cibum & comedite, parate cibum sine argento & sine pretio. Vique consta-
 ret satis, de quo cibo loqueretur, addit: Auscultate diligenter mihi, vt comedatis bo-
 num, & in pinguedine oblectet se anima vestra. Inclinate aurem vestram, & ad me
 venite: audite, & viuet anima vestra. Vt ergo ministri cibum hunc praedicantes ap-
 ponunt & recte secant: ita ad eum percipiendū auditu siue attentione opus est, cui
 fides accedat oportet, qua sola salutariter apprehenduntur, quae Verbo nobis De-
 us offert & pollicetur. Et meminisse oportet, Verbum hoc modo aquis, modo fa-
 minum & ingeniorum diuersitate, cui illud ministri, qui eius dispensatores sunt, ap-
 plicare, & (vt nuper diximus) rite secare debent. Vbi cum primis temporis ratio-
 nem habere oportet. Nam vt Solomon ait, omnibus tempus praefinitum est: & Eccl. 3.
 est tempus nascendi & tempus moriendi, tempus plantandi & euellendi, tempus
 occidendi & medendi, tempus demoliendi & aedificandi, tempus lachrymandi &
 tempus ridendi &c. Ita in Ecclesiae ministerio est tempus docendi & tempus mo-
 nendi: tempus hortandi & tempus corripiendi: tempus consolandi & confirman-
 di: singulis vero momenti sese accomodent ministri, ne omissis ijs quae dictu neces-
 saria sunt, Ecclesiam non necessarijs onerent, quibus multi plus laedantur aut offen-
 dantur, quam aedificentur, &c. Et vehementer falluntur, qui simpliciter & absq;
 omni discrimine docere volunt homines, & nihil dici, quod aliquem offendere pos-
 sit: quod perinde est ac si quis in *νοσος οχλειω* aliquo, in quo innumeri diuersis mor-
 bis *επι καυσοι*, id est tempore legitimo & opportuno depromere iubet, vt singulorum
 emendationi seruiat.

Ceterum quia in hoc fere officij aut muneris ecclesiasti summa versatur, ne vel
 zelo vehementi & pio, sed non secundum scientiam abrepti ministri multos offen-
 dant, vel dum omnibus placere volunt, omnium moribus & ingenijs sese accomo-
 dando ex verbo salem infatuatum reddant, & illius libertatem turpiter prodant de
 duabus virtutibus seruos suos admonet Dominus, dicens: Quis est seruus fidelis
 & prudens, &c: Interrogatio ista admirationis speciem habet, quae commendatio-
 nem boni serui Ecclesiae continet: Quasi diceret: Quantus est seruus fidelis & pru-
 dens, quanta item laude & commendatione dignus? Vt autem commendari me-
 reatur, duo requirit: Fidem primo quae praecipua in dispensatore virtus est, Paulo
 teste, dum dicit: sic de nobis reputet homo, vt de ministris Christi, ac dispensatoris
 vt fidus quique inueniatur. Quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus,
 & populi & totius Ecclesiae salutem: Infidus vero, qui vt suo quaestui & honori
 consulat, ferre potest ea quae gloriae Dei & hominum saluti officiunt. Debent
 ergo ministri (vt nuper ex Ieremia monuimus) extirpare & plantare, & aedificatio-
 ni Ecclesiae pro virili consulere. At rursus ne zelo suo fallatur, alterum quoque
 requirit, prudentiam nimirum. Opus hic Verbi studio. Vt enim labia Sacerdo-
 tis scientiam custodire debent: ita haec non potest aliunde peti, quam ex Scripturis
 quae Verbum Dei nobis tradunt, & in hunc finem a Deo inspiratae, vt vtilis sint ad
 doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quae est in iusti-
 tia. Patet hic latissimus campus, in quo sese ministri Ecclesiarum exerceant. Nam
 quocumque oculos vertant, infiniti ipsis occurrent omnis ordinis, sexus & aetatis
 homines, qui cum vera Dei cognitione destituuntur, per nos institui debent, si qui-
 dem Deo fideles esse velimus. Et quam multi sunt, quos vel caeci affectus in erro-
 res abducunt, vel ignari rerum peccent, vel scientes exorbitant? Nonne ergo pro-
 pter tales argumenta & exempla obseruare & colligere oportet, quibus eos

Isa. 55.

Eccl. 3.

Ministri opus
 est vt fideles et
 prudentes sint

2. Tim. 3.

in viam reuocemus, vel si illi redire nolunt, nos officium faciendo animas nostras liberemus? Nihil dico nunc de ijs, qui veteres errores & haereses postliminio ab infertis reuocant. Sunt qui Ariana impietate imbuti, Christi aeternam Deitatem vellicant: Sunt qui Eutychianis chimeris eiusdem carnem & humanitatem exinaniunt. Sunt item, qui dum maiestatis Christi & omnipotentiae vindices & assertores videri volunt, totum abnegant. Inter eos autem qui a religione alieniores reuixit, ut ne faciunt mysteria ista, ut de his serio & diligentius cogitent, Epicurus quoque, quos minime putares, hominis beatitudinem carnis voluptatibus metiantur, & de futura vita, animarum immortalitate & corporum resurrectione, non falsa modo, verum etiam horrenda sentire videas. Resurgunt item quotidie Antichristiani spiritus in multorum animis, qui sub veritatis fuce veteres & dudum abolitas superstitiones restituunt. Denique dies me deficeret, si omnia recensere velim, quae hoc nostro saeculo contra religionis & honestatis leges fiunt. Quapropter nullum studium mihi, nulla diligentia superflua erit in ministris, qui suo officio probe defungi volunt.

Premium fidelis ministri.

1. Cor. 4.

Phil. 4.

Rom. 14.

Infidelis serui mores.

Quae causa est quod Dominus amplissima praemij promissione ministros suos excitat, & rursus grauissima poenae denunciatione terret, ne in officio suo aliquid negligentius aut improbius designent. Beatus (inquit) seruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, omnibus bonis praeficiet eum. Opponit hoc carnis & mundi iudicio, quo Verbi & ecclesiae ministri hominum miserissimi putantur: quod Paulus obseruans dicebat: Deus, puto nos vltimos mundo & angelis & hominibus. Fit enim ferè quod seruis aconomis, qui dum heris suis fideles sunt, scapulas perdunt, ut Comicus dicebat, id est, conferuimus simul & exteris inuisi fiunt, & maxime quidem ijs, quorum saluti & honori inprimis consultum cupiunt. Sed beati sunt, quia Christo seruiunt, quo nullus est remunerator fidelior & liberalior. Hic super omnia bona sua eos constituet. Dicitur hoc *ἀνθρώπων πόνων*, ne quis a Deo neglectos putet eos, quos mundus hic ferè negligit. Poest enim Deus non solum tueri, verum etiam omni praemiorum genere accumulare eos, qui ipsi fideles sunt, ut de illis mundus iniquissime iudicet. Et sane super omnia tales constituuntur, cum omnium domini sint, & initiati aut instructi sint ad omnia quae Deus ipsis immittit. Nam cum Paulo Apostolo norunt in quibus sunt, ijs ipsis contenti esse: norunt deprimi, norunt etiam abundare: norunt facuri esse & esurire: abundare & egere: denique siue viuant siue moriantur, Domini sunt. Quia enim ad hoc Christus & mortuus est & resurrexit & reuixit, ut & mortuis & viuentibus dominetur, ipsi quoque siue viuant siue moriantur, Domini sunt. Superat tamen omnem huius saeculi fortunam caelestis vita, qua olim in beata immortalitate fruuntur, quando (ut sequenti capite audiemus) in gaudium Domini surgunt.

Sed videamus infidelis quoque serui mores & conditionem siue poenam, quam illi minatur Dei filius IESVS CHRISTVS. Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo: Tardat Dominus meus aduentum, coeperitque verberare conseruos, qui etiam edere & bibere cum ebrijs: Veniet Dominus serui illius die, quo non expectat, & hora qua non nouit, & separabit eum: ac partem ei assignabit cum hypocritibus: illic erit fletus & stridor dentium. Vanas cordis cogitationes initio arguit, quibus seipsum seruus malus decipit. Arbitratur herum suae domus immemorem res ditum differre. Est hic proximus gradus ad impietatem. Nam qui ita incipiunt, mox longius progressi, persuadent sibi, Deum vel omnino nullum esse, vel prorsus non curare quae in terris inter homines geruntur. Sequitur ex hac persuasionem quidam

quiduis agendi audacia, ut à nullo scelere abstineant, quod cæca libido dicat. Er-
 go edunt & bibunt cum ebrijs, id est, ventrigulæq; dediti, dies noctesq; comessan-
 tur. Deus enim eorum est venter (quod Paulus quoq; annotauit) qui ut auribus ca-
 ter (ut Cato dicebat) ita ratione quoq; & sanis sensibus destituitur. Et non oscitan-
 ter negligi debet, quod passim in scripturis perfidis & iniquis domus suæ admini-
 stris intemperantiæ & ebrietatis notam inurit. Huius accusantur mali Sacerdotes
 apud Isaiam dicentem. Etiam illi in vino perplexi sunt, & in sicera aberrarunt, sa-
 cerdos & propheta perplexi sunt ob siceram, obruti sunt à vino, errant in visione,
 vacillant in iudicio. Omnes mensæ oppletæ sunt vomitu & sordibus, ut locus non
 sit. At eiusmodi Sacerdotum nullum usum esse, docet, cum infert: Quem docebit
 scientiam, & quem facit intelligere auscultationem? Num ab lactatos & ab vberibus
 depulso, &c. Et eodem faciunt quæ apud eundem prophetam de prophetis
 habentur, qui in munere suo negligentes, & insuper mali exempli auctores erant.
 Speculatores eius omnes cæci sunt, omnes sunt ignari, canes muti, latrare non pos-
 sunt, torpent, iacent, somnum amant. Canes isti sunt robusti anima, satiari non pos-
 sunt. Et mox: Venite (aiunt) vinum afferam ut perpotemus ad ebrietatem usque, at
 que adeo sicut hodie ita & cras abundantia multo maior. Quam particulam ideo
 addit, ut incurabiles esse ostendat. Qui enim ebrietati assueuerunt, serè sal infatua-
 tus sunt, qui ad nihil valent porro, quam ut eijciantur foras, & conculcentur ab
 hominibus. Non temere ergo Dominus hoc etiam loco seruis nequam ebrietatem
 tribuit, & eosdem accusat, quod conseruos suos percutiant: Quod non tam de vi-
 aperta, quæ violentis manibus fit, dicitur, quam de calumnijs & conuitijs, quibus
 fidos ministros proscindunt, ut eis odium & inuidiam concilient. Nec enim satis
 est malitiosis aut infidis Ecclesiarum ministris, si ipsi officium negligant, nisi alio-
 rum famam lædant: quia quantum bonis & industrijs accedere vident, tantum sibi
 putant decedere. Et huius meminisse debent, quibus cum eiusmodi hominibus res
 est: nec dubitent, Deum fore ipsorum vindicem, qui seruorum suorum innocen-
 tiam & existimationem solet tueri.

Phil. 3.

Isa. 29.

Isa. 53.

Matth. 9.

pena in telis ministris

Et hæc etiam referri debet, quod de pœna serui infidelis subiicitur: Veniet Do-
 minus serui illius die quo non expectat, & hora, qua non nouit, id est repente & ex
 improviso. At quæ inexpectata incidunt incommoda, grauiora sunt & magis læ-
 dent. In præsentem verò improvisum supplicium minatur, ut ne quis offendatur ei-
 usmodi hominum successibus, & eos impunitate perpetua gauisuros putet. Non
 enim eximet eos à communi aliorum hominum sorte, qui omnes ad Christi tribu-
 tam Dominus. Est quidem *διχοτομῆν* idem quod disseccare, unde non inepte qui-
 dam pœnas, quæ proditoribus debentur, intellexerunt: Sed quia Deus tales non
 pro suis agnoscit, sed ut alienos à sua familia eijcit, separatio etiam intelligi potest.
 Nam hæc demum est disseccatio omnium atrocissima, quæ homines à Christi cor-
 pore separat, ab ecclesia nimirum, extra quam nulla salutis spes reliqua est. Ideo ad
 alibi de sempiternis infernalium tormentorum cruciatibus dicuntur. Infelicissimi
 ergo sunt, qui momentaneæ felicitatis, quæ in hoc seculo eis affulget, spe illecti, vi-
 de & gaudij cœlestis iacturam faciunt. Quia vero omnes serui Christi dicimur, sin-
 guli ad se transferre debent, & ante alios, qui magistratum gerunt. Horum in-
 primis est cauere, ne quid tyrannice aut insolenter agant, sed meminerint popu-
 lum, cui præsunt, Dei peculium aut gregem esse, qui ipsum olim de ipsorum ma-
 nibus requirit. Ne item aliquibus malo exemplo sint quoad vitia, maxime quoad
 intemperantiæ aut ebrietatem: ubi enim hæc regnant, ibi vincula & fundamen-
 ta Reipublicæ euertuntur. Ideo Solomon olim dicebat: Væ tibi terra, cuius rex

Eccle. 10.

Psal. 19.

puer est, & principes tui mane comestantur. Non etiam colludant cum impijs, qui
 bus coercendis ipsos Deus praefecit. Ad se ergo in primis pertinere putent, quod
 David de vere pio dicit: Vilis est in oculis eius homo nihili, sed timentes Deum ho
 norat. Omnes denique cuiuscunque sunt loci & ordinis, meminerint venturum
 Filium Dei IESVM CHRISTVM, ad cuius tribunal omnes sistemur. Illi debetur
 benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

CAPVT XXV.

HOMILIA CCLXXXIII.

Tunc erit simile regnum caelorum decem virginibus, quae sumptis lampadibus
 suis, exierunt in occursum sponsi. Quinque autem ex eis erant prudentes &
 quinque fatuae. Quae erant fatuae acceptis lampadibus suis, non ceperant oleum se
 cum: Prudentes vero ceperant oleum in vasis suis una cum lampadibus. Tardem
 te vero sponso, nictarunt omnes, ac dormierunt.

Ad vigilias per
 petuas horta-
 tur.

Mar. 13.

2. Cor. 11.
 1. Pet. 5.

Nouissimi tem-
 poris status &
 conditio.

Ioan. 3.

Matth. 28.
 Gen. 2.

Ephes. 5.

HOMINIS vita in terris perpetua militia est, & ideo excubijs quoque & vi-
 gilijis perpetuis opus est, ne vel mundi illecebris, vel principis eius, qui in
 dem princeps tenebrarum est dolis & artibus circumueniamur. Hae cau-
 est, quod Dei Filius IESVS CHRISTVS de nouissimorum temporum pericu-
 loso statu differens, de eo potissimum agit, vt ad vigilantiam & excubias illas nos
 excitet. Et ne quae discipulis apostolis dixit, qui ad altiora vocati erant, ad hos solos
 pertinere putentur, apud Marcum vniuersali Epiphonemate locum istum pericu-
 dit, dicens: Quae vobis dico, omnibus dico. Vigilare. Quia ergo eadem salutis ratio
 omnibus hominibus proposita est, quae in fidei constantia consistit, ne ab hac nos
 dimoueri patiamur, sine qua nemo seruari potest, vt ad hanc recte instruamur ne-
 cesse est. Neque hic aliqua cura potest nimia esse, cum diabolus mille artibus ne-
 gelum lucis quoque se transformare possit, & insatiabili nos perdendi cupiditate
 census instar rugientis leonis oberret, & quaerat quos deuoret. Idcirco Christus ipsi
 quae hucusque dixit hanc quoque parabolam subtexit, qua vniuersam Ecclesiam suae
 conditionem adumbrat, & simul docet, vt singuli sese ad caelestes nuptias, quae
 ternae & beatae immortalitatis typus sunt, praeparare debeant.

Ad nouissimum vero tempus parabolam restringens ait: Tunc, id est, quando
 ego expector, vt vniuersam mundi machinam a corruptione & turbis, quae omnia
 periculorum plena reddent, redimam, regnum caelorum simile erit decem virgini-
 bus, quae sumptis lampadibus suis exierunt in occursum sponsi. Vniuersum re-
 demptionis negotium, quod ecclesiae proprium est, regnum caelorum dici alias
 quoque annouimus, eo quod huius finis sit, vt ex peccati seruitio, ex diaboli ty-
 rannide redempti, in terris vitam caelestem viuamus, & tandem ad Christum vni-
 lecti regnemus in caelis. Recte autem nuptijs confertur, quia in eo consistit vni-
 uersa salus, vt cum Filio Dei coniuncti, qui solus Ecclesiae sponsus est, teste etiam
 Ioanne Baptista, per hunc Deo patri conciliemur, vt bonorum caelestium confor-
 tes & participes reddamur. Et hic partim incomparabilis Dei bonitas elucet, qui
 Filio suo vnigenito Regi gloriae immortalis, cui omnis potestas data est in caelo &
 in terra, nos desponsare dignatus est: partim salutem nostram certam, perfectam
 & perpetuam esse adumbratur. De Eva sua, quae ex dormientis costa formata erat,
 dicebat olim Adamus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Ita ex
 coniugij iure Apostolus de Ecclesia, quae ex Filij Dei IESV CHRISTI morte ena-
 ta est, & per fidem in hunc colligitur, argumentatur, illam esse carnem ex carne
 eius.

eius, os ex ossibus eius, & de singulis fidelibus siue credentibus dicit eos esse membra corporis Christi. De vinculo autem coniugij primus Adam simul & secundus pronunciarunt: Quod Deus coniunxit, homo ne separet. Vt enim Dei opus est, quod in coniugio, qui prius duo erant, vna caro fiunt: ita Deus nos Filij sui carnem fecit. Non ergo periculum est, ne quis nos ab eo diuellat. Nemo vnquam suam ipsius carnem odio habuit, inquit Apostolus: Num ergo Christus suam carnanem odisset, qui est ipsa charitas? Hoc obseruasse videtur Paulus, cum ad Romanos scriberet: Quis nos separabit à charitate Christi? Ad Romanos octauo Capite.

Ephes. 5.

Matth. 19.

Est autem argumentum parabola huius Comicum planè, si sic loqui licet, & ideo suis quoque partibus constat, quæ vniuersum Ecclesiæ & redemptionis nostræ mysterium explicant. Prima pars Protasin habet, qua apparatus & pompa nuptialis: qui item ad nuptias illas inuitati sint, & quales ad eas venire debeant, depin- guntur, & quid ferè illis soleat accidere. Altera Epitasin, quæ turbas adumbrat, periculosas admodum omnibus, qui vel hypocritis vel prophanis studijs abrepti salu- rem suam neglexerint. Tertia Catastrophem, lætam prorsus & verè Comicam pijs impijs verò & hypocritis Tragicam & funestam. Nunc de singulis, quod Domi- nus dederit dicemus.

Parabola argu-
mentum et par-
tes.

Primæ partis argumentum siue summa est: Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus, quæ sumptis lampadibus suis exierunt in occursum sponsi. De- cem virgines typum ecclesiæ & omnium ad hanc pertinentium sustinent. Itaque in- telligi debent omnes, qui professione Christiani sunt. Hi omnes virgines dicuntur quoad professionem fidei. Sic Paulus Corinthios, Colossenses & multos alios in- quibus multa reprehendit, & qui in fide etiam non erant integri, tamen sanctos & fideles dicit, eò quod fidem, quæ nos Deo adducit, profiterentur. Et Corinthijs scri- bebat, se eos aptauisse vni viro, nempe Christo, vt virginem puram. At quis eius ecclesiæ status fuerit, quam multis, quamque absurdis erroribus & vitijs, quam item crastis abusibus laborarit, nemo ignorare potest, qui ad hanc scriptas epistolas vel obiter perlegerit. Debet hoc propter eos obseruari, qui temere arcent & excludunt eos à societate ecclesiæ, quos Deus adhuc dignos iudicat, qui ad hanc admittantur: qui item propter aliquos malos damnant totas ecclesias & secessionem ab eis faci- unt temerariam: quod olim Donatistæ fecerunt, hodie Anabaptistæ in vsu habent. Admonet quidem Sponsæ & Virginis vocabulum, vt Christiani in fide & vita at- que moribus sint integri, nec veri Christiani sunt, qui quod nomine profitentur, factis negant, veruntamen non semper apud omnes hæc integritas locum habebit sed inter eos, qui Christo & ecclesiæ eius nomen dederunt, hoc discrimen semper erit, vt alij sint prudentes, alij fatui, neque ante sponsi aduentum dignosci semper poterunt, qui nam digni sunt, vt ad nuptias cum illo ingrediantur. Fieri ergo non potest, quin vehementer errent, qui præcipites nimium censuram ante tempus adhibent.

Decem virgi-
nes totam ec-
clesiam exter-
nam represen-
tant.

1. Cor. 1.

Col. 1.

2. Cor. 1.

Conuenit autem prima parabola pars cum ea, quæ apud Luc. de seruis heru- manibus reuertentem expectantibus habetur, quos succinctos stare, & lucernas in manibus habere iubet. Christus enim peracto nostræ redemptionis negotio in cœ- los quidè abiit, nō autè deposuit curā ecclesiæ suæ, sed suo tempore reuertetur, vt hæc totā cū vniuersa cōmunionē sanctorū, quæ sponsa ipsius est, ad patriā cœlestē transferat, qui beatę immortalitatis locus est, vbi nuptiæ illę eterne peragētur. Nos vero omnes serui sumus, qui illū expectare, & sēper succincti stare, id est, ad omne officiū parati esse debemus. Quia vero hic de nouissimo eius aduentu adeoq; de eius reditu ad iudiciū agitur, quando redemptio nostra perficietur, nō petissimū ap- plicatur parabola hæc, qui ipsum tunc excipient, & ad reliquos etiam, qui tunc

Luc. 12.

1. Thes. 4.

ex mortuis resuscitati ad eius tribunal sistentur, ut vocem illam lætam audiant, de qua hoc ipso Capite dicitur. Sed & singulis priuatim applicari potest, quorum hora fatalis venit, ut hinc euocati migrent ad Dominum. Meminerint hi, se ad nuptias à Christo vocari, & læti cupiant hinc soluere. Interim vtrique, siue serui sint, qui in certa statione constituti, heri sui aduentum expectant, siue instar virginum aut conuiuiarum nuptialium hinc euocantur in sponsi occursum, ne inani nominis Christiani professione sese fallant, diligenter considerent quod de virginibus omnibus in genere dicitur, quid item de fatuis aut prudentibus. Ita intelligemus, quid nos facere, quid vitare debeamus. De omnibus in genere dicitur, quod exierint sumptis lampadibus suis in occursum sponsi. Est hoc commune omnium Christianorum officium, ut quoad in hoc seculo viuunt, sui sponsi, & vocationis memorum in eius occursum tendant. Nec enim habemus in terris ciuitatem permanentem, sed in cœlis paratus est nobis (ut modo diximus) thalamus nuptialis, in quo ob beatam immortalitatem fruemur. Eò autem tendere nos oportet per vallem lachryarum, id est per huius seculi vitam, ubi laborum & periculorum plena sunt omnia. Non autem satis est, si iter semel ingressi simus, sed ut in finem vsque indefessi perseveremus oportet, ne segnescamus aut fastidio superati succumbamus, & vocationem nostram deseramus: ne item in huius mundi tenebris aberremus.

Christiani in
caelos tendant

Psal. 84.

Christiani lucernam
cernat gestent

Quod ne fiat, probe obseruari debet, quod in vtraque parabola de lampadibus & lucernis dicitur. Antiquitus vulgare hoc fuit, quod tædæ aut lampades spon- sis præferebantur, quod item in sponsi occursum nõ sine lampadibus exirent puel- læ, & ita facto opus erat, cum pompæ illæ nuptiales nocturno tempore ducerentur. Atqui vniuersum illud tempus, quod in hoc seculo degimus multa caligine & tenebris impeditum est, & nouæ subinde errorum & scandalorum occasiones nobis obijciuntur. Caliginem nobis ipsa ratio offundit, quæ lux esse debet. Exemplum item mundi in tenebras abducit. Et afflictiones atque aduersa omnium cer- feruntur in scriptura, eò quod sæpe nos rerum dubios & consiliorum omnium certos reddant. Lucernis ergo & lampadibus perpetuo ardentibus opus est. Has nobis sacræ literæ in Verbo Dei proponunt. Ideo Dauid de lege testatur, quod oc- culos illuminet, & alibi precatur, ut Verbum Dei sit lucerna pedibus suis & lux se- mitarum suarum. Et Petrus Apostolus Christianos homines attendere iubet pro- phetico sermone veluti lucernæ in obscuro loco splendenti, donec lucifer appareat in cordibus nostris & tandem dies ille nobis illucescat, quo ipse Christus appare- bit, & omnia restituet. Itaq; Verbum suum nobis commendat, ut hoc luceat in cor- dibus nostris, & ex eo petamus regulas atq; consilia, quæ tuto sequamur, quamdiu inter huius mundi tenebras viuimus.

Psal. 119.
1. Pet. 1.

Discrimen in-
ter prudentes
& fatuos.

Ioan. 1.
Psal. 45.

Psal. 23.

Cæterum hic se ostendit discrimen illud de quo nos Dominus per virgines fatuas & prudentes admonet. De his dicit, quod cum lampadibus oleum quo- que in vasis suis acceperint, fatuas autem non item, sed sine oleo cum lucernis vacuis sponso occurrisse. Lucerna ardens dici potest cor ipsius Christi cognitione illuminatum, qui propriè lux illa mundi est, quæ in tenebris lucet, & has vincit atq; dissipat. Ut vero corda nostra per hanc illuminentur oleo, id est, gratia cœlesti vel spiritus sancti opus est, quæ in Psalmo oleum lætitiæ dicitur, quod mentes non il- luminat modo, verum etiam exhilarat in Christo, ut etiam si nobis incedendum sit per vallem vmbrae mortalis, non tamen timebimus. Prudentiæ autem argumen- tum est, quod non modo lampades habent istæ, sed hoc agunt, ut adornatas & in sponsi aduentum, id est in omnem euentum instructas lampades siue lucernas ha- beant, id est, ut non solum fidei professione glorientur, verum etiam student ut huius satisfaciant. Ut enim splendor lucernæ accensæ non est durabilis, nisi oleo susten- tetur, hoc autem deficiente euanescit: ita externa fidei professio non prodest, sed

nisi gratia spiritus nos in fide confirmet, & hanc per charitatem efficacem & periculosis omnibus superiorem faciat, evanescit mox splendor ille externus, quo hypocrisis sese venditant, si quis turbo persecutionum nos afflauerit. Qui ergo sine gratia celestis spiritu instructi ad Christum accedunt recte fatuis virginibus cōferuntur, ut alibi qui Verbum audit nec facit, similis dicitur fatuo, qui magnis impensis ædificat domum super arenam ubi fundamento solido destituta corrui, dum neque aquarum neque ventorum procellis potest resistere. Christianos ergo decet, ut ad Christum accessuri lucernis & oleo simul sese instruant, id est, fidem habeant, quæ ex Spiritu sancti suggestione enata per charitatem sit efficax, & vera Christi cognitione ardeat, quæ nullis aduersis succumbat.

Idcirco Dominus apud Lucam grauitur monet, ut qui ipsi nomen dare volūt, in seipos descendant, & sese examinent, num si opus sit, parentes odisse, & propter ipsum omnibus, quæ in terris charissima habent, renuntiare possint. Si enim turrim ædificaturus, prius sumptus aut impensas diligenter subducit, num his sufficere possit, & bellum cum hoste gesturus huius simul & proprias vires inter se concere possit, ne tandem cum clade aliqua repulsus infamiam reportet, cuius ipsum semper poeniteat: quanto eoque magis nos hic industrios esse conuenit, quod natura omnes fatui sumus. Etenim animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei: nec in nobis sunt facultates, quibus instructi sufficere possimus ad occursum maiestatis Dei, quæ in IESU CHRISTO refulgebit, cum veniet ad iudicandum viuos & mortuos.

Christianis examine opus est.

LUC. 14.

1. Cor. 2.

Excutiamus ergo serio & diligenter vasa nostra, & primo quidem (ut Paulus ait) tentemus & exploremus nos ipsos, num simus in fide, & num Christum verè apprehenderit. Hunc enim vnxit Deus oleo lætitiæ, id est, Spiritu sancto & virtute præ confortibus suis, & dat illi spiritum non ad mensuram, sed ita ut ex eius pietate præ confortibus suis, & dat illi spiritum non ad mensuram, sed ita ut ex eius pietate dei professione Christum offendamus, & multa superbe de nobis iactemus, ad que ipse respondeat: Nō noui vos, discedite à me qui facitis iniquitatē. Humiliemur itē sub potenti eius manu, per obedientiam fidei, & studeamus vocationem & electionem nostram firmam facere, dum fidei virtutem, id est, sanctos & honestos mores, huic autem continentiam, cum hac tolerantiam & pietatem coniungere, ut opera nostra luceant cora hominibus, & his visis alijs quoque ædificentur. Hæc si nobis ad CHRIS T I. Quia verò nihil horum ex nobis habemus, precibus nos indefinenter inuigilare oportet, & quæ in nobis sunt dona Dei assidua meditatione & frequentivisu suscitare, ut ipsi sceneremur Domino. Ita augebitur & crescet in vasis nostris perinde ut olim in viduæ Sareptanæ lecytho oleum illud gratiæ Dei, nec vnquam nos destituerit lux, quæ nos deducet, ut sponso nostro læti possimus occurrere.

Oleum ut paratur.

2. Cor. 3.

Acto. 13.

10. 3. 1.

Matth. 7.

2. Pet. 1.

Matth. 5.

1. Reg. 17.

Quam verò necesse sit nos his sedulo studere, hic ipse locus docet. Narrat enim Christus, quid virginibus istis simul omnibus acciderit. Tardente sponso (inquit) nictarunt omnes & dormierunt. Adumbratur hic fatalis oscitantia & securitas, quæ omnibus est insita. Cunctatur plerumque Dominus, nec subito adest, quoties venturus speratur, sed poenitiæ spacium permittit contumacibus quoque, ut interea impleatur electorum suorum numerus. Idem fit, quando suis periclitantibus non illico succurrit: Cùm hora mortis præter spem differtur: Cùm irem aduentus sui diem extrahit, cuius spem signa prædicta quotidie nobis faciunt. In his omnibus sopor nobis obrepit: dum impatientia vel leuitate vel securitate aut fastidio vincimur, qui in terrenis sumus indefessi: & nullius vel laboris vel moræ radio superamur: tunc (inquam) dormimus, qui diuinæ bonitatis consideratione excitari debe-

Virgines omnes dormiunt.

hamus, & ad pietatis studium expergeri. Nec malis modo hoc accidit, quos infelicis mundi studium aut amor excæcavit, ut de salute vix unquam serio cogitent. Verum etiam melioribus qui pietatis & cœlestium studio ardere & diuinis intenti esse videntur. Ideo omnes nictasse & obdormiuisse dicuntur. Est hoc tam vulgare inter homines, ut inter Ethnicos vulgo iactata fuerint hæc dicta, Nemo sine crimine vivit, Quandoque bonus dormitat Homerus. Nam etsi non omnes illicitis cupiditatibus ardeant, licet non omnes atrocibus vitij laborent, aut facinora designent, quæ prophani quicquid homines detestantur, tamen remittit sæpe in pijs pietatis ardor, refrigerat cultus diuini studium, languent item qui prius feruebant, & securi omne virtutis studium intermittunt, qui paulo ante omnes bene agendi occasiones solliciti venabantur. Et quid nobis de nostro studio polliceamur nos qui scimus Apostolos præ mœnore dormitauisse ad montem oliueti, nec tristissimis concionibus Christi, quas hic de sua morte & immani collegæ ipsorum Iudæ proditoriis ore habebat, potuisse expergeri? Et hodie plerique dormitant inter voluptatibus & scelerum licentiam, dum totus mundus periclitatur. Securi stertunt antistites Romano oppressi iacent viri principes, licet orbis terrarum bellis ardeat, seditionibus scindatur, lue ac peste infestetur, fame ringatur, nec ista curæ sunt ijs, quos Deus publicos speculatores constituit. Quanto igitur studio opus est, ut seipos singuli ad vigilantiam excitent? quanta animi deuotione precibus incumbere debemus, ut bonus ille pastor Israelis qui non dormitat, fideles pastores det, qui serijs admonitionibus & fidis consilijs mundum ex hac communi somnolentia & fatali securitate & interitu, qui omnibus imminere videtur, reuocent? Et de his eò maiori cura nos cogitare decet, quod hoc nouissimo seculo meliorem mundi sortem nobis polliceri non possumus. Maior semper erit fatuorum numerus & hypocritarum, qui etsi lucernas Euangelij sedulo ostendent, oleo tamen cœlestis gratiæ & Spiritus sancti lucerna destituuntur, & quam ore profitentur fidem, factis negant. Et quia hi numero vincunt, & *πλειονες κακοι*, id est plures mali sunt (ut Bias dicebat) sic ut meliores quoque communi exemplo abripiantur, neque aliqua spes melioris conditionis appareat. Quid vero fiat illis, qui dum in excubijs stare deberent, ignaui stertunt, proximo sermone diceretur. Nunc priuatim & publice oremus Dei Filium IESVM CHRISTVM, ut ubique gentium omnes expergeficiat, ut in suam propriam & simul in publicam salutem intenti, in ipsius occursum sese parent, ne propter nostram ignauiam nomen eius male audiat, & ecclesiæ salus periclitetur. Ipsi debetur beatus dictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

Matth. 26.

Psal. 121.

H O M I L I A C C L X X X V .

Media autem nocte clamor ortus est, Ecce sponsus venit, exite in occursum eius. Tunc surrexerunt omnes illæ virgines, & præpararunt lampades suas. Fata autem prudentibus dixerunt. Date nobis ex oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt vero prudentes illæ dicentes: Nequaquam, ne non sufficiat nobis & vobis: Ite vero potius ad eos qui vendunt, & ipse vobis emite. Cum autem irent emptum, venit sponsus: & quæ parata erant, introierunt cum eo ad nuptias, clausaq; est ianua. Postea vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine Domine aperi nobis. Ipse vero respondit eis: Amen amen dico vobis, non noui vos: Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, qua filius hominis veniet.

Magnum & incomparabile bonitatis Dei plus quam paternæ argumentum est, quod Filio suo vnigenito, IESV CHRISTO, ex mortali & calami-

ioso hominum genere non modo sponsam deligere dignatus est, quam illi coniun-
geret, & regni sui cœlestis ac æterni faceret consortem, verum etiam ex hominibus
eos eligit, quorum ministerio utitur, ut tanquam pronubi & nuptiales puellæ in
sponsalibus faciendis & nuptiis parandis siue deducendis suam operam illi confe-
rant. At non minus è contra reprehendi meretur hominum socordia, qui ad tantã
dignitatem vocati de ea tuenda, non ut par erat, cogitant, sed inter mundi illece-
bras & studia somnum sibi obrepere patiuntur, imò sopore interdum grauantur,
ut vix vllæ admonitiones & correptiones illis expergefaciendis sufficiant. Nec vul-
go solum hic peccant inferiores, verum etiam meliores & qui reliquis præstant. I-
deo nuper prudentes quoque virgines, cum fatuis dormitauisse dicuntur. Et hodie
hoc ipsum non sine periculo & honorum dolore fieri experimur.

Sed ut Deus dormitantibus veterum istum excutiat, secunda parabola pars
docet, quæ Epitaphium habet: Eodem planè modo, quo discipulis ad oliueti montem.
Sape hoc monebat Christus, & soporem eis exprobrabat, & quam parum magni-
ficiis promissis responderent, quæ in vltima cœna iactarant. Sed cum nihil profice-
ret monendo, amaro Sarcasmo illos pungens, ait: Dormite quod superest, & requie-
scite. Quasi diceret: Pergite ut lubet, quando verbis amicis excitari non potestis:
En adest qui verberibus vos expergeficiet. Et Iudam cum armata cohorte digito
monstrat, qui & ipsum inuadit, & discipulos turpi fuga dissipat. Ita in præsentem fa-
ctum. Nam media nocte clamor exortus est, Ecce sponsus venit, Exite in occursum
eius. Media nox repentinum & improuisum IESV CHRISTI aduentum signifi-
cat, de quo Petrus scribit: Veniet noctu sicut fur dies ille Domini. Et Paulus: Cum
dicent Pax & læta omnia, tunc repentinum eis imminet exitium, sicuti dolor par-
tus mulieri vterum ferenti. At repentina pericula & improuisa vehementius terrēt
& magis anxios ac sollicitos reddunt. Clamorem autem istum alibi scriptura vocē
Archangeli & tubam Dei aut κέλευσμα vocat, quod proprie nauticum clamorem
denotat, quo nauatæ se mutuo ad opus adhortantur & qui molestissimus esse solet
ijs, qui ad remos destinati scutica aut flagello simul caduntur, ut remis fortius in-
cumbant. Et sane magnum & acutum esse oportebit clamorem, qui mortuos in se
palchris iacentes excitare poterit. Quanto autem cum terrore coniunctus erit cla-
mor iste, quando (ut Petrus dicit) simul cœli cum stridore præteribunt, elementa ve-
ro æstuantia soluentur, terraque & quæ in ea sunt opera exurentur. Quis nescit,
quam terribili fragore concutiantur vicina loca, si domus vna & altera à sum-
mo culmine ruat? Qualis ergo erit, quando vno incendio terra, mare, cœli, vrbes
omnes cum alijs ædificijs & animalibus quoque conflagrabit, & simul vniuer-
sa totius mundi machina corruet. Debemus de hoc frequenter cogitare, ut facili-
ter admittamus Verbi Dei admonitiones, quibus quotidie nos edocet, ut nos ad
Filijs sui aduentum præparemus. Nam etsi clamor ille & conflagrantis mundi strid-
or siue fragor pijs quoque propter communem omnibus infirmitatem sola cogita-
tione terrorem parere possit, & ferè toto animo horreant, qui ista seriò meditan-
tur, beati tamen erunt tunc, qui prius sese in his meditationibus ad pietatem exer-
cuerunt. Vt enim classico non ita terretur miles fortis, qui illo assuetus didicit hoc
audito in aciem descendere & cum hoste cominus congregi: ita mouetur quidem
pijs animus, si quæ tunc rerum facies futura sit cogitet, quia autem hunc scit fore
cum sponso suo Christo & sponsa eius, vniuersa electorum ecclesia, gaudeant, mo-
de sua redemptione certi exultabunt, ut deposito hoc luteo & mortali tabernaculo
ad Christum transferentur, ut in corporibus quoque suis eius corpori glorioso
conformes fiant, & regni cœlorum possessionem adeant. Alia autem erit prophæ-

Subito Christi
aduentus per
gefiun uoimi
entes.
Mar. 13.

1. Thess.
2. Pet.

Ioan. 5.
2. Pet. 3.

2. Cor. 4. 5.
Phil. 3.

2. Cor. 4 5.
Phil 3.

Spes hypocri-
tarum fallit.

norum fors, qui mundi voluptatibus immerſi, cœleſtia ignorant, & propria conſcientia diſtante ſentiunt ſibi paratum eſſe ignem illum inextinguibilem, in quo cum diabolo, cui ſeruiert, aeternum cruciabuntur.

Docet hoc Dominus hoc loco, nec obſcure ruruſus de diſcrimine virginum prudentium & fatuarum nos admonet. Orto enim clamore iſto, nullius trepidationis aut erroris mentio fit, qui prudentes perculerit. Quia enim oleum cum lucernis ad manus habuerunt, lucernas ſuas abſq; mora pararunt, quæ inſtructæ lucem illis præbuerunt, ad quam inoffenſo pede obuiam progredi & ſponſum aduentantem omnemq; eius apparatus lætæ ſpectare & excipere potuerunt. Ideo hic quoq; illas excipit, & in ſuum comitatum admiſſas introduxit in thalamum nuptiale, qui beata immortalitatis ſedes eſt. Ita fiet pijs omnibus, qui vel vt ſerui fideles & induſtrij herum cum lucernis ſuccincti expectant, vel ad Chriſti aduentum lucernas ſuas oleo cœleſtis gratiæ inſtructas habent, id eſt, quorum corda luce fidei per claritatem agentis ardent. His Chriſtus dicet (vt ſuo loco audiemus) Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi. At illi longe fatuæ, quæ hæcenus quidem ad nuptias ſatis inſtructæ viſæ ſunt, cum lapides & ipſæ haberent, at nunc demum multa nocte illis incommodiſſimum accidit, vt ſuam egeſtatem & inopiam ſentire inceperint. Nam conſitentur lampades ſuas, quæ prius ardere & lucere videbantur extingui. Idcirco prudentibus dicunt: Date nobis de oleo veſtro. In eo autem ſtultitiam ſuam declarant, quod non ante de neceſſario ſibi apparatu cogitant, quàm lucernas ſuas extingui, & ſe in extrema neceſſitate conſtitutas vident. Eſt hic typus hypocritarum, qui plerumq; ſapientiuſi mi & ſanctiſſimi mortalium videri volunt. Nam in externo cultu inſtituendo miri induſtrij ſunt, & ita hunc inſtituunt, vt veris Dei cultoribus longè præſtare videantur. Sed coram Chriſti tribunali externus ille ſplendor conſiſtere non poteſt, & quando tuba Dei audietur, quæ ſuo clangore corda & intimos conſcientiæ reſſus penetrabit, non plus illos iuuabit cultus externi fiducia, qua ſeſe venditant, quam Adam olim perizomata ſiculnea, quæ ſibi ipſi & Eux ſuæ fecerat, vt nuditatem ſuam tegeret. Vt primum enim ſe à Deo quæri & quali citari audiebat, vt nuditatem re, Adam vbies: In pedes ſe coniecit, de fuga & latebris cogitans. Ita hypocritæ qui per fatuas illas figurantur, ſe quidem ſatis paratos eſſe & ſatis lucis habere arbitrantur, dum tardante ſponſo aut iudice dormiunt. At quando clamor ille au- dietur, qui à mortuis excitatos ad Chriſti tribunal omnes citabit, tum demum imparatiſſimos eſſe, & in ſuperſtitionum tenebris miſere hære & vagari ſentient, & terram ſibi dehifcere vellent, ne coram Chriſto comparere oportere. Deinde vt fatuæ iſtæ ad prudentium præſidia cõuertuntur, & ab his petunt, quod penes ſe à Deo acceptum in ſuis vaſis quærere debebant: Ita ſuperſtitioſi qui ſuis ſuperſtitionibus ſeipſos decipiunt, dum in hoc ſeculo viuunt, ſub vitæ ſuæ ſinem cum Adriano Imperatore quiritantur, Animula vagula, blandula, Quæ nunc ab his in loca? Pallidula, frigida, Nudula, Nec vt ſoles dabis iocos. Et ſalutis ſuæ in hoc ti, hanc apud eos quærunt, quos prius toto cœlo errauifſe conſtat. Fit hoc frequenter hodie, vt tales ad opera ſupererogationis confugiant, quæ à ſacrificiis & monachis redemerunt: vel in meritis diuorum cœlitum ſpem habeant, quibus nunquam hoc in mentem venit, quod hæc alicui ſalutem afferre debeant. Idcirco Dominus nos tam ſordidas putatis, quæ in diuinis turpem quaſtum captemus, & dona Dei quæ ille ex gratuita liberalitate omnibus impertit, vel prece vel pretio velimus largiri ijs, qui ſalutem propriam ignaui negligunt? Et rationis loco addunt: Ne non ſufficiat nobis et vobis. Quibus verbis nō obſcure fatentur, ſibi non tantū eſſe olei id eſt

Opera ſuper-
erogationis ne
gantur.

id est, gratiæ cœlestis, vt alijs impertiri possint: Imo si id velint, ne sibiipsis quidem fore, quod ad salutem propriam sufficiat. Quod vnum sufficit, confurandis nundiatoribus illis sacrorum, qui tantum sibiipsis & suorum operum meritis tribuunt, vt opera supererogationis iactitent, quæ fatuis diuendunt, qui pro vili pretio cœlium & regni cœlestis thesauros venales inueniri existimant. Peccant hi omnes multuariam. Nam apud homines *αιζρονερα*, id est, turpis quæstus studiosos quarunt quod apud vnum Deum quæri debebat. Deinde cum Simone Mago turpiter falluntur, dum Dei dona non pluris æstimant, quam quod ea pecunijs acquiri arbitrantur. Ideo illis etiam seruit illud Petri Apostoli, qui Simonem horribili execratione deuotens, dixit: Argentum tuum tecum pereat: Non est tibi pars neq; fors in hoc negotio: Nam cor tuum non est rectum in Dei conspectu. At hodie soli pro ca tholicis & orthodoxis habentur, qui cum vacuis suis lucernis vel sibiipsis vel alijs hac ratione volunt consulere.

Acto. 8.

Sed non solum ista respondent prudentes virgines, sed falsam quoq; ironiam addunt, qua fatuas ad vendentes remittunt. Ite (inquiunt) ad eos qui vendunt, & ipsæ vobis emite. Quod non ita accipi debet, quasi vel in hoc vel futuro seculo, vel in cœlo vel apud inferos sint aliqui, qui venalia habeant dona Spiritus Sancti. Christus enim sua gratis offert, vt apud Isaiam legitur, per quem ad se inuitans omnes qui seruari cupiunt, clamat: O vos omnes qui sititis, venite ad aquas, etiam vos qui non habetis pecunias, venite: comparate & comedite: emite sine argento & sine pretio vinum & lac. Et ibidem omne illud ceu inutile damnat, quod pro pecunia emitur, dicens: Cur expenditis pecuniam pro non pane, & laborẽ vestrũ pro eo quod non satiat: Sed & qua ratione & quo pretio redimantur, docet, quæ animas satiat: nimirum diligenti auscultatione verbi. Audiendo audite me (inquit) & comedite bonum. Et Apostolis, quos mysteriorum suorum dispensatores constituit dicebat: Dono accepistis, dono date. Itaq; in Dei verbo panis & potus ille inuenitur, qui nos recreat in Domino. In eodem habetur etiam oleum Spiritus Sancti, quod veteram lucem in cordibus nostris accendit, quã qui sequuntur, in tenebris nõ errant.

Dona Spiritus Sancti nõ sunt venalia.

Isa. 55.

Matth. 10.

Et hunc esse huius loci sensum, parabola huius catastrophe siue conclusio demonstrat. Sequitur enim: Cum autem irent emptum, venit sponsus: & quæ paratæ erant, introierunt cum eo ad nuptias, clausaq; est ianua. Postea vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. Ipse vero respondens ait: Non noui vos. Venit sponsus dum fatuæ abeunt emptum oleum. Dum enim hora illa fatalis aduenerit, quæ vel toti mundo finem suum afferet, vel singulis, Christus imparatos non expectabit diutius, neq; electorum suorum, qui iam pridem seipsos, vt par est, preparauerunt, desiderium diutius frustrabitur: sed vt paulò ante dixeretur, ad se assumptos ad cœleste gaudium inducet. Et quia tunc finalis sententia feretur, qua prudentes omnes seruabuntur, fatui vero & hypocritæ omnes damnabuntur, claudetur post hanc latam ianua, nec aliud tempus erit, quo de alicuius emendatione, aut iudicij siue decreti mutatione aut mitigatione agi queat. Frustram petent doceri, qui tempus prædicationis & occasiones in hoc seculo oblatas neglexerunt. Scimus quid epuloni apud inferos æstanti & pro fratribus intercedenti, vt aliquis ex defunctorum numero doctor aut monitor ad illos mitteretur, dictum sit: Habent Mosem & prophetas, audiant eos: Itẽ, Si Mosem & prophetas non audiunt, ne si quidem quispiam ex mortuis excitetur, assentientur. Luc. 16.

Post obitũ aut finẽ mundi nulla amplius salutis occasio.

Veniunt autem clausa ianua fatuæ quoq; virgines, & intromitti cupiunt. Manet enim in exclusis quoq; salutis desiderium, vt ex alijs etiam locis potest colligi, vteruq; status siue dolor maior sit, quem ex damnationis suæ sensu percipient. Ideo alibi ait Christus: Illic erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abrahamum, Isaacum & Iacobum & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.

Manet in reprobis quoq; salutis desiderium. Matth. 7. Luc. 13.

Sap. 4.
Ephes. 5.

Excitent nos ista ad serium salutis studium, ne quam occasionem negligamus, qua in verbo Dei & Christi cognitione possimus proficere: & semper in animis nostris recens obseruetur nunquam satis obseruata Apostoli admonitio: Excitare qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus: Videte igitur, quomodo accurate incedatis, non vñ insipientes, sed vt sapientes: Redimentes occasionem, quoniam dies mali sunt. De morte peccati loquitur Paulus, à qua noa excitari oportet, dum hic viuimus, & in hoc intentos esse, ne tempus nobis aliud agendo elabi patiamur. Vt enim homines frugi temporis parcissimi sunt, & hunc summum & pretiosissimum thesaurum esse existimant, ita in aeternae salutis negotio hoc ante omnia obseruetur: ne (vt Apelles olim dicebat) aliqua dies abeat, quin linea ducta super sit. Itaq; mercatoribus nos confert Apostolus, qui vt lucrum faciant nundinarum temporum minime negligunt, & omnes alias commoditates atq; delicias lucello quomodocumque modico postponunt. Quod cum illi propter opes fluxas huius seculi faciunt, quanto magis nos propter beatam immortalitatis gaudium & aeternam regni caelorum gloriam faciemus: Et excitet nos quod vita haec breuis est, & facies mundi praeterit, dies vero mali & periculorum pleni sunt, quae nos à salutis via audeant. 1. Cor. 7.

Statua parabo
Le. X. virginu.

Ideo statim siue scopum parabolae Christus subtextit, dicens. Vigilate itaq;. Quod vniuersale preceptum esse et ad omnis loci & ordinis homines pertinere, principio diximus. Id autem graui ratione confirmat: Quia nescitis diem neq; horam, qua Filius hominis veniet. Ex communi rerum usu argumentum sumit. Pericula enim imminuta magis terrent & nocent. Ideo alibi addit Dominus: Hoc autem sciret pater familias, qua hora sur venturus sit, vigilaret vtiq;, nec sineret perfodiri domum suam. Atqui venturum esse constat Christum ad iudicandum viuos & mortuos: & quamuis certo veniet, hora tamen aduentus sui nihil incertius est. Eadem ratio horae mortis quae in omnes aetates cadit, siue quis puer, siue iuuenis, siue senex sit. Eius horam vero ita celauit Deus, vt ne angelos quidem voluerit scire: imo ne Filium hominis quidem, qui nobis à Patre sapientia factus est. Hanc autem veritatem nihil huius opinantibus hominibus nouissimi seculi, scriptura frequenter docet. Est hoc magnum bonitatis Dei argumentum. Sed ea est hominum prauitas vt fere differamus, quae ad salutem maxime sunt necessaria. Vt ergo necessitate cogeret tam mortis quam aduentus sui horam attente obseruare, vtiusq; horam incertam esse voluit, vt in omnia momenta intenti & parati essemus. Interim exemplis magnis & insolitis nos quotidie excitat, prodigijs terret, quae diei istius quasi praeludia sunt, & ipsius iudicium (vt Petrus ait) non dormire docent. Nemo igitur illum tardare putet ex oscitantia: quin potius nouissimi seculi dies abbreviabit, & propter electos suos accelerabit aduentum suum, vt machinam mundi sub hac seruitute gementem liberet. Vigilemus ergo in horas, & precemur, vt consisteremus coram Filio hominis, & fide viua ac per charitatem ardenti instructi ad nuptias sponsi nostri intromittamur, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

Luc. 12.

Mar. 13.
1. Cor. 1.

1. Pet. 1.
Matth. 24.
Luc. 21.

H O M I L I A C C L X X V I .

Ita enim est, vt cum quis peregre proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit eis bona sua. Et huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero unum, unicuique secundum ipsius facultatem: & peregre profectus est statim.

Christus sepe
differit de re-
gno Dei.

ATernus Dei Filius, qui nobis à Patre non Seruator modo, verum etiam doctor & ipsa sapientia factus est, non temere de nulla alia re frequentius cum discipulis suis Apostolis, quos ipse doctores orbis totius destinarat, differuit, quam

quam de regno Dei, cuius instaurandi ergo in mundum venerat Fecit hoc prolixè & diligenter, cum mortis hora iam instaret, vt postrema hæc eius cum illis colloquia testantur. Idem illum postea per totos dies quadraginta fecisse, Lucas initio Actorum scribit, quibus à mortuis rediuius in terris cum discipulis versatus est. Vt enim quoad nos, ex eo nostra salus dependet, vt in CHRISTO IESU regni cœlorum ciues simus: ita vt huius mysteria rectè intelligamus necesse est. Cæterū hinc ferè vulgò offendimus, dum Christum ex nobis alium fingimus, quam debebamus. Sic olim Apostoli communi Iudæorum errore decepti, Regem terrenum somnabant, qui regnum habiturus esset, qualia sunt principū huius seculi, quæ ipsis multorum errorum, ambitionis item & contentionum perpetua causa & quasi solum fuit. Et hodie hoc ipsum multis imponit, vt alijs quoq; scandalorum authores sint, dum in Christo sub Euangelij prætextu alia quarunt, quam ille velit præstare. Alij quia illum in cœlos ascendisse audiunt, nec amplius in mundo velle versari, ab Ecclesia quoq; sua absentem fingunt, & eum quæ in terris geruntur, posthac curare in vniuersum negant. Vnde impia & scelerata securitas nascitur, qualis olim in Nabalim illis fuit, qui (vt in Psalmis habetur) dicebant: Non est Deus: Dominus non videt, Deus Iacob non intelligit. Sunt deniq; qui nunquam rediturum putant, vt vel suos remuneretur, vel impijs pœnas suis sceleribus dignas retribuatur. Itaq; necesse fuit his erroribus occurrere. Factum hoc ex parte præcedenti parabola de dectionem vnâ cum modo, quo illud in terris administraret, comprehendit. In quibus, vt omnis securitatis & licentiæ occasio excludatur, hæc potissimum docet. Prius se, etsi ex mundo abierit, vt non amplius secundum seculi huius rationem in terris versetur, non negligere tamen suam Ecclesiam. Deinde quamuis inter suum discessum & reditum ad nos ingens intervallum sit, moram tamen hanc non obstinuram, quò minus suo tempore veniat & rationes omnium, quæ in Ecclesia fiunt exigat, non solum ab hostibus apertis, verum etiam ab ijs, qui se domesticos fidei & seruos profitentur, & non tam destinata militiâ, quam ignauia & metu ignauo peccant. Ita verò de his omnibus differat, vt nihil eorum omittat, quæ in hac causa nos instituere aut consolari possunt.

A. Cor. 2.

Psal. 14. 94.

Partes parabola sunt tres. Prima Christus seipsum describit, quis sit quoad suam personam, qua item fide res suas & regnum vniuersum administraret. Secunda de seruos suorum ingenijs & moribus loquitur. Tertia indicat, quanta diligentia & severitate tam à bonis quam improbis suo tempore exacturus sit, licet ad tempus dissimulare & ad omnia conuiuere videatur. At quia in Luca nostro de his omnibus copiose dictum est, in præsentibus breuius percurramus ea, quæ nos in causa regni Dei erudire poterunt, in qua non pigeat eadem sapius audire, cum semper occurrat, quod prius non satis fuit obseruatum.

vide Homil. 173. in Luc.

Primam partem à seipso orditur, & suam personam paucis describit, dum re- gnus sui conditionem perinde se habere ait, vt cum quis peregrè proficiscens, vocat seruos suos, inter quos bona siue facultates suas distribuit. Apud Lucam etiam or- gnia, vbi sic dicit: Homo quidam nobilis profectus est in regionem longinquam, & acciperet sibi regnum. Obseruari autem debet, eum qui hæc de seipso dicit, reue- rasse Dei Filium verum, Patri coessentialem & coeternum. Vocat autem se ho- minem, & quidem nobilem, non vulgarem aut ex plebeium. Est ergo Christus in vna indiuisa persona Deus & homo, Deus quidem ab æterno ante secula natus cu- ius exitus est ab initio, vt Micheas olim testatus est, homo autem natus præfinito tempore in secula. Verè autem nobilis homo, qui vt nobilitatem metiaris, om- nes homines superat. Nam si genus siue familiam spectes, ex stirpe natus est, cui nulla alia vel vetustate, vel heroum ex ea progenitorum virtute & gloria conferri

1. Parabole pars Christum & regnum eius describit. Christus Deus & homo.

Mich. 5. Gal. 4. Nobilitas Christi.

Psalm. 15.
Luc. 2.

Ioan. 8.

Ioan. 3.

Psalm. 45.
Acto. 10.
Ioan. 3. v. 1.

Christus dicitur
sit procul in re-
gionem longin-
quam.

Ioan. 17. v. 14

Phil. 2.

Ioan. 1.

Psalm. 139.

potest. Ex Davidis enim domo siue familia prodijt, quæ originem ducit ex sanctis-
simis Patriarchis, Abrahamo, Isaac & Iacobo, à quibus Deum nõ puduit seipsum
denominare, & cum quibus fœderis societatem ille inire dignatus est. Nati sunt ex
eadem Reges & Principes gloriosissimi circiter viginti, vt de Prophetis & Sacer-
dotibus nihil dicamus, quorum sempiterna erit memoria in Ecclesia Dei. Superat
hoc, quod cum alij homines in peccato concipiuntur & nascantur, Christi conce-
ptio & natiuitas pura & sancta est. Concepit enim eum Maria Virgo ex Spiritu
sancto, & eundem illaeso & incorrupto Virginitatis flore peperit: quod nulli homi-
num vnquam ab origine mundi contigit. Est ergo Sanctus Sanctorum, in quo vir-
tutes omnis generis ita floruerunt, vt nullius vitij, nedum sceleris à nemine vnquam
argui aut accusari potuerit. Idcirco apud Ioannem hostibus infestissimis aliquan-
do dicebat, Quis vestrum arguet me de peccato? Sed his quoque præstantius eli-
quod ex æterno Dei decreto Rex gloriæ est & Sacerdos in æternum, & tales facti
tuos omnes, qui in ipsum credunt, & quam ipse sibi innatam habet nobilitatem
lij confert: quod nulli ne Regum quidem huius seculi potentissimo licuit. Idcirco
de illo Ioannes scribebat: Ad suos venit, & sui eum non receperunt: Quotquot au-
tem eum receperunt, dedit eis hanc dignitatem vt filij Dei fierent, nempe ijs, qui
credunt in nomen eius. De illo enim cecinit David: Amas iustitiam, impietatem au-
dis, propterea quod te Deus, Deus tuus vnxit oleo lætitiæ præ confortibus vir-
tute, &c. Et Baptista: Qui è cælo venit super omnes est: Non enim huic dat Deus
Spiritum ad mensuram: Et ex eius plenitudine omnes accepimus, gratiam pro gra-
tia. Ex illo ergo habemus quicquid virtutis nomen meretur. Atqui hæc sola est no-
bilitas vera, quæ nos Deo & hominibus, imò Angelis quoque commendat. Si simi-
seculi nobiles spectemus, ne potentissimi quidem, qui in hoc dominantur, sui simili-
les generare possunt: Sed tanta est illorum infelicitas, vt plerique ex illis progeniti de-
generes & malæ frugis sint: Itaque iam olim prouerbio locum illi secerunt, He-
teroum filij noxæ. Quos autem Christus ex semine verbi sui regenerat, ij demum ge-
nerosi sunt. Nam in eo renatos Deus pro Regibus & Sacerdotibus, imò pro filijs
suis agnoscit.

Quid verò de seipso dicit homo ille nobilis, IESVS CHRISTVS? Quod pro-
fectus sit in regionem longinquam, vt acciperet sibi regnum. Dicit autem longin-
quam regionem cælos, id est, beatæ immortalitatis locum, quæ regni cælestis & æ-
terni sedes est, cælis ipsis sublimior, & (vt Paulus exponit) longè supra omnes cœ-
los extra hunc corruptibilem mundum constituta. Illuc Christum ascendisse, ipse
disertè testatur, dum se porro non in mundo fore dicit, & inter se atque discipulos
hoc discrimen facit, quod illi quidem in mundo sint, ipse verò in hoc non amplius
versetur, sed ad Patrem ire velit, vt illic in domo Patris, vbi habitationes multæ
sunt, locum nobis paret. Quod autem de discessu suo dicit, de assumpta hominis na-
tura, aut corpore ex Maria Virgine nato, intelligi debet. Etenim constat personam
Christi ex Deo & homine, duabus distinctis naturis, ita vnitis per vnionem sue
identitatem personæ, vt vtraque proprietates suas essentielles retineat. Vt ergo De-
us in mundum venit, & homo factus, forma serui assumpta se exinanuisse dicitur ab
Apostolo, non tamen desijt esse Deus, sed tunc quoque in Patris sinu mansit, vt no-
bis enarraret, quæ nemo hominum viderat, neque oculis humanis poterat videre.
Ita peracto in assumpta hominis natura nostræ redemptionis negotio, hominem
qui in infimas partes terræ descenderat, in Virginis uterum scilicet (sic enim David
in Psalmis matris uterum vocat, dum se in occulto & inferioribus terræ partibus
formatum esse canit) idem postea assumptum hominem super omnes cælos eue-
xit, vt

xit, vt impleret omnia : non quidem corpore suo immenso ac infinito (vt quidam nimis curiosi & arguti de illo philosophantur, qui supra cœlos locum esse negant) sed vt impleret quacunque adhuc restabant ad redemptionem nostram, & gloriæ Patris cōsors factus, regnum illud sibi acciperet, de quo hic loquitur, & omnia suis donis & beneficijs accumularer, vt postea sequetur. Etsi verò ex his firmissimè colligamus, Christum post ascensionem corpore suo in terris esse desisse, & hoc historia Euangelica testetur, idemq; inter symboli Apostolici articulos vetustas omnis testata sit, atque hodie Ecclesia tota catholico & orthodoxo consensu confirmatur, non tamen propterea (vt quidam de nobis scurriliter calumniantur) Christi maiestatem & omnipotentiam negamus, multo minus eum ab Ecclesia auferimus, neque hanc illius salutari & necessaria præsentia spoliamus. Nam illum, vt recebat: Data est mihi omnis p̄p̄estas in cœlo & in terra: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. His ergo testimonijs & prodigijs confirmati, religio nobis est præsentiam Christi in terris carnalem statueret, quam ipse toties negauit, & quæ illius omnipotentia & maiestati tantum derogat, vt si quorundam commenta audiantur, maior eius gloria & potestas olim fuerit, cum in corpore mortali in terris viueret, quam nunc in cœlis sit, vbi in corpore glorioso ad dextram Patris consistet. Etenim olim non necessaria fuit coram liberare, etsi ad illos non proprius accederet: neque negata omnipotentia suæ maiestatis accusatur Centurio, qui non opus esse dicebat, vt ipse subterfugium suum ingrederetur, cum vnicum verbulum famulo sanando posset sufficere. Imò hoc nomine Centurionis fides omnium Iudæorum fidei præfertur, quod non necessariam recusabat. At nostri aduersarij hodie Christum nobis fingunt, qui in longinquam regionem digressus, regnum deposuerit, neque nos vel seruire, vel corpore suo ad vitam alere possit, nisi in personæ suæ vnitatem etiam assumpto pane, se manibus nostris contrectandum, dentibus atterendum & faucibus deglutendum præbeat.

Christi ascensio non tollit eius maiestatem & omnipotentiam.

Matth. 28.

Matth. 8.
Ioan. 4.

Cur ergo in longinquam regionem abiisse dicitur Dei Filius: Cur illic regnum accepisse docetur, cum huius fines per cœlum & terras omnes extendantur? Priusquam auditoribus discipulis, qui tunc præsentibus erant, sermonem accomodat. Nam vt Lucas scribit, appropinquabat Ierosolymæ, quam plerique regni eius terrenti sedem fore sperabant, & cum illam in conspectu haberent, in hanc spem magis erigebantur, vt regnum illud iam iam inchoandum esse putarent. Vt ergo hanc spem corrigat, & à terrenis cogitationibus illos auocet, longinqua regione meminit. Deinde nobis omnibus hoc seruit, qui etsi regnum Dei intra nos est, tamè cum per se spirituale & cœleste sit, & longè alterius conditionis, quam sunt huius mundi regna, semper nobis in mentem veniat, quod ille Pilato dicebat: Regnum meum non est ex hoc mundo. Et proinde non quæramus in eo quæ huius mundi sunt, sed in Christo abscondita sit in Deo, superna curemus, non terrestria. Præterea cum Christo abscondita sit in Deo, superna curemus, non terrestria. Præterea peregrinari à nobis & longè recessisse videtur Christus, quando Ecclesiam suam tam affligi & quasi deseruisse videtur. Hinc querelæ illæ sanctorum audiuntur: Cur cur deseruisti me? Sed tunc vicissim cogitemus Deū, etsi longè supra cœlos exalta sit gloria sua, demittere tamen se, vt videat quæ in cœlo & in terra sunt: neque nos ab eo diuelli posse, vt à dilectione Filij sui IESV CHRISTI separemur, quò minus hic nos protegat & seruet. Etenim nos dū in hoc corpore viuimus, aduenas

Cur in longinquam regione abierit Christus?

Ioan. 18.
Coloss. 3.

Psal. 10. 23. 22.

Psal. 113.
Rom. 8.

2. Cor. 3.

Coloss. 1.

esse, & à Domino peregrinari, dicit Apostolus, qui tamen tunc quoque per fidem & Spiritus sancti arthabonem cum illo coniunctissimi sumus. Quid absurdum ergo erit, si Christum qui verus Deus est, & per quem Patri placuit conciliare sibi tum quæ in terra tum quæ in cælis sunt, nobis præsentem esse credamus, quantum salutis nostræ ratio requirit, licet corpore procul à nobis in cælos digressus peregrinetur? Tam quidem arcta est nostra cum Christo coniunctio, ut ex coniugij iure (ut nuper diximus) vna cum illo caro simus, adeoque non periculum est diuorij apud illum, qui ipsa charitas & veritas est: attamen cauere nos oportet, ne alium fingamus Christum, quàm in Symboli articulis eum Apostoli describunt, (& quod Deus Augustinus grauer prohibet) diuinitatem hominis ita astruamus, ut veritatem corpori auferamus. Qui enim id faciunt, ij ferè Euangelicæ historiæ veritatem in dubium vocant.

vt Christus digressus regnū suum administraret

At ne quis propterea putet Christum ab Ecclesia sic abesse, ut omnem eius partem prorsus deposuerit, diligenter obseruari debet, illum ita de suo discessu loqui ut & reditus sui meminerit, & simul doceat, se regnum suum quod in terris habet non negligere, & ostendat, qua ratione, & per quos hoc administret: Nimirum per Apostolos & horum successores, quibus Verbi sui prædicationem commisit, & quos donis & facultatibus Spiritus sancti instruxit, ut ijs sufficiant, quæ ad Ecclesiæ gubernationem sunt necessaria. Etenim cum nemo bonus paterfamilias domo discessurus hanc vacuum relinquat, sed ita res suas disponat, ne temerè dissipentur, multo minus negligit Dei Filius, cum Ecclesiæ suæ salus cum Dei gloria coniuncta sit. Itaque seruis suis data potestate (ut apud Marcum habetur) situm vnicuique opus commendat, & ianitori ut vigilet, ne videlicet homines improbi & nequam aliquid mali dent. Vbi ante omnia obseruari debet, quod in præsentibus seruis hoc vocauisse dicitur. Nam eo docetur, neminem in Ecclesia sibi debere priuato arbitrio aliquid officij vsurpare, sed certa vocatione opus esse ijs, qui vtiliter in domo Dei aliquid operari cupiunt: qua de re cum non semel alibi dictum sit, non oportet iterum repetere.

Christus seruis sua dona distribuit.

2. Cor. 2. & 3.

Psal. 63.

Ephes. 4.

Rom. 12.

1. Cor. 4.

Phil. 2.

Deinde seruis istis bona sua tradidisse dicitur. Exprimitur hac particula Christi bonitas & fides, qui ne domus sua, id est, Ecclesia in periculum veniat, idoneos ministris huic præficit: & cum ex nobis ipsis ad tantam functionem nemo nostrum idoneus sit, sui Spiritus dona in miseros & indignos mortales distribuere dignatur. Et hoc est quod David olim de Christo prædicauit: Cum ascendisset ipse alios dedit dona hominibus. Quod Paulus exponens, addit: Dedit igitur ipse alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios Euangelistas, alios autem pastores & doctores. Et ne de solis illis agi putemus, quibus docendi munus creditum ministeria diuersa & varia esse alibi dicit, pro quorum diuersitate facultates quoque distribuuntur. Nam huic quidem (ait) per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij vero doctrina sanationum per eundem spiritum: alij verò facultates ædendarum virtutum, alij verò prophetia, alij discretionum spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio linguarum, &c. Quæ enumeratio satis docet omnium horum auctorem vnum esse Christum, qui ista omnia suo Spiritu in nobis agit, nos autem ex nobis ipsis nihil proprium habere. Adeo ut omnibus dici possit: Quid habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Itaque modestiæ student ministri omnes, & qui se præ alijs ornatos vident, non efferantur: qui verò minus alijs acceperunt, non queruli alijs inuideant: sed memores, ad vtilitatem publicam hæc omnia data esse cum communi mandato, quo ad omnes dictum est, ut Lucas annotauit: Negotiæ vestri donec veniam. Itaque nihil per contentionem gerant, aut per inanem gloriam, sed ex modestia alius alium se præstantiorem existimans, nemo quæ

mo quæ sua sunt spectet, sed vnusquisq; quæ sunt aliorum, & absq; inuidia & amu-
latione operas suas conferant. Nec est quod aliquis quærat, cur huic plus, alij mi-
nus datum sit. Tu enim quis es ô homo, qui rationem à Filio Dei exigas? Nemini
hic debitor est. Potest ergo de suo constituere quod vult. Sufficiat nobis, quod vni
cuiq; dat secundum ipsius facultatem, id est, prout vnumquensq; capacem & ido-
neum esse nouit, & quantum communi Ecclesiæ vtile est. Seruorum est de commu-
ni mandato cogitare, vt fideliter negotientur. Negotiari autem debent, nō sibi ipsis
priuatim, sed Domino, cuius serui sunt, & à quo sortem acceperunt, & cui, cum il-
le redierit, rationem reddent. Negotiationis autem huius finis aut scopus sit, vt alij
quoq; quibus cum viuimus Christo lucrifiant, & in huius cognitione proficiant &
seruentur.

Rom. 11:
Matth. 23.

Est hæc omnium pulcherrima & quæstuosissima negotiatio, & ad omnis loci &
ordinis homines pertinet. Hanc in Timotheo omnibus Ecclesiæ ministris Paulus
præcipit, quando ille scribit: Ne negligito donum, quod in te est, quod datum est
tibi per prophetiam, id est, iubente sic per os Prophetarum Spiritu sancto cum im-
positione manuum presbyterij. Et seipsum nobis exemplum præbet Apostolus, in
priori ad Corinth. scribens: Cùm liber sim ab omnibus, omnibus meipsum seruum
feci, vt ptures lucrifacerem: Et factus sum Iudæis vt Iudæus, vt Iudeos lucrifaciam:
Ips qui sub Lege sunt, vt si essem sub Lege, vt eos qui sub Lege sunt lucrifacerem:
Ex legibus vt exlex (non tamen exlex Deo, sed sublex Christo) vt lucrifacerem ex-
sum omnia, vt omnino aliquos seruarem. Imitantur exemplum Pauli doctores,
quando Verbi prædicationem omnium ingenijs ac moribus accommodant. & Ver-
bum ita secant, vt à quibusuis recipiatur: Deinde si vitæ exemplo doctrinam suam
commendent, vt à quibusuis recipiatur: Deinde si vitæ exemplo doctrinam suam
priuatim hoc pertinet, vt peccantes corrigant, & in viam reducant aberrantes. Hoc
ad herum suum reducere, & asino inimici sub onere collapsio, quem subleuare de-
bemus. Et Iacobus idem docet, scribens: Qui auertit peccatorem ab errore viæ suæ,
is seruat animam à morte. At quod lucrum maius: quis quæstus honestior & lauda-
bilior est, quàm quo animæ Christo acquiruntur, quæ sub diaboli seruitio peritu-
ræ erant: Nemo autem tam vilis & obscurus, nemo tam abiectus & cōtemptus est,
qui non aliquibus donis instructus sit, vt officium suum præstantissimis quoq; pos-
sit præstare. Possunt animas innumerabiles Deo lucrifacere qui in magistratu sunt,
si portas suas Regi gloriæ aperiant, & Euangelio locum dent, vt qui ipsorum fidei
crediti suat, in Christi cognitione instituantur: Si scholas aperiant, in quibus iuuen-
tiam recte doceatur. Negotiantur Christo Regi parentes, si illi adducunt ex se natos
paruos, vt ipsum vere colant & honorent. Ita fidelis & Christianus maritus vxor
Deo lucrabitur, si viri mulieribus vt vasi infirmiori prudenter & modestè conuer-
sentur: mulieres autem, non de ornatu sumptuoso & ad lasciuiam composito solici-
te, ita potius viuant, vt viri cum reuerentiâ coniunctam ipsarum castam conuer-
sationem videant. Sic Clotildis olim Clodoueam Francorū regem & cum hoc mul-
titudine Hamani insidias seruauit, & haud dubiè Asuero causa fuit, vt cū multis alijs
contra Hamani insidias seruariet. Hinc ergo cōsolatio publica petitur, ne quis se ita à deo
negligi existimet, vt se nihil in eius regno prouehendo posse arbitretur, & ideo ani-
mū respondet. Nam etsi Christus nō pari mensura facultates suas distribuit, singu-
lis tamen dat, quantum ipsis conuenit, & quod augeri poterit, si in negotiatione fi-
deles sint, & Domino scenerari libeat. Et tãta hic quæstus materia nobis proposita

Ministorum
Ecclesia nego-
tiatio.

1. Tim. 4.

1. Cor. 9.

Exo. 23.

Deut. 22.

1. Iac. 5.

Psalms. 24.

1. Pet. 3.

est, ut hunc divites & pauperes assequi queant. Illi enim foenerantur Domino & in cœlis sibi thesaurum recondunt, si in pauperes benefici sint, & illos pauperiem suam patienter ferre doceant; rursus hi quoque illis salutis occasionem præbent, si eos suo exemplo ad beneficentiæ studium excitent.

Christi & regni sui fors in hoc mundo.

1. Sam. 8.

2. Sam. 15. 26.

1. Reg. 12.

Rom. 9.

Ioan. 1.

Psal. 3.

Christi potentia in regno suo tuendo.

Psal. 98.

Isa. 8.

Cæterum priusquam ex hoc loco discedamus, observari debet, quæ Christi & regni sui fors sit inter homines. Admonet nos de hac Lucas. Etsi domo discedens suos non negligat, sed suas opes inter servos distribuatur, nec aliquem ex illis in donatum prætereat. Ciues tamen eius oderunt illum, & post eum miserunt legatos, qui non absque contumelia ei dixerunt: Nolumus hunc regnare super nos. Quæ parte admonemur, idem in regno Christi inter homines, quod in regnis huius seculi accidere. Vulgò homines conditionis præsentis piget, & ex mutatione aut rebus novis sibi meliora pollicentur. Hinc ferè in Repub. crebræ mutationes sunt, quæ plerumque cum periculo coniunctæ sunt. Nec priorum principum virtus & merita hanc mundi improbitatem, quò minus sibi indulgeat, prohibere possunt. Exempla huius generis Scriptura in Samuele, Davide & eius posteris proponit, in quibus reuera factum est, quod in præsentibus dicitur. Quoad verò Christi regnum, hic ut scandalo medeatur, quod hic maximum obijcitur, docere voluit, non eo successu regnum suum floriturum, quem tunc discipuli sibi ipsi pollicebantur, nec ipsos extra periculum fore, si ipsi fideles esse velint. Et cœpit ingratitude non eo succedere in ipso statim adventu Filij Dei in carnem inter Iudæos, qui non ciues modo, sed ab origine Ecclesiæ dici poterant, cum ipsorum sint patres, & Christus ipse ex illis sit quoad carnem. De illis tamen scribit Ioannes: In suos venit, & sui eum non receperunt. Quid postea factum sit, quando captum gentibus tradiderunt, coram Pilato abnegarunt, Casarem impium & prophanum, imò Barrabam latronem ei anteposuerunt, notius est, quàm ut verbis exponere oporteat. Taceo nunc quæ aduersus eius Apostolos designarunt. Nec melior Christi fors inter gentes potest fuit, quando regnum suum ex singulari gratia ad illas transfudit, quæ ob vitium ipsi excipere debuissent, cum iam olim à Deo adoptatæ essent, quæ ob vitium videri dixerat, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, & dabo tibi gentes, ut sint hæreditas tua, & terminos terræ, ut sint possessio tua. Sed longum est narrare, quam indignis modis ubique gentium reiectus sit ille, si quando per Apostolos gratiam suam reuelare, & regnum suum inter illos constituere voluit. Nec adhuc cessavit hæc mundi ingrati contumacia & rebellio, sed hodie inter eos regnat, qui Christiani dici & haberi volunt. Reges, quorum erat illi osculari, ferè persuadent sibi, se non posse regnare, si Christo inter suos locum dent. Pontifices, qui illius vicarios se esse gloriantur, omnium aduersus illum & Euangelium eius persecutionum, seditionum, bellorum auctores sunt. Inter priuatos homines nemo tam obscurus, nemo opis & gratiæ Dei tam indigus est, qui non ausit se Christo obponere, si Euangelij prædicatione ab eo exigantur obedientiæ officia, quæ illi debentur. Hæc causa est, quòd sicuti ille prædixit persecutionem patiuntur, quæ illi deum in illo volunt pie viuere.

Non debent autem ista nos offendere, ut vel animum despondeamus, vel salutem, quæ ei debetur, abnegemus. Etenim ut aduersus illum mundus tumultuetur, regnum tamen suum ille non defendit modo, sed propagat in dies: neque ei armis ad hoc opus est, sed ut in Psalmò canitur, salutem ipsi operatur brachium suum sanctum. Fremunt quidem populi, conspirant reges, consultant pontifices, conuersus est monachi & his coniuncti adsunt mercenarij Cares, quibus pulcherrimus quisque stus est, qui ex sanguine fuso colligitur, & quibus ibi fas est, ubi maxima merces. Sed non proficiunt quicquam hi omnes. Ratum enim erit Dei decretum, qui olim Ecclesiæ suæ hostibus dixit: Societatem inite populi, at inferiores eritis: accingamini

mini, at inferiores eritis: inuite consilium, & fiet irritum Homo enim ille nobilis, qui inter seruos suos dona sua distribuit, vt his negotientur, ipsdem benedicit vt multū scenus faciant, & veniet vt rationes exigat tam ab hostibus quàm seruis. Est enim æternus Dei Filius, IESVS CHRISTVS, cui dictū est à Patre: Sede à dextris meis, *Psalm. 110.* donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A C C L X X X V .

Profector autem qui quinq; talenta acceperat, negotians est ex ijs, & fecit altera quinq; talenta. Itidem & qui duo acceperat, lucratus est & ipse altera duo. Qui autem vnum acceperat, abiens defodit illud in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum verò temporis venit dominus seruatorum illorum, & confert rationem cum eis. Tunc accedens is, qui quinq; talenta acceperat, attulit altera quinq;, dicens: Domine quinq; talenta tradidisti mihi; ecce altera quinq; lucratus sum ex eis. Dixit autem ei dominus eius: Bene habet, serue bone & fidelis: in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredi in gaudium domini tui. Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum super ea. Ait ei dominus eius: Bene habet, serue bone & fidelis: in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam: ingredi in gaudium domini tui.

Quoniam sciebat Dominus noster IESVS CHRISTVS discipulos suos *Occasio huius parabolæ.* falsam de regno suo opinionem cōcepisse, & errorem hunc omnibus seculis comunem fore, sapius de suo illo regno disseruit, & id tunc in primis, quando moritur, vt facile primas tenet parabola hæc, qua omnem regni sui rationem ita completi & cum his Apostolos fascinauit, ita hodie etiam multos decipit, quod terrenum regnum, & in hoc victorias, opes & felices rerum omnium successus somniant. Docet ergo regnum suum non esse de hoc mundo, sed in longinqua regione, in cælis nimirum, vbi accepta omni potestate in cælo & in terra, sedet ad dexteram Patris. *Coloss. 3.* Neverò terras, & quæ in his fiunt, negligere putetur, ostendit se omnibus seculis habiturū seruos, qui facultatibus Spiritus sui instructi negotientur, id est, homines ipsi adducant & ad salutem lucrifaciant: & tandem rediturum nouissimo die, vt rationē ab illis exigat. Ita autem non obscure monet, eos, qui ex regno Christi censentur, Euangelio subesse oportere, cuius prædicatione illud administratur. *2. Cor. 10.* Ideo Paulus ad Corinthios postea scripsit: Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed diuinitus valida ad subuersionem munitionum, vt ratiocinationes subuertant & omnem sublimitatem, quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, & in captiuitatem redigat omnē cogitationem ad obediendum Christo. Et alibi idem Apostolus, Evangelicæ prædicationis finem & scopum esse dicit, obedientiam fidei. Itaque qui neque illam audire, neque illius præceptis aut legibus parere volunt, ij verè rebelles sunt, quos tandem ferro suo scepro comminuet. Interim quod in Apostolorum per se sibi dictum putent. Sunt enim omnes homines serui Christi, nec quisquam est, qui non aliquid doni ab illo acceperit, & olim omnes sistentur ad illius tribunal, vt rationem factorum suorum reddant, & reportent quod in corpore fecerunt, vel bonum vel malum, *2. Cor. 5.*

Ceterum, quia in hoc multos fallit carnis sensus, quæ ferè Dominum cunctari putat, & mundi illecebris capitur adeò, vt dum huic placere studet, ea quæ ad Christi regnum pertinent, securè negligat: imò illum interea in cœlis otiosum desiderare, vel ad cardines cœli, deposita omni cura Ecclesiæ, obambulare sibi persuadet, secunda parabola pars subiicitur, qua primum, quid serui illi, quibus domum & res suas ipse commisit, fecerint, narrat: deinde de reditu suo loquitur, & vt ipse reuersus, rationes cum illis subduxerit.

Serui Christi
impares.

2. Cor. 2. 13.

1. Reg. 19.

Ephes. 4.

1. Cor. 12.

Rom. 11.

Psal. 139.

Et primò quidem de seruis agit, quos impares facit, alios fideles & industrios, alios ignauos & inutiles. Et quàmuis horum plerumq; maior numerus sit, eò quòd ex semetipso nemo hominum ad hanc functionem idoneus est, tamen vnus tantum ignaui meminit, cui prius duos opponit, quorum fidem & industriam commendat: Ex quo consolatio peti debet, ne quando defuturos putemus, qui Ecclesiæ fidelem operam præstent. Qui enim olim Eliam, & cum hoc septem putaret, seruauit in Israele, qui ipsum sincero corde coluerunt, cum ille se solum putaret, superstitem, hic idem hodie potest, neque domui suæ vnquam deerit, quò minus alios liquos det idoneos ministros, qui Ecclesiam suam augeant & ædificent. Quoad autem temporales, qui suis talentis bene vsi sunt, inter illos quoque discrimen indicantur. Nam qui quinque talenta acceperat, negociatus est ex ijs, & fecit altera quinque talenta. Qui verò duo tantum acceperat: similiter altera duo lucratus est. Etenim, teste Paulo, discrimina donorum, & ex his inter ministros gradus profusum non pari mensura Deus dona sua distribuit, sed vniciuique admetitur profuso arbitrio: non quidem pro personarum respectu, qui apud illum nullus est, sed quia nemini debitor est. Quis enim prior illi dedit, vt reddatur ei? Singulis autem tem dat, quantum possunt capere, & quantum functio, quam ipsis mandauit, requirit. Nec est, vt nos propter imparem distributionem donorum quiritemus, aut illi litem moueamus. Ipse enim nos melius nouit, quàm ipsi, qui ferè plebs lauitia excæcati nobis ipsis placemus, & nobis arrogamus plus quàm humeris nostri ferant: quæ causa est, vt sæpe nobis ipsis pericula non necessaria, vel etiam præsentem interitum acceramus, quemadmodum de Phaetonte & Icaro Poeta olim commentum sunt. At Deus est, qui nos ante & retro cognouit, qui corda & res nos scrutatur, & proinde solus etiam nouit, quid nobis conueniat. Est autem hic obseruatu dignum, quod qui duo tantum talenta accepit, non ideo animum despondet, nec remissior est in suo officio quòd non tantum ab hero, quantum alter accepit: neque priori inuidet: Ita nos cauere oportet, ne æmulatione accendebent Dei dona in fratribus & conseruis, sed in hunc finem, vt propter hæc illorum pluris faciamus & veneremur: non autem, vt inde concipiamus odij & inuidia occasiones, & nos excusari posse arbitremur, si in officio faciendo simus oscitantiores: Vt ergo hic etiam sceneratur sedulo, qui duo solum talenta habuit, & eo laetiores esse, & minus etiam proficere videamus in opere Domini, non tamen laetiores sceneramur: idem Spiritus, qui in omnibus agit: quòd denique Dominus tenentiorum quoque studio & industria delectatur: modò animi propensio & institutum bonum sit. Laudem merentur Euangelij precones, qui in ciuitatibus populosis, & regnis longè latè que patentibus, multos & illustres homines Christo adducunt. Contra non sperni debent, qui in locis obscurioribus do-lucrifaciunt.

Etenim

Et enim in presenti uterque negotiatus est absque aemulatione & invidia, & utrumque commendat Dominus, nec aliquid exprobrat. Idem in omni hominum ordine obseruat Deus. Et dona Dei usu crescunt & augentur in omnibus, qui illis cum gratiarum actione recte & sedulo utuntur. De eo igitur cogitent singuli, & quia ab illo quoque rationem exigi audiunt, qui vnum solummodo talentum acceperat, idem de se quoque fore non dubitent, qui inter homines contemptissimi, ab omnibus serè negliguntur. Vt enim Dominus, etiamsi in alto residens, ipsis cœlis sublimior sit, demittit tamen se, ut quæ in cœlis & in terra sunt respiciat, & pauperes atque egenos ex pulueribus extractos in regum usque solia euehat (quod solatio esse debet ijs, quos interdum sua tenuitas terret.) Ira hoc ipsum ad officium faciendum extimulare debet eosdem, ne propter illam se exleges esse putent, quibus impunè in solis terrenis & ad corporis victum spectantibus occupantibus. Sæpius enim os diosè diuitibus exprobrat, quòd olim Christo rationem illos reddere oporteat: At non minus ipsi quoque ad illius tribunal sistentur, & ab illis pœnas impatientia, inuidia, odij, adhuc fraudum & imposturarum exiget Dominus, quibus Ecclesie imponunt, & quæ verè pauperibus debebantur, ipsi intercipiunt fuci ignaui & voraces. Sed de his alibi dicendi locus commodior.

Psal. 113.

Nunc ad parabolam redeamus, dicitur post multum temporis rediisse herus seruatorum illorum, & contulisse rationem cum eis. Id verò humani iudicij respectu dicit. Huic enim videtur tardare Dominus, & ex eo colligunt prophani homines, nunquam venturum. Hinc sermones illi scurriles illusorum, quos nouissimo seculo vulgò in multorum ore futuros scribit. Vbi est pollicitatio aduentus eius? Nam ex quo die patres obdormierunt, omnia ita permanent ab initio creationis. Et tanto adhuc stante, quòd ut patres spe sua falsi, per mortem ex mundo sublatis sint, illo qui venturum speramus Dei Filium, qui omnia in melius resituar, similiter frustra expectemus, tandem verò viam comunem omnis terre ingrediamur, sicuti omnes alij, qui ante nos mortui sunt. His ut tacite respondeat Christus, post multum temporis se rediturum dicat. Quasi dicat: Quantumuis in secula differatur aduentus meus, veniam tamen, neque deero promissis meis. Et sanè (ut alibi demonstraui) exigit hoc iustitia Dei, quæ nisi ad exigendum rationes veniret, non posset consistere. Quia enim huius est, vnicuique reddere quod illi debetur, id verò in huius vite curriculo non fiat, & in hoc seculo serè improbi feliciter agant, & ne communibus quidem molestijs hominum obnoxij sint, pij autem continuis malis, odijs item impiorum & persecutionibus exerceantur, Deum non poterimus iustum dicere, nisi aliud seculum succedat, in quo remunerator redeat. Quoties ergo diuturnior mora nos lateat dilecti, Vnum diem apud Dominum perinde esse ut mille annos, & mille annos ut diem vnum. Et mox addit, Non tardat Dominus, qui promisit (ut non nulli tarditatem hanc esse ducunt) sed patiens est erga nos nolens illos perire, sed omnes ad resipiscentiam tendere, 2. Pet. 3.

Differatur diu aduentus Domini.

Psal. 73.

Dum verò rationes cum seruis confert, primus ad has pœscitur, qui quinque tantum acceptat. Quo rursus admonemur, eos qui donis & facultatibus plurimis à Deo instructi sunt, propter excellentiam donorum, non aliqua immunitate frui a peccato Dominum: quin potius, qui multum accepit ab illo, de multis respondebit. Id vero non solum Verbi & Ecclesiarum ministri sibi dictum putent, verum etiam omnes alij, qui in eminentia constituti auctoritate & potestate alios excellent. Quid enim habent illi omnes quod non acceperint? Omnes homines nudi nascuntur, pauperes & rerum omnium indigi. Deus autem euehit quos vult, & omnis potes-

Prius rationem reddidit, qui plus accepit.

1. Cor. 4.
Rom. 13.
Prou. 7. 22.
Matth. 12.

stas ex illo est, qui diuites quoque solus facit, ut Solomon testatur, vel in egestatis luto relinquit quos vult. Ergo nullae dignitates, nulla potestas, nullae opes, nulli honores huius seculi quenquam mortalium defendent, quò minus Christo iudicòlim in nouissimo die non solum de factis suis omnibus, verum etiam de quouis verbo otioso rationem reddere cogatur. Vt verò eos, qui reliquis praestant, non eximii sua excellentia, sic neque tenuiores & inferiores sua egestas & obscuritas. Nam (ut sequetur) is quoque, qui vnicum talentum aut minam acceperat, ad rationem poscitur. Nec minus placent Domino, qui in paruo fideles fuerunt, quam ij quorum fides & industria in magnis & eximijs muneribus eluxit.

Omnes fideles
serui commen-
dantur.

Sap. 8.

Sed praestat audire, ut fidelium seruorum industriam Dominus remuneratus sit. Iisdem verbis tam primum quam secundum commendat, etiamsi lucrum vtiusque impar sit. Euge (inquit) serue bone. Id est, Bene habet, fecisti quod seruum bonum & fidelem decet. Sic alibi benedictos Patris sui vocat, quorum fidem in nouissimo die comendabit. At quae maior gloria homini obtinget, quam si in magno illo coetu totius mundi publice à Filio Dei commendetur, & ita quidem, ut qui illum antea persecuti fuerunt & oderunt, intra conscientias suas conuicti, eum pro seruo & amico Dei agnoscere, & seipsos condemnare cogantur? Nam ut in libro Sapientiae scribitur, tunc iustus stabit coram oppressoribus & calumniatoribus suis cum fiducia, & hoc viso illi graui pauore percellentur, & praè inopinata salute stupefcent: & poenitentia tacti atque praè spiritus angustia gementes, apud se dicent. Hic ne est ille, quem risui quondam habuimus? Stulti vitam eius putabamus infortuniam, & exitum eius ignominiosum. Atqui vnà cum filijs Dei annumeratus est, & suam inter sanctos sortem adeptus. Aberrauimus utique à via veritatis, & c. Hae & alia multa, quae ibi scribuntur, hoc breue serui boni elogium continet, quo in praesenti Christus dignatur eos, qui pecunias suas fideliter ad vsuram deposuerunt, & ex illis bene negotiati sunt. Itaque vnum hoc nobis sufficere debet aduersus iniqua hominum iudicia & calumnias, quibus nomen & famam nostram profcindunt & denigrant, qui nos propter eius Verbum oderunt. Nec enim haec inania verba sunt, qualia ferè sunt hominum, qui nec volunt nec possunt semper praestare, quae polliciti sunt. Idcirco praemium mox additur, dum ait: Ingredere in gaudium domini tui. Quod planè consentit promissionibus, quae alibi habentur: Vbi ego sum, sibi erit etiam minister meus. Item, Ego paciscor vobis, sicuti mihi pactus est Pater meus regnū: Vt edatis & bibatis in mensa mea in regno meo, & sedeat super thronos, iudicantes duodecim thronos Israel, & c. Interferitur autem his causa tantae retributionis, In paucis fuisti fidelis, super multa te constituam. Pauca aut parua dicuntur mysteria Dei, quorum dispensatio Ecclesiarum ministris creditur: non quod pauca vel parua aut exigua sint (cum sine his salus nostra non possit consistere) sed quòd exigua videri possunt, si cum gloria illa, quae tunc nobis reuelabitur, & cum coelestis regni gaudijs sempiternis conferantur, quae captum omnem humanum intellectus superant, & quae oculus non vidit, auris non audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Illic cum Ecclesia triumphante in beata immortalitate loco & coelesti paradiso collecti, Deum, qui lucem nobis nunc inaccessam habitat, videbimus facie ad faciem, neque ad eius vocem trepidi fugiemus (ut olim primipares vestres nostri, cum per paradysum ambulantis vocem audirent) sed ea iustitia velati,

Praemium ministrorum fidelium.

Ioan. 12.
Luc. 22.

Isa. 64.

1. Tim. 6.
1. Cor. 13.
Gen. 3.

quam ipse nobis ex gratia contulit, aeternum gaudebimus cum Filio eius vnigenito IESU CHRISTO, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

HOMI

Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine, noueram te hominem durum esse, qui metis vbi non seminasti, & inde cogis vbi non sparsisti. Itaque timens abij & occultavi talentum tuum in terra: Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & cunctator, sciebas me metere vbi non seminavi, & inde cogere vbi non sparsi: Oportuit ergo te committere pecuniam meam mensarijs: & veniens ego recepissem meum cum faenore. Tollite ergo ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omne enim habenti dabitur, & augetur: qui vero non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras extimas: illic erit fletus & stridor dentium.

Quamuis Dei Filius, IESVS CHRISTVS peracto redemptionis nostrae negotio, corpore suo ex terris abierit, & illud in caelis ad dextram Patris sui collocarit, habet tamen in terris Ecclesiam suam, cuius ipse caput & sponsus est, & quam pupilla oculi sui chariorem ducit: & cuius curam Apostolis suis & horum successoribus commendauit. Horum est, vt fidi sint mysteriorum regni sui dispensatores, & ipsi negotientur, id est, per Euangelij praedicationem novos quotidie discipulos ipsi adducant, qui ad salutem lucrifiant, & ipsi sistantur tanquam virgo pura & casta, atque illi vni seruiant: In eo igitur toti esse debent, quotquot Ecclesiarum & Christi ministri dici & esse volunt, vt ei ad iudicium olim redeunti possint rationem reddere. Et vt salus atque beatitudo nostra omnis in hac hominum cum Deo, qui summum bonum & omnis boni fons est, coniunctione consistit: sic nulla homini dignitas maior potest obtingere, quam si aliquorum ministerio vtatur Deus, vt tanquam mici & pronubi Filij sui, sponsam suam illi adducant. Itaque saepe de horum conditione & officio loquitur, & vniuersam ministerij Ecclesiastici rationem parabola ista diligenter & prolixè exponit. In cuius prima & secunda parte haecenus vidimus, quid fidos Christi seruos facere conueniat, & quam laudem siue praemium ab illo reportaturi sint. Restat vltima parabolae pars, quae ignauos seruos depingit, & quid hos maneat, docet, ex qua colligi potest, quid perfidos Ecclesiarum dissipatores, quid idem de apertis Christi & Euangelij hostibus iudicari debeat.

Inducitur seruus ignauus & male frugis, qui (vt eius propria confessione apud Lucam colligi potest) pecuniam heri sui in sudarium inuoluit, & postea in terram defodit & occultauit, nimirum ne ab aliquo furtim aut violenter surriperetur. Nunc autem spontè venit in heri conspectum, cui illam restituit cum facti sui excusatione, & haec ita instituit, vt culpam suam in herum transferat, quem avaritiae & iniquitatis reum facit. Et quod magnae impudentiae argumentum est, ab eo statim orditur sermonem suum, quasi non aliqua insinuatione opus sit, qua animum heri mitiger. Domine (inquit) noueram te hominem durum esse. Durum dicit, quem humanum & nimis facilem expertus erat. Nam inutilem & ignauum fucum in famulam suam adoptarat, & non requisitus, neque ab aliquo coactus pecuniam suam ipsi crediderat, ex quo nullum lucrum vnquam acceperat. Quo autem argumento probatur, durum & iniquum esse? Quod metat vbi non seminari, & inde cogat, vbi non sparserit. At hoc dicendo, mendacium dicit, & iniuriam facit heri, qui cum ihs rationes confert solis, apud quos pecuniam suam cum certo mandato deposuerat: Vt nimirum ipso peregre absente negotientur, donec domum reuertatur. Ista rationem auget dicere non sine heri contumelia: Et ex his concludit, Itaque timens abij, & occultavi talentum tuum in terra. Et quasi re bene gesta addit: Ecce habes quod

*Serui ignaui
opus.*

tuum est. Vbi rursus mentitur os impudens. Quia enim fors cum scenore aut lucro ad herum redire debebat, non habebat quod suum erat, cum ille sine lucro ad eum rediret. Ita vero defraudatores solent, quibus non satis est, si cui fraudem faciant, nisi eundem calumnijs suis pungant, & nomen eius suggillant.

Hypocritarum
mores.

Depinguntur autem in eius persona hypocritarum mores, qui eadem prorsus non minori improbitate & impudentia faciunt, si quando illis cum Deo res est. Nam primum ipsi quoque in Domini conspectum veniunt, & huius nomen profitentur, vt alij, qui fidele obsequium ei praestiterunt: Imò plura se fecisse iactant, quam ille vnquam iusserit. Huius generis sunt, quæ iste de talento in sudarium inuoluto & in terram defosso garrit. Quis enim hoc illum facere iusserat? Et huius generis sunt, quæ Isaias hypocritis tribuit, & Christus in illis accusat, quibus omnibus opponi potest, quod alibi Deus ipsis responder, Quis hæc requisit de manibus vestris.

Dei bonitatem
& suam vitio-
sitate igno-
rant.

Leuit. 18.

Rom. 7.

1. Cor. 1.

Ioan. 3.

2. Cor. 3.

1. Ioan. 5.

Deinde nihil agnoscit in hero præter austeritatem & seuerum ac tantummodo fordidum rei domesticæ studium: nulla interim mentione facta bonitatis & facilitatis, quam hucusque erat expertus. Sic hypocritæ nihil serè in Deo prædicant, quàm quòd Legem dederit, & eiusdem seuerissimus vindex sit: & quia illum per Mosem dixisse audiunt, Custodietis ritus meos & iudicia mea, quæ si fecerit homo, viuet in eis: ex eo colligunt, per opera nostra nos iustificari & seruari oportere. Nihil autem de vitiosa hominis natura & innata nobis prauitate, quæ tanta est, vt nos Legis præcepta facere & huic obsequi non sinat: nihil item de Christo in quo omnes suæ gratiæ thesauros reclusit, & qui idem nobis ab illo sapientia, iustitia, satisfactio & redemptio factus est. Neque illud Christi ipsis in mentem veniit: Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum pro illo tradiderit, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Multò minus illud Apostoli, Non sumus idonei ex nobis ipsis ad cogitandum. Item, In hoc est charitas, non quod nos Deum dilexerimus, sed quòd ipse dilexerit nos, & miserit Filium suum, vt esset propitiatio pro peccatis nostris. Vel, Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit nos. Horum (inquam) omnium immemores, opera sola in ore habent, quæ sic iactant, vt Deum sibi debitorem facere non ve-

Novos cultus
ex seipsis insti-
tuunt.

Zach. 7.

Præterea contempto & abiecto mandato heri, qui negotiari iusserat, nouum consilium inuit, & pecuniam heri linteò inuolutam in terram defodit, quasi ex hac fructus enascantur, qui nobis vitam æternam pariunt. Eodem prorsus modo hypocritæ relicta vocatione sua, quam ex Deo habent, nouum vitæ genus sibi eligunt, in quo sibi ipsis mirificè placent. Vult omnes homines negotiari Deum, & ne nobis solis viuamus iubet, sed vt aliorum saluti studeamus, quam Verbi & Ecclesiæ ministris docendo, magistratus legibus bonis & sancta Reipub. administratione, coniuges pietate & legitima liberorum procreatione ac educatione, priuati quique vitæ ac morum sanctitate adiuuare & ita Dei gloriam propagare debent. At hypocritæ hinc ne glectis ad vitam monasticam se obstringunt, & ceu fuci ignaui in cœnobiorum auerarijs delitescunt, in quibus sibi priuatim viuunt neque Deo neque proximo viles. Nam siue ieiunent siue vigilent, siue peregrinationibus religionis ergo fatigantur, sibi non Deo, ieiunant, sibi vigilant, sibi ipsis discurrunt & defatigantur. Et qui inter hos optimi sunt, hoc potissimum argumento se excusare solent, quòd etsi non multos lucrifaciant, neque multum prosint, nemini tamen noceant, neque alicui obstant, quò minus Deum rectè colat & seruetur. At si non alia re nocerent, exemplo suo alijs superstitionum & scandalorum authores sunt.

Deum defraudant.

Denique vt ignauius iste ac male frugis seruus hero dicere audet, Ecce habes quod tuum est, quasi officio omni erga hunc egregiè defunctus sit: ita hypocritæ se omnia quæ

quæ Deo debentur, præstitisse putant, vt nihil ab ipsis possit præterea exigi. At quo ore potest illud dicere, qui externis & frigidis ceremonijs & exercitijs corporalibus occupatus, meliorem sui partem, animam Deo negat, qui vult vt ipsum diligamus ex toto corde & tota anima, & vniuersis viribus nostris, nosque ipsos illi sistamus viuam hostiam, quæ sola Deo placet, & rationalis ille cultus est, quem scriptura passim commendat, Rom. 12.

Deut. 6.

Sed audiamus sententiam Domini, quam hic contra seruum istum pronuntiat, qui hypocritarum ignauorum personam sustinet. Primò seruum malum & cunctatorem dicit. Ergo non ij modo serui mali sunt in ecclesia, qui falsa doctrina aut alia ratione iniusta & iniqua nocent, sed etiam ij qui non promouent regnum Christi pro virili, & qui cunctando extrahunt negotia ecclesiæ, quæ quam ocisimè expedire oportebat. Quis enim in re rustica bonum seruum dixerit, qui opera quæ verno tempore fieri debebant, in multam ætatem vsque aut etiam autumnum vel hyemem differt? Num vero mercator fidelem seruum putabit, qui temerè cunctatores eiusmodi multa prætexere incommoda, quæ non sinant in præsentibus officium facere. Sed fere in illis locum habet, quod olim Poeta dixit, Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Quales ergo iudicari debent, qui insuper ordinem Ecclesiæ turbant, & bene constituta turbant, & malè dissipant, quæ ipsorum industria conseruari, aut aliorum negligentia collapsa in integrum restitui debebant?

Sententia Christi
si contra ignoscat
nos hypocritas

At ne quis aliquem excusationis prætextum inueniri posse arbitretur, qui coram Dei tribunali sufficiat, apud Lucam addit: Ex ore tuo iudicabo te serue male. Est conscientia mille testium loco, & si cor nostrum condemnat nos (scribit Apostolus) potentior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Quid ergo fiet, si culpæ nostræ tanta sit enormitas, vt nos ipsos sicuti sorices proprio iudicio prodamus, quando nos excusare volumus, aut defendere? Id vero accidit hypocritis, quando de Dei seueritate, Legis rigore & iudicij diuini grauitate multa dicunt, vt quam necessaria sit operum nostrorum iustitia, demonstrant. Nam quo plura dicunt, & illa amplificat, eò euidentius docent nobis Christo opus esse, qui nobis à Patre Mediator & intercessor datus est, & in quo vno hic sibi satisfactum testatur. Idem serè fit, quando Diuorum cultores videri volunt, & horum exemplis sese defendunt. Quod si vero tanti faciunt Diuos, cur non credunt Paulo, qui Christum nec mori nec offerri amplius posse scribit, sed vnica oblatione consecrauisse in perpetuum eos, qui sanctificantur? Cur hodie his palàm contradicunt, & Misere sacrificium ad salutem necessarium esse clamant, in qua Christi corpus & sanguis pro peccatis viuentium, & mortuorum immoletur? Cur ijdem contra Ioannem Apostolum Diuos pro aduocatis & intercessoribus inuocant, & istum honorem maxima ex parte à Christo in Mariam Virginem transferunt. Cur non insistent illius verbis, qui dixit: Ego sum Via, Veritas & Vita: Nemo venit ad Patrem nisi per me. Num à Ioanne, cui matrem Virginem Dei Filius iam mortuus commendauit, vt eam matris loco haberet, neglectam suspicantur, aut se humiliter tutores magis fidos esse dicunt, quam ille fuerit, qui dilecti discipuli nomen inueniam non in ore habent, ita autem viuunt, vt non ex proprio ore solum, vt virtutes eas, quibus olim Sancti illi, cum in viuis essent, claruerunt, cur non illi ipsi quoque student? Cur non imitantur? cur religionis Christianæ professionem turpi & effreni scelerum licentia prophanant?

Hypocrita
ore proprio iudicantur.

1. Ioan. 3.

Matth. 3. v. 7.

Heb. 9. 10.

1. Ioan. 2.

Ioan. 14.

Digestio con-
tra scenerato-
res.

Deut. 23.

Ezech. 16.

Deut. 23.

Leuit. 21.

Luc. 16.

1. Cor. 4.

•

•

•

1. Tim. 5.

Luc. 16.

Sed ut ad nostrum hunc malæ frugis seruum reuertamur, quem in præsentem
Christus inducit, herum illi præterea dixisse fingit: Si sciebas me a deo rigidum ex-
actorem esse, oportuit te committere pecuniam meam mensarijs, & veniens ego re-
cepissem meum cum scenore. Ex quo loco apparet quidem olim quoque in usu fuisse,
ut pecuniæ ad trapezitas siue mensarios ad scenus siue vsuram deponerentur. Quod
autem hinc colligunt sceneratores iniqui & monopolæ vsurarij, qui hodie vsuras
voraces exercent, quas homines ethnici olim improbarunt, & homicidia dixerunt,
Scriptura autem venenatis aspidum morsibus confert, id minime illis concedi de-
bet. Sæpe enim spiritus sanctus parabolas petit à rebus iniquis & illicitis, quas ne-
mo propterea licere cuius putabit. Apud Ezechielem Deus synagogam Iudæorum
puellæ fornicanti, quæ seipsam turpiter omnib. publice prostituerit, cõfert, & quæ
ipse sibi desponsarit: qui tamen in lege vetuit, ne sit scortum in Israele, neque sum-
mus sacerdos meretricem ducat, & eius filiam, si scortetur lapidare iussit. Et Chri-
stus de legitimo vsu diuitiarum in Euangelio loquens dispensatores iniqui & im-
postoris exemplo docet ex iniquo Mammonæ amicos facere, qui nos post hanc vitæ
tam in æterna tabernacula recipiant. At hinc nemo sanus colliget, dispensatores
non peccare, si herorum bona perfide dissipent: Sed Apostoli dictum ratum esse
qui hoc requiri dicit, ut dispensatores fidei sint. Et huius generis multa in scripturis
extant. Itaque non extra Christi institutum trahi debet, quod ille de vsura illa sancta
dixit, qua nulla potest salutarior & utilior excogitari, ad eam, quæ hodie contra le-
ges fidei & charitatis Christianæ in vsu est, & fortunas fere publicas & priuatas le-
pascitur, & fere omnibus seculis seditionum & bellorum ciuiliu causa fuit. Te-
statum hoc non obscure Lucanus, qui inter belli ciuilis, quod Cæsar & Pompeius
cum patriæ aut Reipublicæ ruina inter se gesserunt, causas, hanc quoque numerat.
Hinc vsura vorax auidumque in tempore scenus. Et sub initia statim crescentis Ro-
mani imperij vsurariu artes siue fraudes sapienter causam fuisse constat, ut popu-
lus contra Patres siue Senatum tumultuaretur, & vel nouas tabulas, vel legem A-
grariam ferri peteret. Non debet ergo inter Christianos probari, quod olim pro-
phani & à veri Dei cognitione prorsus alieni, sola lege naturæ illuminati, iniquum
esse iudicarunt, & cuius iniquitas tot turbas dedit, & adhuc hodie dat, ut vel ad no-
men vsuræ mens Christiana exhorrescere debeat. Nihil dico de eo, quod in Rebul
pub. bene constitutis sit, vbi sanctis & æquis legibus non modo frænum inhietur in
satiabili sceneratorum avaritiæ, verum etiam eorum licentia restringitur, qui dum
turpiter omnia prodigunt, iniquis suis postulationibus molesti sunt omnibus, &
ab hominibus frugi & pijs impudenter exigunt, quæ hi labore suo & cura diligen-
ti atque pia sibi pararunt absque omni fraude & dolo, ut secundum Apostoli præce-
ptum suis prospiciant, neque hos inhumaniter negligendo se fidem abnegasse & eth-
& inordinati homines, qui omni cura rei domesticæ abiecta semper in ore habent
illa Christi: Cuius petenti abs te dato: Mutuum date nihil inde sperantes: Interim
illi non mutuo, sed dono dari volunt quæ à quibusuis obujs petunt: cum de red-
dendo nunquam cogitent, neque aliqua cura fratrum, quæ improbe defraudant,
& quibus sæpe egestatis authores sunt, tangantur. Alteros autem illos monito, ne
dum horum impudentiam & improbitatem damnant, interim quæ sui priuato ni-
mis dediti, fraternæ charitatis obliuiscantur, & Christum in suis membris esurien-
tem, nudum & algentem inhumaniter negligant. Sed quia hæc alterius loci sunt,
hæc obiter attigisse sufficiat propter indefessam & inexplebilem sceneratorum ma-
litiæ, quos non pudet etiam ex Dei verbis, qui ipsa est charitas, argumenta pete-
re, quibus excusent ea, quæ ipsi contra omnem charitatem designant in pauperes
quos nobis Dei Filius vnice commendatos voluit.

Sed pœnam quoq; videamus. quam improbo huic & ignauro seruo denuntiat Dominus. Est hæc duplex: Primum, Tollite (inquit) ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. Et huius sententiæ rationem reddit: Omni enim habenti dabitur, & augebitur, siue ditior fiet: qui vero non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo. Habere dicitur, qui quod habet, se ex Deo habere agnoscit, & eo bene utitur. Non habet ergo qui Dei donum non agnoscit, & ideo vel ut nimis vile & inutile contemnit & negligit, vel etiam eo abutitur. Est hoc frequens hodie, & (ut supra diximus) multi se satis excusatos putant, si possint dicere: Quid faciam ego quæ Deus in gradu inferiori constituit, neq; alijs parem esse voluit? Cur ipse me negotijs, quæ alteri illi rectius expedient, immisceam? At quia tales Deum ipsum cum suis donis contemnunt, iusto illius iudicio fit, ut donis, quæ acceperunt, spoliati, ex gradu quoq; suo deiciantur, & contemptissimi mortalium fiant, secundum illud Dei decretum, quod olim contra Heli pronuntiavit, & quod in Saule etiam ratum fuit: Honorantes me honorabo, qui autem me contumelia afficiunt, contumelia afficientur. Et quoad ministros Verbi & Ecclesiarum, quos Christus Apostolorum gradum quoq; suo deiciantur, & contemptissimi mortalium fiant, secundum illud Dei decretum, quod olim contra Heli pronuntiavit, & quod in Saule etiam ratum fuit: Honorantes me honorabo, qui autem me contumelia afficiunt, contumelia afficientur. Et quoad ministros Verbi & Ecclesiarum, quos Christus Apostolorum gradum quoq; suo deiciantur, & contemptissimi mortalium fiant, secundum illud Dei decretum, quod olim contra Heli pronuntiavit, & quod in Saule etiam ratum fuit: Honorantes me honorabo, qui autem me contumelia afficiunt, contumelia afficientur. Vos estis sal terræ: Quod si sal infatuatus fuerit, quo salietur? Ad nihil valet amplius nisi ut eijciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Exempla passim in Scripturis & alijs historijs occurrunt, quibus hoc confirmatur, & utinam non quotidie fierent, qui huic comminationi fidem faciunt, dum quotidie videmus inutiles & contempribiles fieri ministros ecclesiarum, qui donis à Deo datis non utuntur, vel etiam abutuntur, & insuper auctoritatem, quam ex ministerio suo habent, licentia vitæ ac morum prostituunt. Admonet igitur inter alia locus hic, quæ optima ratio sit, qua existimationem nostram tueri & dona Dei in nobis augere possumus: Si nimirum Deo, qui dedit, fideles simus, & tam doctrina quam vitæ exemplo multos illi quotidie adducimus, qui illum vere agnoscant, & ut par est venerentur.

Sed non modo auferitur ab isto talentum, quod ignauro sudario inuolutum in terram defoderat, sed iubetur etiam ipse eijci in tenebras exteriores, extra communionem nimirum beatorum spirituum, qui in loco beatæ immortalitatis æterno gaudio fruuntur, in locum, qui impiorum supplicijs destinatus est, qui cū assiduo fletu & horribili dentium stridore æternum cruciantur: vbi (ut alibi Christus ait) vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Horum nos semper meminisse oportebat. Si enim seruus ignauro ita mulctari meruit, qui nullius perfidiæ aut iniustitiæ notoriæ accusari potuit quoad humanas rationes, cum hero sortem acceptæ pecuniæ integram restituerit, quid de illis fiet, qui à Domino accepta dona non in terram defodiunt, sed adobruunt teterrimis sceleribus, ebrietate, libidinum ne ipsi quidem nolunt subesse legibus, quas Christiani magistratus ferunt, ut ministrorum Ecclesiæ perulantiam & corruptos mores corrigant? Utinam verò non multi, proh dolor, inuenirentur hodie, qui ista nimis impudenter faciunt. Etenim quia nostro seculo apud omnis loci & ordinis homines regnat ebrietas, multi ex eo laudem captant, si mundi moribus sese accomodent, & ita sibi amicos parant. Sed magnò illis constabit hæc amicitia, quæ (ut Iacobus scribit) est inimicitia cum Deo. Nunc horum omnium hic nobis vsus esse debet, ut singuli suæ stationis memores, diligenter videant, quid à Deo in mandatis acceperint, & quibus donis ab eo instructi sint, in vocatione autem sua constantes, illum bona fide sequantur, & quam plurimos Deo adducant, ut olim cum CHRISTO IESU Domino & seruatore nostro in illius gaudium ingrediantur, & cum illo viuant atq; regnent, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

*Pœna ignauro
serui & hypo-
crite.*

1. Sam. 2.

Matth. 5.

Mat. 9.

1. Cor. 4.

Cum autem veneris filius hominis cum gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super thronum gloriae suae: Et cogentur coram eo omnes gentes.

Non omnes cre-
dent fore nouis-
simum diem iu-
dicii.

Matth. 22.

Matth. 24.
Luc. 18.

1. Tim. 3.

Christi de nouis-
simis tempo-
ribus sermo.
1. Cor. 1. 6. 7.

1. Tess. 5.

Inter articulos Symboli Apostolici praeter alia multa & assidua consideratione dignum & seruatore nostrum IESVM CHRISTVM sub finem huius seculi venturum ad iudicandum viuos & mortuos. Caterum non omnes vera fide praeditos esse, ut ex animo & serio credant, quae ore fatentur, ex multorum dictis & factis constat. Qui enim vere & ex corde credunt, fore aliquando finem huius mundi, & venturum Filium Dei in maiestate sua, ad cuius tribunal omnes homines fisci & rationem reddere oporteat non de factis modo suis, sed etiam de quouis verboso, nae illi hac meditatione excitati vitam suam & omnes huius actiones ita constituent, ut ipsos Deum serio timerent sincera & intrepida fidei confessione, serio prioris religionis studio morum sanctitate & insuperabili in cruce atque aduersis patientia testentur, neque vnquam post carnis cupiditates & mundi illecebras a pietatis semita deflectunt. Atqui videmus secus fieri, & eam esse mundi faciem hoc seculo, ut iis moribus viuatur, quos nouissimis temporibus Christus & Apostoli tribuerunt. De his ille dixit: Quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigescet charitas multorum: Filius hominis autem cum venerit, num reperturus est fidem in terra? Passim denique fiunt inter omnis loci & ordinis homines, quae nimis aperte testantur, plerosque homines esse sui potius quam Dei aut proximi amantes, avaros, fastuosos, superbos, maledicos, parentibus immorigeros, ingratos, prophanos, charitatis expertes, implacabiles, calumniatores, immites, intemperantes, bonorum inimicos, proditores, praecipites, inflatos, voluptatum potius quam Dei studiosos, qui formam quidem pietatis habeant, sed vim eius abnegarint. Talium inquam plenus est orbis terrarum, & id omnium quae relax docent, quae passim audiuntur. Quis vero istos de fine mundi aut Christi iudicis aduentu, ad cuius tribunal listentias illas cogitationes, quas Nabalim & impijs illudoribus Dauid tribuit, Non est Deus: Psal. 14. & 94.

Quapropter Dominus noster IESVS CHRISTVS, cum mortis suae horam iam appropinquaret, prolixum sermonem de nouissimo seculo & postremo suo ad iudicium aduentu, de quo signis hunc praecessuris, instituit, & hunc totum ex ordine descripsit Matthaeus, quemadmodum & priorem illum, quem supra sub initium suae praedicationis in monte quadam Galilaeae habuit, & in isto vaticinium de consummatione seculi cum excidio Ierosolymae & templi coniungit, quod vitentibus adhuc aliquot Apostolis debebat subsequi: ut cum hoc viderent certo fieri, quod tunc prorsus impossibile videbatur, de fine & consummatione mundi minus dubitarent. Noluit autem Dominus & redemptor noster illorum curiositate satisfacere, qui quaestiones de hac re inutiles & ridiculas, imo etiam impias mouent, non ut ad pietatem & huius studium erudiantur, sed ut nouas quotidie occasiones ea deridendi & negandi inueniant, quae de vita aeterna, de mortuorum resurrectione & nouissimo illius ad iudicium aduentu dicuntur. Sed ad eum scopum concionem tantam dirigit Dominus, ut fatali illam securitatem, quae hominum animis insidet, & nouissimo tempore quasi regnabit, nobis excutiat, & omnes homines ad vigilantiam excitet, ne qui sibiipsis omnia tuta pollicentur, interea salutis aeternae iacturam faciant. Quod multis euenturum esse Paulus praedixit, scribens: Cum dicent, Pax & tuta omnia, tunc repentinum eis imminet exitium, sicuti dolor partus mulieri vterum ferenti, &c. 1. Tess. 5. Ceterum

Cæterum aduentus Domini hora ut angelis quidem nota est, & quæ signa hunc præcessura dicuntur, pleraque eiusmodi sunt, ut iam olim quocumque multa eius generis acciderint. Itaque homines præsentibus fere intenti, de futuris non cogitant, neque his diligentius attendunt. Manent ergo in multorum cordibus dubitationes illæ, quas caro suggerit, quin piorum quoque animis obrepunt multa, quæ eos ab illa meditatione auocant, quæ illis præcipua & assidua esse debebat. Quare ut quasi in rem præsentem nos inducat Dominus ὑποτύπωσις siue descriptionem eui dentem extremi sui aduentus & iudicii subiicit, qua omnes huius circumstantias ceu in tabula depictas oculis exponit, quibus etiam omnia comprehendit, quæ de hac re dici possunt. Primum enim iudicem nominat, ut quis ille sit, & quomodo ad iudicium venturus sit, intelligamus. Deinde, qui nam ad eius tribunal citari & iudicio fisci debeant, docet. Tertio iudicij formam & totum processum eius (ut vocat) describit dum sententia finali, quæ tunc tam de pijs quam de impijs pronuntiabitur. Postremo quid hac audita utriusque dicturi & facturi sint. Vt vsus omnium hic nobis esse debet, ut qui hæcenus huic seculo addicti, & ideo securiores fuerunt, quam par est ad serium salutis æternæ studium excitati conuertantur, opiniones falsas abijciant, neque indulgeant cogitationibus vanis, quibus prophani homines seipso decipiunt, multo minus admittant scurras illusores, qui dum faceri esse volunt iocandi materiam hinc petunt, quod in dubium vocant, quæcumque de nouissimo die & mortuorum resurrectione aut iudicio extremo dicuntur: & quales in postremis temporibus multos fore, nuper ex Petri epistola posteriori demonstrauius. Dicamus præterea ex hoc loco quid Deo placeat, quid displiceat, quid nos facere aut fugere oporteat, si seruari volumus: confirmemur item in doctrina verbi Dei quæ tradit esse cælos & inferos, vitam denique alteram & æternam, in qua pijs sua præmia, impijs merita scelerum pœnæ retribuentur. Deus Pater luminum, det nobis, ut de tantis mysterijs ea dicamus, quæ multorum mentes erudiant, & ut sancto viæ futuræ desiderio omnes accendamus.

Et primo puidem, ut de iudice, quis nam hic futurus sit, videamus, sic dicit: Cui autem venerit Filius hominis cum gloria sua &c. Sunt hæc verba IESU CHRISTI. Sicut etiam Filius Dei, qui Patri coessentialis & eiusdem cum illo maiestatis, & proinde Deus verus est, & præfinito tempore homo factus ex Virgine, non conuersione Deitatis in carnem, sed assumptione seminis Abrahami, nunc in vna eademque persona indiuisa verus Deus & homo est. In præfinito vero Filius hominis se vocat, & hunc venturum dicit, ut iudicet: nimirum ad illud quod prius apud Ioannem dixerat, reuocacionem reddens, postea addit, Et auctoritatem etiam ei dedit iudicium exercendi, quatenus Filius hominis est. Itaque solius Filij hominis hic meminit, non ut secessaturum doceat, sed ut se in ea natura venturum demonstraret, & quidem in eadem carnis forma atque substantia, cui (ut D. Augustinus scripsit) profecto immortalitatem dedit naturam non abstulit. Ideo alibi idem pater hæc Christi verba, quæ modo adduximus per Ascensionis historiam exponit, sic scribens: Pater non iudicabit nos, quia quædam nobis ostendit scriptura, quia ipse (Filius hominis nimirum) apparebit. Quædam scriptura post resurrectionem suam ascendit in cælum videntibus discipulis, & vox illa Angelica, viri (inquit Galilæi quid statis aspicientes in cælum? iste qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Quomodo eum videbant ire: In carne quam tetigerunt, quam palperunt, cuius etiam cicatrices tangendo sibi probauerunt: in illo corpore, in quo cum eis intrauit & exiit per quadraginta dies; manifestans se eis in veritate,

ὑποτύπωσις
nonis. Inc. 11.

vsus huius des-
criptionis.

Iudex quis ve-
ritur.

Filius hominis

Tract. in Ioan.
XXII.

Act. 1.

Luc. 24.

Zach. 13.

Cruz & mors
nihil derogarunt
Christo.

Ioh. 17.

Phil. 3.

Psal. 22.

Consolatio contra
tyrannos.

non in aliqua fallitate, non phantasmate, non umbra, non spiritu, sed quemadmodum ipse dixit non fallens, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Est quidem illud iam corpus dignum cœlesti habitatione, non subiacens morti, non mutabile per ætates. Non enim sicut ad illam ætatem ab infantia creuerat. Sic ab ætate, quæ iuuentus erat, vergit in senectutem: manet sicut ascendit, venturus ad eos, quibus antequam veniat, Verbum suum voluit prædicare. Sic enim veniet in forma humana. Hanc videbunt & impij, videbunt in dextrampositi, videbunt ad sinistram separati, sicut scriptura est: Videbunt quem pupugerunt &c. Hæc August. Quæ ideo recitare libuit, quia aperte testatur, hunc verum & orthodoxum Symboli Apostolici, quo Christum ad iudicium venturum confitemur, sensum esse, quem olim tota Ecclesia tenuit & approbavit, & qui hodie etiam retineri debeat ab omnibus, qui orthodoxi & Catholici esse volunt. Etenim huius doctrina de multis nos admonet necessarijs cognitu.

Primum consolationis plenum est, quod in ea natura & substantia Christi veniet ad iudicandum, in qua ipse iudicatus & passus est. Cruz ergo & infame atque dirum mortis supplicium nihil eius diuinitati derogauit, neque etiam ipsum offendit, ut ideo homines odisse, aut quam ex ipsis assumpserat, naturam deponere aut prorsus abijcere voluerit. Quod ut nos confirmare debet, ne Crucis, quam tulisse, ignominia offendamur: ita neque ea cruce aut aduersis offendi aut illis succumbere debemus, quæ nobis propter eius nomen ferenda sunt. Ut enim per suam illam crucem in cœlestem gloriam ascendit Christus: ita nos quoque per nostras perperas siones ad se euehet. Eius enim promissio est, Volo Pater, ubi ego sum, ibi sint etiam quos dedisti mihi. Ut enim Christus ad nouam vitam resurrexit, & corpus eius, etsi formam & veritatem corporis retinuerit, immortale tamen & vere gloriosum factum est: ita nos quoque ad vitam meliorem resurgemus, & corpora nostra illius corpori glorioso conformia fient. Quoties ergo sub cruce eò usque deprimimur, ut nihil aliud quam filij hominum, id est hominum miserrimi & abiectissimi, imò (ut de semetipso Dauid dicebat) vermes & non homines esse videamur, semper in mente veniat, eandem Christi Capitis nostri sortem in terris fuisse, qui tamen nunc in cœlis triumphat, & olim nos ad se recipiet, ut ipsi quoque omni molestia & ignominia liberati, gloriæ eius consortes efficiamur. Qui enim ideo homo factus est, ut nos Deo Patri reconciliaret, & nos fratres suos faceret, & assumptam humanitatem ne in cœlesti quidem gloria deponere voluit, multo minus amorem nostri, qui eum, ut homo fieret mouit, vnquam exuet.

Deinde Filium hominis venturum & in nouissimo die iudicem sessurum testatur Christus, ut nos contra tyrannos persecutores confirmet, qui illum in nobis qui ipsius membra sumus, quotidie crudelissime crucifigunt, nihil minus tamen quam illius aut Ecclesiæ eius, aut veræ fidei hostes videri volunt. Habent præterea patronos pontifices, qui illos in suo instituto laudant, dilectos filios, Christianissimos, Catholicos, fidei defensores dicunt, adhuc hunc gratissimum Deo cultum esse aiunt, si ut oves mactationi destinatae iugulentur, qui ut Christi honorem tueantur, illis contradicunt. Et quia sub fucato Ecclesiæ nomine & Apostolica autoritatis prætextu omnia faciunt, nihil tam iniustum, tam iniquum, tam crudele est, quod non excusari aut defendi posse existiment. Sed videbunt olim quem transierunt, quando Dei Filius in nubibus cœli veniet, ut illorum iudex sit, qui simul causæ suorum actor erit, & non solum propriæ conscientiæ testimonio, verum etiam am conspectu suo eos arguet & conuincet. Nam cum hoc simul oculis illorum & cordibus ingerentur omnes sancti Christi martyres, quos illi iniuste & crudeliter persecuti sunt, & aduersus illos clamabit omnium sanguis, quos illi propter confessionem nominis Christi interfecerunt. Si enim puluis qui ministrorum Christi pedibus

pedibus aut vestibibus inhæret contra Verbi contemptores sufficit illis conuincendis & dammandis, quanto acrius pungentur in cordibus suis, quando ipsum Christum videbunt, & huius conspectu sibi exprobrari sentient ingratitude & contumaciam suam, qua illum cum regno suo ad ipsos accedentem reiecerunt, & quæcumque alia contra illum & eius seruos designarunt. Hac comminatione certe Caiapham quoque & vniuersum Sacerdotum & seniorum confessum, qui ad ipsum dandum conuenerant, terret Dominus, quando illis dicit: Ab hoc tempore videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram potentia Dei, & venientem in nubibus caeli. Hæc nobis applicemus fratres, neque dubium nobis sit, fore vt ad Christi tribunal sistantur olim nostri hostes, qui nunc nos damnant, & tunc nos cum iltionibus humanis mitigari poterit.

Matth. 26.

Sed & contra hæreticorum omnium commenta & blasphemias nobis sufficere potest quod Christus se in assumpta hominis persona & forma venturum affirmat. Constat illa Deo & homine, quem in vnitatem personæ assumpsit diuina natura. Talis vero etiam nunc est, & talis erit quando in nouissimo die ad iudicandum veniet. Ergo impium & mendax est Nestorij commentum, qui personæ vnitatem disstraxit, & duos Christos finxit, hominem scilicet, qui Deum sibi assistentialem & coeternus. Nec minus iugulantur Eutychiani veteres & noui, qui dum maiestatem Christi hominis extollunt, & Vbiquistico suo figmento carnem eius, quam in vtero Virginis assumpsit omni praesentem faciunt, humanam eius naturam in diuina exæquando negant, & quantum in ipsis est abolent. Atqui in hac sententia nostris manifestabit Christus in illo magno die, vt supra ex Augustino docuimus. Num vero hoc ideo faciet, vt nos illum humanæ naturæ proprietates eius tractari, sed ista modo sufficiant.

Christi diuinitas & humanitas asseritur.

Ne quis verò nos maiestatem Christi negare aut extenuare dicat (quod hodie nimis impudenter faciunt aduersarij nostri, qui corporis omnipresenciam statuendo duplicem in illo diuinitatem non verentur statuere: Primam, qua ab æterno Patri consubstantialis sit: alternam, quæ ex carne cœperit, postquam hæc in gloriam cœlestem euecta diuinæ naturæ sit exæquata. At, quid aliud Arrius olim garrabat, quando in Christo Deum confitebatur, qui aliquando non fuisset?) videamus etiam, quomodo aut qualis iudex iste venturus sit. Cum venerit (inquit) Filius hominis cum gloria sua. Cum sua gloria, quæ ipsi propria est, non aliena, veniet. At quæ hæc alia est, quam diuina, quam apud Patrem (vt alibi testatur) habuit, priusquam hic mundus existeret? Etsi ergo hæc tunc ab hominibus non conspicietur, non tamen ita latebit, quin sese efficaciter & potenter exerat, & (vt modo diximus) eius sensu impij terreantur. Opponitur hoc primo eius aduentui in carceribus, qui humilis fuit & infirmus. Nam licet tunc quoque aliqua apparuerunt in carceribus, quæ nos in hac vita mortali exercent & fatigant. At olim cum gloria veniet, qui iudex totius orbis terrarum esse volent. Ideo additur, Et omnes sancti angelique cum eo. Et horum in simili argumento apud Marcum quoque meminit. At quæ angelorum vires sint, quanta ad defendendum pios & puniendum impios illorum potentia, exemplis infinitis docent sacrae literæ. Vnus angelus omnes in tota Aegypto primogenitos intra vnius noctis spacium occidit, & Pharaonem tyrannum immanissimum filios Israelis dimittere coegit. Similiter vnus Angeli mi

Filius hominis veniet in gloria.

Ioan. 17.

Mat. 9.

Exod. 12.

Isa. 37.

1. Reg. 6.

Dan. 7.

Thronus gloriæ Christi
Exod. 16.

1. Reg. 10.

Matth. 17.

Matth. 24.
2. Pet. 3.
1. Tes. 1.Qui nam ad
Christi tribunal
sistendi sint

nisterio in Assyriorum castris, Ezechia regnante centum & octoginta milia cæduntur, & oblidione liberatur vrbs, quam hostes spe sua iam deuorauerant. Heliseus item Propheta, cum in medios hostes incidisset, Angelorum præsidio seruatus est, qui cum curribus & equis, igne terribili corruscantibus, campos & montes vicinos circumquaque occupabant, & quamuis non ab omnibus viderentur, hostium tamen oculos & manus continuerunt, ne quid contra Dei seruum facerent. Quid ergo fiet, quando in nouissimo die IESVS CHRISTVS non cum paucis, sed cum innumerabilibus legionibus & myriadibus angelorum (vt Daniel olim prædixit) ad iudicandum veniet? Quis illi resistere poterit? Quis ad eius conspectum non terrebatur & concidet?

Sed aliud etiam addit, quo maiestatem & potentiam suam amplius declarat: Tunc sedebit super thronum gloriæ suæ. Thronum hunc scriptura passim inter nubes monstrat, in quibus ille veniet. Qualis vero futurus sit, non nostrum est curiosius inquirere. Sufficiant nobis quæ in sacris literis traduntur, nec dubitemus Dominum, qui Solomonis thronum toti orbi & regibus cunctis admirabilem fecit, multo gloriosorem thronum habiturum, qui iustitia & virtute firmatus & eius admirationi & solatio erit electis, impijs vero omnibus terrorem incutiet, quem nunquam effugere aut superare poterunt. Enimvero, quæcunque nobis supernæ minina, chasmata & quæcunque alia sunt huius generis: Quamto terribilior ergo erit Christi supra nos in nubibus diuino splendore refulgentis maiestas omniumque, qui à fide alieni propriæ conscientiæ testimonio accusantur? Discipuli illi tres, Petrus, Ioannes & Iacobus, præ formidine conciderunt in facies suas, & tantum non exanimati sunt, cum gustum aliquem eius maiestatis præberet Dominus, in qua olim veniet in regno suo. Quid ergo futurum putabimus, quando virtutes eorum commouebuntur, cæli cum stridore præteribunt, elementa denique æstuantia liquefcent: signum vero Filij hominis in cælo apparebit? Tunc certe plangent omnes tribus terræ. Quibus adde quæ D. Paulus scribit: Patescet Dominus Iesus de cælo cum angelis potentæ suæ, cum flammeo incendio, infligens vltionem ijs, qui Deum non nouerunt, neque auscultarunt Euangelio Domini nostri IESVS CHRISTI: qui poenam pendunt æterni exitij præsentem Domino & potente ipsius gloria, cum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in fidelibus omnibus, &c. Et hæc quidem de persona iudicis, & eius ad iudicium aduentu dicta sufficiant. Faxit Deus Pater miserationum, vt horum semper memores, ita viuamus, vt cum venerit, cum gaudio exulemus, neque vlulemus & plangamus cum impijs, qui operantur iniquitatem.

Porro videamus etiã, qui nam ad tribunal Christi citari & coram hoc iudice sisti debeant? Et cogentur coram eo (inquit) omnes gentes. Id fiet (vt supra docuit) angelorum ministerio, cum quibus se venturum dixit. Ait enim: Tunc emitret angelos suos cum tubæ voce magna & suos electos coget à quatuor ventis ab extremo terræ usque ad extremum cæli. Electorum meminit, non quod hi soli iudicandi sint (nam impijs quoque citari debere, postea demonstrabitur, sed quia hæc in electorum consolatione dicebat, qui interdum persecutionibus dissipantur, vt impossibile videatur, illos posse rursum in unum cogi, hoc potentie suæ et gloriæ iudicium fore docet, quod etiam per totum mundum, imò vt quisquiliæ per aerem dissecti fuerint, facile tamen ipsi fore, vt suæ tubæ clangore per angelos ad ipsum colligantur. In præsentem vero omnes gentes cum eo consentit articulus Symboli Apostolici, in quo confitemur, IESVM CHRISTUM venturum ad iudicandum viuos & mortuos. Nam viui hic dicuntur, quos quos sub Christi aduentum superstites erunt, mortui vero sunt omnes, qui ab exordio mundi

mundi vsque ad illum diem hac vita defuncti, rursus à mortuis excitabuntur, & hi simul omnes immutati & incorruptione donati, Christo obuiam rapiuntur, vt eius sistantur iudicio. Itaq; omnes homines, quotquot sunt, fuerunt, & futuri sunt, ad Christi tribunal cogentur, vt non temere apud Germanos vulgari proverbio dicatur, neminem emanfurum, qui non in nouissimo iudicio compareat. Quæ ergo hæc væcordia est, ô homines Christiani, quæ mentes nostras fascinat, vt quasi in terris istis permanentem ciuitatem habeamus, fortis nostræ futuræ obliti, terrenis studijs nos totos addicamus?

Excitet autem nos communis consensus electorum & seruorum Dei, qui iam inde ab exordio mundi omnes testati sunt, venturum iudicem IESVM CHRISTVM, cui rationem omnium iniuste factorum & dictorum omnes homines reddaturi sint. Nam vt Apostolus Iudas, Iacobi minoris frater, cognomento Thaddæus scribit, de falsis fratribus & impijs fidei & ecclesiæ prophanatoribus differens, inter alia dicit: Prophetauit autem etiam de istis septimus ab Adam Enoch. Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis, vt ferat iudicium aduersus omnes, & redarguat quicumque ex ipsis sunt impij, de factis omnibus quæ impiè patrarint, de que omnibus duris, quæ locuti fuerint aduersus ipsum peccatores impij. Quæ propheta tantò plus fidei & authoritatis meretur; quod & vetustissima est, & quod tam Deus ipsius Enoch translatione confirmauit, & eo exemplo docuit, esse vitæ quam aliam, in qua pijs sua præmia reposita sint, impios autem suæ pœnæ maneat, quas suis sceleribus meruerunt. Et eandem fidem Iob fuisse, qui & ipse non procul à Patriarcharum seculo abfuit, ex illius verbis patet, quibus seipsum inter infandos dolores & cruciatus atque animi tentationes grauissimas consolatus est, dicens: Noui quod vindex meus viuit, & nouissimo tempore adhibebit vim suam pulueri. Postquam verò circumdederint hoc mea cute, spectabo Deum in carne cum est mea desiderium. Hæc vero illum non solum propter se dixisse, sed etiam vt vicissim collocutores suos terreret, qui intempestiuis disputationibus ipsi moulestissimi erant, ex his apparet, quæ subtextit: Tunc diceris, Cur eum persequemur, in quo fundamenta negotij salutis deprehendebantur? Timete igitur gladium vobis imminentem: quia ira iniquitates, iniquitas vltionem parit: quoniam intellegitis seu experiemini esse iudicem. Possent his addi innumera ex Prophetis, quibus doctrina hæc tam confessa & indubitata fuit, vt hoc argumento populum Ierusalem & posse abducos in exilium reducere. Et Christus sæpe aliàs huius doctrinæ meminit, in primis autem memorabile est, quod apud Ioannem grauer pronuntiat: Amen amen dico vobis veniet hora, qua omnes qui in monumentis sunt, id est, mortui, quorum corpora iam computruerunt, audient vocem Filij hominis, & qui audierint viuent: & prodibunt, qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerint, in resurrectionem iudicij. Quò Paulus respiciens non veritus est dicere: Omnes sistemur ad tribunal Christi, vt vnusquisq; reportet quæ in corpore fecerit, oportet coram tribunali Christi, vt vnusquisq; reportet quæ in corpore fecerit, vel bonum vel malum. Possent his testimonijs multa addi, quæ nunc breuitatis cauissimè & absurdissimis erroribus dementata fuerit, in qua non aliquis gustus futuræ resurrectionis & nouissimi iudicij ex aliquibus indicijs deprehendi possit. Detestanda ergo & abominabilis est illorum illorum impietas, qui hoc nouissimum seculo, quando quotidie sunt, quæ diem hunc præ foribus adesse testantur, illum tamen scurriliter negare & in dubium vocare audent. Nobis horum omnium

Consensus omnium sanctorum in articulo nouissimi iudicij

Gen. 5.
Iob. 19.

Psal. 16.
Isa. 26.
Dan. 11.
Ezech. 37.
Ioan. 5.

Rom. 14.
2. Cor. 5.

Luc. 21.

usus sit, ut nunquam non aduentus Domini memores humilemur sub eius potentia manu, & vigilemus omni tempore precantes, ut digni habeamur, qui effugiamus quæ impijs parata sunt supplicia, & intrepida mente consistamus coram Filio hominis. Domino & redemptore nostro IESU CHRISTO, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

H O M I L I A C C L X X X V I I .

Et separabit (iudex) gentes, alteros ab alteris, ut pastor separat oves ab hædis. Et statuet oves quidem ad dexteram suam, hædes autem ad sinistram. Tunc dicit Rex ijs qui ad dextram ipsius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi. Esuriui enim & dedistis mihi ut vescerer: sitiui & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me: nudus, & amicuistis me: egrotavi & inuistis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & aluimus? aut sitiientem & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitum, & collegimus te? aut nudum, & amicuimus? Aut quando te vidimus egrotum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicit eis: Amen dico vobis, quatenus id fecistis vni ex istis fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Noviss. iudicij
consideratio
necessaria.
Ecc. 9.

1. Reg. 2.

Sapientissimus ille regum Solomō grauer mōnet melius esse adire domum letus funebris, quam domum conuiuij. Nam illic (ait) cernitur finis omnium hominum & viuens id reponit in corde suo. Et rursum: Sapientium cor in domo letus versatur, & cor stultorum in domo lætitiæ. Quibus consentit alter ille sapiens Sirachi filius, dicens: In omnibus factis tuis memento extremorum, & in æternis non peccabis. Qui enim serio & assidue cogitat, mortem esse viam omnis animi per quam omnibus necessario ex hoc mundo exeundum est, procul dubio animabit, nec facile locum dabit, vitiorum illecebris, quibus alij vulgo inescantur. At si tantum potest apud homines cordatos assidua mortis recordatio, quanto plus efficaciam habebit nouissimi aduentus Christi memoria, qui olim sub finem vice nubibus cœli apparebit iudex vniuersi mundi, ut singulis prout in corpore vixerunt, retribuatur. Enimvero fieri non potest, ut huius seculi studijs sese irretiti sint qui totam mundi machinam olim cum elementis omnibus vno incendio consumpturam esse meminisset, & tunc coram Dei Filio nihil esse, quod nos vel excuset vel tueatur quam fides vera & animus quoad vitam pie peractam bene sibi conscius. Quapropter Dominus noster IESVS CHRISTVS, postquam discipulos suos, multis ad vigilantiam & ardens salutis studium adhortatus est, de nouissimo etiam suo aduentu differit, & ut ad hunc sese preparare debeant omnes homines docet. Et ut efficacius moueantur omnium mentes, postremi illius & vniuersalis illi iudicij typum nobis, ceu in tabula, proponit: In quo nuper vidimus, quibus Iudex ille vniuersalis futurus, & quanta cum gloria & potentia venturus sit: quod item omnes homines, quotquot vnquam fuerunt & superstites adhuc illo die erunt, ad eius tribunal listi oporteat. Sequitur in præsentem huius iudicij forma atque processus, cuius prima parte de electis siue germanis Dei cultoribus agitur, quos Dominus ad vitæ æternæ consortium & hæreditatem suscipiet: altera de reprobis, qui ad æternos inferorum cruciatus damnabuntur.

Et prim.

Et principio quidem, cum nuper dixisset, omnes gentes siue homines per angelos sanctos à quatuor ventis & extremis cardinibus mundi cogi oportere, vt ab ipso iudicentur, nunc quid his coactis in vnum, ipse primum facturus sit, docet. Et separabit (inquit) omnes gētes alteros ab alteris, vt pastor seperat oues ab hœdis. Id verò opponitur cōfusiōni, quæ in hoc mundo est, & perpetuò durabit vsq; ad finē seculi. Religiones quidē diuersæ sunt (vt iam de alijs vitę generib. & studijs nihil dicatur) & in sectas innumeras fere mundus totus distractus est. Sunt Euangelici hypocritæ, qui vno quidem Christo gloriantur, & se eius merito per fidem iustificatos esse pleno ore iactant: sed quam ore prfitentur fidem, factis negant. Sunt Pa-pistæ siue Pontificij Romanenses, qui in sectas sacrificorum & monachorum com- plures scissi sunt, nec adhuc illarum finis est, quin nouæ indies veteribus acce- dant. Sunt Canonici regulares & irregulares: Sunt Franciscani & inter hos Mino- res, Lignipedes, Obseruantes item, quos aliqui per *αυτιορροισιν* sic dictos purant, quod absque omni obseruatione regularum & legum, quas Christus & Apostoli tradiderūt, viuant. Sunt Dominicani, Iacobitæ, Augustiniani, Carmelitæ, Carthu- siani, Bernardini, Fratres Mariæ, Iesuitæ, Cappucini, & alij, quibus omnibus enu- merandis vix dies suffecerit. Et hi omnes etsi regulis & legibus, ritibus item, statu- tis & vestitu quoque differant, omnes tamen in eo conueniunt, quod ferè operum suorum meritum confidunt, & singuli suum ordinem siue sectam alijs omnibus præ- stare, seq; Deo cultum magis gratum et acceptum exhibere, sibi persuaferunt. Sunt præterea à nominis Christiani prorsus alieni, Turcæ & Iudæi, qui se Christianis o- mnibus meliores esse gloriantur. Est item infinitus impiorum numerus, quos A- theistas non immerito quidam dicunt, qui cum neque Deum neque cœlos aut in- feros esse credant, tamen pro damnatis haberi nolunt. In tanta ergo confusione ho- minum & opinionum alij incerti rerum, quo se vertant nesciunt, & vel omnem re- ligionem negant, vel vt omnibus se amicos & æquos præbeant, vnumquę in- quæuis religione seruari posse sentiunt, modo animi intentio bona sit.

Christus sepa-
rabit omnes
gentes in die
nouissimo.

Confusio hu-
ius seculi.

Sed in illo die confusio ista tolletur, & separatio fiet, cuius author erit ipse Chri- stus, Dei Filius & Iudex vniuersalis, qui cum renes & corda scrutetur, nullo cere- moniarum splendore, nullo professionis externæ fuce fallitur. Separabit autem hos omnes alios ab alijs, vt pastor oues ab hœdis separare solet. Recte autem se pa- stor confert, quia quantisper tempus gratiæ & huius præsentis vitæ curriculum durat, pastor ille Israelis est, de quo olim Prophetæ vaticinati sunt. Et talem se ip- sum describit in Euangelio, simulq; docet, quid ouibus suis conferat, & quibus no- tis illæ ab hœdis dignoscantur. Ego (inquit) sum pastor ille bonus, qui agnosco me- as oues, & agnoscor à meis: & animam meam depono pro ouibus. Ego item sum ostium: per me si quis introierit, seruabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Et ego vitam æternam do ouibus. Qui non ingreditur per ostium, fur est & latro. Oues item suas esse ait, qui vocem suam audiant & sequantur, alieni verò vocem non agnoscant. Ex quibus colligi potest, hœdos & hircos esse, qui ouium quidem similes videri volunt, fidelium cœtibus sese associant, & fideles Christi cul- tores Deiq; amantes se esse profitentur, interim verò intra pascua Ecclesiæ non manent, sed vagi, petulantes & lasciuī CHR I S T V M I E S V M non pro vnico Pa- store agnoscunt, neque per ostium illud vnicum ingrediuntur, sed per alias vias at- que media irrepere student: adhæc non sequuntur Christum, non ipsi soli adhæ- rent, neque ei obediunt, sed sui cerebri placita & proprii animi desideria illius præ- ceptis præferunt. Hi omnes siue Christiani dicantur, siue Euangelici, siue Roma- nes Catholici, siue Iudæi, siue Turcæ, siue rasi & vncti, siue cucullati, siue mitra- tes bicornes sint, hœdi atque hirci sunt, neque ex Christi grege censerī debent. Possunt quidem inuitis ouibus sese insinuare, & tanta est illorum sæpe potentia, vt

Christus pas-
stor.

Isa. 41.
Psal. 80. 130.
Ioan. 10.

Oues.
Hœdi.

absque periculo ne reprehendi quidem vel vnico verbulo argui, ne dum à caula ecclesiae arceri possit. Sed quando pastor ille fortis veniet, illos omnes non arguet modo, verum etiam separabit, vt toti mundo constet, qui nam oues, qui hirci aut hœdi sint. Oues enim id est veros fideles & Christianos ad dexteram, hœdos ad sinistram statuet. Per dexteram etiam locus beatæ immortalitatis, per sinistram loci supplicij denotatur, quo colligentur omnes hypocritæ cum ijs qui posuerunt terrorem suum in terra viventium.

Errant qui vnumquemque in sua religione dicunt seruari Lib. 4. cap. 23 Ioan. 14. Col. 1.

Separatio est necessaria. Gen. 4. 6.

Gen. 12.

Isa. 52. Apo. 18. Act. 2.

Ioan. 13.

Matth. 13. 22.

Cur damnatur, qui non audierunt Euangelium? Rom. 2.

Idcirco turpis & exitialis est error eorum omnium, qui vnumquemque in sua religione, vel potius superstitione seruari sentiunt. Etenim vt vnica sola est veritas: ita fides quoque vera & religio est vnica. Vidit hoc olim Lactantius, qui religionem à vinculo pietatis sic dictam testatur, quod per hanc nos Deus sibi religauerit & obstrinxerit. Atqui vnus Christus est, per quem ad patrem venit, & in quo placuit Patri omnem plenitudinem inhabitare, & per eum sibi reconciliare omnia, quæ in cœlis, tum quæ in terra sunt. Non alia ergo religio vera est, quam quæ fide in Christum constat: falsæ sunt autem & superstitiones noxiæ sunt, quæ extra Christum alibi salutem quærere docent. Separatione ergo opus est ex mundo eieciendo à facie sua Caino, Sethum huic substituit, ex quo filiorum Dei linea & genus deducitur. Sed cum postea filij Dei cæco amore & illecebris mundi fascinati, cum filijs hominum & Caini posteris rursus commiscerentur, Nephilim prodierunt propter quos genus humanum horrendo diluuij supplicio deletum est: & rursus Abrahamum à Chaldaea euocatum sibi delegit Deus, ex quo noua filiorum suorum soboles nasceretur, & à quo veri omnium seculorum credentes dicerentur Abrahami filij, quibus vbiq; præcipitur, vt ex Babylone ad est ex mundo exeant, & separentur à generatione praua filiorum huius seculi, neq; cum eorum studijs & operibus communicent. At ea est naturæ humanæ perversitas, vt multi dignitatis suæ immemores ad infelix mundi consortium redeant, & cum illo polluantur. Ideo quotidiana pœnitentia opus est, & vt subinde pedes abluamus, vt multi dignitatis suæ immemores ad infelix mundi consortium redeant, & cum illo polluantur. Ideo Quod cum non omnes faciant, multi vero in vitijs communibus pergant, Iudex ille vniuersæ terræ, quem illi dum tempus gratiæ ipsis fuit, noluerunt pastorem suum agnoscere & sequi, in magno illo die separationem faciet, in qua hœdos illos per separationem tunc futura frequenter admonemur in Euangelio, ne pij & simplices exemplo mundi & terra illa confusione, quæ passim cernitur inter homines, offendantur. Huc pertinent parabola de zizanijs, quæ cum bono semine in agro Domini succrescunt, tempore messis autem colliguntur & exuruntur. Item de sagena illa, quæ cum bonis piscibus putres quoque trahit, qui postquam sagena in litris subtracta fuerit, separantur à bonis & abijciuntur. Eodem facit parabola de nuptijs ad quas quidam absq; veste nuptiali accessit, & cum alijs accubuit: sed ab herodes comprehensus, ignominiose eiectus est in tenebras externas, vbi est ploratus & stridor dentium. Horum ergo diligenter meminerint, qui exemplo mundi terrena vitia & scelera excusant, & sibi necessario publicis moribus viuendum esse putant. Sed raturum erit semper quod hic dicitur. Quicumque nolunt relictis mundi studijs separari ab hircis foetidis & contumacibus, olim velint nolint separabuntur, et cum diabolo, cui seruiuerunt, relegabuntur in ignem illum inextinguibilem.

At quærat hic aliquis, Quo iure secundum Euangelij sui doctrinam eos quoque damnaturus sit Christus, quibus illud nunquam est prædicatum? Sed his Apostolus ad Romanos scribens respondet: Cum gentes, quæ legem non habent, naturæ quæ legis sunt faciunt, isti legem non habentes sibi ipsi sunt lex: Vt qui ostendantur opus

Opus legis scriptum in cordibus suis, vnâ testimonium reddente ipsorum conscientia, & cogitationibus sese mutuo accusantibus, aut etiam excusantibus, in die quo iudicabit Dominus de occultis hominum ex Euangelio meo per IESVM CHRISTVM. Fatetur Paulus, gentibus quidem non datam legem scriptam, vt Iudæis: at simul probat, illos propterea non exleges esse prorsus, cum naturales notitias cordibus inscriptas habeant, quæ honesta iubent, turpia prohibent: quibus notitijs corda sic illustrantur, vt intra conscientias suas conuincantur, si quid inhonestum patrarunt: & tam efficax esse conscientia testimonium, vt in eum vsque diem vigeat, & in nouissimo iudicio illis condemnandis sufficiat. Eadem autem ratio est Euangelij, cuius doctrina cum naturalibus illis notitijs conuenit. Ergo etsi non omnibus illud prædicetur, habent tamen hi quoque qui non audiuerunt, quo intra corda sua conuincantur, neque erit aliquid quod illos in die iudicij excuset. Vt ergo hunc locum concludamus, necesse est, vt fide vera conuertantur ad Christum, qui solus vestis illa nuptialis est, & hunc induant, qui in vltimo illo iudicij die seruari volunt.

Sequitur sententia finalis, qua idem docetur & ostenditur simul euidenter, qui sint verè credentes, quos pro ouibus suis Dominus agnosceret & saluos pronuntiabit. Priusquam verò illam audiamus, obseruatu dignum est discrimen, quo iudicium istud differt à quotidianis aut humanis, quæ in hoc seculo exercentur. In his sententiam præcedit accusatio, sistuntur item testes, quorum testimonijs capita accusationis confirmantur: adhuc reis attribuuntur aduocati siue patroni, qui eos excusent vel defendant. At in præsentem nihil horum auditur. Etenim (vt in modo diximus) propria conscientia accusabit & excusabit omnes. Neque opus erit testibus aut iudicem Christum, quem nihil latet, & qui sua præsentia tam electos confirmabit, quam improbos suæ impietatis conuictos damnabit. Etenim ex eius conspectu consolationem percipient illi, quando videbunt illum cuius cicatrices & vultus salutis certos facient omnes, qui ipsi crediderunt: exitio autem dignos esse docebunt eos, qui ipsum receperunt, in quo vno salus est. His præmissis, audiamus nunc quid suis dicturus sit.

Iudicium nouissimum in quo differat à quodotidianis

Tunc dicit Rex ihs, qui ad dextram ipsius erunt, &c. Regem se vocat nunc, qui prius se Filium hominis dixerat, vt doceat incarnationem & exinanitionem, quæ in assumpta carne facta fuit, diuinitati & maiestati suæ nihil derogaturam, quò minus tunc quoque, quando in hominis forma & vt verus homo venit, sit Rex ille gloriae & iudex vniuersæ terræ. Quid verò dicit suis? Venite benedicti Patris mei, & possidete regnum vobis paratum à iactis fundamentis mundi. Est hæc irrevocabilis & plena consolationis sententia Filij Dei, cuius singula verba probe considerari debent.

Finalis sententia de electis.

Primum, Venite inquit: & sic dicendo vocat eos ex mundo & corruptibilis conditione, cui prius obnoxij fuerunt, & simul absoluit eos ab omni peccato, à morte, inferis & diabolo. Nam ad se venire iubet, secundum promissionem, quæ sapientius in Euangelio repetitur: Volo vbi ego sum, illic sit etiam minister meus: Vado vobis paraturus locum: & cum profectus fuero & parauero vobis locum, rursus veniam & assumam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Vbi simul confutatur fanatici, qui vt omnipræsentiam hominis Christi, quoad corpus assumptum assenserant & confirmant, in altero seculo locum aliquem fore negant: & nos accusant, si cū Christo idem sentiamus & loquamur. At ipsi quando corpus Christi in certo loco esse negant, corporis veritatem negant, & abolent. Tolle loca corporibus (inquit August.) non erit vbi sint, & proinde non sunt.

Venite.
Ioan. 14. 23.

Deinde quos vocet, disertè exprimit, & quasi definit: Nimirum benedictos Patris. Ita verò propriam salutis & beatitudinis nostræ causam cæu digito ostendit. In

Benedicti Patris.

Gen. 3.

Gen. 12.

Ephes. 2.

Isa. 7.

Quò vocan-
tur benedicti
Patris?Rom. 9.
Gen. 25.

1. Pet. 1.

Fidei fructus
opera recens-
sentur.

Adamo enim omnes maledicti sumus, & morti obnoxij, quæ per peccatum cum satellitio suo, id est, agmine malorum omnium in mundum ingressa miseris & calamitosos fecit. Itaque benedictione noua nobis opus est: quæ non aliunde quam ex Deo sperari poterat, cum propter hominem tota creatura maledictioni & corruptioni esset subiecta. Quod enim de terra dixit Deus, primo parenti, Maledicta est terra propter te, &c. id ipsum de alijs quoque elementis intelligi debere ex eo patet, quòd quæ in usum hominis creata erant, nunc nobis exitio & iudiciorum Dei instrumenta sunt, si hic nos punire velit. Benedicit autem hic nobis in Filio suo IESU CHRISTO. Hic enim est promissum illud semen mulieris, quod caput serpen- tis, qui maledictionis author fuerat, contriuit: Idem semen illud Abraham est, de quo dictum: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. De eodem Paulus scripsit: Benedictus Deus & pater Domini nostri IESU CHRISTI, qui benedixit nobis omni benedictione spiritali in coelis, in Christo. Itaque benedictio nobis obtigit non per Legem aut opera Legis, quæ potius maledictionem, quam ex Adamo hausimus aggrauat, cum nemo illi possit satisfacere. Quòd si Lex Mo- sis non potest benedictionem parere, multò minus lex Mahumetis, quam diserte à Christo nos reuocant ad nostra opera, quæ cum optima sunt, imperfecta & mutila sunt. At CHRISTI IESU participes simus per solam fidem, quam apprehendimus, & eidem inserimur. Ideo Baptista grauitè ait: Qui credit in Filium, habet vitam æternam: Qui autem non obtemperat Filio, non videbit vitam sed ira Dei manet super eum. Hic ergo fundatur articulus præcipuus Christianæ religionis, quem Apostoli tantopere inculcarunt: In sola redemptione, quæ per Christum facta est nos iustificari & seruari ex sola fide, absque operibus Legis, ex mera gratia.

Id verò Dominus in præsentì quoque euidenter declarat & confirmat, quando ad quid aut in quem finem benedicti Patris vocentur, docet. Dicit enim, Possidete regnum paratum vobis à iactis fundamentis mundi. In Græco ponitur verbum κληρονομήσατε, quòd non simpliciter possidere, sed hæreditario iure aliquid obtinere significat. Hæreditatis vox meritum omne excludit. Etenim vt infans hæres nascitur, priusquam aliquid meritis est: ita nos Dei hæredes sumus, eò quòd nos pro talibus elegit Deus, priusquam aliquid boni aut mali fecimus, vt Paulus Iacobi & Esau exemplo docet. Deinde regnum paratū illis dicit à iactis fundamentis mundi. Vnde sequitur paratum fuisse priusquam essemus, nec opus esse, vt ipsi hoc pareremus aut acquiramus nostris operibus siue meritis. Adde, quòd nos pro- uident, nos propria culpa indignos fore regno illo, qui omnis beatitudinis colopho- est, ab æterno quoque Filium suum (Perro teste) prædestinauit, qui nos Patri recon- ciliaret & regno Dei dignos atque idoneos faceret. Ergo rursus cadit omne operum nostrorum meritum & dignitas.

Quia autem fides interna animi in IESUM CHRISTUM fiducia est, quæ non pote Spiritus sancti donum, adhuc multi fide gloriantur, qui huius virtutem & effi- ficaciam nunquam senserunt, sed quòd ore profitentur factis negant, sententia hæ- ius causam Dominus ad externa opera refert, quæ vt proprios fidei fructus in suis credentibus commendat, dicens: Esuriui enim, & dedistis mihi vt vescerer: sitiui, & dedistis mihi potum, &c. Quali diceret: Ideo vos benedictos Patris mei dico, & electos regni mei hæredes, quòd fidem vestram efficaciter operibus & germanis fi- dei fructibus declarauistis. Non ergo hæc eo sensu dicuntur, vt opera hæc efficien- tes causas salutis & vitæ æternæ esse testetur, sed fructus & testimonia, ex quibus fi- des vera agnoscitur. Nam vt modò annotauimus efficiens causa salutis indicatur quando benedictos patris, & regnum illis ab æterno paratum dixit: operibus au- tem de-

tem declararunt illi fidem, quæ priusquam hanc habeat homo, nulla sunt, quæ vel bona sint, vel Deo placere, nedum salutem & regnum illud beatum mereri possint. Exemplo sunt Cain & Abel, quorum vterque sacrificauit Domino, nec in sacrificij materia aliquid est, quod alter alteri præferri debet: sed quia hic fide præditus fuit, eius victima Deo placuit: illius verò displicuit, quia sine fide sacrificabat. Eadem est omnium operum ratio. Quia enim Christus mediator ille est, qui solus nos Deo gratos & acceptos reddit, hic autem sola fide apprehenditur, certò colligi potest sine fide neminem Deo placere, & quod non ex fide fit, peccatum esse. Atqui fides hæc non inanis persuasio, multò minus temerè concepta opinio est, quam ex seipsis percipiunt homines, sed fiducia certa per charitatem efficax, quæ cum sit legis completio (vt Paulus docet) opera gignit, quæ Deo placent propter Christum, & cum eius voluntate consentiunt. Ita Christus ipse in Euangelio salutis nostræ summam in fide monstrat, subinde inculcans illud, Qui credit in me, habet vitam æternam. Interim verò alibi ad opera remittit, vt ostendat, fidem non mortuam aut otiosam esse, sed per opera bona se declarare & cognosci, vt arbor ex fructibus. Iustitia autem & virtus æterna (si propriè loquendum sit) non operibus, sed fidei tribui debent, quæ nos iustificare dicitur, quia nos Christo inserit, qui solus nobis à Deo iustitia & redemptio factus est. 1. Cor. 1. & 2. Cor. 5.

Vt verò de operibus quoque bonis aliquid dicatur, sunt hæc non quæuis, quæ in specie talia esse videntur, & ex nostri animi intentione fiunt, (Ideo nulla hic fit mentio votorum monasticorum, & operum, quæ secundum hominum traditiones fiunt, quæ potius prohibentur & damnantur alibi.) sed operum charitatis, quæ sunt, esurienti cibum, sitienti potum, extorri & exulanti hospitium, nudo vestitum præbere, ægrotum item inuisere, captiuum & vincens iuuari & consolari, &c. Sub quibus omnia alia comprehenduntur, quæ sunt huius generis. Etenim qui his verè & ex animo student, procul dubio nemini nocebunt, nulli hominum quod suum est eripient, neminem defraudabunt, neque neglecto proximo, quem Deus commendauit, in muta idola aut immoderatum corporis sui cultum conferent, facultates suas, quibus proximum indigere vident. Multò minus virgines aut filias proximi, stupris, vxorem adulterio, viduas vagis libidinibus polluent. Itaque non multa questione oportet esse, quæ sint bona opera, quæ Deo placeant. Sunt hæc vulgò nota omnibus: neque ista sibi fieri postulat ille, sed quia ipse nullis eiusmodi officijs indiget, vt proximo egenti illa præstemus, iubet: & quæ huic fiunt, sibi facta putabit, vt paulò post demonstrabitur.

Nunc quid pij & electi, audita hac Christi sententia, facturi sint, videamus. Nihil horum in seipsis agnoscunt: Domine, quando auert te vidimus esurientem, & alimus: aut sitientem, & dedimus tibi potum &c. Quasi diceret: Nos equidem non meminimus quicquam huius fecisse. Ista verò non idcirco dicunt, quod iudicem & seruatores suum falsi arguere animus sit, sed suæ infirmitatis & debitorum sibi conscii toto corde humiliantur, cum intelligunt, se nihil fecisse, quàm quod debuerunt. & multa neglexisse, quæ debuerunt facere. Et ita de se sentiunt fideles serui Christi, dum adhuc in corrupta carne viuunt. Iob certè dicit: Timui omnes labores meos, id est, ea quoque opera mihi suspecta sunt, quæ summo cum labore & studio illi inseruiendi Deo peregi. Dauid item fatetur: Ratio iniquitatum non superat nos. Et rursus: Si delicta obseruatis Domine, quis sustinebit? Ne inuertat iudicium cum seruo tuo. Et Christus quotidie nos precari vult: Remitte nobis debita nostra. Nam si serui inuites sumus, etiamsi omnia fecerimus, quæ debemus facere, quales nunc dici meremur, cum tam multa omiserimus, tam multa item sint, quæ non possumus præstare, cum lex peccati, quæ est in membris nostris (vt de semetipso Paulus fatetur) nos peccato captiuos facit, vt faciamus

Opera bona sine fide nulla sunt.

Heb. 11.

Rom. 14.

Gal. 5.

Rom. 13.

Opera bona quæ sint?

Matth. 15.

Electi de suis operibus humiliter sentiunt.

Iob. 9.

Psal. 65. 130.

143.

Matth. 6.

Luc. 17.

non quod volumus, sed quod nolumus. Horum ergo adhuc memores electi in magna illa die, simul abripiuntur admiratione plus quam paterno horitatis Dei, quā hic ipsis indignis contulit, non possunt extenuare sua opera, quae Christus tantopere de illis praedicabit. Apparet autem hoc loco quid iudicari debeat de iustitiarum hypocritis, qui Pharisaico spiritu agitari opera sua coram Deo iactant, & illorum meritis gloriantur, & quasi ipsorum debitor sit Deus rationes acceptorum & datorum ab illo exigunt. Est haec Luciferiana superbia, & qui hac turgent, magno suo malo sentient, se in his rationibus delictorum suorum superari, cum iustitia quoque ipsorum sit instar sordidorum ceatonum, neque in iudicio Dei consistere.

Conciliantur
loci Scripturae
de gratia &
merito.

Conciliantur hic Scripturae loci, qui nonnullis dissentire videntur, quando dicitur licubi Deus remunerator iustus esse docetur, qui unicuique repondat pro merito suo, & mercedem nobis pollicetur: alibi vero opera nostra sic deprimunt, ut quaecumque accipimus ad gratuitam Dei misericordiam referat, sed utrumque electi pie & sancte credunt. Fatentur Deum, qui iustus est, remuneratorem esse eorum, quae bene & recte facimus, & eundem non impunita dimittere peccata eorum, qui in illis pergunt poenitere nescij: se ipsos autem in peccato conceptos & natos, acque peccatores esse agnoscunt. Itaque si quid aduersum ipsos accidit, agnoscunt hoc iusto Dei iudicio fieri, & se hoc meruisse, atque dignos esse, quos Deus humiliet & ad commendationem castiget. Et contra autem quia se ipsos probe norunt, quoties beneficijs suis ipsos dignatur Deus, illa ex gratia sibi conferri sentiunt, & cum Davide dicitur: Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quod tantam eius rationem habes? Psal. 8.

Conciliantur
Paulus & Iacobus.
Rom. 4.
Iac. 2.

Ad eundem modum conciliantur Paulus & Iacobus Apostoli, quorum ille Abrahamum ex fide sine operibus, hic vero per opera, & non ex fide iustificatum fuisse scribit. Paulus enim de fide vita & efficaci loquitur, quae per charitatem & huius opera sese exerit, ut supra de omnibus aut electis Christi diximus, & quam Abrahamus quoque operibus bonis publice declarauit. Opera vero excludit, ne iustificationis causam, quae propriae fidei debetur, illis tribuat: eadem tamen non damnat, sed passim ad ea Christianos homines hortatur (ut in eius epistolis est videre) & ut nos totos Deo sistamus viuente hostiam. Iacobus vero de fide mortua, vel potius otiosa & inani fidei professione differit, ut eos cofutet, qui sub hac licentia peccant, & nomen Christianum prophanant: interim non negat, nos ex gratuita Dei misericordia per fidem in Christum iustificari. Et eadem fuisse illius in tota hac causa sententiam, quae Petri & Pauli fuit historia Synodi Ierosolymitanae docet, quae Luca prolixè describitur Act. 15.

Rom. 12.

Quomodo
Christus alatur,
iuuatur?

Matth. 14.

Ceterum ut ad praesentis loci tractationem redeamus, Dominus, ut fideles suos, tam humiliter de seipsis & officijs suis sentientes confirmet & erigat, non sine reuerendo illis respondet: Amen dico vobis, quatenus id fecistis vni ex fratribus istis meis minimis, mihi fecistis. Fundatur huius sententiae ratio in eo, quod Christus alibi, pauperes sibi substituit. Cum enim propter unguentum pretiosum, quod super caput eius effuderat Maria, quidam murmurarent, & Iudas pauperes praeteriret, quibus ex illius pretio, si venditum fuisset, potuisset subueniri, respondet Dominus, quod minus, ita nunc oportuisse fieri, ut corpus suum ad sepulturam vngeretur, quod ipse moriturus quidem, sed ex morte resurrecturus sit, ut officium eiusmodi ipsi pro more praestari non possit: Quoad pauperes vero (inquit) hos semper vobiscum habebitis, & quandoque volueritis, potestis eis benefacere: me vero non semper habebitis. Et hoc dicendo, non obscure innuit, suam ex terris in caelum ascensionem non obstituram, quo minus ipsi inseruire & debita officia praestare possimus: In suas enim rationes se ascribere velle, quaecumque in suo nomine ipsius seruus aut membrum

membris fecerimus. Istud verò tunc dicere libuit propter nos, qui adhuc in hoc seculo siue in terris viuimus, vt efficacius ad cõmiserationem & charitatis opera erga nostræ opis indigos permoueamur. Itaq; verborum Christi nos semper memores esse decet. Fratres enim suos hoc loco dicit, qui vulgo cõtemptissimi hominum sunt, pauperes nimirum, qui famelici, nudi, extorres oberrant, & vel morbis fœdis excruciantur, aut captiui in carceribus delitescunt. Quoties ergo aliquis ex horum numero tibi occurrat, & tuam opem implorat, Christum ipsum tibi occurrere & abs te stipem, panem, potum, vestem & quaecunq; vitæ subsidium petere cogitabis. Quod enim illi indigo facis, Dei Filio IESU CHRISTO fit, qui olim in magno illo die remunerator erit fidelis & liberalis. Assidua item meditatione in a-mundanas facultates, & viderit fratrem suum egentem, & clausit viscera sua co-ram eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Elucet in his magna hominum per-ueritas, quæ ferè ex mundi & huius seculi studiis enascitur. Pollicentur quidem omnes magnificè, se nihil non facturos propter Christum, si hic, vt olim, carne hu-mana & mortali indutus in terris hisce viueret. Interim in pauperibus suis occur-rentem nobis, & præ fame morientem non negligimus modò, sed ipsi spoliamus, defraudamus, imò occidimus quoque & terras longè lateq; patentes bellis iniu-ris, prædationibus, incendijs denique vastamus & depopulamur, vt nobis bene sit. Sed quid de illis futurum sit, qui talia faciunt, sequenti Sermone dicetur. Deus Pater miserationum corda nostra luce fidei illuminet, & misericordiæ atque cha-ritatis igne accendat, vt pro suis in illo die nos agnoscat Iudex ille vniversalis IESVS CHRISTVS, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æter-num. Amen.

1. IOAN. 3.

H O M I L I A C C L X X X V I I I .

Tunc dicit (Rex) Ieremias ijs, qui ad sinistram erunt, Maledicti abite à me in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi quo vescerer: sitiui, & non dedistis potum: Hospes eram, & non col-legistis me: nudus, & non amicuistis: agrotus & in carcere eram, & non inuisistis me. Tunc ipsi quoque respondebunt ei, dicentes: Domine, quando te vidimus esuriuentem, aut sitiuentem, aut hospitem, aut nudum, aut agrotum, aut in carcere? & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit eis, dicens: Amen dico vobis, quatenus id non fecistis vni ex istis minimis, nec mihi fecistis. Et abibunt illi in supplicium æternum, iusti verò in vitam æternam.

GRAue & memorabile est dictum Apostoli ad Hebræos: Qui accedit ad Deum Deus remunerator est. Etenim nisi quis duo hæc firmiter teneat, & sibi probè persuasa habeat, quòd tenet Deus sit, qui omnia creatit, omnia gubernet & seruet: & quod idem verum & omnipotens sit, iustus denique, qui seruis & cultoribus suis fidis promissis præmia retribuatur, impijs verò & contumacibus pœnas sceleribus suis debitas impendat: is nunquam verè credet Deo, neque eum metuet aut amabit: multa enim vita secundum illius voluntatem instituet. Quapropter Scriptura veteris & noui Testamenti passim ista diligenter commendat. In primis autem articulus hic illustratur & aduersus omnes carnis dubiæ cogitationes confirmatur in hac nouissimi iudicij descriptione. Cum enim in hoc seculo promiscuè inter se viuant homines boni & mali, & ea sit sæpe rerum facies

Deus remunerator est. Heb. 11.

atq; tanta confusio, vt pij quoq; de Deo & eius prouidentia atq; iustitia dubitent, quasi illi frustra seruiatur: impij verò ex impunitate sua ferociores fiunt: Docet primò Christus, fore olim discrimen, & se cum iudex venerit, ante omnia separaturum oues suas ab hoëdis, & tunc manifestum fore vniuerso mundo, ipsum fidelem & iustum pastorem esse. Deinde quid de vtrisque statuere velit, narrat: Et nuper quidē de pijs siue electis suis dixit, qui tunc ad dexteram sistentur, qui beatitudinis locus est, & hos benedictos Patris sui vocabit, vt ad se receptos, regni sui ab æterno illis destinati, hæredes faciat.

Argumentum
& distributio
huius loci.

Sequitur altera huius narrationis pars, qua contra reprobos, qui ad sinistram in loco damnationis stabunt, pronuntiabit, & vt maledictos ablegabit in ignem æternum. Et sicuti nuper electorum suorum bona opera, quæ ex fide & charitate fecerunt, magnificè commendauit: ita nunc istis exprobrabit animos à fide & charitate alienos, ex quibus toti humano generi constare possit, ipsos reprobos & damnatione dignos esse. Sed singula huius loci ordine videamus, cui hæc potissimum insunt: Primùm recitatur sententia finalis contra reprobos. Secundò eius ratio redditur, quod charitatis officia, quæ ipsi Christo debentur, prorsus neglexerint. Tertio opponitur his, illorum excusatio siue defensio: vbi reproborum hypocritarum ingenium & mores graphice exprimuntur. Quartò Dominus sententiam pronuntiatam ratione, quam nuper quoq; allegauit, confirmat. Post quam sequitur executio vtriusq; sententiæ, quoad electos & improbos.

Sententia finalis
contra reprobos.

Ioan. 3.

Sententia Christi iudicis finalis contra reprobos est hæc: Maledicti abire à me in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Vt electos suos benedictos Patris dixit, eò quod in ipsum credunt, qui nos Patri reconciliauit, & quia in ipso nobis Pater benedixit, omni benedictione spirituali: Ita nunc impios, qui fide destituuntur & ab ipso alieni sunt, maledictos dicit: quia (vt ex Ioanne nuper annotauimus) qui non credit in Christum, is adhuc in peccato est, & adhuc manet super illum ira Dei, quæ peccati poenam siue stipendium, mortem videlicet, nobis ab ipso illis vnaquam commune fore. Abire autem iubet in ignem æternum, qui diabolo & eius angelis sit paratus. Etenim iustum & æquum est, vt qui nolunt cum Christo communicare in hoc seculo, multo minus cum illo in regno cælorum communi gaudio & felicitate fruantur: sed cum angelis malis, quibus seruiuerunt, procul à facie Christi reijciantur: quæ maxima est hominis calamitas: si nimirum à Deo qui summum bonum & omnis boni vnicus fons est, reijci & excludi mereantur. Facit autem ad amplificationem poenæ: quod eiusdem supplicij consortes fore dicitur cum diabolo & huius satellitibus. Quid obsecro homini ingenio & liberalitate educato atque virtutibus assueto, molestius aut tristius poterat accidere, quam si cum capitalibus parentis suis & totius familiæ suæ inimicis in locum quereles & conuitia absq; intermissione omni audire cogeret: nec aliquem videret rationem, qua seipsum vel alios posset inde eximere? Atq; quanto tristior & infelicior erit illorum conditio, qui in illo die relegabuntur in ignem illum inextinguibilem, quod alibi stagnum ardens igne & sulphure dicitur: vbi nullo alio sodalicio stipas honorem & gloriam audire possunt, & non solum inenarrabilibus tormentis inferorum excruciat, Dei iustitiam calumniantur, & aduersus eiusdem bonitatem cum horribili fremitu grunniunt, verumetiam quam ipsi impietate suam amiserunt beatitudinem omnibus inuident, quibus aliquam adhuc micam diuini favoris superesse vident? De Lotho scribit Petrus Apostolus in Sodomis vitam agens animam

2. Pet. 2.

animam iustam indies iniustus illorum factis & videndo & audiendo excrucia-
rit. Atqui nouerat hic illum remuneratorem esse, & aliquando finem suum habi-
tura omnia ea, quæ ipsum tunc torquebant. Quid ergo de illis fiet, qui in æternos
tartarorum carceres detrusi cum diabolis versabuntur, & eorundem cum illis sup-
pliciorum socij fient, quorum conspectus vel præsentia homini intolerabilis est: Es-
nim uero ut communitio cum Deo in regno illo cœlesti gaudium parit, quod nullis
linguis pro dignitate explicari, nullo sensu aut captu humani ingenij comprehen-
di potest: ita omnes quoque sensus superat cruciatus ille, quem reprobi apud infe-
ros cum immundis illis spiritibus cōmunem sentiunt. Horum enim ignis (ut apud
Marc. 9.
Marcum dicit Dominus) non extinguetur, neq; vermīs vnquam morietur. Et tan-
quam Filius Dei nobis meruit, cum principe huius seculi maledictionem æternam
subire maluerunt.

Hic verò elucebit iustitia Dei aduersus eorum errorem, qui nisi statim puniat
scelera, illum nos & omnia quæ interris geruntur negligere, aut etiam ignorare
putant: & inde colligunt, felices esse eos, qui audacter Dei mandata transgrediun-
tur, miseros autem & calamitosos, qui nihil audent, & actiones omnes ad Verbi
aut Legis Dei regulam metiuntur: Necesse ergo esse, ut foro & temperi nos accō-
modemus, & præsentibus commodis fruamur. Sed contra eiusmodi sermones non
minus impios quàm falsos, Asaph nos instruit in Psalmis, & multi extant alij Scri-
pturæ loci admodum vtilis considerati, inter quos memorabilis est, qui apud Ma-
lachim habetur, vbi sic ait Propheta: Fatigauistis Dominum sermonibus vestris:
Asaph 73.
Dicitis autem, Qua nam re fatigauimus eum? In hoc nempe, cūm dicitis, Quicquid
Mal. 2. 3 & 4.
Deus iudicij? Item, Inualuerunt contra me verba vestra, dicit Dominus: & dicitis,
Quid nam contra te sumus locuti? Dixistis, Frustra seruitur Deo. Nam quæ utili-
tas, quod custodiam eius custodiimus, & quod humiliati coram Domino exer-
cituum incedimus? Nunc certè beatos dicimus superbos, cūm qui impiè agunt, &
sermones tempore exilij Babylonici, & cūm ex eo reuersi à vicinis gentibus infe-
rentur, hæc autem rebus integris florebant. At quid illis responderet Propheta?
Tunc qui Dominum timent, quisque proximo suo dixit: Dominus attendit &
qui supputant nomen eius. Et erunt mihi (dicit Dominus exercituum) eo die,
quem ego facio, peculium, isque parcam, ut quis filio parcat sibi seruienti. Re-
uertimini & videbitis inter iustum & impium, inter eum, qui Deo seruit, & ei non
seruit. Itaque pollicetur Deus, fore diem iudicij, quando inter pios & impios di-
scernere velit. At doctrinam hanc non magni faciunt prophani huius seculi si-
ut in illo demum die pœnas dent. Sed verè pij ea quoque audiunt, quæ in Pro-
pheta proxime sequuntur. Reuertimini & videbitis inter iustum & impium, & c.
Et hæc de nouissimo iudicio pronuntiat, quando à mortuis resurgent homines,
& proprijs oculis videbunt, Deum suos cultores remunerari, ut eos corpore & a-
nima seruet: impios autem, prout fecerunt vlciscet. Nam hæc quoque addit is,
quos præcesserunt, Malachias: Quoniam ecce dies venit, ardens ut clibanus: & e-
rimus omnes superbi, & omnes qui impietatem designant stipula, & inflammabit
eos dies ventura, dicit Dominus exercituum, qui non relinquet eis neque radi-
rem neque ramum. Quod non ita accipi debet, quasi corpora quoque & animæ
quoad essentiam suam in nihilum redigantur. Bienim animæ ne in morte quidem
intercunt: corpora verò immutatur, ut quæ prius corruptibilia erant, omni corru-

ptione exuta vitæ æternæ capacia fiant, in qua pñ quidem æternum gaudebunt, impij verò cruciabuntur, & durabunt perpetuò, vt sempiternis poenis satisficiant, pereuntibus interim & in nihilum reductis omnibus, quibus infelices confisi sunt. Nam, vt alibi dictum est, cœlum & terra & vniuersa mundi machina dissoluetur, & simul omnia conflagrabit. Quid ergo miseris reliquum erit, quo narrantur, aut ex quo aliquid præsidij sperare possint? Fallentur ergo, qui in hoc seculo ista rident & in dubium vocant, quæ de altera vita & inferis dicuntur, olim autem ea experiri & sentire cogentur, quæ nunc nolunt credere.

Cur reprobi
damnabuntur?

Cæterùm rationem audiamus, cur Iudex Christus tam horribili sententia istos ad ignem æternum damnet? Esuriui enim (inquit) & non dedistis mihi quo vesceretur: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non amicuistis: ægrotus & in carcere eram, & non inuistis me. Vt nuper opera piorum, ex fide & charitate manantia commendauit: ita his opponit reproborum opera, quæ non possunt non certò sequi, vbi fide extincta, charitas, quæ que intermoritur. Sub his autem, quæ hîc commemorantur, reliqua omnia, quæ huius generis sunt, complectitur. Nam his quali iudicijs illi abundè testantur se fide in Christum destitui, & proinde meritò ab ipso reijci & damnari. Etenim olim ille dixit: Qui non crediderit, damnabitur. Incredulitas ergo omnium operum prauorum origo est. Quia enim sola fide iustificamur, certè qui non credit, ne iustificatus quidem erit. Quomodo autem opera iustitiæ faciet, qui non iustus est. Cùm enim fides per charitatem efficax sit & agat, neque fidei opera erunt, neque Deo placere poterunt, quæ sine charitate fiunt. Denicq; vt vno verbo dicatur quod res est, opera mala & inhumanitatis plena, in quibus reprobi incurabili contumacia pergunt, certissima indicia sunt, quæ illos fide in vniuersum carere testantur. Proderit autem hoc loco ex ordine videre, qui nam hac sententia damnentur, vt ita discamus, quid nos vitare, quidue facere oporteat, si damnationis æternæ poenas velimus effugere.

Gal. 5.

Quos hac sententia Christus damnat?

1. Diuites auari & immites.

Primum damnantur hîc opulenti & diuites, qui opibus huius seculi abundè sed immites & duri viscera sua immisericorditer claudunt erga fratres egentes, vt neq; ipsorum neq; tenerorum liberorum, quas esurire, algere & affligi vident, moueantur. Hi enim plures faciunt caduca & friuola huius seculi bona, quam homines, qui ad Dei imaginem conditi, Christi personam referunt, qui in ipsis stipendium petit, esurit, alget & hospitium quærit. Et quum fratrem, quem non diligunt, nam Deum diligere poterunt, quem non vident, & qui ipsorum ope non indiget? Atqui charitatis lex est, proximum vt teipsum diligere, proximum autem putare debemus obuium quemq; qui nostram opem implorat, aut quem huius egentem videmus, etsi nullus petat: Vide Samaritani parabolam, Luc. 10. Necesse est & mihi sunt liberi, quibus vt prospiciam, necesse est, ne quando ipsi ab alijs stipendium petere cogantur. Etenim vt tuis vtaris, prout necesse est, Deus non prohibet: necesse est charitatis lex obstat, quò minus tuis prospicias. Et notum est illud Pauli, Non hoc exigit Deus, vt alijs relaxatio sit, nobis autem oppressio: sed vt pari condicione noscra abundantia suppleat aliorum defectum. Itaque qui plura possident, plura largiantur: qui minus, faciant quod possunt: & qui quod dent non habent, amant salutem omnes homines, faueant egentibus, bene precantur, benevolentibus, benevolentibus, consolationibus pijs recreant. In primis autem caue, ne dum tibi necessaria quæris, necessitatem avaritiæ metiaris, cuius cupiditas est inexplebilis. Nam Apostolo teste, nihil intulimus in mundum, nec quicquam efferre poterimus: sed habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti sumus. Atqui natura sic conditi sumus

1. Ioan. 4.

Luc. 10.

2. Cor. 8.

1. Tim. 6.

sumus, vt non immensis opibus sit opus, & qui mediocres, vel etiam paruas possident, serè quietius & commodius viuunt, quàm qui circa multas & immodicas facultatibus tuis exerce beneficentiã, nec malignè se gerat oculus tuus in præstantibus te auertat. *Thob. 4.* Pro ratione facultatum tuarum sis beneficus: Si multum tibi fuerit, largè tribuas: sin parum, ne verearis ex pauco præstare benignitatem: Thesaurum enim bonum tibi recondes in diem necessitatis, &c. Et his consentiunt literæ Prophetica & Apostolica, quæ simul docent, licere pijs, vt facultatibus suis ipsi vtantur, nec exigì a Deo, vt sua omnia alijs distribuant. Faciunt huc exempla Patriarcharum, Abrahami, Isaaci & Iacobi, Iosephi, &c. In nouo Testamento Nicodemi, Iosephi Arimathæi, Lazari Bethaniensis & sororum: & Apostolus multa in epistolis tradit, quæ rem domesticam piè & sanctè administrare docent: quorum vsus nobis esse debet, vt nostris honestè prospiciamus, & pauperes nobis habeamus commendatos, Vide 1. Thes. 4. Ephes. 4. 1. Tim. 5. &c.

Secundò damnantur Christi sententia omnes, qui non licito & legitimo labore aut honesta aliqua ratione se suoq; alunt, sed vsurarijs artibus, fraude doloque recipiunt; vt postea maioris vendant, adhuc fallunt publicè quosuis mensura, monopolijs item ditescere student, & fruges terræ ex Dei benedictione datas in pondere, monera denique, quod hodie nimis vulgare est, quando pecunia ipsa que stus maximus est, & inexplicabiles sunt artes, quibus non mercatores modò & sceleratores alijs alios deglubunt, verum etiam infelix vulgus & mercenarij spoliantur, quib. sua merces vel detinetur, vel arroditur, vt nõ tota ad ipsos perueniat. Sed ad illos pertinet, quod Apostolus scribit: Agite nunc diuites, flete vlulantes super miserijs vestris superuenturis. Diuitiæ vestra putrefactæ sunt, vestimenta vestra a tineis sunt vorata: aurum & argentum vestrum æruginè vitiatum est, & æruginè vestra testabitur contra vos, & exedet carnes vestras velut ignis: thesaurum congesistis in vltimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones Domini Zabaoth introierunt, &c. Consentit his quod apud Micheam dicitur: Annõn adhuc ignis, thesaurus iniquus scilicet, in domo impij? & Epha perexiguum, & ira plenum? Num iustificabo bilancem iniquam, & sacculum in quo sunt lapides fraudulentij? &c. Etenim si peccant, qui officia charitatis negligunt, quanto grauior eorum culpa est, qui insuper malefaciunt, & dolis suis aliorum inopiam augent.

Tertiò damnantur etiam hoc loco prodigi, qui opes, quas Dominus dedit turpiter & inutiliter profundunt & dilapidant, adeo vt per illas neque Deus colatur, neque proximus emenderetur, aut eius subleueretur inopia. In eo numero sunt, qui in sanis edificijs impensas faciunt immodicas, & absque necessitate diruunt, ædificanc (vt Poeta verbis vtar) mutant quadrata rotundis. Illis accenseri debent, qui supellectile sumptuosa superbiunt, vestitu luxurioso diffluunt, poculis immodicis & temulentia indulgent. dies noctesque perpotant: nec solùm gratiarum actione obliuiscuntur, quæ Deo pro acceptis frugibus debentur: sed etiam pauperes & egenos Christi tenacissimi & sordidi planè sunt, quos interim esurire, sitire, algere, nunquam effugient. Etenim passim occurrunt famelici, qui vix duro manuum laboris vitam sustentant, imò ne inueniunt quidem operandi occasionem, qua se honestè alant: Quàm multa vix partu leuata decumbunt, nec habent cibos salutares, aut potum, qui puerperis salubriter seruiat: Quàm multi victum necessarium mendicando quaerunt, nec quantum illis sufficit inueniunt? Qui omnes paruo &

2. Usurarij & impostores.

1ac. 5.

Mich. 6.

3. Prodigiosi abaliguratotes factuosi, &c.

vili cibo, & potu modico contenti essent, seque ipsos Deo & tibi gratos præberent, si illa abs te impetrarent. Sed plerumque fit, ut quos non piget ipsa perluere, dico luxu consumere, vino turpiter effuso mensas, sedilia, cœnacula ipsa perluere, socios plus satis potos, ut amplius bibant cogere, h̄ immites & duri sint erga pauperes, erga puerperas, egentes, adeò, ut ex pumice aquam facilius, quàm ab illis poculum vini aut frustulum panis extorqueas. Hi sunt, de quibus Amos scribit: Væ securis in Zione, & confidentibus in monte Samaria, qui in longinquam recessitis suis: qui dormiunt in lectis eburneis, se distendentes in grabatibus suis: qui agnos ex grege comedunt, & vitulos pingues ex corte, qui ad nablum concinunt, qui vinum in pateris potant vnguentis delibuti, neque illis doler quod Ioseph atteritur. Similia his apud Isaiam quoque leguntur: & ad sententiæ huius præsentis Christi confirmationem facit exemplum diuitis epulonis in Evangelio, vnâ cum graui admonitione, qua omnes homines, eos in primis qui sub eius aduentum uiuent, Dominus instruet, dicens: Cauete vobis, ne quando grauentur corda vestra crapula & ebrietate, ac curis huius vitæ, & repente vobis superueniat dies ille, &c. Nam ut hoc quoque addam, quanta fieret ad eleemosynas tam publicas quàm priuatas accessio, si omnes homines in pauperes Christi conferrent, quæ vulgo intemperantia, luxu, prodigalitate turpiter dissipantur. Annon ergo qui id faciunt, digni sunt, ut ad ignem æternum cum diabolo & angelis eius ablegentur?

Amos 6.

Isa. 5. & 28.

Luc. 16. & 21.

4. Qui ab alijs donata intercipiunt.

Acto. 4.

Luc. 16.

Ezech. 34.

Stipendiorum Ecclesie ratoptores.

Quarto damnantur eadem sententiâ, qui donationes ab alijs piè factas, ut ex his Ecclesiæ, Scholæ, Xenodochia siue hospitalia, Eleemosynæ publicæ aut priuatae instituuntur & conferuntur, intercipiunt, ut vel sibi ipsi vendicent, vel in usus alios conuertant. Ut enim olim ad tabernaculi extructionem donaria conferebant principes tribuum, alij item viri honesti & multi etiam ex plebe, ita olim in primitiua Ecclesiâ, crescente numero pauperum quoque, pecunias suas liberaliter contulerunt p̄s, ut ceu publico arario facto, ex eo illi alerentur, & Ecclesiæ necessitates subsidijs non destituerentur: Ita posteris temporibus idem factum esse constat, & de multorum principum & illustrium hominum liberalitate adhuc hodie testantur Ecclesiæ multæ Cathedrales, Collegia & Cœnobîa, quæ olim Scholis & iumentis institutioni seruiunt, & hodie in multis locis, pristino aut veteri usui restituta sunt. Non possumus autem dubitare, quin in suas rationes adscripserit Christus omnes eiusmodi donationes, neque aliam rationem excogitari posse, quæ nobis facilius & compendiosius ex Mammonæ iniquitatis possimus amicos parare, qui nos olim cum defecerimus recipiant in tabernacula æterna, quæ nîm ex viujs corporis Christi membris constant, illarum seminaria sunt Scholæ, in quibus à pueris educantur & instituuntur, qui aliquando Ecclesiæ orphanæ aut viduæ defunctis in ministerio succedant, ne aliquando Ecclesiæ orphanæ aut viduæ fierent, aut sint instar ouium dispersarum, ut olim Israelitæ erant, cum de illis quereretur Deus: Errarunt oues meæ absque pastore, fueruntque cibus omni bestitiæ agri. Erravit grex meus in omnibus montibus, & in omni superficie terræ dispersus est grex meus, nec est qui querat, &c. Quoad pauperes verò, qui vel in Xenodochijs, vel in Collegijs, vel Leprosarijs ex eleemosynis publicis aut priuatis aluntur, annon Dei Filius cum alijs libi, tum in præsentî tractatione luce clarius testatur, sibi fieri quicquid illis sit?

Quotquot ergo Ecclesiarum opes, Collegiorum & cœnobiorum redditus à maioribus & p̄s principibus aut honestis viris legatos intercipiunt, & authores sunt sua auaritia & rapacitate, ut Scholæ & in his studiorum bonorum cursus & morum disciplina sancta impediatur, pauperes & egeni ad famem redigantur, de his graues

graues pœnas sumet Dominus in illo die. Grauior tamen illorum culpa est, qui stitendia ministris Verbi debita rapiunt & sibi vendicant, quæ causa est, quòd doctrina & prædicatione Verbi sublata, fames illa in Ecclesijs oboritur, quam apud Amos minatur Israelitis Deus: quòd nimirum famem mittere velit, non quidem famem panis, aut sitim aquæ, sed audiendi verba Dei, quæ fames cum tristi & horribili conscientiarum carnificina coniuncta est: quam Deus ne in hoc quidem seculo inultam abire sinat. Huius ergo sedulo meminerint Præsules, qui imperium in Ecclesias sibi vendicant, qui fidos & doctos Verbi præcones eijciunt, qui sacrilega audacia ex Xenodochijs ditescunt, & rationibus iniquis & fraudulentis magistratibus imponunt, & ab his destinata bona in alienos vsus transferunt. Ut enim hæc facinora Deus æstimet, exempla Giezi, Ananiæ & Sapphiræ docent, in primis autem Iudæ proditoris, qui cum pecunia impiè & malè quæsitâ, vitam quoque infelicem turpiter amisit. Qui ergo horum vestigijs insistent, nunquam effugient vindicem Dei oculos & manus in illo die, quando manifestabuntur occulta cordium. Etenim omnium est de suo largiri, vt verus Dei cultus conseruetur, Scholæ aperiantur, pauperibus prospiciatur. Quæ ergo ratio eos excusabit, qui ab alijs donata auferunt.

Amos 8.

2. Reg. 5.
A. Chor. 8.
Matth. 26.

Quinto damnantur à Christo mercenarij Cares & iniqui milites, qui bellis non necessarijs multos ad egestatem redigunt, dum exteris principibus operam suam locant, & contra Dei præceptum accipiunt pecuniam, vt percutiant innocentem sanguinem. Innocens quidem coram Dei tribunali nemo mortalium est; & iusto iudicio Deus bellis affligit eos, qui pacelata abutuntur: Innocens autem militum mercenariorum respectu dicitur, in quem illis nullum ius est, & qui vel cæco odio & iniusta vindictæ cupiditate, vel stipendij & prædæ spe illecti, eos bello pedant, qui nulla iniuria ipsos affecerunt. Quam verò aliam causam prætexere volent, qui exterorum regum & principum castra secuti ijs seruiunt, qui ipsis nullum mandandi ius haberent, nisi hoc ipsi illis facerent. Hodie quidem hic quæstus honestissime conduci sinant, si vt lanij ad mactandas pecundes, ita isti ad iugulandos homines cuius ad quiduis locare possit. Precio empti estis (scribit Paulus Corinthijs) ne estote serui hominum. At qui operam suam locant ad iniustas cædes, rapinas, incendia, supra, agrorum populationes, vrbium excidia, nõne hi diaboli serui fide dice consistent, qui vt ipsum in membris suis diligamus, & dilectionem hanc ostendi faciant? Enimvero in bellis segetes conculcantur, fruges vastantur, vineæ excinduntur, pecudes abiguntur & mactantur: vrbes & pagi incenduntur, diruntur, solo æquantur: corpora denique hominum non modò cæduntur & occiduntur, verumeriam contumeliosè violantur, loca sacra & prophana diruntur, & ne templis quidem parcitur, spoliantur cœnobia, hospitalia publica, nos doctria & reliqua his similia charitati consecrata loca dissipantur: neque vlla lingua exponere potest, quæcunque in bellis eiusmodi solent fieri: & fatebuntur quod non deesse multis quod respondeant, & quo se excusent. Sed dicant illi, qui non deesse multas recitauit, nunquam mutabit: Et qui sibi triumphos gloriosos & opes immensas pollicentur, in ignem æternum abibunt, vt ibi colligantur cum ostantibus, qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, Ezechielis vigesimo secundo capite.

5. Mercenarij milites.
Deut. 27.

1. Cor. 7.

Bellorum incommoda.

6. Qui capti-
vos non con-
solantur.

Leuit. 20.

Qui egrotos
negligunt.

Dan. 3. 28.

Psal. 93. 71.

Leuit. 14.

Vsus totius
loci.

Sexto, cum suspensus captiuus quoque meminerit Christus, damnantur hoc etiam loco, quotquot captiuos non consolantur, vel egrotos & infirmos non amice inuisunt, sed in squallore suo priore sinunt. Bos quidem qui in magistratu constituti leges & iura publica administrant, vocatio sua non finit semper misericordiae aut charitatis rationem habere, qualem fontes haberi vellent: sed ut secundum leges à Deo datas malum è medio auferant, necesse est: nec idcirco vereri debent, ne alicuius sanguinis reatu polluant. Notum est enim quod in Lege aliquoties repetitur, vbi capitales poenae hominibus maleficis & facinorosis denuntiantur: Sanguis eorum sit super eos. Cui illud Solomonis Prou. 17. & 24. consentit, qui Deo æque exosum dicit eum, qui absoluit sceleratum, quam eum, qui condemnat innocentem. Interim non exuatur communis humanitatis sensus, & quoties ducuntur miseri, qui quoduis supplicium meruerunt, cogitemus, quanta sit humanæ naturæ infirmitas, quando quod istis nunc accidit, in quosuis potest credere, quos Deus non peculiari gratia prosequitur. Magistratus item captiuos præstant diligenter humanitatis officia, ne crudeles fiant, dum seueri aut iusti haberi volunt: quod ferè hypocritis accidit. Et ut animæ illorum seruentur, cura sit tunc quoque quando poenas sceleribus suis debitas exoluunt. Docet hoc proprio exemplo Christus Dominus, quando latronem in cruce ad se conuersum in gratiam recepit, & eundem paradisi municipem fecit. Quæ verò infirmis & morbo confectis debeantur officia, ex Samaritani parabola perant pñ, in qua prolixè hæc explicantur.

Scio inueniri deliciaiores aliquos Christianos, & fortassis Theologos quosque nonnullos, qui in morbis contagiosis, pestilentia in primis, fugam hominibus Christianis ita permissam esse contendunt, vt eos, qui hominem ex peste vel alio morbo contagioso decumbentem inuisunt, Deum tentare, & sibipis proprie necis authores esse dicant. De contagio philosophicè non libet disputare, sed illud ad medicorum scholas remitto: mihi cum Christianis hominibus res est, qui omnia per Dei providentiam gubernari & vnicuique mortalium finem dierum suorum à Deo præfinitum esse norunt: qui item firmiter credunt eum, qui ignis vim continere potuit, ne Danielis socijs in fornacem ardentem coniectis, qui ore ret, & Daniele inter leones seruare, non minus contagia morborum, quam alia regere posse, neque aliquid esse in rerum natura, quod temerè grassetur. Scimus præterea à Deo immitti pestilentias, & Dei sagittas & tela esse, quæ & noctu & interdiu, nunquam autem incerto impetu volant. Itaque in abdito inuisere aemus, sub vmbra alarum Omnipotentis. Et quia hic iubet egrotantes inuisere ac consolari, & beatos pronuntiat omnes, qui id faciunt, non solum temerarios & præcipites nimium, verum etiam impios dicimus eos, qui Deum tentari dicunt, si quis ad eos accedat, qui morbo (vt ipsi aiunt) contagioso affectus est. Obijciunt illiceu Aiacis clypeum, Legem Dei de leprosis, qui segregari debuerunt. At hanc typicam partim, partim politicam fuisse constat. Deinde ea nihil derogat charitatis officijs. Nam segregare iubeat lepra infectos, non autem negligere. Ideo Christus ipse illos tangere dignatus est, & ferè præ alijs suo favore completus. Ne ultimo igitur sibipis delicias faciat, dum timori ignaui indulget, sed singuli, quid proximo laboranti debeatur, considerent. Rata enim erit Domini IESV CHRIS-
S T I ad vltimum iudicium venientis sententia: Abite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: quia egrotus eram, & non venistis ad me, &c.

Possent his multi alij connumerari, qui in misericordiae & dilectionis legem peccant: sed ex ijs quæ dicta sunt, de reliquis facile iudicabunt pñ. Omnium vero hic nobis vsus esto: vt qui vel in Republica vel Ecclesia rebus præsident, pro vni-
curent

curent, vt charitas regnet inter eos, quos ipsorum fidei Deus credidit, e contra ho- mines iniustos, auaros, raptores, impuros arceant & Verbi Dei seria prædicatione atque bonarum legum disciplina in ordinem cogant, ne quiduis pro sua libidine faciant. Nec enim ij soli peccant, qui iniurias faciunt, verum etiam qui eas non prohibent cum possunt. Deinde in hoc speculo sese contemplantur singuli, atque vitam moresque suos examinent: vt si quid hætenus peccarunt, sedulo emendent & apud Deum culpam deprecantur, dum tempus gratiæ est. Qui verò hætenus aliorum iniurijs expositi fuerunt, & adhuc se a plerisque negligi vident, cogitent hanc in iplis I E S V C H R I S T I sortem esse, & in ferenda cruce patientes sint: quam do audiunt Filio Dei fieri, quod ipsis fit. Dabit is vires, vt sint ferendo, neq; supra vires tentari sinet. Omniu vero iudex & remunerator apparebit iustus & fidelis.

Quid vero hac filij Dei sententia, quouis fulmine terribiliori, audita responde- bunt hypocritæ, qui ad sinistram stabunt? Domine (inquier) quando te vidimus esurientem aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Non agnoscunt culpam. Etenim vt pñ & electi non fi- dunt suis operibus, nec tam humiliter de I E S V C H R I S T O sentiunt, vt de eo se ali- quid mereri posse existiment: ita hypocritarum fiducia omnis in proprijs ipsorum operibus sita est: opera vero bona externi cultus & ceremoniarum splendore me- tent, quam vnquam fecerint. Itaq; verba hæc non videntur absq; stomacho profer- ri. Quasi diceret: Accusas me neglecti officij, quasi te esurientem, sitientem, algen- tem, captivum, ægrotum neglexerimus. Quia vero non recordamur, nos te vnquã in eiusmodi necessitate vidisse, iniuriam nobis facis. Enimvero si talem vidissemus potius genium nostrum defraudare & oculi pupillam offendere voluissemus, quã nostros deesse officio. Ita solent hypocritæ sibi ipsis nihil non polliceri de sua pie- tate. Sed non mouetur eiusmodi verborum fucò Deus. Et in præsentí respondebit Christus: Amen dico vobis, quatenus non fecistis vni ex istis minimis, nec mihi fe- cistis. Ergo semper verum & ratum est in pauperibus ipsum Christum negligi. Nõ intelligunt hoc hypocritæ impij quia non agnoscunt in quam sublimem dignitatẽ inopes Deus euexerit, quos Filio suo æquales fecit. Calua est ergo & inutilis excu- satio omnis quam prætexunt, qui illis neglectis circa alia occupantur, quæ Deus nuspiam mandauit.

Sequitur huius loci conclusio, quæ simul finem & postremum actum huius se- culi continet. Nam dicit Dominus: Et abibunt illi in supplicium æternum, iusti ve- ro in vitam æternã. Afferitur hic postremus Symboli apostolici articulus, quo vi- tam æternam confitemur, quæ huius mortalis vitæ curriculum secutura sit. Negãt illam, imò scurriliter rident homines Epicuræi, & quæstiones mouent non minus impias, quã vanas, quibus in dubiã uocent, quæcunq; de vita æterna piẽ dicuntur & creduntur. Quærunt enim quomodo animæ absq; interitũ perpetuis cruciati- bus doleant: Quomodo corpora in sempiternis supplicijs durare possint. Et alia etij generis, quorum D. August. quoq; in lib. de Ciuitate Dei meminit contra gen- tes & infideles disputans. Atqui in rerum natura extant exempla, quæ his possunt fidem facere. Et idem Pater Salamandram producit in medijs ignibus uiuentem, & pauonis carnem coctam siue assam in aliquot menses incorruptam a putredine & postolis, imò ab ipso Dei Filio tam grauiter & constanter in vitroque Testamen- to asseuerantur: & sine quibus Dei iustitia non posset consistere, vt alibi prolixè demonstrauimus. Credamus ergo firmiter esse vitam æternam, ad quam omnes prodibunt, qui bona fecerunt, ad resurrectionem vitæ: qui vero mala egerint, ad resurrectionem condemnationis. Initio quidem mox a resurrectione separabit iudex omnes homines, sicuti pastor separat agnos ab hoëdis (vt nuper diximus)

Hypocritæ nõ agnoscunt culpa-
pam.

Conclusio loci
de nouissimo
iudicio.

De Ciuitate Dei
lib. 21. Cap. 4.

Ioan. 9.

& hos quidem ad sinistram, illos vero ad dexteram statuet. Deinde sententiam finalem pronuntiabit, quam hactenus audiimus. Sequetur mox biuium, in quo boni à malis, pii ab impijs, electi à reprobris ita separabuntur, vt nulla posthac conuentio aut permixtio sperari possit. Et vt nulla lingua neq; vox ineffabilem illam beatitatem electorum eloqui poterit, quam oculus non vidit, neq; auris audiuit, ita omnem sensum & intellectum excedet dolor & cruciatus ille, quo reprobi apud inferos quoad corpus & animam æternum cruciabuntur. Loci scripturæ sacre passim occurrunt, qui beatorum gaudia & damnatorum supplicia abunde describunt. Nobis vnus hic locus sufficiat, vt fide vera & sancto charitatis studio accensi ita viuamus, vt huius vitæ curriculum emensi, olim quoq; in læta electorum resurrectione in conspectu Filij Dei IESV CHRISTI ad eius dexteram statuamur, & cum illo ingrediamur ad regni sui æterni possessionem, quod ille preparauit vere diligentibus se, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

AMICO LECTORI RODOLPHO

PHVS GVALTHERVS. S.

Quoniam in passionis & mortis Dominicæ historiam in tribus Euangelis, quæ annis superioribus exposui mus, Homilias dedimus prolixiores, nequaquam opus erit eadem nunc repetere. Itaq; in Matthæo breuitati studuimus, prima solummodo rerum Capita perstrinxisse & homiliarum sylulas dedisse contenti. Nos ingenua & bona fide damus, amice Lector, quod dedit Dominus. Tu his pro tuo candore frutor: & si copiosiora cupis, aliunde perito. Vale.

H O M I L I A C C L X X X I X.

Et factum est cum finisset IESVS omnes istos sermones, dixit discipulis suis: Scitis intra duos dies Pascha fore, & Filium hominis tradendum vt crucifigatur. Tunc coacti sunt principes Sacerdotum & Scribae & Seniores populi in anlam Pontificis maximi, qui dicebatur Caiapha. Et simul consultarunt, vt IESVM dolo præhenderem, & trucidarent: Dicebant autem non in festo: ne tumultus fiat in populo.

Non temere Christiana Ecclesia hunc morem recepit, vt quamuis Euangelis ponatur vniuersa passionis & mortis Dominicæ historia. Nec pigere debet homines Christianos huic aliquot horas impendere: quandoquidem nulla alia historia cognitu utilior & magis necessaria est. Comprehendit enim quæcunq; ad veram & salutarem Dei cognitionem pertinent: neque inter huius opera vllum aliud est, in quo eius attributa, qualia sunt, Iustitia, Bonitas, Veritas, Sapientia, Omnipotentia, & quæ his connexa sunt, euidentius perspici possint. Accedunt his duo alia, ad quæ singulas partes historię, ceu ad scopum propositum, debent dirigi.

Humani generis redemptio.

Primum est humani generis redemptio, quæ aliter non poterat perferri, & cuius ergo Dei Filius in mundum venerat. Etenim sumus omnes peccatores: & quia peccatum noxa capitalis est, sine sanguine non expiatur. Non proderat autem sanguis pecudum, quia nullam habent nobiscum naturæ communionem: Neq; eriam profuisset si pauculi aliquot vel plures pro omnibus alijs piacula facti essent. Itaque æterno consilio præordinatus fuit æternus Dei Filius, qui homo & frater noster factus, peccata totius mundi in se transferret, & suo sanguine expiaret. Ad vero

vero in hunc finem obseruari debet, vt sciamus historiam hanc ad nos pertinere: & cum hæc propter nos facta sint, nos eorundem esse authores & reos. Ne ergo quasi nos extra omnem culpam simus, circa Iudam, Caiapham, Pilatum, Herodem milites & alios, qui hic præ alijs peccarunt, occupemur: sed singuli causas mortis Christi in seipsis quærant: & his cognitis conterantur: credant item se merito Filij Dei redemptos esse, & in posterum studeant sanctitati & innocentia.

Alterum est exemplum, quo nobis Christus præiuit. Hic enim passus est pro nobis (inquit) Petrus) relinquens nobis exemplar, vt insequeremini vestigia ipsius. In hoc obserua, quæ piorum fors semper futura sit in mundo. Adhæc ad Christi imitationem præparemur. Requiritur hoc ab omnibus Christianis, quibus omnibus dicitur à Paulo: Imitatores mei estote, quemadmodum ego Christi sum. Obseruetur hic obedientia, quam Christus Patri præstitit, cui obediuit vsque ad mortem, tur hic obedientia, quam Christus Patri præstitit, cui obediuit vsque ad mortem, nus non aperuit os suum. Constantia item, qua aduersa quæuis superauit, & vt agter hæc exemplum charitatis, qua hostes quoque prosequutus est. Hæc nos imitari conuenit. Inter omnia autem nos consoletur, quod per Crucem triumphauit & resurrexit ad vitam nouam. Per fidem enim & nos vincemus, modò resurgamus in dies ad vitam nouitatem. Roman. 6. & c. His præmissis ad historiã passionis Domini accedemus, cuius causæ primo loco consideranda veniunt.

Exemplum cõmune Christus
1. Pet. 2.

1. Cor. 11.

Prima & propria causa mortis IESU CHRISTI est bonitas siue amor Dei, quo (vt ipse apud Ioannem ait) ita dilexit nos, vt Filium suum vnigenitum pro nobis traderet, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Eo autem argumento constat, salutem nobis absque omni nostro merito obtigisse. Nam si nos inspicias, odio, non amore, digni eramus: cum natura peccatores simus & morte æterna digni. Debet hoc nos in fide confirmare. Cur enim de eius gratia dubitemus, qui ne Filio quidem Vnigenito parcere voluit? Interim discamus Deum, qui ita dilexit nos, vicissim diligere, & huic nos & omnia nostra impendere.

Propria causa mortis Christi.
Ioan. 3.

Cæterum causæ huic principali mortis Christi aliæ accedunt mediæ ex hominibus, qui non Dei decretum respexerunt, sed prauis affectibus ducti illum occiderunt. Et de his quidem diligenter scribitur, vt discamus, quid nobis cauendum sit, si in ipsum Dei Filium nolumus similiter peccare, & æternæ salutis tacturam facere. Apparet item, vt impij interdum non alia faciant, quam quæ Deus fieri decreuit, nec tamen illius decretis excusentur.

Causæ mediæ ex hominibus.

Ex his autem, qui humanis consilijs moti Christum occiderunt, primi produnt sacerdotes cum Scribis & Senioribus populi, qui de illo occidendo consultarunt. Id vero mirum & stupendū videri poterat, cum illorum officij esset, populum Christo adducere. Nam legis & diuini cultus antistites erant. At legis finis atq; scoles ad Christum deducebant. Quid ergo absurdius dici poterat, quam Christi hostes fieri eos, quorum neq; religio neq; vita sine illo constabat? Sed religio iam prius dem extincta erat, & Sacerdotum ordo suam stationem reliquerat. Nam Herodes Magnus extincta veteri stirpe sacerdotum, viles & obscuros homines substituerat, quorum nulla erat auctoritas, ne ipsius prauis consilijs possent obistere, quibus tanquam libertatem partim astute, partim violenter opprimebat. Et huius spiritu agitantur, quotquot hodie in Præsules Ecclesiasticos euehunt homines contemptos, qui neque doctrina aut eruditione, neque dignitate, imo ne morum quidem innocentia aliquam laudem merentur: quibus postea pro suo libidine præscribunt, & dicendi vel tacendi leges dant. Successerunt Herodi Præsides Romani, sub quibus Respublica & religio venalis facta. Cum enim Sacerdotij administratio

Sacerdotes & Scribe.

Rom. 13.

cum quæstus non paruo coniuncta esset, illam pro vt ipsis libebat, nunc huic nunc illi conferebat, & tandem annuum sacerdotium fecerunt, vt sicuti apud Romanos Consules, ita apud Iudæos Sacerdotes quottannis noui crearentur. At quia idem sacerdotium mercabantur, sacra vicissim vendebant, & templum in domum mercatus conuerterant. Quod cum sine doctrina corrupta fieri non posset, hanc quoque adulterarunt. Arguebat ista Christus, & cum ipse Rex simul & sacerdos esset, artem posturis & mendacijs repurgaret. Hinc odium illius ordinis exarsit, quod tandem ex miraculo resuscitati Lazari vires concepit, & in vim apertam erupit: vt apud Caiapham de illo occidendo serio consultarent, Ioa. 11.

Hostes veritatis acerrimi Præsules.

2. Pet. 2.

Quomodo contra Christum consultarint sacerdotes. Mat. 2.

Hostium Christi conatus.

Videmus in hac narratione, qui nam acerrimi veritatis hostes sint: Antistites nimirum & præsules, qui religionem sibi quæstum faciunt. Nulli enim alij Veritatis lucem minus ferre possunt. Hi olim Prophetis Dei sese opposuerunt: & de illis potissimum Apostoli admonuerunt. Et huc faciunt, quæ a Petro & Iuda Thaddæo scribuntur: vt eorum non meminerimus, quæ Paulus non vno loco tradidit. Sed & Christus, vt nobis caueamus monet à lupis qui pellibus ouium amictuntur. Ne ergo offendamur, si quid simile hodie fiat. Quin potius agnoscamus bonitatem Dei, qui nostro seculo, quando idem plane sunt mores præsulum, tam multos passim conuertit, qui veritatis lucem admittunt.

Sed vt hanc causam egerint, videamus. In domo Pontificis Caiaphæ illos conuenisse scribitur. Vbi cum diuersæ essent sententiæ, & fortassis plerique metu conscientie impediti hæsitarent, Caiaphas Pontificia autoritate turgens, cum ipsis satis pro imperio expostulat. Vos (inquit) nihil scitis. (Infantiã exprobrat ipsis, quorum labia debebant custodire scientiam.) Nec cogitatis conducere nobis, vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Quæ verba propter Sacerdotalem dignitatem, quam tunc indignus licet sustinebat Caiaphas, sic cecidisse scribit Ioannes, vt evidens vaticinium hoc fuerit de Christo, qui vnus mortis suæ merito genus humanum redempturus erat. Vt vero Pontificis maxime debebat contra Christum consultatur: ista hodie Veritas illic damnatur, vbi maxime debebat agnare: & quidem eodem prætextu, Quod nimirum, nisi tollatur, pax publica non possit consistere. Ne ergo calumnijs temere credatur, quas prætexunt aduersarij.

Est autem consolationis plenum, quod et si magna confidentia Caiaphas hoc pronuntiet, non desunt tamen qui quam periculosum hoc sit, intelligunt. Dicunt enim: Non in festo, ne tumultus fiat in populo. Suo iudicio sese vt forices produnt: Quod nimirum seditionum & tumultuum ipsi authores sint. Tam facile potest Deus tyrannus, qui veritati resistunt, obicem obijcere, & quantumvis ferocientes terrere: vt tunc sibi timeant, quando omnia tuta videntur. Et fere hoc metu postero punit iniquos magistratus, qui iniusta designant: vt eos timeant, quibus ipsi formidini esse debebant. Interim non proficiunt in bono impij, sed conceptas pietatis scintillas excutiunt rursus, vt impietatis mensuram compleant. Oremus hodie Dominum, vt hostium suorum ferociam similiter terreat, consilia mala dissipet, & suo spiritu nos gubernet ad sui nominis gloriam, & Ecclesiæ suæ edificationem.

H O M I L I A C C X C.

Cum autem IESVS esset Bethania in domo Simonis leprosi: venerat ad eum mulier habens alabastrum unguenti grauis pretij, & effudit supra caput ipsius discumbentis. Videntes autem discipuli eius indignati sunt, dicentes, Quorsum perditio hæc? Potuit enim istud unguentum venundari magno, & dari pauperibus. Cum

bu. Cum autē hoc cognouisset IESVS, ait eis: Quid molestiam exhibetis isti mulieri? Opus enim bonum operata est erga me. Semper enim pauperes habebitis vobiscum: me vero non semper habebitis. Quod enim hac unguentum hoc iniecit corpori meo ad sepellendum me fecit. Amen dico vobis, vbicunque predicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, etiam quod hoc fecit, dicetur ad memoriam ipsius. Tunc profectus vnus ex duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum, ait eis: Quid vultis mihi dare? et ego eum vobis tradam. Ipsi vero appenderunt ei triginta argenteos numos. Ex eo tempore quarebat oportunitatem, vt eum proderet.

Inter eos, qui ex hominibus mortis IESV CHRISTI auctores fuerunt, primi numerantur Sacerdotes & Scribæ iudæorum, & nonnulli ex Senioribus, per quos aliqua erat politica potestas. His accessit iudas ex priuatorum discipulo rum numero, qui illum sacerdotibus prodidit. Dicitur hic vnus ex duodecim, quos sibi adoptarat Dominus. Quod ideo obseruari debet, vt discamus nullum hominum ordinem per omnia sanctum & integrum esse: sed passim bonæ segeti filiorum Dei Satanam sua zizania aspergere. Non debent ergo bona Dei instituta propter aliquot malos damnari. Errant in eo turpiter, qui magistratus damnant propter nonnullos, qui legum & iuris prætextu contra omne ius & fas abutuntur: qui item coniugij vsum omnem prohibent, eò quod multos suæ libidinis maiorem quam honestatis rationem habere videant. At turpior est illorum error qui totas Ecclesias damnant, in quibus aliqui admixti sunt, qui aduersus disciplinæ Christianæ leges aliquid designant. Faciunt hoc non minus inique quam impudenter Anabaptistæ, qui hodie Donatistarum furores in Ecclesiam reducunt, dum hanc certo loco astringunt, & eam prorsus nullam esse sinunt, dum nimia cura ea uent, ne qui indigniores in illa tolerentur. Admonentur autem iudæ exemplo etiam iudam cum alijs comprehendit Christus, cum in Synagoga Capernaïtica diceret: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Non seruauit etiam officij, ne sibi nimis placeant, qui in aliquem gradum subliorem euecti sunt. Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Non seruauit etiam iudam quod inter Apostolos electus fuit, quos olim Prophetæ Seruatores dixerunt, & qui orbis doctores esse debuerunt: quo minus diabolus esset, & dux fieret ihs, qui IESVM comprehendit. Cum enim Deus angelis, qui peccauerant, non pepercit, sed in tartarum detrusos catenis caliginis tradidit, & iudas ex Apostolo diabolus factus sit, certè non minus necessariò quam grauiter mortare, vnde Paulus in priori Epistola ad Corinthios decimo Capite: Qui sibi videtur postremum in urbem ingressum habuit, mentionem facit Matthæus, vt occasio iudam, que iudam ad tam immane facinus impulit, exponat. Idcirco quædam hic ex IESVS Bethaniæ fuisse dicitur, quo illum sex ante pascha diebus venisse, Ioannes scribit. Qui ergo prius ob insidias Pharisaorum secesserat, nunc instante morte redijt Bethaniam. Ab his retrahatur, à nemine autem cogebatur, sponte illuc iuit, vt Patri obediret. Asseritur hic salutis nostræ certitudo. Nec enim potest nos negligere Dei filius qui pro nobis mori defyderauit. Meminerimus autē hunc suo exemplo nobis præterire, vt quid sub mortis horam nobis agendum sit, discamus. Est hæc via vniuersæ terræ, terribilis quidem carni, quia peccati pœna est. Sed ne eius terrori succumbamus, cogitemus, horam eius nobis quoque à Deo constitutam esse, & per Christi

iudas ex duodecim discipulis Christi proditor.

Matth. 13. Nullus hominum ordo absque omni vitio

Ioan. 6.

2. Pet. 2.

Christus sponte redijt Bethaniam.

Ioan. 11.

Luc. 22.

1. Reg. 25.

meritum nobis factam transitum ex hac mortali vita in patriam caelestem. Ergo spe patriæ confirmati, obviam ei procedamus, & cum Apostolo cupiamus hinc solvere, ut cum Christo simus. Phil. 1.

Bethanien. ut
Christum exce-
perint.
Simon lepro-
sus.
Lazarus.
Martha.
Maria.

Cæterum quid in Christi gratiam Bethanienses fecerint, narratur. Vbi multa veræ fidei officia concurrunt. Etenim cœnam illi parant in domo Simonis leprosi qui sic dicitur quod aliquando leprosus Christi autem beneficio esset à lepra purgatus. Et videtur vir non vulgaris & obscurus fuisse Simon hic, cum Lazarus inter eos, qui discubuerunt, numeretur, & huius soror Martha discumbentibus ministraverit & altera soror Maria, ne ἀτιμβολοῖ esset, unguento pretioso Christum inungere dignata sit. Sunt hæc amicitiæ singularis indicia & constantis fidei & gratitudinis exemplum isti exhibent. Decet hæc omnes, quos à peccato, cuius typus est lepra emundavit Dei Filius, nec quenquam eius pudere debet, quem non puduit pro nobis hominem fieri. Et præclarum est humilitatis exemplum, quod Martha, honesta & diues matrona in aliena domo non veretur ministrare ei, quem Pharisæis & principibus sacerdotum sciebat iniustum esse. Superat tamē alics Maria, que Dominum vixit. Nam etsi verisimile sit, hoc illam pro more gentis fecisse, tamen propter mysterium commendatur eius factum. Et ut hæc pedes Christi lauit & unxit, adhæc capillis extersit: ita nos pauperibus Christi, in quibus hic nos convenit, charitatis officia præstemus, & quicquid nobis redundat & capillorum instar superfluum est, ideo nobis datum esse putemus, ut aliorum inopiam & egenitatem faciat. Hic denique nobis præcipuus facultatum huius seculi usus sit, ut salutiferum nim ille potissimum delectatur, & multi servantur.

Marie factum
aliqui calumni-
antur.

Luc. 10.

Ioan. 12.

Christus que-
storem habet
Iudam.

Sed memorabile est, quod ex eo quod pie factum erat & honestis rationibus poterat excusari, murmurandi & calumniandi occasionem quidam arripiunt. A deo altè nobis inhæret alios reprehendendi cupido, ut vitiorum occasiones excipiamus, quæ nos ad virtutes incitare debebant. Et potuit vnus murmurator Iudas conuiuium hoc sanctissimum turbare, & mulieri, cuius fidem alibi etiã Christus summis laudibus vehit, molestiam exhibere. Quam sedulo igitur nos cauere oportet, ne quid temere aut inconsulta animi cupiditate faciamus præter officium. Nec absq; causa Ioannes quod Matthæus conuiuio simul omnibus tribuit, ad Iudam restringit, qui avaritiæ cæstro percitus, in hæc verba erupit: Quorsum perditio hæc? A deo illum excæcauit habendi cupido, ut perditum putet, quod Christo impenditur. Interim priuata cupiditati pauperes prætextit. Pulchre autem hic prælusum fuit, quæ in terris Christi fors semper futura sit. Non desunt illi inter Bethaniæ ciues amici, qui sua liberalitate eum iuuant & excipiunt: Sed questorem habet Iudam, qui quæ isti largiuntur, suffuratur & intercipit. Fit idem omnibus secularibus. Sunt passim electi, qui fide in Christum accensi, seipos & sua omnia illi consecretant, & ne quando in Verbi sui ministris aut egenis ipsi quid desit, sedulo curant. Possem hic commemorare donationes principum, illustrium virorum, magnarum, nobilium, plebeiorem, omnis deniq; loci & ordinis hominum, qui suis facultatibus, Ecclesias, Collegia, Scholas locupletarunt. Sed ferè interciperent, ad auari homines quæ Ecclesiæ legata sunt: & hi quidem pauperes in ore habent, ad hæc Ecclesiam, Diuos cœlites, fraternitates, Societates Mariæ virginis Domini & s v, & si quæ alia sunt huius farinae. At hoc prætextu istud vnum agunt, ut Evangelicæ prædicationis fragrantiam ex Ecclesia auferant, & absurdissimarum superstitionum commentis animos simplicium inebriatos à Christo & vero salutis tramite abducant. Suspecti ergo sint pijs omnes, qui religionis prætextu ad aucupandum diuitias abutuntur. Quam primum enim religio diuitias parit, filia matrem deuorat.

Sed

Sed bene habet fratres. Est quidem impudens istorum hominum audacia, & insatiabilis rapacitas: sed nunquam fallent oculos Christi, qui iudæ dolos & furta detexit, & Mariæ, quæ in præsentī omnium electorum personam sustinuit, suum patrociniū detulit. Indignabundus enim dicit: Quid molestiam exhibetis mulierum prætextu abuti pergeret, docet eo nequaquam nunc opus esse. Restare enim abunde amplam occasionem benefaciendi pauperibus, qui (ut Mōses quoq̄ olim præmonuit) nunquam defuturi sint. Nunc verò aliam rem agi. Instare enim mortis horam, quam proximè sequutura sit ipsius sepultura, ad quam corpus ipsius præparari ita oportuerit, cum propter resurrectionem ipsi nihil huius præstari queat. Nunquam ergo Dominus suis deerit. Nam gloriā quoque & laudem perpetuam Mariæ pollicetur, cum graui asseueratione dicens. Amen dico vobis vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, etiam quod hæc fecit, dicetur ad memoriam ipsius. Et postea Iudam ex discipulorum grege exclusum horribiliter perijisse constat, qui exitus omnes manebit, qui eius vestigijs insistant.

Christus non
accipit suis pa-
tronis contra
Iudam.

Deut. 15.

Nam neque istis, quæ tunc dicebantur, neque ijs quæ post illi dicta sunt, motus est Iudas, sed in instituto perseverans recta ad principes sacerdotum contendit quibus ait: Quid vultis mihi dare? Et ego eum vobis tradam. Magnæ impudentiæ argumentum, quod se offert ad immane prodendi hominis iusti facinus, & præmium non ipse sibi constituit, sed sacerdotum arbitrio permittit. Simul elucet hic quid possit avaritia, quam Paulus non sine causa radicem omnium malorum dixit. Nam cum ipsi pepigissent triginta argenteos numos siue denarios, qui studiosè omnes quatuor aut bazios Germanicos circiter sexaginta conficiunt let avaritia siue habendi cupido iudicium animi auferre, pudorem extinguere, venalia facere quæcunque nullo auro compensari possunt. Et ut aliàs diximus, quia hæc Iudæ quæstio hodie regnat, nihil nobis integrum manet in vllō hominum ordine. Oremus ergo Dominum, ut cœlestium bonorum desyderio animos nostros accendat, ut præcepti IESV CHRISTI memores ante omnia quæramus regnum Dei, & tunc reliqua quibus opus est, nobis adiicientur. Matth. 6.

Iudas incurabilis & impudens.

1. Tim. 6.

H O M I L I A C C X C I .

Primo autem die azymorum venerunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi vis paremus tibi ad vescendum pascha? Ipse vero dixit: Abite in urbem ad quemdam, & dicite ei, Magister dicit tempus meum prope est, apud te faciam pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sic ut præceperat eis Iesus, & parauerunt pascha. Cum autem serum diei esset, recubuit cum duodecim. Et edentibus ipsis dixit: Amen dico vobis, vnus vestrum me prodet. Tunc contristati vehementer cœperunt dicere singuli eorum ei, Num ego sum Domine? Ipse vero respondens ait: Qui intingit mecum manum catino, iste me proditurus est. Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de eo: & autem homini illi, per quem Filius hominis proditur: bonum erat homini illi, si natus non fuisset. Respondens autem Iudas, qui prodebat eum, dixit, Nam ego sum, rabbi: Dicit ei, Tu di-

Paschionis & mortis IESV CHRISTI historiam Evangelistæ fere narrare incipiunt à Cœna, quam priusquam moreretur, cum discipulis in terra postremam

habuit, celebravit in ea epulum paschale, quo redemptio, cuius ipse nobis author futurus erat, olim adumbrabatur, & illo abrogato suam Coenam instituit, cuius mysteria tunc demum recte intelligemus, si cum veteri illa diligentius conferantur. Quia autem ritus epuli paschalis vulgo notissimus erat, & haud dubie Christus ab eo, qui inter veros & pios Dei cultores receptus erat, discedere noluit, illi non diu immorantur Evangelistae, utpote quibus sufficit annotavisse, nihil eorum omnium missum fuisse à Domino, quae illo tempore adhuc in usu erant. Quia verò huius Capitis initio Matthaeus Christum discipulis loquentem introduxerat: In praesenti duos dies Pascha fore, & Filium hominis tradendum ut crucifigatur: Scitis intra discipulos producit, qui primo die azymorum Christum accesserint, quærentes, ubi sibi parari vellet ad vescendum Pascha?

Christus Coenam paschalem secundum legem celebravit.

Ioan. 6.
Matth. 11.

1. Cor. 3.
Ephes. 2.

Ioan. 5.

Matth. 3.

Colos. 3.
1. Cor. 5.

Est hoc evidens industriae & obedientiae, quae in administratione Sacramentorum Deo debetur, argumentum. Nam ut alij annotarunt, primus azymorum dies in decimum quartum primi mensis cadebat: & quia Christo solenne erat omnia secundum legem Patris, non secundum hominum traditiones post demum introductionem facere, discipuli quaestionem hanc non putarunt differri debere, sed eo ipso die voluerunt suam operam Domino offerre, quo agnus secundum legem sacrificatus & preparabatur ea, quibus ad epulum illud opus erat. Nec absterret ipsorum tristis mortis memoria, cuius mentionem Dominus fecerat. Arguit hoc Sacramentorum contemptores, qui tunc demum se vere pios & religiosos esse arbitrantur, Dei instituta prophano contemptu negligant. Abutuntur illi locis, qui salutem & quaecumque ad hanc pertinent, ita vni Deo & huius gratiae tribuunt, ut nobis nihil relinquunt. Etenim Christi dictum est: Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Item, Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quisquam novit nisi Filius, & cuicumque voluerit Filium regere, quibus consentiunt Apostolica illa: Non est volentis aut currentis, sed mittentis Dei, ad Romanos nono Capite. Nihil est qui plantat & is qui rigat, sed Deus, qui dat incrementum. Ceterum is qui plantat & is qui rigat vnum sunt, & quibus addunt, Fidem donum Dei esse. Quod autem inde colligunt, praedicationem Verbi non esse necessariam, & Sacramentorum usum inutilem, non minus impium quam falsum est. Deus enim cui omnis gloria debetur, & qui solus augeat in cordibus hominum, Verbo & Sacramentis utitur, & ideo Paulus iterum dicebat, Romanos decimo. Fides ex auditu est, auditus autem per Verbum Dei. Et Christus similiter duo haec coniungit, dicens: Amen dico vobis, qui audit verbum meum, & credit ei, qui misit me habet vitam æternam & in iudicium non venit. Et hunc ordinem ab origine rerum observavit Deus, nec ab eo recessit Dei Filius IESVS CHRISTVS, cum homine assumpto in mundum venisset. Nam & factus à partu die secundum legem circumcisus est, & postea ab Ioanne Bapt. quoque baptizari voluit, ut omnem iustitiam impleret: festa item diligenter coluit, & nunc moriturus maturat epuli Paschalis adorationem, ne quid profus eorum omittat, quae tunc in usu erant. Atqui ipsi illis non opus erat, cum ipse nostrum pascha sit, nostra circumcisio, & omnium, quae tunc adumbrabantur, complementum. Nam pascha nostram pro nobis immolatus est Christus. Cur ergo nos superuacuum putemus, quod Dei Filius negligere noluit? Agnoscamus potius à Deo institutum ordinem, & ne quid ex nostro arbitrio mutemus. Qui enim olim testatus est, frustra se coli hominum traditionibus aut figmentis, ne hodie quidem aliud quid probabit, quod absque Verbi sui autoritate fiet, Isaia 29. Capite, & Matth. decimo quinto. Quod Paulus observans, negabat Corinthios Coenam Domini nisi manducare, cum eam alio ritu & ordine administrarent, quam à Christo esset tradita,

Responde

Respondet autem discipulis de Paschali epulo quærentibus, & locum, ubi illud parent, monstrat. Abite in urbem (inquit) ad quendam. Designat certum quem piam, cuius tamen neque nomen neque domum expressit, sed miraculo certo ostendit, ubi habitat: dum ipsis occurrurum ait quendam, qui hydriam aquæ gestet quem sequi, & illuc divertere debeant, ubi ille ingrediatur, & eius loci patrem famulias compellare. Vbi multa diuinitatis argumenta concurrunt, quæ scandalis medentur, quæ fidem nostram labefactare possunt, dum videmus, quam multa indignè & inique passus sit Christus. Nam procul absens ab urbe videt, quid in illa fiat, quidque discipulis hanc ingressis euenturum sit. Nec videt modo, verum etiam agit in cordibus hominum. Ita vero docet, se qui mox sit in crucem infamem suffragendus nihil latere, & qui tam facile sibi hospitium parare potuit, facile etiam tam durum supplicium declinare potuisse, nisi vltro voluisset se pro nobis in mortem tradere.

Christus discipulis locum p. f. chalis epuli monstrat miraculo. se.

Hinc vero nobis consolatio vniuersalis petenda est, ne dubitemus, Filium Dei IESUM CHRISTUM nos nouisse & videre, etiamsi procul ab illo in terris hisce peregrinemur, ipse autem in cælis ad dexteram Patris sedeat. Qui enim mortali adhuc corpore amictus Centurionis famulam & aulici regis filium famulare potuit, multo magis nobis adesse & suo spiritu iuuare potest, etiamsi longe cum nobis abesse videatur. Nec in nobis modo, verum etiam illis agit, quibus Imò ex inimicis amicos reddere & nobis conciliare potest. Ita olim in Cananæorum mentibus tonabat: Nolite tangere Vncros meos. Quam vocem hodie adhuc audent tamen eius seruos affligere aut lædere ut vellent.

Christus suos nouit & videt. Mat. h. 8. Ioan. 4. Psal. 109.

Præterea officij nos ista admonent, ne vnquam nobis excidat, nos in illius conspectu versari, qui in quouis opere occupatos videt, & vel punit, si quid præter officium faciamus, vel defendit & tuetur sibi seruietes. Nec actiones solum nostras videt, verum etiam quo animo omnia fiant, & ideo facile ipsi est calumniarum iudicia confutare, quibus illi nobis molestiam exhibent. Hæc ergo sibiipsis applicent omnis loci & ordinis homines, qui iniquis hominum improborum iudicijs grauius offenduntur. Imitemur autem discipulos istos, qui etsi multa obijcere poterant, simpliciter obediunt Domino: hospitem item hunc, cui cum incommo- dum & periculosum videri posset, Christo locum dare domi suæ, tamen huic momentis rem gerit. Ut vero vtrisque bene hoc celsit, ita qui Christum semel receperunt, si in eo retinendo fortes & alacres sint, illum fidelem remuneratorem & defensorem inuenient.

Officij admonent quod Ciri- stus omnia videt.

At noluit Dominus discipulorum opera & ministerio frustra abuti, sed cum se rum diei esset, venit cum duodecim & recubuit, & postquam peracto epulo Paschali illud abrogauit, ut Lucas scribit, cum Iuda actionem instituit, quæ diligenter considerationem meretur. Docemur enim hoc exemplo quid hodie fieri debeat, si quando in Ecclesiam & ad Sacramentorum communionem irrepunt hypocrisis aut palam scelerati: ne vel indulgentia nimia peccemus, vel rigore aut seueritate immodica infirmiores absterreamus.

Christus edo- pascha.

Enimvero Christus cum Iuda actionem eiusmodi instituit, ut nec conuiueat ad eius scelus, neque infamem reddere velit, sed eius saluti & honori consultum cu- piat. Nam primum in genere facinus, quod iam animo conceperat, & magna ex parte designarat, arguit, dicens: Amen dico vobis, vnus vestrum me prodet. Et hoc quidem non sine tristi mentis perturbatione illum dixisse, Ioannes testatur. Mouit illum Iudæ perditio: & suo exemplo præceptum de diligendis inimicis exponit. Nam quia impunitatis spe multi pergunt peccando, arguit proditionis scelus, ut

Actio Christi cum Iuda. Ioan. 19.

Math. 20.

Ps. 5.

Discipuli tristes alij alios respiciunt.

Impudēs hypocritarum audacia,

Job. 3. 20.

se non latere intelligat Iudas, & tamen eius nomini parcatur. Deinde quia secebat ipsum non moueri, propius illum ferit, addens: Qui intingit mecum manum carino, iste me proditurus est. Quo dicto scelus amplificat. Graue & horrendum est prodere innocentem. Grauius autem hominem notum & familiarem vel domesticum & commensalem. Etenim gentibus quoque nefas visum est mensam & salem transgredi. Hic vero sceleri pondus accessit, quod epulum sacrum violauit Iudas, & ita in Deum quodque perfidus factus est. Voluit autem Dominus in seipso experiri, quod alibi suis discipulis euenturam denuntiat, fore ut domesticos suos inimicos sensuri sint. Cæterum ne his quidem flecti aut frangi Iudas sciebat: Quapropter excusationem quoque aufert, quam sub prouidentia Dei prætextu fere impij venantur, & pœnam illi horribilem minatur. Filius quidem hominis proditur. Et scriptum est de eo: vix autem homini illi, per quem Filius hominis proditur. Et in hoc solum seculo pœnas sibi paratas putet, addit: Bonum erat homini illi, si natus non fuisset. Ex eo enim colligi potest in futuro quoque seculo pœnas daturum esse, quæ ad animam quoque redundent. Non debet ergo infelix sibi ipsi delicias facere, quod omnia prouidentia Dei decreto gubernentur. Eo enim non excusantur scelera, cum Deus voluntatem suam abunde manifestarit, quod non sit Deus, cui probetur iniquitas aut cum quo habiter malitia. Quapropter etsi nihil misit accidat, quam quod ex æterno Patris decreto fiet, non tamen impune id feret, & vltimum tantum facinus designabit. Nam hunc sua quoque maledictio manebit, & vltimo Dei persequetur eum. At quia Iudas his quoque non emolliretur, sed contra maior & impudentior factus, interrogaret, Num ego sum? aperte & disertè illi Christus responderet: Tu dixisti, id est, ut dicis, ita se res habet, & reuera proditor ille es. Et ita in lucem protrahi iustum erat sceleratum, qui non poterat diutius latere, cum plus quam canina impudentia seipsum manifestaret. Et sic agere oportet cum incurabilibus & pœnitere nescijs. Errant ergo vehementer, qui neminem volunt argui, & quidem minime omnium eos, qui in dignitate aliqua sunt constituti. Atqui non debet vnus hominis dignitas multorum salutem præferri. Sed & charitatis lex publicam salutem multorum priuato honori iubet antepondere.

Quid vero reliqui discipuli fecerint, non oscitanter obseruari debet. Ad primam tanti sceleris mentionem contristati cœperunt singuli quærere, num ipsi sine de quo agebatur. Laudem meretur quod contristantur tanti sceleris mentione, & suo exemplo nostri seculi stuporem arguunt, quibus non multum cordi est, si quotidie multa fiant contra Christum. In eo autem isti omnes peccant, quod alij alios intuentur, nemo autem illorum in seipsum descendit, ut seipsum exploret & de suis ipsius emendatione cogitet. Ita solet fieri, si quando scelera in genere accusantur, quæ fere causa est, quod pauciores ex concionibus publicis meliores redeunt. De enim in alijs quærunt, quod in ipsis emendari debebat, ipsi in eodem luto subinde hærent, & sibi ipsis blandiuntur.

Admonet vero nos Iudæ exemplum de impudenti & immani hypocritarum audacia. Diu ille fur fuerat, & peculator siue sacrilegus: sed latere potuit, ut nemo talem esse potuerit deprehendere. Solet hoc frequenter fieri, & id multos vehementer offendit, & audaciores plerunque fiunt hypocritæ, dum successu aliquo in donis suis vtuntur. Sed temporaria est lætitia hypocritæ, & spes eius peribit. Qui seruari volunt, veritati studeant, & Deum ex corde precentur, ut improbos arguat, suos autem in luce sua dirigat ad sui nominis gloriam & Ecclesiæ suæ adificationem. Amen.

Edentibus autem eis accepit Iesus panem: & cum benedixisset, fregit, deditque discipulis, & ait: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Et accepto poculo, ac gratijs actis dedit eis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hoc est enim sanguis meo Novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Deinde ait vobis, Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, usque ad diem illum, cum ipsum bibam vobiscum novum in regno Patris mei. Et cum hymnum cecinissent, exierunt in montem olearum.

Quamuis Deo, qui Spiritus est, nullis externis aut corporalibus exercitijs sumus, ac varie tentamus, propter nos tamen, qui externis ducimur, & infirmi su- tradidit, quibus salutis promissiones de Christo obli- gnauit, vt fidem in nobis excitaret & confirmaret, simulque homines sibi obstringeret & de officio admone- ret. Er veteres quidem, quia venturum Seruatorem expectarunt, plura habuerunt quæ redemptionem ipsis adumbrabant, quo minus de illa dubitarent. At Dei Fi- lius **I E S V S C H R I S T V S**, etsi re ipsa implere & præstare veller, quod multiuaria promissum & præfiguratum fuit, doctrinæ tamen rationem & modum, quo olim vsus fuerat, non mutauit, sed nouum illud fœdus, cuius ipse sponsor & executor venerat, nouis mysterijs sanciuit, quæ aspectu & vsu iucundiora & significatione propius in rem quasi præsentem deducerent. Inter hæc vsitatissima est Cœna Do- mini, quam in memoriam mortis suæ instituit, & vniuersum nostræ redemptionis mysterium ita nobis ob oculos statuit, vt de omnibus admoneat, quæ nobis cogni- tu & obseruatu sunt necessaria. Quod autem de zizanijs bonæ segeti aspersis in Euangelio Christus admonet, circa Cœnam præcipue factum est. Quam enim ipse commemorari, quo se ipsum pro nobis obtulit, instituit, alij in sacrificium Christianæ vinculum esse debebat, contemptiōnis pomum fecerunt: multi dum sub huius prætextu Excommunicationem vrgent, conscientiarum carnificinam sentiunt rem ipsam propius inspiciemus: & vt hæc nobis rectius & melius pateat, pri- mo videbimus, quid illud sit quod Christus discipulis & in his Ecclesiæ suæ dedit. Deinde quo ritu & modo id instituerit. Postremo quod nostrum sit in hoc sacramē- to vsurpando officium.

Matth. 13.

Quoad primum in Ecclesia Cœnæ nomen receptum est, & Paulus Domini- cam dixit, vt à vulgari aut prophana distingueret. Mansit autem Cœnæ vocabu- lum licet matutino tempore sub auroram ferè celebretur, quia hanc Dominus ve- sperè instituit, cum epulum paschale, quod inter vespèras sumebatur, cum disci- pulis comedisset. Ne vero vulgarem Cœnam putemus, verba Christi, quibus in- tius institutione vtitur, & cum verbis actiones quoque, diligentius obseruari de- bent. Primo panem accepit **I E S V S** & gratijs actis, siue cum benedixit, fregit et benedixit. Benedicendi autem vocabulo aut gratiarum actione consecrationem intel- ligitur constare, qua panis communis aut vulgaris in sacrum mutatus est, vt mysterio beamus, & quam serio de eo nos cogitare oporteat, vt pro his donis nos satis gra- tos præbeamus. Deinde fregit panem, quod mortificationis symbolum fuit, sine qua Christus pro nobis impendi non poterat. Ideo de morte sua loquitur, quoties se pro nobis traditum dicit: & nos non possumus vicissim nos ipsi impendere, nisi

Quid in Cœna institutum.

affectus carnis mortificemus, ut ipsi viuamus. Tertio panem fractum dedit discipulis, dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Et apud Lucam addit: Quod pro vobis datur: hoc facite in mei recordationem. De poculo autem dicit Dominus: Bibite ex eo omnes: Hoc est sanguis meus Novi Testamenti, id est, quo Nouum testamentum, quod olim promissum fuit, sancitur: Addit autem expositionis loco: Qui effunditur in remissionem peccatorum. Quia enim foedus Dei & Testamentum vetus per peccatum irritum factum fuit, non aliter infrastrari potuit, quam sanguine, qui peccatorum remissionem impetraret, & sempiternam iustitiam reduceret, ut olim Daniel Propheta prædixerat. Danielis nono Capite.

Definitio Cœnæ.

Ex his autem colligi potest definitio Cœnæ, ut dicamus esse actionem sacram in qua ex Christi mandato panem & vinum inter nos distribuimus in memoriam mortis suæ, qua ille Nouum Testamentum impleuit, ut hæredes regni Dei fieret. Etenim redemptio nostra ab antiquo sub Testamenti forma comprehensa fuit, ut Deum nobis Patris, & nos illi filiorum loco esse sciremus: & hinc nobis certa & indubitata esset salutis fiducia. Ideo in Lege Moses populum sanguine aspergens dicebat: En sanguis Testamenti, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis hisce sermonibus. At quia Iudæi non perstiterunt in foedere, vel Testamento quod Deus cum Patribus illorum fecerat, nouum promisit Deus, & ideo abdicatis veteris Testamenti ritibus nouum successit. Non rara autem sunt testamenta, nisi mors testatoris interueniat. At Deum mori impossibile est. Id vero in assumpta carne præstitit æternus Dei Filius, ut rata fieret Testamenti Noui promissio. De hoc igitur mysterio debet intelligi, quod in præfati Christi hominum conditio. Omnes peccauerant, & deficiebantur gloria Dei, ut omnibus precandum esset: Ne introeas in iudicium cum seruis tuis Domine: Si peccata obserues Domine, quis subsistet. Deplorata ergo res fuit, nec aliqua salutis spes erat, quam quæ in Noui Testamenti promissione affulgebat. Sed dilata hæc usque res fuit, & multi iusti & Prophetæ cupierunt videre quæ vos videris, nec viderunt. Nunc autem venit dies ille optatus, quem & ego tandem illucscere desiderauit, ut hoc epulum vobiscum ederem, & vobis sancirem lætam redemptionis vestræ memoriam. Præstabo enim nunc quod promisi, dum carnem meam dabo pro mundi vita, & sanguinem meum in remissionem peccatorum vestrorum effundam. Et ne quid dubitetis, En accipite hæc sacratissima mei corporis & sanguinis Symbola. En hic panis corpus meum est, quod pro vobis traditum vos pascet & alet ad vitam æternam. Et hoc poculo vobis propinatur sanguis ille Novi Testamenti, qui pro peccatis vestris effusus sitim animarum restinguet, & lætitia sempiterna exhilarabit. Quod ergo nunc facitis, in posterum quoque facite: Quoties autem feceritis, semper mei recordemini, nec dubitate, me corpus & sanguinem pro vobis tradidisse, ut vos redemptos seruem & alet in æternum.

Christus à Symbolis ad suum corpus & sanguinem nos remittit.

Hic ergo probè obseruari debet, Dominum sic de pane & vino loqui, ut discipulos ab his ad suum Corpus & Sanguinem reuocet: nec simpliciter aut obiter corporis, sed corporis pro nobis traditi aut fracti, & sanguinis pro peccatis nostris effusi meminisse. Quia nisi illud pro nobis in mortem traditum, & hic pro peccatis nostris effusus esset, ori ingesta & faucibus deglutita nihil profuissent. Nam aduersus eos, qui his opinionibus crassis Capernaitarum more detinentur, perpetuo ratum erit Christi dictum, Ioannis sexto: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquã. Obseruetur ergo hoc propter eos, qui Symbolis panis & vini

vini inhaerent, & in his vel transubstantiationem vel consubstantiationem somniant: vt illa aut pro nobis offerri, aut oraliter (vt ipsi loquuntur) manducari & in fauces demergi afferant. Christus enim, qui mensae assidebat corpore suo, quod ex Maria Virgine natum fuit, de pane & vino, quae manu tenebat & discipulis porrigebat, dixit, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, &c: & (vt paulo ante diximus) de corpore in mortem tradendo, & de sanguine pro peccatis nostris effundendo, locutus est. At quia neutrum tunc factum fuit, cum ista diceret, certe neque panis ille corpus, neque poculum istud eius sanguis esse potuit: nisi aut Christum bicorporem dicere libeat, aut discipulos non idem nobiscum corpus Domini comedisse sentiamus. Quibus addi debet, quod in praesenti non alium Coenae usum & finem tradit, quam quod ista facere iubet in sui recordationem: quod Apostolus 1. Corinth. 11. ad hunc modum interpretatur: Quotiescunque e-

1. Cor. 11.

ditis hunc panem, & poculum hoc bibitis, mortem Domini annuntiate, donec sita beneficium nobis obstringit, & salutis certos reddit, denique se totum nobis obstringit. Et ideo hoc ritu uti voluit, qui tanto & tam multiplici mysterio Conuenit enim cum discipulis in vnum locum, vt eo constaret, se nihil priuatum tradere, sed ad totam Ecclesiam pertinere, quod hic traditur. Ideo Paulus se toti Ecclesiae tradidisse scribit, quod a Domino acceperit. Deinde de morte sua diligenter & prolixè concionatus est. Praeterea panem & vinum distribuit, vt se testetur panem esse, qui fortificat eor hominis, vinum item, quod exhilarat Deum & homines. Vt vero Christus panem accepit & fregit, postquam gratias egisset: ita eundem discipulos quoque accipere & frangere voluit, vt ita singuli admoneantur, hunc ad se priuatim pertinere, se item necis eius auctores esse, adhuc debitoribus omnibus alijs, vt eos in Christi atque salutis, quae in ipso habetur, societatem adducant. De poculo peculiare quid mandatur, vt ex eo omnes bibant: & omnes ex eo bibisse, Marcus annotauit: Quia enim sciebat quid futurum esset nouissimis temporibus, quod nimirum Antichristus sacrilega audacia alteram Sacramenti speciem Ecclesiae ereprurus esset, cauere voluit, ne quis tanti sceleris occasionem ex eius institutione arriperet. Sed non tantum valuit apud istos homines Christi auctoritas, quin in Concilio Constantiensi ausi fuerint statuere, vt poculo sacro abstineant, quos Dei Filius non minus sanguinis quam corporis sui vult participes facere.

Quoritu Coenam instituerit?

Psalm. 104. Iud. 9.

Marc. 15.

Sed constanter obseruari debet a Christo traditus ritus, qui procul dubio optimus & plenus mysteriorum est. Hunc enim (vt ex Paulo apparet) Apostoli Ecclesiae tradiderunt a Christo acceptum. Fiat ergo coetus publicus, nec aliquid priuatum puretur. Id quod quaestum Missae priuatae totum abolet. Deinde non sine concione sacra celebretur Coena. Sacramenta enim sine verbo Dei non constant, cum (vt D. Augustinus ait) accedente Verbo ad elementum, fiat Sacramentum. Et si Verbum auferas, perinde fit, ac si quis tabulas scriptas a sigillo auferat. Quid veni tunc ille obsignabitur? Imò vbi sine praecedente concione sacra celebratur Coena, Christus ipse a sua mensa remouetur, nec habebit fidelis anima, quo fruetur. Deinde, Hoc facite (inquit Christus) in mei recordationem: quod scilicet ego feci vobis in exemplum. A rusticum videtur, si quiuis plebeius sacra symbola manibus contrectet, ori inferat, proximo assidenti porrigat. Sed aetioni huic rusticae in speciem profunda mysteria subsunt. Nam, vt nuper diximus, dum in manus nostras sumuntur symbola ex ipsius Domini mandato, testatur is, se nostrum esse velle. Fractio panis, & infusio vini in poculum, peccatorum confessioni seruit, nos videlicet ex eorum numero esse, qui Filium Dei in crucem

Ritus Coenae optimus.

suffiximus, & sanguinem eius effudimus. Distributio communionis cum Christo symbolum est. Manducatio fide opus esse docet, qua sola ille percipitur. Cauillatur hæc multi, & rusticos, imò barbaros dicunt. Sed rustici simus, modo Christi imitatores simus. Nobis non sordet fabri Filius. Aduersarij nostri videant, ne ipsis idè quod Corinthijs obijci possit, quos Apostolus negauit Cœnam Dominicam edere, cum à Christo traditum ritum mutauissent.

Qualis memoria
mortis Christi
sanctatur?

2. Cor. 1.

1048. 17.

Præcipua verò cura nobis sit, vt quod Dominus tota hac actione nobis mandauit, sedulo præstemus: Vt nimirum omnia fiant in suam memoriam, & mortem suam annuntiemus. Sub morte Resurrectio quoque & Ascensio comprehenduntur, quibus nostra redemptio perficitur. Ideo ex veteri Ecclesiæ more Symboli Apostolici articuli recitantur, dum Cœna peragitur. Recordatio autem eiusmodi sancitur, quæ cum gratiarum actione coniuncta sit: nec verbis solis constat, sed animi, imò totum hominem, requirit, vt illi vni viuamus, qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Tam enim excellens est hoc beneficium Christi, vt huic celebrando nulla verba sufficiant, & propter carnis tarditatem perpetuis stinulis opus est. Quod propter eos obseruari debet, qui verbum internum & inspirationes æternas vt superuacaneas negligunt. At qui Cœna usurpari debet donec venerit. Et rectè olim Theodoretus monuit: Tunc demum non opus erit corporis signis, quæ præparemur. Soletur autem nos, quod eius memoriam celebramus, qui nos videt, nobis item suo Spiritu & virtute adest. Cæterum vt à benedictione & gratiarum actione Cœnam mysticam exorsus est Dominus, ita eandem cum hymno finiuit, quem vnà cum illo cecinerunt discipuli. Quo exemplo toti Ecclesiæ gratiarum actio commendatur: qua inter omnia sacra, in primis autem hic opus est, cum tota hæc actio in eum finem potissimum instituta, & olim Eucharistia vulgò dicta sit, quam sacrificium Deo gratissimum esse, Scriptura omnis docet. At hymno dicto exit Christus in montem oliueti, & preces illas ardentes fundit, quæ ab Ioanne describuntur: quibus seipsum & omnes in se credentes Deo Patri commendat, adeoque testamentum condit, cuius summa est, vt secum sint in cœlis perpetuo omnes, qui secundum Apostolorum doctrinam in ipsum credunt. Hæc ergo fidei regula est, quam qui sequuntur, à salute excidere non possunt. Suo autem exemplo docet Christus, quo animo ipsi quoque crucem & quæuis aduersa adire debeamus. Oremus ergo Deum Patrem, vt propter Filium suum IESVM CHRISTVM nos inter huius vitæ palæstram seruet, & in regnum suum cœleste transferat. Amen.

H O M I L I A C C X C I I I .

Tunc dicit eis IESVS: Omnes vos ista nocte offendemini in me. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem surrexero, præibo vobis in Galileam. Respondens vero Petrus, dixit ei: Etiam si omnes offenderint in te, ego nunquam offendam. Dixit ei IESVS: Amen dico tibi, ista nocte antequam gallus vocem mittat, ter me abnegabis. Dicit ei Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te abnegabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Christus discipulos de periculis, que instabant, admonet.

POSTquam Filius Dei IESVS CHRISTVS peracta cum discipulis postrema Cœna & hymno dicto exiit, urbem egressus trans torrentem Cedron in hortum abiit, in quo sæpius solitus fuerat cum suis conuenire, & in quo se captum iri sciebat: vt se voluntarium mori testaretur, & sua obedientia, quam Patri vsque ad mortem

mortem præstitit, nostra peccata expiaret. Vt autē pro nobis mortuus est, eō quod dilexit nos, ita etiā cū iam mortis hora immineret, de discipulis suis potius quā de seipso sollicitus, de ijs illos admonuit, quæ ipsis cognitu necessaria erant. Nouerant enim quanta esset illorum infirmitas, & quā graue scandalum ex sua morte intrinsecus & vinculis, quæ iam subiturus erat, ipsis immineret. Prædicat ergo, quid euenturum sit, vt & minus offendantur præuitis, & facilius à lapsu resurgant, & seipso in fide confirmat.

Propositio admonitionis est: Omnes vos ista nocte offendemini in me. De omnibus loquitur, vt commune periculum esse doceat, ne aliquis aliquam haberet maioris confidentiæ occasionem. Et hac ipsa nocte, inquit, ne sibi longum otium polliceantur. Vtq; minus securi sint, Scripturæ testimonio confirmat, dicens: Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Apparet hīc, quæ sit credentium conditio in terris. Videntur interdum omnia in tuto &, quod dicitur, extra, teli iactum esse, quando promissiones Dei audiuntur, nec vllæ hostium insidiæ cernuntur, ex quibus aliquid periculi sit timendum. Sed tunc maximē nos in excubijs stare & vigilare oportet. Non dormit enim Satan, nec quiescit mundus, in quo plures mali sunt & impij, quibus nunquam pax est (vt Propheta ait) cū cum eisi nemo ipsis molestiam exhibeat, ipsi inter suarum cupiditatum ardores æstuant, & sibi ipsis laborum subinde authores sunt, dum omnia suis viribus perficere oportere putant. Pij autem periculum maximum ex propria carne enascitur, quæ vel secura nimium dormitat, vel confidens non cogitat, quā in lubrico consistat, aut quid ipsi possit accidere. Quod si ergo præter opinionem aliquid accidit, cruci & aduersis succumbit. Itaque sit, vt qui sibi videntur stare, turpissimē latente viro alienissimum esse debere, vt nimirum dicat, Non putaram. Meminerint alij quid humanitus patiantur, non illico eos temerē damnemus, neque de nostra salute desperemus, si nos ipsos sentiamus imbecilliores esse, quā decebat. Iob. 7. Rom. 13.

Obserua autem, non temerē Christus locum de percusso pastore & ouium vel gregis dispersione ex eo secuta allegare, vt admonitionem hanc discipulis confirmet. Doamur hoc exemplo, quā profut, imō necesse sit pastores Ecclesiæ, id est, doctores & verbi administratores habere bonos & fidos, qui oues, id est, animas sibi creditas in leta & salubria pascua verbi deducant, fideliter pascant, & aduersus lupum illum ferocem diabolum tueantur, & huius satellites tyrannos atq; seductores à statione Ecclesiæ arceant. Nisi hoc sedulo fiat, in mille sectas seinduntur, qui in CHRISTO IESU vnum esse & idem sentire debebant. Elucet autem in eo Dei bonitas, qui pastorem nobis dedit Filium suum, qui ira nos dilexit, vt animam suam pro nobis dederit, & qui eiusdem cū Patre essentia & potestatis, non sinit sibi aliquos ex manibus suis eripi, quos semel in gregem suum recepit. Est hic ἀρχιποι-
nent Ecclesiæ. Quod si segnescunt aut laboribus siue periculis succumbunt, quid aliud quā horribilis dispersio sequatur. Exempla omnium seculorum id testantur: & hæc causa est quod qui ipsum Christum aggredi & tentari ausus est Satan, & post hunc Apostolos quoq; expetiuit, vt eos ex statione deiceret, omnibus seculis doctorum ordini insidiatus est, vt vel ignauos obtruderet, vel bonos & fidos e medio tolleret. Et persecutiones ferē à ministris olim exorsus est: quos qui odio & supplicio dignos putant, quando officium faciunt, perinde faciunt, ac si quis canes ab ouibus remouendas esse suadeat, ne latratu suo luporum rabiem accendant, vt his sublati, ouibus tuta omnia polliceatur.

Propositio.

Zach. 13.
Credentium in
terris conditio

Isa. 48. 57.

Ecclesiæ pa-
stores quāne
necessarij.

Christus pas-
stor,

Ioan. 10.

1. Pet. 5.

Christus discipulos consolatur quoq;

Sed non solum de periculo praemonet discipulos, verumetiam dulcem consolationem adhibet. Nam Simon Petro apud Lucam dicit: Ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua. In praesenti vero addit: Postquam surrexero, praebibo vobis in Galilaeam. Sunt ergo fortissima aduersus crucis & reliqua scandala argumenta consolationis, Resurrectio Christi & eiusdem intercessionis. Cur enim eius morte effendatur, qui illum mortem vicisse credit? Cur non in illo exultet, qui hunc suum apud Patrem intercessorem & advocatum esse audit? Etenim hodie adhuc pro nobis intercedit, & durat intercessionis huius vis. Est enim dilectus ille Filius, in quo Pater placatus est. Nobis autem inter alia huius loci vsus esse debet, vt Ecclesiarum dispersionibus, si quae sunt, non offendamur. Solidum enim stat fundamentum Dei, habens sigillum hoc, Nouit Dominus qui sint sui, & Discedat ab iniustitia omnium qui nominat nomen Christi. Hic enim rursus colligit, quos certo iudicio dispersi sunt, & quoad hanc mundi machina durabit, non deerit illi locus, vbi Ecclesiae suae sedem iaueniet. Tandem vero, quando huius seculi dies propter electorum abbreviabuntur, & mundus hic seipsum indignum esse demonstrabit, qui Ecclesiae Filij Dei sedem aut hospitium praebear: in domum Patris sui illam colliget, vbi ad suam mensam aeterno immortalitatis nectare fruatur. Luc. 22.

2. Tim. 2.

Petrus confidens ad gallicinum remittitur.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

Matth. 14.

Petrus confidens ad gallicinum remittitur. Isa. 1. Jerem. 2.

2. Cor. 12.

Ceterum, quia carnis nostrae infirmitas magna est, quam nisi in seipsis singuli diligenter agnoscant, vix effugient, quin periculose offendant & labantur, de hac nouam actionem instituit Christus. Occasionem huic praebuit Petrus, qui cum ipsum nominatim perstrinxisset Dominus (vt paulo ante ex Luca annotauimus) necesse putauit, vt sui nominis dignitatem assereret. Idcirco respondet illi, dixit: Eris amisi omnes offendantur in te, ego nunquam offendar. Nec dubium est, Petrum quod dixit, pio & sancto zelo dixisse: sed in breui dicto multa concurrunt, quae reprehensionem non leuem merentur. Primum temeritas est confidenter de seipso pronuntiare in re incerta, cuius euentus adhuc ignorabatur. Deinde auget culpam, quod comparatione facta se fratribus omnibus praefert, adeoque hos praesepit contemnit. Grauisimum vero, quod Christo contradicit, cuius dictis simpliciter credere & perterrefieri debuisset. Adhuc non in praesens modo, sed etiam in futurum, quid facere velit, pollicetur. Ego (inquit) nunquam offendar. An vero nesciebat se hominem esse, & nihil humanum abs se esse alienum? An exciderat illi animo quid passus esset, cum simili confidentia supra aquas ambulare, & per merdios fluctus ad Christum progredi statuisset? Itaque dignus erat, qui praeter alios laberetur, & de se modestius sentire disceret. Ideo dicit illi Dominus: Amen dico tibi, ista nocte antequam gallus vocem mittat, ter me abnegabis. Remedium illi adhibetur qui propter contumaciam corripitur & obiurgari merebatur. Quam turpis enim huius praesumptionis euentus futurus sit, docet. Dixerat ille, Nunquam offendar. At hac ipsa nocte (ait Christus) promissi tam magnifici oblitus, me abnegabis. Et quia nos lapsos esse non facile animaduertimus, imo nobis ipsis delicias facimus, vt illo aut luto peccatorum volutamur, gallicinum meminit, & ternae abnegationis, vt illo auditu & obseruato, occasionem habeat Petrus, de scelere cogitandi & a lapsu resurgendi. Et dignus erat confidens ille suarum virium iactator, vt victoriarum suarum tam ridiculum preconem haberet, gallum gallinaceum. Ita solet Deus ad brutum animalia remittere eos, qui in sua schola nolunt institui, & ipsi contradicere non verentur. Suspectum ergo sit nobis ingenium carnis, & discamus hoc exemplo, quod nos abripiat innata nobis praesumptio. Vbi se fide & aliquot donis spiritualibus praeditam sentit caro, nihil non sibi tribuit. At quando fides re ipsa in periculo declarari debet, ferè labascimus. Ideo nos variè exercet Deus: At qui in ipso vno sperant, ij demum in sua infirmitate potentiam & virtutem Dei perficere sciunt, & eò magis confirmantur, quò minus virium in seipsis sentiunt. Oremus ergo Domine

minum, vt suo Spiritu nos armet, vt constantes & inuicti in finem vsque perseue-
remus. Amen.

H O M I L I A C C X C I I I .

228

H O M I L I A C C X C I I I .

Tunc venit IESVS cum eis in locum, qui dicitur Gethsemane, & dicit disci-
pulis: Sedete hic vsque quò abiens precatus fuero illic. Et assumpto Petro & duo-
bus filiis Zebedæi, cepit contristari & grauissimè angere. Tunc dicit eis IESVS:
Vndiquaque tristis est anima mea vsq; ad mortem: manete hic & vigilate me-
cum. Et progressus paululum, procidit in faciem suam, precans & dicens: Pater
mi, si possibile est abeat à me poculum istud, veruntamen non vt ego volo, sed vt
tu. Tunc venit ad discipulos, & reperit eos dormientes: & dicit Petro: Itane non
pocuisse vnã horam vigilare mecum? Vigilate & orate, ne introeatis in tenta-
tionem: Spiritus quidem promptus, sed caro infirma est. Rursum secundo a-
biit, & precatus est, dicens: Pater mi, si non potest hoc poculum abire à me,
quin bibam ipsum, fiat voluntas tua. Et cum venisset, reperit eos rursus dormi-
entes, erant enim oculi eorum grauati. Et relictis eis, rursus abiit, & precatus
est tertio eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit eis:
Dormite quòd superest & requiescite: ecce appropinquat hora, & Filius homi-
nis traditur in manus peccatorum. Surgite, eamur: ecce, appropinquat qui me
prodit.

In passionis Dominicæ historia non postremus locus debetur actioni, quam Fi-
lius Dei IESVS CHRISTVS ad montem oliueti in horto, priusquam cape-
retur, habuit. Illic enim luctam siue certamen grauissimum sustinuit cum assumpte
carnis infirmitate, quam discipulis satis aperte manifestauit. Et in lucta illa mortis
horrores ita vicit, vt hæc nobis non amplius formidabilis sit. Nec suam modò infir-
mitatem discipulis ostendit, verum etiam in his quanta sit omnium hominum imbe-
cillitas docet, nisi Dei Spiritu confirmemur. Prodest autem singula, quæ hic dicun-
tur, ex ordine videre, vt nos ipsos rectius agnoscere, & simul quibus præsidijs no-
stræ infirmitati succurri possit discamus.

Orditur autem à loci notatione Matthæus, & Christum ait venisse cum disci-
pulis in locum, Gethsemane dictum, quem à soli fertilitate sic dictum fuisse appa-
ret, quâsi vallem pinguium dicas. Et nomini huic respondet, quòd illic hortus fuisse
se dicitur: non is solus, quem Christus frequentare solitus fuit, verum etiam Iose-
phi Arimathæi, qui similiter illic sibi hortum parauit, in quo sibi ipsi sepulchrum
excindere voluit. At nuper monuimus, non temerè factum esse, quòd à Cœna sta-
tim morti obuius progreditur Dominus. Est hoc obedientiæ euidentis argumen-
tum, quam Patri Deo præstitit, quem ita velle sciebat. Præcepto autem discipulos
simul omnes instruit, dicens: Sedete hic, vsque quòd abiens precatus fuero illic.
Sedere iubet, vt animis compositis esse doceat, neue intra se affectibus turbulentis
multuentur. Et dum se precandi causa aliquò progredi velle dicit, ipsos quoque
suo exemplo monet, quid faciant: Vt nimirum precentur, & ita se totos Dei curæ
committit.

Quia autem ipse tunc contristari & angere incipiebat, & suæ angustiae testes fa-
cere voluit aliquos ex discipulis, in eo horum rationem habuit, & vt infirmitati il-
lorum consulat, alijs in tutiori loco relictis, tres tantum assumit, quos in locum cer-
taminis proditiōni & vinculis suis destinatum producit. Sunt autem hi Petrus &
duo Zebedæi filij Iacobus & Ioannes: quos idcirco sibi nunc delegit, eò quòd glo-
ria suæ & maiestatis spectatores sapius fuerant, & proinde nunc ipsius infirmita-

Christi agon
in horto.

Gethsemane
ad montem
oliueti.

Infirmitatis
Christi testes
qui

te, de qua querelam acerbam audituri erant, minus poterant offendi. His nunc in gentem animi dolorem, quo afficiebatur, fatetur, dicens: Vndiqueque tristis est anima mea usque ad mortem. Animam suam *ἐδίλυτον* dicit, ut vndiqueque mœrore obsessam & circumuallatam esse testetur. Quod ipsum quoque vocabulo *ἀδύνατον* docere voluit. Hoc enim præ mœrore animo concidere & cōsiliū inopem esse significat. Continetur autem his verum & certum humanitatis à Christo assumptæ testimoniū, ne dubitemus verè hominem & per omnia fratribus similem factum esse. Ita enim necesse fuit, ut fidelis pontifex esset in ijs, quæ apud Deum agenda sunt ad expiandum peccata populi. In eo igitur versatur etiam nostræ salutis cado. Nam eo quod perpeffus fuit cū tentatus est, potest etiam ijs, qui tentantur succurrere Vide ad Heb. 2. cap.

Ratio infirmitatis Christi eiusdē bonitas.

Non tamen Filio Dei aliquid indignum affingimus, neque illius maiestatem negamus, vel extenuamus: sed eius prædicamus bonitatem, qua ira dilexit nos, ut eò usque se demittere voluerit, ut peccatorum noxa, cuius sarcina nobis intolerabilis erat, nos exoneraret. Et ira nobis similis factus est, & nostras infirmitates pertulit, ut nulla peccati labes in ipso vnquam locum habuerit. Quia verò nostra peccata in se receperat, & hæc in illo Pater vlciscebatur, mors illi tam formidabilis & horribilis fuit, eò quod iram Dei peccatis in nos accensam lueret. Quod diligenter obseruemus oportet. Nisi enim id fiat, videbuntur multimartyres Christo fortiores fuisse (quod ne cogitari quidem potest absq̃ blasphemia.) Exhorruit ergo Christus mortem non per se, sed propter iram Dei in peccatum, cuius pondus illi erat propter nos sustinendum. Quod ita à nobis considerari debet, ut simul meminimus, quid miseris illis & infelicibus fiet, quos à fide alienos Christus suo patrociniū non subleuabit, qui dum diros istos cruciatus animo suo perpeffus est, inferorū atrium quasi subijt, ut suos inde educeret.

Christi ad discipulos mandata.

1. Manete.
2. Vigilate.

3. Orate.

1. Pet. 5.

2. Cor. 3.

Sed præstat videre, quid in isto agnone discipulis, quos præ alijs sibi delegerat, mandarit. Manete hic (inquit) & vigilate mecum. Primum ipsos manere vel subsistere iubet illic loci, ipse paulo vltius progressurus: nimirum ut commodius precaretur. Deinde vigilare: ne à Satana circumuentantur, de cuius insidijs ipsos nuper præmonuerat, dicens, illum ipsos expetiuisse ut cribraret instar tritici. At quia vires in illis nullæ erant, postea ipsos quoque orare iubet. At quod discipulis istis præcipitur, singuli sibihis accommodent, & non minus ad se pertinere arbitrentur. Maneant singuli in sua statione, in quam ipsos collocauit Dominus. Vigilent item, nec putent sibi aliquem socordiae locum esse, quibus cum illo hoste vis est, qui ut Leo rugiens oberrat & quærit quem deuoret. Præterea cum ex nobis laudis ne ad cogitandum quidem idonei simus, sed ex Deo est, quicquid in nobis laudem meretur, nos quoque in precibus assiduos & indefessos esse oportet. Neque importunitate illa sancta, qua p̃ (ut olim Tertullianus scribebat) ceu vim ipsi facere conantur.

Christus à suis auellitur.

Porrò quod discipulis mandauit Dominus, exemplo proprio confirmat, quo illis præit. Nam progressus paululum procidit in faciem suam precans. Lucas à discipulis auulsum dicit, ut amorem, quo eos amplexus fuit, exprimat. Solemus enim ægrè & non sine acerbis animi dolore ab ijs discedere, quos ex animo diligimus, & quibus scimus nostro consilio & patrociniū propter imminentiā pericula plurimum opus fore. Sentiunt dolorem hunc coniuges, parentes & alij morituri, quistantes vident tenellos liberos in lachrymas effusos sortem suam futuram deplorantes, & simul cogitant, quam multa aduersa, tristitia, iniūta orphanis & viduis accidere soleant, per quæ homines iniūsti, superbi, intemperantes, illorum non fortunas modò & facultates, verum etiam corpora, pudicitiam, honorem & famam

famam cum vita in periculum adducunt. Quæ cogitatio interdum hominibus honestis & pijs ipsa morte acerbior est, quam facile superarent, si suos orphanos aut viduas prius ex hoc mundo decedere, & se simul hac cura & sollicitudine liberatos esse viderent. Sed tunc præsens hoc Christi exemplum in mentem reuocent, cui non potuit non acerbissimum esse, quod dilectos discipulos inter lupos aut hostes, feris & bestijs omnibus truculentiores relicturus erat, & simul animo præiudicet vincula, carceres, supplicia & tam multa tamq̃ infanda mortis genera, quæ subituri erant; vt iam nihil dicam de ijs, quæ ipse in suo corpore erat passurus. Sed qui primo seipsum & discipulos cum omni credentium Ecclesia Patri commendauerat, dolorem hunc fortiter vincit, & licet durum & graue esset ab ijs diuelli, non tam suam, quam ipsorum quoque causam apud Patrem inter precandum ardentius agat. Ita nos quoque faciamus: & qui se ab ijs relinqui & deserri vident, qui ipsi parentum aut fratrum loco, aut coniuges fideles fuerunt, quorum denique consortio non possunt sine magno incommodo carere, cogitent se Patri Deo commendatos esse, qui eos sub vmbra alarum suarum custodit, & Angelos suos per se consolationis plenum est, quod mala & pericula nobis licet deprecari: neq̃ peccant qui id faciunt, modo Christum Dominum imitentur.

Psal. 91. v. 34

Hic in faciem procidens (quod extremæ subiectionis indicium est) dicit: Pater mi, si possibile est abeat à me poculum istud: veruntamen non vt ego volo, sed vt tu. Continetur his exemplum simul & formula, in quæ inter precandum respiciamus. Pathetice dicit, Pater mi, & ita eum vocat, ex cuius æterno decreto se prædestinatum esse sciebat, vt mortis diræ & infamis merito nos redimeret. Ita nos tunc quoque patrem nostrum agnoscamus Deum, quando nos ab illo durius tractari sentimus. Deinde, Si possibile est, abeat à me poculum istud. Non dubitauit, Deo omnia esse possibilis, sed quia omnipotentia Dei limites sciebat voluntate & decreto Dei circumscribi, hoc autem esse vt ipse pro nobis moreretur, sic loqui voluit, ne quid illi contrarium petere videretur. Poculum verò aut calicem dicit crucis supplicium ex communi Scripturæ more, quæ ita docet nobis afflictiones à Deo certa mensura distribui. Et ne quid temerè Deo præscribere putetur, per summam humanæ naturæ ingenio siue affectu loquitur, cuius petitiones non semper cum arcano Dei decreto consentiunt. Per se quidem non peccatur, quando nobis bene esse volumus, & mala deprecamur. Sed aliquid diuini voluntati aut decreto repugnans petere, id demum peccatum est. Enimvero nisi mortis horrorem sensisset Christus, nõ magis laudem meruisset ipsius patientia & obedientia, quam hil ingemiscit. In eo igitur obedientia Christi virtus elucet, quod etsi ipsi graue esset tam indignis modis tractari, & aliter hæc fieri cuperet caro, tamen simpliciter se totum voluntati Patris subiecit, dicens: Veruntamen non vt ego volo, sed vt tu. hæc nobis perpetua in precibus nostris petitionum omnium regula. Si enim hanc obseruauit Dei Filius, in cuius ore non est inuentus dolus, quanto magis hanc sequi debemus nos, qui in peccato concepti & nati, malis & illicitis desiderijs circumferimur, & plerunque alia volumus, quam Deus velit, qui solus bonus est: Etsi ex animo Deum dicimus Patrem, lex naturæ monet, vt eius voluntati non reluctemur, ne nos ille filios degeneres dicat, & cum Iudæis ad asinos & boues re-
mittat, quorum exemplis edoceamur, quid nos facere conueniat. Accedat autem in precibus fidei & obedientia constans perseuerantia, ne remissiores simus, si

Christus quomodo precatus sit?

Isa. 1.

quando non illico nos exaudiat Deus. Sæpe enim hic differt opem. Ideo Christus tertio ad preces reuertitur, & eandem precationem repetit. Ita nos facere oportet, neque irritæ erunt preces nostræ apud Deum, qui etsi non largitur quod rogamus, tamen spiritu consolationis nos cõfirmat, ne in fide succumbamus. Quod hic quorundam factum fuisse constat. Nam etsi non solùm differt opem Pater, verum etiam agonem ita crescere patitur, vt sudorem sanguineum ipsi extorqueret, venit tamen ab illo missus Angelus, qui ipsum cõfortat. Et ita perpetuò solet nobis adesse Deus neque nos supra vires tentari sinit. 1. Cor. 10.

Discipuli Christi in agone constituti dormiunt.

Sed videamus, quid interea fecerint discipuli, qui promissis tam magnificis se ostentauerunt, quando ad mensam de eo diserebat, quod ipsi euenturum erat. Dicitur autem Christus post preces semel factas, venisse ad discipulos, & cum eos inueniret dormientes, dicit Petro, Itane non potuistis vnã horam vigilare mecum? Dormiunt nunc confidentes illi. Ideo Petrum compellat Dominus, quæ in mortem cum ipso abire velle promiserat, & ignauiam turpem exprobrat, quæ ipsos non patitur vel vnã horam vigilare. Et Emphasim habet singularem particula ME CUM. Quid enim pro alijs facerent, qui pro Christo, quo Domino & Seruatore gloriantur, nihil volunt facere aut perpeti? Idcirco quod prius iusserat, repetit, dicens: Vigilate, & orate. Et simul de periculo admonet, Ne introeatis in tentationem. Et quia ne nunc quidem concidisse sciebat ferociam confidentis carnis, quæ ipsos prius deceperat, addit: Spiritus quidem promptus, sed caro infirma est. Deque eo admonuisse contentus, neque pluribus cum illis alterari volens, ipse secundo abit ad precandum, iterum dicens: Pater mi, si non potest hoc potest lum abire à me, quin bibam ipsum, id est, si omnino ratum esse vis, quod de mea morte acerba statuisti, age fiat voluntas tua. Reuersus autem ad discipulos, reperit eos rursus dormientes. Ad eò enim non mouit eos prior admonitio cum exprobratione coniuncta, cuius ipsos merito pudere debuisset, vt ne potuerint quidem aliud quam dormire. Cuius affectionis causam allegat Euangelista, Quod oculi ipsorum grauati essent. Natura enim fit, vt ex mœnore oculi somno grauentur, quod Deo beneficium est, qui ita nobis medetur, ne tristitia toti absorbeamur. At Christus cognita discipulorum ignauia, nõ tamen indignatur, vt se ab his turpiter prodii aut negligi dicat, sed illis relictis ad preces redit, atque eundem sermonem tertio repetit. Et si hoc memorabile exemplum, cuius nos meminisse oportet, si quando homines promissis minus respondent, & nos ab ijs quoque negligi sentiamus, quorum fidem nobis perspectissimam esse putauimus. Non tamẽ ex illis de Dei fide iudicemus, qui nunquam fallit in se fidentes, eoque ardentius ad illum recurramus, cuius auxilium tunc maximè se profert, quando humana omnia cessant.

Carnis ingenium quale?

In primis autem in discipulis apparet quod sit carnis & hominum, qui carnis zelo ducuntur, ingenium. Feruent quoad aliqua in ipsis est Christi notitia, & hic ad mensam, id est, dum res adhuc prosperæ & secundæ sunt, de sua cruce differunt. Sed quando ipse in Verbo & membris suis affligitur & angitur, dormiunt illi, quasi quæ alijs accidunt, nihil ad illos pertineant. Et dummodo ipsis bene sit, omnia securi negligunt, neque vllis rationibus quantumuis grauibus aut iustis excusari possunt. Id verò nos obseruare decet, non vt odiosè aliquos bene sit, omnia stori, qui non dormitat: & in hac actione sui studij egregium specimen præbuit. Psalm. 121.

Christus corripit discipulorum veternum.

Interim non temerè factum putabimus, quod Dominus veternum hunc & os scitantiã discipulorum nõ dissimulat, sed quia admonendo nihil proficiebat, tandem amarulentius exprobrat quoque, imò corripit & quasi insultat, dicens: Dormite quod superest & requiescite. Quasi diceret: Agite, si qui locus aut tempus est socordia &

dixit & om̄, illo fruimini. Sed videbitis magno vestro incommodo, nunc aliam rem agi. Nam ecce appropinquat hora, fatale illud tempus, quo Filius hominis prodessur, in manus sceleratorum, qui aduersus Dei regnum conspirauerunt. Quin ergo surgitis ignaui, vt ex periculo iam iam imminente vos seruetis. Et Iudam ceu digito monstrās, ait: Ecce appropinquat, qui me prodit. Quo exemplo docemur quid eos maneant, qui securi nimis neq; periculis alienis neq; admonitionibus publicis aut priuatis excitari possunt, vt de salute sua serio cogitent. Incidunt ferē in subita aduersa, ex quibus seruari nulla ratione possunt, adeoq; verberibus excitantur, qui verba contempserunt. Exempla, quibus hoc confirmetur, in historijs passim occurrunt, & quotidie huius mali prælydia cernimus. Oremus igitur serio Dominum, vt ipse nobis aures & oculos aperiat, vt quæ nostræ saluti seruiunt obseruemus, ne propter nos Dei gloria periclitetur, sed hæc illustrata per nos propagetur & multi nobiscum in Christo vincant & triumphent.

H O M I L I A C C X C V .

Et adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus ex duodecim, venit & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus à principibus sacerdotum & senioribus populi. Is verò, qui prodebat eum, dederat eū signū: dicens: Quemcunq; osculatus fuero, is est, præhædite eum. Itaq; statim cum venisset ad IESVM, dixit: Ave rabbi. Et deosculatus est eum. At IESVS dixit ei: Amice, quor sum ades? Tunc accesserūt, & manus iniecerunt in IESVM, & præhæderunt eum: Et ecce, vnus ex ijs, qui erant cū IESV, extensa manu exeruit gladium suum, & percussit seruo Pontificis maximi, abstulit auriculam eius. Tunc ait ei IESVS: Conuerte gladium tuum in locum suum: Quicumq; enim acceperint gladium, gladio peribunt. An putas me nō posse nunc precari Patrem meum, qui huc sistat mihi plures quàm duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implerentur scripturæ, quæ dicunt sic oportere fieri?

Indulgenter quidem fert Dominus & Seruator noster infirmitates nostras, nec clatur, non eo animi aut fidei ardore & constantia causam suam agunt, qua opus erat, & quam Deus a seruis suis requirit. At si quid hac indulgentia & facilitate abuti, & subinde ignauios seu negligentiores fieri videat, illos non verbis modò seuerioribus corripit, verum etiam ceu ferulis excitat, dum periculis grauioribus obijcit, vt de salute propria cogantur diligentius cogitare. Vidimus id nuper in ijs, que proximè præcesserunt: quando discipulos somno oppressos & nimium securos auerter corripuit, & ne inanibus minis ipsos territare putaretur, hostes simul superuenientes digito monstrauit. Et vt hoc quoq; ipsa serio fecisse constet, confirmatiōi seruit quod nunc huius loci initio sequitur. Scribit enim Matthæus, adhuc loquente IESV, superuenisse Iudam, vnū ex duodecim discipulis domesticis, & cum eo magnam turbam coniuratorum cum gladijs & fustibus, qui omnes missi erant à principibus sacerdotū & senioribus populi. Ita verò frequenter fit, vt quando admonitiones nihil proficiant, verbera verbis coniungantur. Huius generis est, quando pena sue plagæ durantibus adhuc signis & prodigijs, quæ illas portenderūt, nos feruē incipiunt. Cæterum in præsentī locus hic totus hoc ordine nobis cōsiderandus est, vt primò videamus, qui nam & quales aduersus Christum conuenerint. Deinde qualem se nunc ipse gesserit, qui hætenus videri poterat certamini succubuisse. Postremò Petrus inducitur, qui admissam ignauiæ culpam zelo carnis, qui rursum in ipso exarserat, emendaturus, in contrarium peccat, & dum fortis videri

*Iudas securis
& dormientibus
superuenit*

Qui et quales
contra Christum
conuenerint?

Matth. 21.
& 22.

Psal. 116.

Qualis Chris-
tus erga ho-
stes fuerit?

vult, magis ridiculus fit, vt nouam reprehensionem mereatur. Quoad primum, Lucas inter Christi aduersarios numerat aliquos ex primarijs sacerdotibus & praefectos templo atque senioribus. Habuerunt hi secum suos seruos & aliorum sui ordinis hominum seruos. Accesserunt his omnibus milites Romani, quos a praefide acceperint oportet. Dux omnium fuit Iudas, nuper discipulus Christi & cum alijs Apostolis ad praedicandum missus. Sunt hi diuersi gente, professione & religione. Nam alijs Iudaei, alijs Ethnici fuerunt: alijs sacerdotes, alijs ex senioribus & politicis viris: alijs heri, alijs serui, alijs viri militares. Sed quia omnes impij & mali sunt, contra Christum conuenire possunt, ex cuius nece singuli priuatim quaestum quaerunt. In primis autem obseruatum dignum est, quomodo hanc causam egerint. Primò cum urbem Regis instar ingressus templum a turpi & impia sacrorum nundinatione repurgauisset, quaestioibus captiosis aggressi sunt, vt vel populo inuisum vel contemptum facerent. Sed quia victi semper succubuerunt, nunc vim parant. Ne verò iniusti & iniqui videantur, magistratus succubuerunt, & quasi ipsis cum homine seditioso res sit, milites a praefide accipiunt, quorum terrore populi furor & motus, si quis surgat coarceatur. Sed omnes superat Iudas apostata, qui ex discipulo proditor factus, osculo illum prodidit, ne fortè alium illius loco comprehendant. Hac ratione adhuc hodie aduersarij nostri progrediuntur, qui Christi fidem & religionem opprimere conantur, suas vebant Verbo Dei & Scripturis pugnare, vt nos erroris conuincerent. Sed omnino superstitiones & errores defenderent. At quia se adeò nihil proficere sentiunt, vt saepe pueris quoque & mulierculis ridiculi fiant, ideo ad vim conuertuntur: & quia huius illos pudet, Ecclesiae causam se agere simulant, & Concilia praetextunt, fingunt item controuersias ciuiles, & actiones forenses instituunt, de feudis & inuestitura ministrorum Ecclesiae, de decimis & redditibus alijs Coenobiorum, vt Principes viros & magistratus inter se committant. Tunc verò maxime nocent sequestri, qui cum pacem colere & promouere videri volunt, blandis verbis & promissis magnificis fallunt, & Iudas agunt. Exempla hodie tam multa occurrunt, vt illud Dauidis confirmatur, quo omnem hominem mendacem esse pronuntiat, vt illis recensendis nullus dies sufficeret. Nunquam ergo obliuiscamur admonitionis Christi, qui olim per Prophetam dixit: Ne credatis amico, id est, amicitiam simulantem, & ab ea, quae iacet in sinu tuo, fores oris tui obserua. Et in Euangelio iterum: Cauete vobis ab hominibus. Inimici cuiusque sunt domestici eius. Vide Mich. 6. Matth. 10.

Sed qualis tunc Christus fuerit, videamus, qui paulò ante spe omni abiecta, animo concidisse videbatur. Iam fortis hostibus obuiam progreditur. & quem tam sollicitè quaerant, interrogat. Et illis IESVM Nazarenum nominantibus, respondet, Ego sum: Et simul occultas suae potentiae vires exerens, illos sternit, vt simul omnes supini cadant. Iterum verò in pedes erectos, similiter compellans, simili virtute sternit: hoc exemplo docens, quam formidabilis sit nominis sui potentia semper futura hostibus suis, qui aduersus ipsam mundo & huius principi militant. In Euangelio certè ad nomen IESU contremiscunt daemones. Prae alijs autem obseruari debet, quòd Iudam amicissimè compellat, dicens: Amice, quorsum ades? Et vt Lucas annotauit: Iuda, osculo Filium hominis prodidit. Quae verba cor adamantinum flectere poterant, cum simul ipsi pristinam conuersationem, qua nihil poterat dulcius fingi, in mentem reuocarent. Cuius speciem vt nunc quoque omnibus praebet, apud Ioannem addit: Si me quaeritis, finite hos abire. Quo vno dicto discipulos aduersus hostium furorem seruat, seipsum verò hinc vincendum & abducendum tradit. Ita verò docet suo exemplo, quatenus carnis infirmitati indulgere debeamus: eò vsque nimirum, vt fortes simus, quando necessitas

cessitas nostræ vocationis & Dei gloria sic postulat : Vt item nostræ fidei creditos non negligamus. Christum certè discipulorum rationem diligentissimam habuisse, apparet, quando Patri in serâ illa precatone iam in mortem abiturus, dixit, Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius ille perditionis, &c. Ioan. 17.

Vt autem in cohorte illa elucet incurabilis eorum contumacia, qui in huius mundi gratiam aduersus Christum conspirauerunt: sic hodie multa huius generis in nobis ipsis experimur; quando morbis aut alijs iudiciorum eius exemplis prostrati, ad institutum redimus. Sed fit hoc magno nostro malo. Nobis ergo dici putes, quod olim paralytico dictum fuit: Ecce sanus factus es, ne porro peccaueris. Simul soletur nos Christi potentia, qui hostibus immanissimis circumuentus vno dicto suos discipulos seruare potuit. Quam ergo infelices sunt, qui hominum metu se deuinci sinunt, vt ab hoc tanto vindice deficiant, & propter mundum hunc præsalutem omni credenti. Rom. 1. Quin ex ipsis vinculis Christi consolationem petamus. Hęc enim ideo ille in se recepit, vt nos à laqueis peccati & vinculis mortis atque inferorum redimeret. Et feramus patienter, quæ ille nobis iniecit vincula morborum omnis generis aduersorum, quibus carnis nostræ ferociam castigat.

Contumacia hostium Christi.

Ioan. 5.

Sed ad Petrum veniamus, qui se cum Christo in mortem abire velle promisit. Videamus ergo quid fecerit, quando mortis periculum & occasio tanti promissi præstandi se offerebat. De eo sic scribit Matthæus: Ecce vnus ex ijs, qui erant cum IESU, extensa manu exeruit gladium suum, & percussio seruo Pontificis maximi, abstulit auriculam eius, &c. Magnum & forte facinus animo concepit Petrus; sed si rectè consideretur, nõ magnam laudem reportauit. Etenim quod debebat facere, & quod absq; periculo cū laude fieri poterat: Vigilare nimirum cum Christo & præcarè id non facit. Nunc iniussus audet facinus, quo seipsum & Dominum IESUM cum discipulis omnibus in præsens vitæ periculum adducere poterat. Deinde togatus ardet, & reliquos etiam tantum non incitat, clamans, Domine, percutiemus ne gladius: Euentus verò pugnæ ridiculus est. Nam auriculam solâ aufert serulo Pontificis, cuius caput petebat. Tandem atrium Pontificis ingressus ostiarie voce terretur, & seruorum quæstionibus cedit, vt Christum turpiter neget. Est hic typus omnium, qui inconsulto zelo & carnis affectu abrepti, Deo non vocante, res magnas aggrediuntur. Et vtinam hodie non multa similia fierent, quæ simpliciores & pios grauiter offendunt, impios autem ferocios reddunt. Interim Pontificis seruus Malchus docet suo exemplo, quid eueniat ferè ijs, qui Antichristianis præsulibus se in seruitium addicunt. Est auris obedientiæ & fidei symbolum in scripturis. Sed autem dexteram amittunt tales, vt verbum Dei vel omanino non audiant, vel sinistris auribus illud audiant, & ex eo fiant deteriores.

Petrus pugnam cepit pro Christo.

Exo. 21.

Porro Christum audiamus, qui initio discipulos simul omnes coerceat, vt quiescant, dicens: Sinite hucusq;. Deinde Petrum compellat: Conuerte gladium tuum in locum suum. Et huius præcepti rationem reddit hanc: Quicumq; enim acceperit gladium, gladio peribunt. Quod de illis dicitur, qui ex priuata temeritate gladiis pugnant, & consentit cum Lege veteri, quæ cædes iniustas prohibet, & cum eo, quod Christus in Apocalypsi pronuntiat: Qui in captiuitatem ducit, in captiuitatem abibit: qui gladio occiderit, eum oportet gladio occidi. Perperam ergo hoc dictum Anabaptistæ aduersus legitimum gladij vsum detorquent, qui iudicibus datus est & principibus viris, vt scelera puniant, & Ecclesiam defendant. Addit autem in præsentem Dominus aliud argumentum, quo demonstrat defensione ista Petri sibi non opus esse. An putas (inquit) me non posse nunc precari Patrem meum, qui huc sistat mihi plures quàm duodecim legiones Angelorum. Nam vt alibi ait, ipsi

Christus armis pugnare prohibet.

Apoc. 19.

Matth. 11.
Ioan. 17.

Psal. 91.
Ioan. 18.

De iustitiis lib.
5. cap. 20.

data est omnis potestas in cœlo & in terra. Et rursus: Mea omnia Pater tua sunt, & tua mea sunt. Et hoc præcipue Angelis in mandatis datum esse constat, ut Filio Dei seruiant, & eundem non defendant modò, verum etiam in manibus ferant. Facile ergo erat Christo Angelorum præsidia à Patre impetrare. Sed quia regnum eius non est de hoc mundo, non voluit seruos habere in terris, qui pro ipso pugnarent: quod postea Pilato quoque dixit. Continetur autem hoc dicto generalis doctrina, nemine sub religionis prætextu temerè debere arma arripere, nisi de Dei vocatione certus sit. Scimus equidem quid regibus alibi dictum sit: sed nolim ego temerè cuiquam author esse, ut bellum moueat absque peculiari Dei iussu. Etenim constat bellum nullum tam iustum esse, quin multa in eo fiant, quæ iustitiæ & religioni Christianæ aduersantur: & ideo bellorum eventus esse dubios & periculosos, & ratio tuta esse que de illis mouendis, incuntur consilia. Viderunt hoc plerique veterum inter quos Lactantius aduersus gentes differens, qui suos cultus armis defendendos esse putabant, de veræ religionis defensione inter alia sic scribit: Defendenda sunt (inquiunt) suscepta publice sacra. O quam honesta voluntate miser erant. Sentiant enim nihil esse in rebus humanis religione præstantius, eamque summa vi oportere defendi: sed ut in ipsa religione, sic in defensionis genere falluntur. Defendenda enim religio est non occidendo, sed moriendo: non saeuitia, sed patientia: non scelere, sed fide: illa enim malorum sunt, hæc bonorum. Et necesse est bonum in religione versari, non malum. Nam si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, iam non defendetur illa, sed polluetur atque violabitur. Nihil est enim tam voluntarium quam religio, in qua si animus sacrificantis auersus est, iam subleuata, iam nulla est. Recta igitur ratio est, ut religionem patientia vel morte defendas: in qua fides cõseruata, & ipsi Deo grata est, & religioni addit authoritatè, &c. Confirmantur hæc exemplis martyrum, quorum omnium sanguine religio Christiana obfirmata & confirmata est. Quod autem in præsentem Christus Petro dixit, Scripturarum testimonio confirmari docet, dum addit: Quomodo autem implerentur scripturæ, quæ dicunt sic oportere fieri: ita docens, omnibus scripturis eos aduersari, qui neglecta aut abiecta cruce religionem vi & armis potius defendere volunt, quam ab ipso nobis monstratam viam ingredi. Addit his exemplum charitatis, quo amplius confirmat quod docuit. Nam miraculose medetur Malcho: ostendens, se medeatur, & hodie etiam Ecclesiam suam aduersus vim hostilem inter pericula, quæ hanc circumstant, tueatur ad nominis sui gloriam & multorum salutem. Amen.

H O M I L I A C C X C V I.

In illa hora dixit IESVS turbæ: Vt aduersus latronem exiistis cum gladijs & fustibus, ut comprehenderetis me: quotidie apud vos sedebam, docens in templo, nec deprehendistis me. Hoc autem totum factum est, ut implerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo, fugerunt. Illi verò præhensum IESVM abduxerunt ad Caiapham Pontificem maximum, ubi Scribæ & Seniores coacti erant. Petrus autem sequebatur eum procul usque in aulam Pontificis maximi, & ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret finem.

Quoniam Dominus noster IESVS CHRISTVS nuper inter cenandum cum Iuda proditore agens disertè testatus est, illum non aliud facturum, quam quod in Scripturis prædictum sit, & nuper Petrum, qui ipsum armata manu defendere conabatur reprehendens, iterum monuit, ita fieri oportere, ut captus re hostium potestatem veniat, ut ita scripturæ impleantur, colligat ex his aliquis re-
ctè se

de fecisse illius hostes, Sacerdotes & scribas cum Senioribus, qui iudæ & alijs eorum auctores fuerunt, que aduersus Filium Dei designarunt. Non temere ergo in presenti ad illos simul omnes conuersus eos corripit, vt discamus illos per prouidentia Dei consilium siue decretum non excusari, nec extra culpam esse. Simul autem narrat Euangelista, quid præterea fecerint discipuli, quando Dominum captiuum factum & Petrum pro illo non admodum feliciter pugnauisse viderunt. Quibus subrexitur nouum Petri consilium siue institutum, quod illi noui & grauioris lapsus occasionem præbuit.

Ad primum pertinet quod turbæ ex Sacerdotibus & horum seruis atq; militibus aduersus ipsum collectæ dixerit: Vt aduersus latronem exiistis cum gladijs & fustibus, vt comprehendetis me. Atqui quotidie sedebam apud vos, docens in templo, nec deprehendistis me. Apud Lucam addit: Sed hæc est hora illa vestra & potestas tenebrarum. Accusat hostium iniustitiam, & eos absurdè & iniquè facere, argumentis probat. Primum à forma & modo sumit, cuius hic sensus est: Qui vi & armis rem agunt, quando his minime opus est, ij se causam malam agere testantur, nec eam aliter defendi posse. Tanta enim est iustitiæ & veritatis maiestas, vt pessimi quicq; iustitiæ & veritatis amantes videri velint. At vos formam eam aduersus me sequimini, qua minime opus erat. Venitis enim ad me capiendum cum gladijs & fustibus. Atqui his non erat opus, cum ego inermis sim, neque vllum sit à meis discipulis periculum, quos ego pro me armis pugnare nolo. Deinde à loco quoq; argumentatur, addens: Quotidie sedebam apud vos in templo docens. Doctorem hæcenus egi, & docui loco consueto, vbi doceri debet. Ibi ergo me aggredis extra portas me queritis, & quidem intempesta nocte, quando homines non suspectus fieri debuerim. Tertio rationem à tempore sumptam fortius vrgens, qua nit his quod aliquando Nicodemo dixerat: Quisquis peruersè agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguantur ipsius opera. Cum e contra qui veritati operam dant, ad lucem veniat, vt facta eius manifesta fiant, quod secundum Deum, id est ex diuina voluntatis præscripto facta sint. At vos nocturnū tempus vobis delegistis & tenebrarum caligine hoc occultari cupitis quod agitis. Ergo non lucis, sed tenebrarum filij estis; & vobis hæc hora conuenit. Imo hæc potestas, qua pugnat, tenebrarum potestas est. At tenebrarum potestas est diaboli, quem principem tenebrarum vocat Apostolus, & ideo tenebrarum opera dicuntur, quæ ex diaboli suggestione aduersus Dei voluntatem atq; præcepta fiunt, cum quibus ne Christiani homines vllum commercium habeant, Paulus prohibet. Quid ergo in hos grauius dici poterat à Christo, qui lux mundi & sol iustitiæ est, quam quod eos potestatem tenebrarum vocat. Ita enim diaboli satellites esse innuit, & dignos qui à suo regno prorsus excludantur.

Debet autem considerari hoc loco vera charitatis siue dilectionis & patientiæ Christianæ ratio. Est vtriusque exemplar perfectissimum Christus, qui pro hostibus suis precatu est, & omni iniuriarum & conuictorum genere laesitus non aperiuit os suum. At idem se insontem armis hostilibus circumueniri & vt latronem nocturno tempore capi queritur, seq; excusat, & hostium iniustitiam arguit. Non verat ergo Christiana religio, quo minus nostrā innocentiā iustis rationibus tueamur, gloriam Dei itē à calumnijs asseramus, & aduersarios arguamus, impiorū itē conuicta & iniuriam, qui dum nobis obtreçant, & contra nos pugnant, Veritati officere student. Nec leuis illorū error est, qui hodie sub patientiæ pretextu suæ ignauiæ patrocinantur. Hi enim fere Dei glorā interciderere sinunt et simpliciū salutē

Christus aduersarios accusat & corripit

Ioan. 8.

Eph. 6. 5.

Patientiæ Christianæ ratio.

Ad Pamach. ad
uersus Ioan. te
rosolym.

negligunt, quorum fides interea labefactatur, dum veritatis doctrina, non eo, quo
necesse erat, zelo defenditur. Idcirco D. Hieronymus olim nolebat in haereseos su-
spicione, nedum crimine, aliquem esse patientem. Tunc enim non priuata, sed pu-
blica causa agitur, quam nemo negligere potest, quin in Deum simul & in homi-
nes peccet. Fit igitur fere iusto Dei iudicio, ut qui causam Dei non defendunt, ne-
quae huic neque hominibus placeant. Cur enim apud homines in aliqua autoritate &
pretio sit, cui Dei gloria & auctoritas sordet.

Magistratus in
iusti quales esse
feri debeant.
1. Pet. 2.

Docet praeterea locus hic quid iudicari debeat de magistratibus, qui verita-
tem & iustitiam oppugnant. Magistratus a Deo instituti sunt, & eos quoque ex
Deo esse, qui inter prophanas gentes hoc munere funguntur, Apostoli discreti-
stantur, & ideo Christianos homines Imperatoribus & ab his constitutis praesidi-
bus obedire olim iusserunt, ne religio propter eorum contumaciam & proteruiam
male audiret. Caeterum ut alia Dei instituta Satan peruertit & corrumpit, ut quam
Dei gloriae & hominum saluti debebant seruire, utriusque officiant: ita etiam frequen-
ter fit magistratibus, si superbiae, ambitioni, tyrannidi & alijs sinisteris affectibus se
decipi aut abripi patiantur. Tunc enim non Dei, sed diaboli ministri sunt, non alij
sed daemones sunt. Quod in eum quoque sine obseruari debet, ut habeamus, quod
illis responderi possit, qui magistratibus simpliciter obedire volunt, qualiacunque
sint, quae illi mandant. Hoc enim falso dici, hoc vno demonstrari potest, quod ma-
gistratus quoque non solum errare possunt, verumetiam Deo aduersa & iniqua
decernere. Quod si fiat, Apostolorum regulam sequi debent homines Christiani,
quae est, Deo potius obediendum esse quam hominibus. Hanc tot millia martyrum
utriusque Testamenti suo sanguine obsignarunt, ut portentum videri possit, si eam
negent, qui Christi nomen profitentur.

Act. 4.

Discipuli Chri-
sto relicto fuge-
runt.
Ioan. 16.

Sed quid discipuli praeterea fecerint, videamus, postquam Dominum videri
runt captiuum factum in hostium suorum manus venisse, qui toties iam vltra eius
insidiati fuerant. Id vero paucis absoluit Matthaeus, inquit: Tunc discipuli om-
nes relicto eo fugerunt. Ita facturos praedixerat Christus: Ecce veniet tempus, &
iam venit, cum dispergemini, unusquisque ad suos, & me solum relinquetis, &
Debit autem hoc fieri propter mysterium redemptionis nostrae, ut huius gloria
vni Christo accepta ferretur. Nam si quis discipulorum cum illo captus & abal-
ctus, vel modica ex parte perperisionum eius confors fuisset factus, quam amplam
& optatam ansam habuisset Satan decipiendi simplices & superstitiosos homines,
ut quae vni Christo debetur salutis gloriam discipulis communem faceret: Hoc ere-
go ut caueret Dominus, solus capi & vinciri, solus iudicio sisti & damnari, solus da-
nicus in crucem suffigi & mori voluit.

Quam indig-
ne factum a di-
scipulis fugien-
tibus.
Ioan. 15.
Luc. 22.

Obseruari autem debet in hac fuga, quam multa concurrant, quae eius indigni-
tatem arguunt & amplificant. Primo enim fugiunt discipuli, quos ipse ex gratia si-
bi elegerat, quos non seruorum, sed amicorum loco habuerat, quos nihil calarum
quibus nihil vnquam passus fuerat deseri, adeo ut de eo interrogati in vltima Coe-
na, libere confessi sint, sibi nihil defuisse: Fugiunt denique, qui se cum ipso mortem
adire velle promiserant. Et inter hos Petrus, qui paulo ante tyrocinium egregium
dederat, quando Dominum gladio arrepto contra armatam cohortem defendere
instituit. Hi (inquam) fugiunt. Et a quo nam? Relicto eo (inquit Euangelista) fuge-
runt. DE IESU CHRISTO autem loquitur, de quo Petrus aliquando confessio-
nium nomine facta publice dixerat: Domine quo ibimus? tu verba vitae aeternae
habes: quem item dominum suum & magistrum dixerat, in cuius nomine Euan-
gelium praedicarant, daemonia eiecerant. Fugiunt autem iam capto illo, & eum in
medio hostium, imò in vnguibus & faucibus luporum relinquunt, quem inter ami-
cos relinquere ipsis graue & molestum esse debuisset, nisi subitus metus ipsis omnem
offici-

Ioan. 6.

officij sui memoriã abstulisset. Apparet igitur in hoc exẽplo quanta sit carnis infirmitas in electis quoq; & vt hæc in sanctissimis interdũ fidei etiã ipsorũ præualeat, nisi spiritu suo Dominus illos sustentet & confirmet. Discamus ergo de nobis morte sentire, neq; vnquam obliuiscamur admonitionis Apostolicæ: Qui sibi videatur stare, videat ne cadat. Si enim hoc dilectis discipulis, si Petro, in quo tantus zelus ardor flagrauit, si Ioanni præ cæteris dilecto accidit, quid nobis fiat, qui nihil de nobis possumus sperare, quo illi abundarunt. Est quidem magna spiritus alacritas in electis: sed carnis infirmitas maior, maxime, si quando ipse Christus in periculis venit, aut hi causam eius deseruisse videntur, de quibus maxima quæq; speramus. Deinde nemo quoq; de alijs desperet, quos inbecilliores esse videt. Nã hic in primis locum habet quod prouerbio dicitur: Vir fugiens denuo pugnabit. Et qui hic tam turpiter fugerunt relicto Christo postea gloriosam pro illo mortem optinuerunt. Et huius generis exempla posteris seculis multa adita sunt. Cur ergo temere damnemus hodie aliquos, aut de nobis ipsis desperemus, si nos sentiamus nonnihil labascere? Qui hos olim confirmare potuit, idem in nobis faciet, si nonnihil operam sibi gloriosam fore intellexerit. Præterea hinc consolationem peramentem nobis veniant Christi verba, quæ paulo ante adduximus. Nam etsi omnes diffugiant, nosq; solos relinquunt non sumus tamen soli, quia Filius Dei non relinquit nos orphanos, sed ipse nobiscum est vsq; ad consummationem seculi. In illo ergo Dominus lux mea & salus mea, qui si pro nobis stet, tuto nobis dicere libebit: Quis contra nos? Nunc quid de Christo factum sit, videre oportet. De aduersarijs eius dicitur, quod captiuum factum abduxerint ad Caiapham Pontificem maximum, vbi scribæ & Seniores coacti erant vt cœtus ipsorum concilij generalis faciem referret, eo que plus haberet autoritatis. Vt ergo prius de illo occidendo consultarunt & decretum fecerunt in concilio post Lazarum à mortuis resuscitatum; ita nunc in concilio abducitur, vt huius autoritate damnatus Rom. præsidi tradatur, qui ipsum in crucem suffigat. Annotantur hæc diligenter ab Euangelistis, vt discamus non nimum tribuere concilij falsorum Anistitum qui sub primatu ecclesiastico priuata autoritatẽ & quæstum quarunt. Etenim istos in populo Dei primatum tenuisse constat. Sedebant in cathedra Moysis Christo teste, & lege Dei omnis ipsorum autoritas nitebatur: adeo vt capitale esset sententiæ summi sacerdotis contradicere. Atqui turpiter & pernitiöse errarunt, idẽ in præcipuo fidei & salutis capite, eum damnando in quo vno salus & redemptio humani generis habetur, & ignorantibus implent quod olim prædictum erat, dum ipsi, qui Ecclesiæ architecti habere prædestinauerat, vt esset fundamentum Zionis simul & caput anguli. Idem facturos esse successores quoque ab ipso Christo prædictum est. Nam Apostolis dicit: Tradent vos in confessus & à synagogis alienos facient & excludent: Quod de nullis alijs potest intelligi, quam ijs qui in Ecclesia præsident, vt penes illos sit concilia legem & ea pro suo arbitrio gubernare. Experti sunt horum tyrannidem Apostolis primum cœperunt prædicare, vt liber Actorum testatur. Nec meliores erroris prætextu primatum in Ecclesia sibi vsurparunt. Vetus quidem mos est, vt conuocentur & in nihilum redigerent: Et Apostolorum vestigijs institerunt patres, qui in Nicæna, Ephes. Chalcedonen. Constantinop. & his similibus Synodis cõuenerunt. At tunc legitime conuocabantur concilia, imperatorum autoritate regebantur,

1. Cor. 10.

Christus abducitur ad Caiapham in concilium.

Concilij nõ nimum debet tribui.
Mal. 2.
Deut. 17.

Psal. 118.
Matth. 21.

Act. 4. 5.

Act. 15.

qui Episcoporum quoque concertationes & affectus priuatos coercebant: & ut omnia ex Dei verbo decernerentur, curabant. At quid posteris temporibus factum sit & quid hodie fiat postquam Romani pontifices sibi in Ecclesia imperium acquiruerunt, res ipsa loquitur. Pontificia autoritate concilia indicuntur & reguntur. Nec alios quam in sua verba iuratos vocat Papa: alij vt rei & haeretici citantur. Pro iudicijs aguntur omnia, quod ex bullis ipsorum abunde demonstrari potest, quibus illa indicuntur. Canones, decreta Patrum, temporis longi praescriptio, consuetudines, & si qua alia sunt huius generis, verbo Dei & scripturis praeferruntur. Ideo Conciliorum exitus funesti sunt, & quia his non possunt acquiescere conscientiae hominum dubiae, ferè ad arma concurrunt, vt proverbio vulgari dicatur, Omne Concilium parit bellum. Et voluit Dei Filius proprio exemplo docere, quid ex Pontificum concilijs sperari debeat. Ab his ergo caueant sibi Christiani magistratus & principes. Horum enim autoritati Ecclesias & doctrinam subiicere, veritatem prodere est.

Petrus Christum
sequitur in au-
lam Pontificis
vsque.

Ceterum interferitur hoc loco aliquid de Petro, quod huic occasionem turpissimi lapsus praebuit. Nam Dominum qui abducebatur à longe sequutus est vsque in aulam Pontificis maximi: & hanc ingressus quoque consedit cum ministris, vt nem rei videret. Quod illum pio & sancto zelo fecisse, non est dubium. Decipitur autem sua confidentia, qua prius inter cenandum peccauerat. Nam etsi iam expertus esset se nihil fortiozem & praestantiozem esse alijs, cum quibus ipse quoque relicto Christo fugerat, adhuc tamen talis videri vult, & locum eum accedit, qui ipsi merito suspectus esse debebat, illis item sese sociat, qui manus iam iniecerunt Domino. Immemor item verborum Domini, cupit videre quid futurum sit, cum diserte hic praedixisset, Scitis intra duos dies pascha fore, & Filium hominis tradendum vt crucifigatur. Quod si de eo dubitabat propter Christi maiestatem & diuinam virtutem, quae ipsum de illo iubebant sublimius quid sperare, non debuit eius obliuisci, quod de ipso fidem abnegaturo ei praedixerat, cum iam ex fuga & metu ignauo sentiret, quid porro possit sequi. Sed quam turpiter falsus sit sua opinione, postea suo loco audiemus. Nobis suspectum sit quicquid carnis affectus suggerit, & precemur Deum patrem miserationum, vt nos suo spiritu confirmet in dei constantia, vt in finem vsque perseueremus. Amen.

H O M I L I A C C X C V I I .

Princeps autem sacerdotum & Seniores, & totus confessus querebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morte mulcarent: Atqui non inuenientes duo falsi testes accessissent, non inuenientes: Postremo vero ad triduo ipsum adificare. Et surgens Pontifex maximus dixit ei: Nihil respondes? quid illud est quod isti aduersum te testificantur? Iesus autem silebat. Et respondens Pontifex maximus dixit ei: Adiuro te per Deum viuentem, vt dicas nobis an tu sis Christus ille Filius Dei. Dicit ei Iesus, Tu dixisti: quin etiam dicam vobis, ab hoc tempore videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram potentiae Dei, & venientem in nubibus caeli. Tunc Pontifex maximus dirupit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit, quid amplius egemus testibus? ecce nunc audietur mortis poena: Tunc inspuerunt in faciem eius, & colaphos ei inflixerunt, alij vero bacillis eum ceciderunt, dicentes: Vaticinare nobis Christe, quis sit qui te percussit.

Audiuimus

Avdimus Filium Dei IESVM CHRISTVM captum & vinctum in domum Caiaphæ Pontificis abductum fuisse, vt illic ad mortem damnaretur. Vt vero hoc factum sit, deinceps narratur. Sunt autem narrationis istius tria Capita. Primum docet qui Iudices fuerint, qui in causam Christi inquirere & de illa pronuntiare debuerunt. Alterum qua forma aut modo processum huius actionis instituerint. Postremum quam indignis modis & quam inhumaniter damnatum tractarint. Porro summa omnium istorum hæc est, IESVM CHRISTVM propter veritatis confessionem iniquè & iniuste damnatum esse eius impietatis, cuius nos rei eramus, vt nostra peccata suæ mortis merito expiaret, & per illum nos seruariemur.

Quoad primum nominantur principes sacerdotum, & inter hos Caiaphas, qui eius anni Pontifex erat, vt alibi dictum est. Et quoties multorum mentio fit, qui Pontifices aut Sacerdotum principes fuerunt, toties Iudæorum impietas & audacia notatur, qui contra Dei Legem plures instituerunt, cum vnicus esse deberet, qui Christi personam referret, qui Ecclesiæ suæ sacerdos est in æternum, & nec successorem neque vicarium habet, qui ipsius vices obeat. Sub Sacerdotum nomine Scribæ etiam censentur, qui Legis interpretes erant. Accesserunt his Seniores, viri nimirum politici, qui Rempublicam Iudaicam administrabant, quantum illis licebat per Romanos, qui illos iam pridem sua libertate spoliatos non patiebantur suo iure viuere, nisi quatenus quoad sacra & religionem illis aliquam diuinitatem permittebant: quam durare oportuit vsque ad Christi tempora, in quo typica omnia impleri dabuerunt, quibus impletis & abrogatis, Respublica quæ Iudaica cessauit. Sæpe autem horum mentio fit, quoties de Christi aduersariis agitur, vt appareat quam indigna sit eius in terris sors siue conditio. Vt enim olim cum ad suos veniret, ab eis non receptus est, sed hostes acerrimos habuit, quot fieri in Ecclesia & Republica auctoritate & existimatione excellebant: ita hodie qui in aliquo sunt pretio, ab ijs autem solis ametur & colatur, quorum nulla est in mundo auctoritas. Id vero nos adeo non offendere debet, vt potius in fide confirmari debeamus. Ex eo enim apparet, religionem & doctrinam Christianam non ex hominibus, sed ex Deo esse, nec humana, sed diuina auctoritate niti. Vere ergo à Christo dictum est olim, Cælum & terra præteribunt, ex verbis autem meis non cadet Iota vel apex.

Quoad formam vero & ordinem siue processum actionis, quem isti secuti sunt, merito reprehendi debent. Nam cum prius mortis sententiam aduersus illud decreuerint, nunc demum quærunt quo prætextu illum velint occidere. Præiudicio ergo agunt, quod eo iniquius est, quod cum rationibus iustis se destitui videant falsa testimonia conquirunt, quibus iustum & innocentem opprimant. Et testes quidem falsos plures & varios aduersus Christum productos fuisse ex contextu huius historiae euangelicæ potest colligi. Nam dicitur quod etsi multi falsi testes sisterentur non inuenisse tamen præsides istos Concilij, quod ipsis potuerit sufficere. Tam erronea absurda fuerunt illa testimonia, vt eorum ipsos puderet, neque saluo pudore illorum vel apud vulgus vel apud Præsidem Romanum possent meminisse. Tandem duo falsi testes prodeunt, qui illum dixisse aiunt. Possum dissoluere templum Dei, & triduo ipsum ædificare. Habet horum testimonium aliquam verisimilitudinis aut probabilitatis speciem. Nam tale quid Christum dixisse, apud Ioannem legitur. Cum enim peterent Iudæi, vt signo aliquo probaret, se diuina auctoritate facere quæ faciebat, respondit: Destruite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Id vero falsum testimonium fuisse, Matth. scribit, & ipsos falsos testes vocat.

Qui iudices contra Christum confederint. Psal. 110.

Quo ordine processum aduersus Christum

1047. a.

tria nobis atrox fiat & nominis quoque nostri fama periclitetur, erit tamen ali-
quando dies, in quo arcana cordium reuelabuntur, & qua suorum memoriam De-
us auferet.

Sed quia falsis testibus nihil profici videt Caiaphas, maiori gravitate opus esse
arbitratur, & è folio surgens & ad artes conuersus, ex ipsius Christi ore aliquid eli-
cere conatur, ex quo eius damnandi occasionem inueniant. Nam cum Pontificali
authoritate ait illi: Adiuuro te per Deum viventem, vt dicas nobis, an tu sis Chri-
stus ille Filius Dei? Duo quarit quorum vtrumque impijs calumniatoribus vber-
rimam materiam calumniarum suppeditare poterat. Primum an sit Christus, id est
vinctus ille Dei, promissus populi seruator, Rex & sacerdos tot seculis à Patribus
expectatus. Alterum, num sit Dei Filius: vt in Christi etiam nomine nouam habe-
at cauellendi ansam. Scimus enim Sacerdotes & Scribas Iudæorum tunc temporis
cognitionem Mesia multas figmentis & opinionibus crassissimis & carnalibus
obscurauisse. Nam ita sentiebant Dauidis Filium vt vix aliquid sublimius & homi-
nem aut de illo sentirent, Dei Filium certe prorsus ignorabant. Fuit autem captio
sa plane hæc adiuratio & quaestio. Si enim affirmat Christus, habent quod qua-
runt, & ille captus tenetur. Sin negat, de multis accusare possunt, quæ præter offi-
cium ex priuata temeritate fecerit. Sin taceat, iam non Pontificali modo digni-
tatis, verum etiam diuini nominis prophanus contemptor dicitur. Tanta est
hypocritarum astutia, tanta impietas & audacia, vt sub Dei nomine Sanctis
imponere norint, neque illo impiè abuti vereantur, & si hoc sciant nunquam im-
punè fieri.

Caiaphas Chri-
stum captiose
adiurat.

Quid vero Christus? Veritatem neque negat aperte, neque turpiter dissimulat
sed simpliciter respondet, Tu dixisti: vt ostendat, tam certò constare, ipsum esse pro-
missum Dei Filium & Seruatorem, vt ne ipsi quidem negare possint, sed tunc aper-
te fateantur, quando negare volunt. Sed quia vili assumptæ humanitatis specie il-
los offendi sciebat, ad futuram gloriam illos remittit, adeoque ad suum tribunal ei-
dem ad dexteram dico vobis, ab hoc tempore videbitis Filium hominis se-
sedere coram vobis sicut reus, & meæ vitæ ac mortis arbitrium penes vos esse videtur:
& quem vicissitudo erit. Sum enim is, quem Pater sibi à dexteris considere iussit,
tunc ipsi meo iu-
dicio sistemini, vt pœnas vestræ impietatis feratis. Hactenus ergo non ignauo me-
suo exemplo, quid fieri debet cum apertis & incurabilibus fidei veræ aduersarijs.
Liberam sit & sincera veritatis confessio & scripturarum testimonijs, quoad eius fie-
ri potest, confirmata. Admoneantur item grauiter vt sibi cum Deo iudice rem esse
sciant, & ferocire desinant.

Christi respo-
sio simplex &
fortis.

Psal. 110.
Dan. 7.

At non mouent hæc Caiapham hypocritam, qui audito Christo dirupit vestes
& illum blasphemiam damnat, se vero blasphemiam omnis, qua homines mortales di-
cuntur, & mortis reum esse confusis clamoribus testantur. Ita vero Christus pro-
prie veritatis confessionem impietatis extremæ damnatur, quasi templum Dei de-
struere voluerit, & diuinitatem improbe affectarit: vt nimirum nostram culpam
expiet, qui corpora nostra, quæ Deo consecrata templa sunt, quotidie profana-
mus, & aduersus Deum peccando nos illi præferimus. Vtinam vero Caiaphæ ex-
emplum diligentius expendere, qui hodie Pontificum & multorum aliorum bla-
spemias, quibus Dei gloriam sibi vendicant, non modo patienter ferunt, verum-
etiam defendunt & propugnant, suæ fidei deniq; creditos illis subscribere armis co-
gunt. Sentient illi aliquando Dei Filium seuerissimum suæ maiestatis vindicem.

1. Cor. 3. 6.

A seruis indig-
nissime tracta-
tur Christus.

Isa. 50.

At non quieuit hypocritarum furor, etsi Christum solenniter damnatum, & post paucas horas crudeli supplicio moriturum sciebant, sed volunt, ut à seruis quos sui similes habebant, indignissimè & iniquissimè tractetur. Hi enim in facie eius inspuunt, colophos item illi infringunt, eandem bacillis eadunt, quod maxime contumeliae signum erat antiquitus. Et quia maioris ignominiae ergo faciem eius prius velauerunt, ne videre posset à quo feriretur, per ludibrium interrogant: Vaticinare nobis Christe, quis sit qui te percussit. Quia illum sciebant populo in di- gnì Prophetae loco habitum fuisse, hoc turrili contemptu populi de Christo indi- cium damnant. Et hoc est, quod se passurum esse olim per Isaiam praedixerat: Cor- pus meum praebui percutientibus, & genas meas vellicantibus: faciem meam non abscondi à contumelijs & sputo. In his verò cogitemus, haec omnia propter nos fa- cta esse: & licet generosis animis contumeliae eiusmodi intolerabiles videantur, nos tamen, si quid huius nobis accidat, non offendamur: Ira enim nobis patefacta est facies Dei, in qua est satietas gaudiorum, qua olim cum CHRISTO IESU fruemur.

H O M I L I A C C X C V I I I .

Petrus autem sedebat extra in aula: & accessit ad eum quaedam ancilla, di- cens: Es tu cum IESU Galilaeo eras. Ipse verò negavit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas. Eum autem egredientem in vestibulum vidit alia ancilla, & dixit ijs qui erant illic: Et iste erat cum Iesu Nazarano. Tunc rursus negavit cum iureiurando: Non novi hominem. Paulo post autem accesserunt qui astabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex ipsis es: nam & loquutio tua te manifestum fa- cit. Tunc cepit seipsum deuovere & iurare, dicens: Nō novi hominem. Et statim gallus misit vocem. Tunc meminuit Petrus verborum Iesu, qui dixerat ei, prius- quam gallus vocem mittat, ter me abnegabis. Et egressus extra, stetit amaro.

Cur sanctorū
vitiā describan-
tur.

Iac. 3.
Psal. 116.
Ephes. 2.

Spiritus sanctus non solum egregia sanctorum facta, verum etiam eorum vitia & lapsus narrat, non ut eorum existimationi aliquid detrahat, sed ut Scri- pturarum Veritas confirmetur, & quod eiusmodi exempla plurimum faciunt ad nostram institutionem. Primò enim nostrae nos infirmitatis admonent, ut eò dilige- gentius vigilemus. Deinde solantur aduersus conscientiae tentationes, ne quando lapsi de salute desperemus, sed meminerimus nobis nō aliud accidisse, quam quod olim sanctissimi quique passi sunt, quos Deus in gratiam recepit. Adhaec poenitentiae vera exempla & formulas tradunt, quas tuto sequamur. Decent item nos nulli ho- minum fidere debere, nec quenquam in tanta aestimatione habere, quasi errare aut labi non possit. In multis enim labimur omnes & omnis homo mendax est: & ideo maledictus & infelix est, qui fidit homini, & facit carnem brachium suum. In solo CHRISTO IESU est veritas, & idem fundamentum est Prophetarum & Apo- stolorum, quo tuto niti possunt quicumque seruari volunt. Haec omnia cum in Petri lapsu habeantur, qui Christum turpiter abnegavit, illum dignum iudicauit Spiritus sanctus, qui ab Euangelistis omnibus diligenter describeretur. Vt vero nobis melius seruiant institutioni quae hic acciderunt abnegationes singulas sic vi- dere oportet, ut singularum occasiones probe expendamus.

Occasio huius
lapsus.

Principium & occasio omnis mali fuit (vt nuper annotauimus) quod Petrus gra- uissimarum admonitionum Christi immemor, hunc cum abduceretur, à longè se- cutus, & atrium quoque Pontificis ingressus eū eius seruis confedit, ut rei finē vide- ret. Hic mox alia atque alia occasiones inciderunt, ex quib. subinde in deterius pro- lapsus est. Etenim adhuc extra in aula sedentem accepit ancilla ostiaria (vt Ioannes illam

illam dicit) & illum compellans ait: Et tu cum IESU Galilæo eras. Nec acerbius de eo altera loquitur, quæ astantibus dicit: Et iste erat cum IESU Nazareno. Fuit hæc leuicula ad tam graue scelus occasio. Nam si personam ancillarum spectes, rîdiculum fuerit tantum Apostolum ad vocem mulieris perterrefieri. Deinde verba quoq; nihil minarum aut terrificum sonabant. Nam etiam cum Iesu illum fuisse dicerent, nihil tamen periculi ex eo timeri poterat. Fuerant enim hæctenus multi omnis loci & ordinis viri & mulieres cum Christo, quibus omnibus nihil mali ex eius consortio acciderat. Cur ergo sibi metueret Petrus, qui paulo ante ad montem oliueti pugnans tutus ex medijs hostibus euaserat: Sed ita solet carnalis confidentia in turpissimum metum degenerare, si primum conatum successu carere viderit. Vult enim rei huius ignarus videri, cum dicit: Nescio quid dicas. Eho nescis Petre quis sit IESUS hic Galilæus? Nescis eum esse de quo non ita pridem dixeras, Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & nouimus te esse Christum illum Filium Dei viuentis? Num vero nunc te pudet eius, quem pauperis & miseril piscatoris non puduit? Et quæ alia causa responsi tam abigui potest adduci. Sed nihil proficis sic respondendo. Tu quidem sic eludere vis ancillulam, ne Christum libere confitendo in periculum venias, nec tamen eum negauisse dicaris: sed audis Spiritum sanctum de tuo facto pronuntiantem: Ipse vero negauit coram omnibus dicens: Nescio quid dicas. Ergo Christum negauisti, non coram muliercula vili & ancillula obscura, sed coram omnibus, ijs nimirum quoq; quorum fauorem tibi demerendum esse putauisti, &c. Debet hinc dogma generale peti, Christum non modo disertis verbis, verumetiam dissimulatione abnegari: Huius vero quasi mater est carnis prudentia, quæ vt causam fidei, ceu nihil ad nos pertinentem à nobis rejiciamus iubet. Quod hodie tam vulgare est, vt multi summam prudentiæ laudem in eo quarant, si quando de fide interrogentur. Sed illis seruit illud Domini: Quæcunq; puduerit mei ac meorum sermonum in gente ista adultera & peccatrice, Mar. 9. eius pudebit etiam Filium hominis, quando veniet in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. Nam solet alia quoque consilia suggerere carnis ratio, si semel in consilio adhibeantur: quod Matthæus, de altera quoque ancilla dicturus, non obscurè docet. Nam Petrum in vestibulum exiuisse scribit: nimirum vt peccandi occasiones, quas cœperat sentire, declinaret. Videbat enim sibi non tutum fore in positione domo versari. Sed cum vt ex incendio deberet subito exilire, eiusmodi secessum vult facere, quæ ipsum non suspectum faciat, neque noui periculi causa profect, vt iam diserte Christum abneget, cuius illum cœperat pudere. Nam cum iureiurando dicit, Non noui hominem. Itaque iam non modo ignauus fidei dissimulato, sed palam mendax, sed periurus est. Et hi confidentiæ & prudentiæ carnis fructus sunt, quibus fere regi solent, qui principum huius seculi & præsulum Antichristianorum aulas sequi solent, vt inter horum satellites calefiant, id est, lucrum

Et huc facit, quod apud alios Euangelistas disertè narratur de Petro, qui cum neque in aula neque in vestibulo Caiaphæ se tuto versari posse videret, non tamen erupit, vt par erat, sed suæ prudentiæ & carnis rationi adhuc indulgens seruis positionem se intermiscuit, inter quos ad ignem consedit, vt se calefaceret. Illic iam grauior & periculosior abnegandi occasio offertur. Nam à seruis illis tentatur, qui non simpliciter dicunt, illum aliquando cum Iesu fuisse, sed argumentis vrgent, quæ ex ipsius ore petunt, dicentes: Verè & tu ex ipsis es: nam & loquutio tua te manifestè facit. Erat enim alia Galilæorum dialectus quam eorum, qui Iudæam incolabant.

Petrus seipsum deuouet & exccratur.

Mala. 4.

Isa. 44.

Petrus pro-
pria infirmita-
tis sensu exci-
tatur.

1. Pet. 5.

Rom. 8.

Pœnitentia Pe-
tri.

Occasiones ex
terna.

Num. 23.

Quò magis ergo negabat Petrus, se cum Christo fuisse, eò magis patebat eum Galilæum esse. Quæ causa fuit, vt deierationibus temerarijs execrationes quoque adderet, quibus seipsum deuouebat. Et est obseruatu dignissimum, in Pontificis aula tam feigidum factum fuisse Petrum, qui prius præ alijs in Christi amore feruebat. Typum enim nobis exhibet eorum, qui alicuius commodi externi causa Christo renuntiant, vt aduersarijs & hostibus eius magis propitijs vtantur. Quid enim aliud fiat ijs, qui ab eo recedunt, qui est Sol iustitiæ, quam vt primum tepidi fiant, & mox frigescant etiam. Nolunt quidem tales videri, & ideo prunas superstitionum, quæ religionis speciem aliquam referunt, vndique congerunt, & cultus subinde novos intruunt, & se interdum probe calere putant. Sed non alius ille calor est, quam quem Isaias idolorum sculptoribus tribuit, qui partem aliquam ligni in imaginem formant, quam proni adorant & pro Deo colunt: ex alia parte focum incendunt, coquunt sibi cibum, & ad ignem sedentes dicunt, Euge caleo. Talis omnino iam est Petrus qui dum sibi ipsi consulere vult, subinde in peius proficit, & seipsum proprii oris testimonio condemnat. Dum enim negat se nouisse Christum nonne fateretur se indignum esse, quem hic pro suo agnoscat? Et dum in aula Pontificis sibi locum parat, vt ex regni Christi cœlestis aula eijciatur, meretur.

Sed obseruari debet in his singulare prouidentia Dei consilium, qui Petrum quem confidentiorem æquo esse sciebat, & qui aliquando afflictionum omnium Christi testis esse debuit, propria infirmitatis sensu & experimento (vt sic loquitur) suæ incredulitatis ad constantiam maiorem exercere & armare voluit. Quis enim dubitet, illum postea eò modo in caluisse in asserenda illius gloria, quem adeo turpiter abs se negatum esse cogitabat. Debemus idem de omnibus sperare quos hodie in persecutionibus infirmitate carnis superari videmus. Manent enim in eis scintilla & fomites diuini amoris, & hæc causa est vt ipsis omnia adiumento sint in bonum. Nam vt pro carnis corruptæ ingenio occasiones peccandi facile arripiunt: ita eisdem Spiritus Christi accendit & excitat, vt non minus industrij sint & prompti in obseruandis occasionibus, quibus ipsos ad resipiscendum Dominus reuocat.

Exemplum eius rei etiam in Petro apparet, cuius pœnitentiam ita Euangelistæ describunt, vt formam tradant, quæ perpetua in Ecclesia obseruari debet. In illa ordinem diligenter spectare oportet, vbi duo concurrunt. Primum occasiones narrantur, quæ illum mouerunt, vt de salute serio cogitaret. Fuerunt hæc alia externa, alia interna. Ad externas pertinet, quod gallus mittit vocem suam, & quidem bis, vt expressè & distinctè Marcus annotauit. Fit ergo illud, de quo Dominus illum admonuerat, vt haberet, quo in viam reuocaretur. Quia enim pro carnis ingenio externis intenti sumus & ducimur, vt foris adhibeantur nobis media oportet, quibus excitemur. Itaque per galli cantum hic significantur omnes admonitiones, quæ foris adhibentur à Deo, & quæ multæ atque variæ sunt. Huc referri debent priuata amicorum admonitiones. Obrectationes item & calumnia hostium, quæ si prudenter obseruentur: sæpe plurimum profunt, quando deus admonent, quæ amici veri præ amore vel non obseruant in nobis, vel distimulant, dum nolunt offendere. Sunt item improuisi casus, quibus peccantes excitat Deus: Tale quid erat, quod Baalami asina præter morem refragabatur, vt illius pedem ad murum læderet: vt nimirum inde colligeret, hoc non sine certo Dei consilio fieri. Idem prodigiorum vsus est, quibus similiter excitamur, vt de Dei ira se de cœlo & in alijs mundi partibus nobis manifestante cogitemus. In primis quo summis templorum vastigijs & turribus gallorum imagines imponuntur, quibus officij admonentur antistites, vt peccantes obseruent, & de pœnitentia admonent. Sed

Sed frustra foris admonemur, nisi corda Deus moueat, vt ijs, quæ fiunt & dicuntur, attendant. Ideo vt primum gallus cecinit, Dominus (vt Lucas annorauit) condum dixerat, coepit de seria ad Dominam conuersione cogitare. Et hoc quidem ordine adhuc utitur Deus. Est enim humani generis amantissimus, & nos vult saluos fieri & in veritatis cognitionem venire.

At hic Petrum nos imitari oportet, ne nobis ipsis remoras salutis opponamus. Non contemnit ille vocem galli, quia auis vilis & contempta: quia item quotidiana de occasiones poenitentiae. Non hoc est, vt post mediam noctem galli canant: Sed cogitat quid Dominus dixerit: quid item hic de peccato isto abnegationis pronuntiarit. Ex ijs ergo de suo factio iudicat, & sceleris atrocitate cognita, absque mora egreditur ex Pontificis domo, & slet amarè: nimirum animo reputens vetera beneficia Christi, & simul cogitans vnde exciderit. Ista vero non potuerunt fieri, quin locum, qui sceleris occasionem dederat, & huius auctores animo suo detastatus sit. Lachrimæ autem cordis contriti indicium fuerunt, & simul de confessione peccati testantur. Conuenit ergo Petri exemplum cum multis alijs, quæ in Scripturis proponuntur: qualia sunt Davidis, peccatricis apud Lucam & similia. Debent autem sibi ipsis accomodare apud omnis loci & ordinis homines: & quia (vt Dominus de nouissimis temporibus pramonuit) charitas refrigit, iniquitas vero abundat, Dei quoque ira sese manifestat vbique, neque cessat Dominus excitare gallos suos, & inter hos Verbi premones, qui non cantu solum, sed increpatione & minis ad poenitentiam totum mundum excitant. Inter hæc vero non obscuris indijs gratiam & bonitatem suam Deus nobis offert, & indignos oculis benignis respicit, intra animos nostros conuincit, vt multi etiam inuiti cogantur scelera fateri, & sibi ipsis pessima quæque ominentur. Agnoscamus ergo hæc diuinitus fieri, nec contra Deum fremamus: sed studijs ad germanos discipulos Ecclesiæ reuertamur, quibus Petrum quoque se iterum conuinxisse ex ijs apparet, quæ post resurrectionem facta sunt. Ita nobis quoque, illucescet Christus, vt nos in gratiam receptos seruet ad nominis sui gloriam, Amen.

1. Sam. 12.

Psal. 52.

Luc. 7.

Matth. 24.

C A P V T XXVII.

H O M I L I A C C X C I X .

Mane autem cum esset, consilium ceperunt omnes principes sacerdotum et Seniores populi aduersus IESUM, vt eum morte multarent. Et vin- dum eum abduxerunt, ac tradiderunt Pontio Pilato praesidi. Tunc Iudas, qui eum prodiderat, videns eum damnatum esse, poenitens retulit triginta argenteos numos ad principes sacerdotum & Seniores, dicens: Peccavi prodito sanguine in noxio. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et ipse abiectis illis numis agrum accepit in templum, secessit, & abiens strangulauit sese. Principes autem sacerdotum acceptis numis illis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in Corbonam: quoniam precium sanguinis est. Consilio autem capto emerunt ex eis agrum illi figuli ad sepulturam hospitium. Quapropter vocatus est Ager ille, ager sanguinis vsq; in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem, Et acceperunt triginta numos argenteos, precium aestimati, qui aestimatus fuit a filijs Israel: Et dederunt eos ad emendum agrum figuli, sicut con- stituit mihi Dominus.

Omnis loci & ordinis homines Christum reiecerunt. Ioan. 1.



MEMORABILE est Ioan. Apostoli & Euangelistae de Filio Dei Domino & redemptore nostro dictum, illum ad suos venisse, suos autem ipsum non recepisse. Suffragatur huic tota Euangelij historia, in primis vero ea pars, qua eius passio & mors describitur. Haec enim docet, omnes hominum ordines aduersus illum conspirauisse. Inter Iudaeos enim, qui Dei peculium erant, & ad quos Christus potissimum pertinebat, cum ipsis promissus, & ex ipsis natus esset, erant primi Sacerdotes, Scribae & Seniores. At hi omnes illum oderunt, & non quieuerunt, donec in potestatem suam redactum occiderunt. Ab his pependit populus, olim in suas tribus diuisus, in quo infimum locum tenebant serui tum publici tum priuati. At nullus horum ordinum est, qui se sanguinis Christi immunitatis dicere, cum ex Apostolorum numero vnus prodat illum, aliter turpiter negat, reliqui omnes turpi fuga eum deserant. At quia Iudaeis non licebat aliquem occidere, ipsi vero vellent publica autoritate eum mori, vt mortis ignominia in doctrinam eius redundaret, & hanc in contemptum & odium adducerent: narratur nunc vt in concilio damnatum Pilato praesidi tradiderint: quae prima huius loci pars est. Additur huic infelix Iudae proditoris exitus.

Praesidi Romano traditur Christus.

Ioan. 11.

Ad primam pertinet quod scribitur: Mane autem cum esset consilium, conperunt omnes principes Sacerdotum & Seniores populi aduersus IESUM, vt eum morte multarent, & vinctum eum adduxerunt, ac tradiderunt Pontio Pilato praesidi. Fuit hic secundus hostium Christi conuentus vel tertius. Primus enim censeretur potest, in quo post Lazarum a mortuis excitatum decretum fuit necesse esse vt ipse moriatur, ne crescente eius autoritate populus tumultuetur, & Romani aliquid durius cum totius populi incommodo in illos statuatur. Secundus cuius in titio Capitis praecedentis mentio facta est, ex quo aliqui ex Sacerdotibus cum tempore praefectis & seruis atq; militibus ad illum capiendum emissi sunt, & in quo vnus nuper audiuimus illum impietatis damnarunt, vt mortis reum: & seruis suis turpiter & crudeliter illudendum tradiderunt. At quia (sicut nuper diximus) ipsis non licebat illum absque praesidis consensu occidere (quod paulo post ipsi apud Ioan. nem confessi sunt) necesse fuit, nouo et tertio conuentu, in quo deliberaretur, quid Pilato praesidi praetendere, & quas suae condemnationis causas praetexere velint. Itaque vesperi quidem, cum diem totum inter laboriosas curas & consultationes consumpsissent, tandem fessi sese quieti & somno dederunt (quo interim Dominus Christus non potuit frui, quem illorum serui inhumanissime tractauerunt, & ne quid negligant in re, quae ipsis tantopere cordi erat, primo diluculo surgunt, & denuo conuenientes consilium ineunt, de quibus criminibus Christum accusare velint, vt Pilato persuadeant, dignum iudicari debere, qui ignominioso aliquo & atro mortis supplicio multetur. Interim (vt fieri solet de IESU capto sparsus est in vrbe rumor, & apud Pontificis domum populus confluit, & post deliberationem longam, in qua crimen blasphemiae, & quod se Filium Dei dixisset (vt Lucas scribit) repetitum confirmarunt, tota populi multitudine ipsas conmittante, vinctum abduxerunt ad praetorium & Pilato Praesidi Romano tradiderunt.

Christus ad thronum gratiae nobis accessum fecit.

Vbi primum obseruari debet, quod hic subest, salutis & redemptionis nostrae mysterium. Nam ideo ad prophani & ethnici iudicis tribunal sistitur Dei Filius, vt nobis suo merito accessum tutum faceret ad thronum gratiae, a quo procul arcuere merebamur. Hinc ergo consolationis argumenta petenda sunt in tentationibus conscientiae: simulque huius nos meminisse decet, quando qui nullius sceleris nobis conscius sumus, vt facinorosi tractamur, vt omnibus suspecta fiat nostri nominis existimatio.

Interim proditur hic pontificum & Seniorum populi Dei, qui architecti Ecclesiae

eleſta videri & dici volebant, improbitas: qui controuerſiam de Meſſia, præcipuo religionis capite, Iudici prophano & gentili atq; alienorum deorum cultori ſubijciunt. Quis enim hos veri Dei cultum vnquam ſerio curauiffe dixerit? Similes hiſ item hodie fratres, Chriſti profeſſores apud Turcarum tribunalia accuſant: qui Dei cultum & publicos hoſtes in patriæ viſcera adducunt, vt horum armis verum ambitioſorum ſacerdotum diſſenſiones huius malæ cauſa fuerunt. Vtinam alieno exemplo ſaperet Germania. Imò vtinam in vicina Gallia & Belgico obſeruent, quæ ad ſuam pacem faciunt.

Præterea docemur præſenti exemplo, quæ vulgi inconstantia & ingratitude ſit. Aliàs Chriſtum quaſiuerunt Iudæi, vt Regem crearent: & ante paucos dies illi acclamationibus lætis exceperunt ac deduxerunt, adhæc veſtes ſubſternendo ſe ad omne officium paratos eſſe confeſſi ſunt. Nunc indignum iudicant, qui in populo Dei cenſeantur, & eius caput iudicis ethnici arbitrio ſubijciunt. Ne ergo vulgo quis fidat, beſtiæ multorum capiti: neque ingratitude ſimili aliquis offenda- tur. Seruabit enim ingenium ſuum mundus: quod eſt, ſeruere, ſi quando priuati commodi ſpes ſeſe offert. At ſi hæc fallat, & in primis, ſi religionis & veritatis cauſa periclitandum ſit, rarus eſt, qui hoc ſibi perſuaderi ſinat, vt cœleſtia terrenis, ſu- mercedem, quæ in cœlo, ipſis reſpoſita eſt, reſpiciunt.

Cæterum priuſquam narret Euangelista noſter, quid Pilatus cum Chriſto ege- rit, inter ſeritur hoc loco infelix Iudæ proditoris interitus, quem ſcleris ſui conſci- entia in deſperationem abduxit, vt ſibiſiſ mortem violentam accerſeret. Habet autem hæc hitoriæ pars locos aliquot memorabiles & obſeruatu dignos. Primus eſt exemplum falſæ & inutilis pœnitentiæ, quod veræ & ſalutaris pœnitentiæ ex- emplo, quod in Petro nuper vidimus, opponitur. Alter eſt de Sacerdotum impro- bitate, qui Iudæ tanti ſcleris ſimul & interitus authores fuerunt. Tertius de I E S U CHRISTI potentia, & quàm facile illi ſit ſuos hoſtes vlcifci. Quartus, quàm hor- rendum & abominabile ſit ſanguinis innocentis effuſio. Vbi exemplum horrendum iudicij diuini proponitur in eos, qui Chriſtum pretio vel vendunt vel emunt, ſecq; ſanguinis ſeruorum Chriſti reos faciunt. Quibus accedit myſterium redemptionis, quo totus mortis Chriſti fructus adumbratur. De quibus breuiter dicemus, quæ annotare opus eſt.

Quoad pœnitentiã Iudæ, in itidò videntur omnia conuenire cum Petro. Vi- det actum eſſe de Chriſto, nec aliquem ſuper eſſe vitæ eius ſpem, cùm à Iudæis pu- blica Concilij authoritate damnatus, & nunc Pilato præſidi ex populi conſenſu tra- ditus ſit. Etenim ſperauit fortassis hucuſq; illum non paſſurum, vt aduerſarij al- quid durius in ipſum ſtatuant, cùm diuinitatem ſuam toties ante declarauiffet: aut populum non tam facile fore, vt in Sacerdotum partes tranſiret, & cum hiſ ad- uerſus Chriſtum tam bene de plerisque meritum conſpiraret. At nunc videns ſe o- mni ſpe falſum, & ſimul priorem, quam cum illo habuit conſuetudinem in men- tem reuocans, ſcleris admiſſi pœnitentiã ducitur, & corde ſuo conteritur adeò, vt pecuniam, quæ illius ipſi cauſa fuerat, oderit & deteſtetur. Nam triginta argenteos reſert ad principes ſacerdotum, & hiſ fatetur ſcelus ſuum, dicens: Peccaui, prodi- na. Nec enim ad Chriſti diſcipulos, vt Petrus reuertitur, vt Eccleſiæ ſe reconciliet, ſed ad ſacerdotum principes & ſeniores ſe confert, qui illi ſcleris authores fue- rant, & quos capitales Chriſti hoſtes adhuc eſſe nouerat. Illis ſcelus fatetur, & eius conſcientiã abſorptus ſuspendit ſe. Fuit ergo hæc inutilis pœnitentiã, qualis in Pa-

Vulgi inconsta-
ntia & in-
gratitudo.
Ioan. 6. & 12.

Iudas falſe &
inutilis pœni-
tentie exem-
plum.

patu docetur : In qua peccati agnitionem, cordis contritionem, confessionem, & quidem Sacerdotibus factam, & his mandatam satisfactionem est videre : Sed quia fides ipsi deest, finis horum omnium est suspendium. Ita fit omnibus, qui fide in Christum destituti, alijs vijs siue medijs sibi & saluti suae volunt consulere. Hoc enim tentationum suarum artibus & laqueis circumuenit Satan. Fide ergo opus est, quae in Dei promissiones & misericordiam respiciat, quarum omnium completum in vno IESU CHRISTO habetur, quidem poenitentiae & remissionis author est, vt Ecclesia Apostolica fatetur. Act. 5.

Sacerdotum erga Iudam iniquitas.

Deinde horribilis est, quae hic elucet, Sacerdotum improbitas & ingratitude. Ipsi enim tanti sceleris ei authores fuerunt, nec extra culpam sunt, cum pretium sanguinis contra innocentem ipsi exposuerunt. At ipse nunc miserum & desperandum, non solum deserunt, & omni consolatione destituunt, sed responso suo perinde vt violento impetu propellunt in desperationis barathrum. Cum enim dicunt, Tu videris, satis testantur, scelus hoc atrocius esse, quam vt ipsi ei mederi possint : & ita ad sua opera illum remittentes, suspendij illi authores sunt. Hanc mercedem recipiunt, quicumque cum impijs praefulibus & Antichristianis conspirant. Nam ablegantur ad suas satisfactiones, quae non aliud quam desperationem pariunt : cum conscientiae aestus nihil praeter fides in meritum Christi possit refringere.

Potentia Christi in vlciscendo hostes suos.

Nec oscitanter praeteriri debet potentia Christi diuina, qua suos hostes potentissimè vlciscitur. Nam etsi in Concilio damnatus, nunc vincetus quoque coram iudice Ethnico stet, iam iam in crucem infamem suffigendus, ita tamen hostes suos vlciscitur, vt nullus ad ipsos ex iniuria sibi facta fructus perueniat. Iudas non modo sceleris propria confessione sese infamat, sed insuper vitam sibi ipsi aufert, & perfrui possit. Sacerdotes vero primarij authores sceleris se ipsos infamant, dum scelus expiare volunt. Similia exempla videmus in tyrannis persecutoribus, qui Ecclesiam quae Christi sponsa est, infestant. Qui enim olim in statu humilitatis suae tantum potuit, quid non posset nunc, quando omni potestate in caelo & in terra accepta, ad dexteram Patris consistet.

Sanguinis innocentis effusio quam detestabilis sit.

Docet item exemplum hoc, quam horrenda & abominabilis censeretur debet sanguinis innocentis effusio. Horret scelus hoc Iudas, & pecuniam, quae illius causa ipsi fuerat, ceu prunas ardentes ex sinu excussas abijcit. Eandem horrent & abominantur sacerdotes, vt eam neque in templi thesauros reponere, neque alijs sacris vrbibus addicere, neque quantumuis auari inter sua reponere velint, empto ex illa scelus admissum non obscure fatentur. Et dum hoc expiare volunt, empto ex illa agro figuli in sepulturam peregrinorum, qui religionis ergo Ierosolymam aduentantes, ibidem interdum moriebantur : hic quoque inde nomen accepit, vt ager sanguinis dicatur : Et simul de illo exponitur Ieremiae vel potius Zachariae locus, vt publica gentis Iudaicae ingratitude illis exprobetur : qui Dei Filium & Mesiā suum non maioris aestimauerint. Docet autem nos exemplum hoc iudicare de pretio sanguinis : quod ita abominatur Deus, vt ex illo sanguinea & cruenta in eius conspectu aestimentur, quaecumque ex eo emuntur aut fiunt. Et quod Sacerdotes istis accidit, vt perpetuam sceleris sui memoriam ad posteros transmiserint, dum illud expiare volunt : hoc ipsum fit omnibus, qui vt caedes iniustas, rapinas & alia scelera expient, anathemata in templis suspendunt : digni qui cum filijs Iacobi conferantur, qui tunicam filij Iosephi laceram & cruentam illius oculis ingerebant. Sed in primis agnoscant hic iudicium Dei iustum omnes qui Christum pretio iniuriam quo vel emunt vel vendunt.

Gen. 37.

Concurrat autem cum his omnibus redemptionis & salutis nostrae mysterium

rum, multæ & dulcissimæ consolationis plenum. Peregrinamur omnes in hoc mundo, & hinc nobis exeundum est per mortem, quæ olim peccati pœna fuit. Hanc Christus sui sanguinis pretio conuertit, ut nobis iam via sit ad quæ etem sempiternam, cuius non ante participes efficiamur, quàm cum hinc soluiamus, & vitam hanc mortalem cum immortali commutamus. Soletur etiam, quod ut Christo nihil accidit, quàm quod olim à Deo sic decretum & à Prophetis prædictum fuisset. Ita nobis quoque, qui in eum credimus, & per fidem eius membra facti sumus. Cogitemus ergo nos diuinæ prouidentię consilio gubernari, & dies nostros in manu Dei esse. Et inter omnia aduersa nobis applicemus, quod in hac iniquissima sanguinis sui estimatione sibi ex Propheta applicat Dei Filius: Sic mihi constituit Dominus. Cur verò nobis iniquum aut durum videatur, quod ex Dei decreto fit, cuius iudicia sunt iustitia & veritas? Hunc oremus ex toto corde, ut nos seruet & regat ad sui nominis gloriam. Amen.

Ioan. 9.

Psal. 31.

H O M I L I A CCC.

IESVS autem stetit coram Praside, & interrogauit eum Prasides, dicens: Tu es Rex ille Iudeorum? Dixit autem ei IESVS, Tu dicis. Et cum ipse accusaretur à principibus Sacerdotum & Senioribus nihil respondit. Tunc dicit ei Pilatus: Non audis quàm multa aduersum te testificentur? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita ut admiraretur Prasides valde.

Dominus noster IESVS CHRISTVS non solum occidi, sed priusquam id fieret, gentibus tradi & ad Ethnicæ præsidis tribunal fisci debuit: partim ut nobis ad tribunal Dei accessum securum faceret: partim ut suo exemplo nos consolaretur, ne impatientiores simus, si quando nobis idem accidat, ut digni iudicemur, propter quos alienigenorum vel Turcarum tribunalia fatigentur. Ut verò in hac actione in primis elucet Sacerdotum improbitas & iniquitas, qui hominem suæ gentis, & in hoc causam religionis hominis prophani & à veri Dei cognitione alieni iudicio subiiciunt: digni, qui similiter ipsi etiam postea Romanis traderentur, & cum suis superstitionibus totius orbis ludibrium fierent: ita consideratu dignum est, quales se in hac actione illi gesserint: & proinde locum hunc ex Ioannis xvii. Capite sarcire oportet. Illic de eis dicitur, quod in prætorium noluerint ingredi, ne polluerentur, sed se pueros seruarent, ut epulo Paschali possent vesci. Est hoc Pharisæa, id est, fucatae sanctimonie exemplum, quam illis supra exprobrauit Christus, quando dicit, ipsos colare culicem, deglutire autem camelum. Metuunt pollutionem legalem ex loco iustitiæ sacro, in quo sententiæ capitales pronuntiantur: non metuunt autem offensam Dei, quam sanguinis innoxij effusione merebantur. Itaque in scelere ipso sancti & iusti videri volunt, quod hypocritis proprium est. Nunc ad Pilatum veniamus.

Hic, cum illi nollent ingredi prætorium, ipse ad eos exit. Occasionem iustam habebat illos vicissim fastidiendi, cum ad ipsum ingredi dedignarentur: aut illos in aliud tempus reijcere. Sed boni iudicis officium facit, & æquanimiter fert illorum contumaciam, & quia eos tam serio causam hanc urgere videt, non vult ipse cunctantem mora alicui priuatim vel toti Reipub. noceat. Interim non præcipitat sententiam, sed querit, de quibus IESVM accusent, dicens: Quam accusationem affertis aduersus hominem istum? Et hoc quidem absque odij aut inuidiæ significatione: nec villo præiudicio occupatus: cum Pontifices præiudicio peccarint, & in querendis testimonijs falsis laborarint. At Pilati æquitas illos non mouet, ut cu-

Pilatus querit ex Sacerdotibus accusatio- nis contra Christum capitis.

rent, ne ipsi Ethnico homine non sint iniquiores: sed superbè suam auctoritatem urgent, & petere audent à præsidi, vt absq; diligentiori inquisitione sententiam ferat. Nisi iste (inquiunt) esset maleficus, non tradidissemus eum tibi. Fuit hæc turpis insolentia, quæ eos eduscq; inflauit, vt præsidi cupiant pro carnifice abuti, qui pro ipsorum arbitrio aut libidine, causa adhuc incomperta, debeat rem agere. Et hos imitantur hodie personati præsules: qui similiter hæreseos damnant omnes, qui ab ipsis dissentiunt, & vires principes ad arma excitant, quibus illos extirpent, qui abunt causam propius cognosci. Et vtinã principes, qui se Christianos dicunt, omnes Pilatum imitentur: sed multi tunc demum se Catholicos esse putant, si istorum lectores sint, & gladium vel faces & ignem pro illorum nutu exerant.

Pilatus non ita, sed indignabundus responder: Accipite eum vos, & secundum legem vestram condemnate eum. Ita verò illis exprobrat, quòd qui reliquis gentibus volebant sanctiores haberi, tam iniqua peterent. Et legis ipsorum meminit, vt simul religionem perstringat, qua ipsi gloriabantur. Iam ergo illos sui pudere incipit, & accusationis capita exponunt, quæ (vt ex alijs licet colligere) tria præcipua fuerunt. Primum, quòd populum seducat: Alterum, quòd tributum & censum Cesarari negando seditionem moliantur: Postremum regnum affectet, dum se dicit esse Regem Iudæorum. Atqui hæc ferè sunt, de quibus Veritas & eius ministri siue prædicatores etiam hodie accusantur. Seductores dicuntur, qui Christum prædicant, quòd ipse est Via & Veritas. Quia verò principes viri religionis causam ferè leuiores putant, quàm vt de illa multum velint laborare, alia quoq; crimina adduntur, quòd videlicet seditionis spiritu agitati, immunitatem quærant & suadeant, quæ iura publica euertat, adhuc auctoritati magistratuum legitimorum deroget, quòd item ministri Ecclesiarum dominium omne ad se transferre cupiãt. Sed cum hæc Christiana ita negarit, & excusarit, vt Pilato præsidi satisfactum sit, & veteres sint istæ calumniam, nemo illis hodie offendi debet. Et cum hodie Episcopi & Præsules alij, qui sub Apostolicorum titulo hoc regnum sibi vendicant, cuius affectatores istis memur lumniantur, agnoscamus veterem diaboli sophisticam, neq; clamoribus istis moueantur viri principes Christiani, vt sese aduersus Euangelij doctrinam meum non sinant. Ratum enim manet quòd Pilato respondit Christus, Regnum meum non est de hoc mundo. Et (vt Christianus Poeta olim cecinit) Non appetit terrestria, qui regna dat cœlestia.

Sed quæ modò ex Ioanne adduximus, qui ista proluxius describit, à Matthæo breuiter perstringuntur, qui hoc solum attingit, *IESVM* steterisse coram præsidi: mirum, ne quis hodie offendatur, si ministri Euangelicæ doctrinæ ad tribunalia stantur, & læsæ maiestatis accusentur. Nam hoc ipsum Christo accidit, qui idem nobis quoque euenturum esse prædixit. Hic certè Pilatus, etsi iusti & boni iudicis officio fungatur, tamen grauissimi sceleris suspitione aliqua Christum grauitum inter Iudæos, quòd de Messia ferebatur, qui regnum Davidis instauraturus esset, & Israeli libertatem & regnum pristinum instauraturus. Et hæc hucusq; multarum seditionum & cladum grauissimarum causa fuerat. Rectè ergo & ex officio facit hoc Pilatus, quòd hanc quæstionem mouet. Quasi diceret: Tunc ille es, qui restitutionis spe hæcenus populum lactasti. quæ tot & tantarum turbarum & mortuum periculorum causa fuit? Et quia ex officio hoc quærebat Christus etiam amicè responder, & ita quidem, vt veritatem neq; neget, neq; dissimulet, Tu dixisti. Quod affirmantis formulam esse, iam non semel monuimus: Interim (vt nuper quoque diximus) docet regnum suum non esse eiusmodi, vt Romanis & Imperatori suspectum esse debeat. Idq; probat re ipsa, cum nullis ministris aut satellitibus stipatus

De quibus Christus
sui accusetur?

1048. 14.

Pilatus Christus
de regno
interrogat.

stipatus sit, qui pro ipso pugnent. Et quia nulla turba hactenus propter Christum exorta erat, cuius ipse posset author putari, Iudæi autem (vt Lucas annotauit) Galliarum mentionem facerent, quasi hanc quoque cum Iudæa turbauisset, Pilatus, qui pro more principum huius seculi pro Christo & religione noluit periclitari, se autem causa hac molesta & odij siue inuidiæ plena liberari cupiebat, eum ad Herodem, qui tunc Ierosolymæ erat, transmisit: qui de multis interrogatum remisit cum ludibrio: cui tamen luculentum innocentia testimonium adiunxit.

Quale regnū
Christie.

Itaque spe sua falsus Pilatus, denuo cum Christo ipse cœpit agere: qui cum iam ante respondisset, porro tacuit, licet accusationibus aduersarij instarent, & Pilatus ei diceret: Non audis, quam multa aduersus te testificentur: Ex quo dicto apparet, non quietuisse Sacerdotes, sed turbam falsorum testium secum traxisse, vt causam suam facilius obtinerent. Sed rectè & meritò tacuit ille. Sciebat enim se multum dicendo nihil profecturum esse apud eos, qui odio implacabili ipsum persequerentur. Deinde veritati iam testimonium dederat sufficiens. Præterea quæ illi affererent ad causam aduersariorum confirmandam, qui actionem capitalem contra ipsum instituerant. Ita enim Deus decreuerat, vt Messias non propter aliud crimen moreretur, quam quòd Dei Filius & rex Iudæorum, id est, promissus ille redemptor & seruator esset. Nam ex eo apparet, illum verè propter nos mortuum esse, & simul arguitur detestabilis illorum ingratitude & impietas, qui non modò non agnoscunt hunc suum redemptorem, sed oderunt quoque, & adhuc non minus quam Iudæorum Sacerdotes in Verbo & membris suis ferro & igne perse-

Christus ite-
rum silet.

quuntur. Nos autem in hoc Christi silentio discamus, quid nos facere conueniat, si quid huius nobis accidat. Primum non pudeat nos Veritatis & Euangelij IESV CHRISTI, qui vt nos seruaret, testatam fecit hanc bonam professionem (vt Apostolus scribit) coram Pontio Pilato, & nostrum reatum in se suscepit, vt nobis liberum ad thronum gratiæ accessum & ad Patrem clamandi libertatem impetraret. Quòd si videamus nos nihil proficere aduersus hostium rabiem & calumnias, ipsi quoque silentio innocentiam nostram testemur, & (vt Christus meminit) animas nostras possideamus in patientia nostra: quæ nec in hoc seculo quidem apud aduersarios nostros fructu suo carebit. De Pilato enim scribit Matthæus, quòd Christi silentium vehementer admiratus sit: nimirum, quòd huius causas & quæ hic latebant, mysteria ignoraret. At cur non seipsum ad attentiorum considerationem excitat, cum videret hominem innocentem inter tam multas tamque graues iniurias tam constantem esse: Sed vt Sacerdotum iniustitiam & iniquum odium silentio suo arguit & vicit Dominus: ita præsidis quoque ignauitiam & impium stuporem toti mundo detexit. Similia solent hodie etiam fieri, vt sæpe impijs quoque admirationi sit mar tyrum patientia, qua infandos cruciatus tormentorum & immånem carnificum perulantiam vincunt, & ex qua multi interdum occasionem accipiunt, vt de illis & sciant. Horum meditatio nos consoletur, nec dubitemus, Christum, qui mundum & principem eius vicit, nobis vicisse, & proinde fidem in hunc nostram quoque esse victoriam, quam in illo tunc quoque obtinebimus, quando hostium potentia succubuisse videmur. Licet ergo nobis cum Apostolo exclamare: Quis nos separabit à charitate Christi: num afflictio: num angustia: num persecutio: num fames: num nuditas: &c. Imò in omnibus plus quam victores sumus per eum, qui dilexit nos. Confirmat enim nos beata illa spes, quam habemus de illustri illo aduentu magni illius Dei ac Seruatoris IESV CHRISTI: quem cum horribili terrore vide-

Quid in simili
casu fieri de-
beat?
1. Tim. 6.

Luc. 22.

Pilatus mira-
tur Christi si-
lentium.

1. Cor. 16.

Rom. 9.

Tit. 2.

bunt, qui illum transfixerunt, nos autem illi per aerem obuiam rapti, cum eodem in æternum viuemus. Ipsi sit gloria.

H O M I L I A C C C I.

Præses autem in festo consueverunt turba dimittere unum vinculum, quem voluissent. Habebant verò tunc vinculum insignem, qui dicebatur Barrabas. Ipsi igitur coactis, dixit eis Pilatus: Vtrum vultis dimittam vobis? Barrabam, an IESUM, qui dicitur Christus? Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi sit cum iusto illo: Multa enim passa sum hodie in somnis propter eum. Principes autem Sacerdotum & Seniores persuaserant turba, vt peterent Barrabam, IESUM verò perderent. Respondens autem præses, dixit eis: Vtrum è duobus illis vultis vt vobis dimittam? Ipsi verò dixerunt, Barrabam. Dixit eis Pilatus: Quid igitur faciam IESUM, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur. Præses autem ait: Enimvero quid mali fecit? At illi amplius clamabant, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus, se nihil proficere, sed maiorem tumultum fieri, accepta aqua abluit manus coram turba, dicens: Innoxius ego sum à sanguine huius iusti: vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit eis Barrabam. IESUM autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur.

Pilatus timore
Dei destituitur

Prouer. 1.
Psalm. 111.
Ioan. 18.

Quamuis Pilatus præses in causa Filij Dei IESU CHRISTI initio boni iudicis officium fecerit, quando noluit Iudæis & horum Pontificibus gratificari, vt ipsum non auditum & causa non prius cognita condemnaret, non tamen hoc profuit, eò quod non perseverauit in eò, quod bene coeperat. Inconstantie autem huius causa fuit, quòd veri Dei cognitione & timore caruit. Hic enim sapientie veræ initium & caput est, adeoq; frænum, quo homines in officio continentur. Attimore Dei destitutum & prophanum hominem fuisse, Ioannes Euangelista testatur, qui illum ad Christi piã admonitionem excanduisse scribit. Cùm enim dile omnem regni sui rationem ei exposuisset, vt facile videret, nihil ex illo periculo esse Romano Imperio, sed quæstionem esse de religione & eius veritate, contentum respondet, Quid est veritas? Et quàmuis innocentem esse intelligat, non tamen tuetur innocentem, sed neglecto iusti iudicis officio, ad artes & humanæ prudentiæ consilia conuertitur, quibus hoc vnum quærit, vt se inuidia & odio liberet. Et licet institutum eius sanctum & bonum sit: vt nimirum Christus Iudeorum rabitem & durum supplicium euadat, quia tamen non recta via progreditur, ex vno vincto in aliud prolabitur, & subinde in peius proficit. Id euidentissimè apparet in hoc loco, quo docetur quibus rationibus Deus bonum Pilati institutum quoq; quibus in eo confirmari potuerit, si illis voluisset rectè vti: Deinde annotatur quibus, quibus obstaculis impeditus, imò victus sit, vt bono animi proposito relicto Christum ad mortem damnauerit. Hæc autem ita narrantur, vt interim multa concurrant innocentie Christi testimonia, quibus nostræ redemptionis mysterium magis confirmatur & illustratur.

Christus cum
Barraba conseritur.

Primum occasionem liberandi & dimittendi Christi ex veteri consuetudine sumit, quæ erat, vt in festo Paschatis in populi gratiam vnus ex vincis dimitteretur. Quæ consuetudo per *κακογυδία* irrepisse videtur, qua superstitioni dura Pharaonis æmulari valuerunt, qui olim eo tempore patres ex Ægypto & dura Pharaonis tyrannide liberauerat: Vbi simul meminisse debebant, eodem tempore Legem

datam, qua Deus homines totos sibi vendicat in obsequium, & maleficos punire & occidere iubet. Perperam ergo hoc factum fuit, quod illi in dimissione sceleratorum cultum aliquem Dei constituerunt. Sed ita solet carnis ratio, quando in diuino vult ex seipso sapere. Et videntur Romani hunc morem illis reliquisse, vt populo, qui ad seditiones procliuus erat, magis obsequente vterentur. At nunc Pilatus hinc occasionem petit, qua non malè vti potuisset, si Dei timore armatus, huic potius quàm hominibus studiuisset placere. Cùm enim inter captiuos teneretur Barrabas, insigniter malus (nam in seditione non ita pridem exorta cædem, fecerat) LUC. 23. hunc cum IESU confert, & populo eligendū quem vellent optionem facit liberam: non putans tam improbos aut impudentes fore, vt nequissimum hominem sancto & innocenti, imò tanto benefactori præferant. Atqui poterat occasione ista fortiter vti, & populum officij admonere, vel etiam pro imperio cogere, ne ex gratia ipsius concessa consuetudine ad seditiones & ad seruandum illarum auctores abuterentur. Vel quæ necessitas ipsum cogebat, vt IESUM, quem innocentem esse sciebat, maleficis accenseret? Sed quia semel cœpit exorbitare, partim imprudenter à populo impetrare cupit, quod in ipsius propria potestate erat; partim iniquè & iniuste populi iudicio subiicit eum, quem ipse ex officio debebat defendere. Turpe nimis fuit, quod nuper oblitus maiestatis Romani Imperij, Christū Herodi transmissit. At turpius nunc eundem cum latrone & seditioso confert, cuius innocētiam Herodis testimonio commendari intellexerat. Euangelista certè, vt culpam Pilati grauiorem faciat, propriæ conscientiæ testimonio Pilatum cōuictum fuisse docet. Nam sciebat (inquit) quod per inuidiam eum ipsi tradidissent.

Sed accedit aliud, quo illius scelus magis amplificatur, & illum non modò im- Pilatus ab vxore admonitus.
 prudentem & iniustum, sed contumacem quoque & incurabilem fuisse docetur. Nam sedente eo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, & monuit, ne se actionis huius iniquissimæ aduersus iustum hunc institutę participem faceret. Et rationem adducit, quam homo Ethnicus non poterat contemnere, quod propter illum non estem in omnibus tristibus sibi infestam senserit. Fuit hæc admonitio non pia modò, sed grauis admodum, quæ meritò pondus habere debuit. Adhibet enim eam vxor, quam illi charam fuisse, vel ex præsentī historia potest colligi. Et quis putet, matronam prudentem & cordatam absq; grauib; causis tale quid voluisse nuntiare marito pro tribunali sedenti inter iudices in publico foro. Deinde non potuit Pilatus hoc putare superstitiosæ mulierculæ delirium esse, cùm somnia sibi infestum diceret, quæ gentes diuinitus submitti vulgò crediderunt, & Christum iussit vocaret, qualem Pilatus propriæ conscientiæ testimonio cōuictus agnoscebat. Estq; hoc luculentum bonitatis Dei argumentum, quod homines vult saluos fieri & in veritatis cognitionem venire. Idcirco plerunq; in tempore admonet, & 1. Tim. 2. per eos, quorum fides non potest temerè contemni. Fiunt huius generis multa quorū tidie, & simul exemplo hoc vxores omnes officij admonentur, vt maritos placare studeant, si quando illis peccandi cecisiones vident obijci. Nisi enim id faciant, se- 1. Reg. 19. Hest. 5. Marc. 6.
 pe tam his quam sibiipsis & toti familiæ malum & exitum accersunt: quod olim 2. Reg. 5. Interim communi omnium institutioni hoc exemplum seruiat, ne pias admonitiones propter authorem vilem aut obscurum contemnant. Naamano militia Syrorum præfecto puellula captiua & serua salutare consiliū suggessit, & cùm hoc confirmantibus alijs seruis ille obsequeretur, à lepra purgatus est. Et vt prouerbio dicitur, holitor sæpe opportuna locutus est. Pilatus certè si vxoris consilio attentè disset, animæ consulisset, ne tam infando scelere aduersus Dei Filium commissese pollueret.

Sed prophanus homo & religionis omnis contemptor suæ rationis consilij Iudei Christo Barrabam proserunt.

indulgens, dum mundo potius quam Deo placere studet, in instituto pergens, populum furiosum denuo compellat, dicens: Vtrum è duobus illis vultis vt vobis dimittam? Illi verò à principibus Sacerdotum persuasi, Barrabam sibi donari petunt: quo exemplo docemur, quantum mali dent falsi antistites, qui religionem sibi quaestum fecerunt, & de eo retinendo cogitant. Hic certè authores sunt sceleris populo Judaico, quod toti genti excidium peperit. Quid ergo hodie fiat, quādo vulgus & viri principes eos audiunt, qui tam in Repub. quàm Ecclesia priuato cōmodo omnia metiuntur. Pilatum certè inexpectato populi responso obstupuisse credibile est. Ideo, vt eos aliquo modo in viam reuocaret, quaestionem de Christo reperit. Quid igitur faciam de IESU, qui dicitur Christus? Quasi diceret: Non de Barraba solam quaestio est, quem quia vobis dari vultis, non erit in me mora. Nolim enim quicquam facere, quod vestris priuilegijs aut consuetudinibus sit aduersum. Sed maior quaestio & grauior restat, quid de IESU fiat: quem hactenus vulgo Christum sive vatum clarauit? Quid verò opus erat hanc quaestionem mouere? Etenim licet Barrabam dimitti vellēt Iudæi, tamen propterea minimè necesse erat, Christū occidi: nec propterea Iudæos aduersus hunc iudices constitui oportuit. Pilatus ergo, etsi nihil aliud fecisset, quàm quod hic fecit, sanguinis & mortis Christi reus factus est.

•
Iudæi Christū
petunt cruci-
figi.

Nam hac occasione populus clamat, Crucifigatur. Reclamat quidem praeses. Enimvero quid mali fecit? Sed ne quicquam istud mouet eos, qui cum Sacerdotibus impijs coniurarunt: nec enim pudet ad dirum crucis supplicium eum postulare, quem de nullo maleficio accusare possunt. Et hoc tanta importunitate faciunt, vt res ad seditionem & tumultum spectare videatur. Nam vt Ioannes grauis spectat, Pilatus aliquo modo se illis opponeret, non absque comminationis graui specie clamant: Si hunc absolueris, non es amicus Caesaris. Quo loco non tam ingratis, quàm crudelitas Iudæorū obseruari debet, vt videas, quid spes de ijs, qui Antichristianis praesulibus gratificari cupiunt. Tantus enim spiritus Antichristianis furor est, vt nullis rationibus curari possit, imò qui hoc agitantur, ne politici quidem virorū, quos sibi magistratus datos esse agnoscunt, consilijs acquiescunt. Haec enim faciunt, qui non ita pridem clamauerunt: Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini. Non ergo iniustus modò, sed seditiosis quoque clamoribus eorum operosus in caelos euehere voluit, eò vsque deprimatur, vt nullus ei inter viros bonos loqui quid huius hodie fiat. Retinebit ingenium suum mundus, & vix quicquam rā vulgare est, quàm quod seductores, scurræ, scorta & scelera turpissima, mundus denique qui totus in malo iacet, Christo praefertur.

Pilatus abluit
manus.

Rom. 8. ¶

Restat, quo ritu Christum praeses damnarit. Accepta aqua publicè coram omnibus abluit manus cum graui protestatione, qua huius sceleris culpam abs se remouere vult. Dicit enim: Innoxius ego sum à sanguine huius iusti: vos videritis. Et admirabili Dei consilio factum est, vt ab eodem iudice prius absoluaetur Christus, quàm damnetur: nimirum vt nos coram Deo absoluaemur: ne qua condemnatio ijs metuenda sit, qui ipsi per veram fidem sunt insiti. Et prodest hic obseruare quàm multis testimonijs ad miraculum vsque Christi innocentia sit approbata. Primum Iudæis dum praeses Pilatus, qui illo diligenter examinato, Iudæis dixit: Ego nullū inuenio crimen in eo. Tertium ipsius conscientia ei praebuit, vt sciret Iudæos illum per inuidiam tradidisse. Quartum Herodes tulit, & hoc quoque Pilatus approbatum Iudæorum Sacerdotibus obiecit. Accessit quartum vxoris Pilati, quod & ipsum diuina autoritate confirmatur, quam ethnici quoque agnouerunt. Sequitur nunc aliud Pilati iam

latiam pro tribunali sedentis, qui publicè & de innocentia eius testatur, & culpam mortis eius ita abominatur & horret, vt tunc quoque, quando Imperatoris maiestatis nomine ad iudicandum confedit, se innoxium haberi velle, protestetur: id quod solenni ablutionis manuum confirmet. Faciunt hæc omnia ad meritum Christi confirmandum & salutis nostræ certitudinem, si quando hæc in tentationibus grauissimis in dubium venit.

Sed multum fallitur Pilatus, qui sceleris abs se commissi culpam leuicula ista manuum ablutione expiari posse putauit. In innocentia enim manus abluui debent, vt suo exemplo Dauid monet. Sed hoc peiores sunt tyranni, qui hodie quando ritus Christiani sanguinis effundunt, absque omni metu laudem & gloriam sibi ex eo pollicentur. Pilatum quoque impietate superant Iudei, quos Sacerdotum hypocrisis & auctoritas ita fascinauit, vt Pilato protestationem tam grauem & horribilem in terponenti respondeant: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tales fiunt, qui falsis pontificibus se regendos præbent. Iusto igitur Dei iudicio factum, vt Pilatus illi desperationis causa fuit: ita Iudæos illa adhuc angit & absorbet, dum relicto Christo in seipsum respiciunt. Quid verò de illis dicemus, qui cum falsis doctrinis & superstitionibus simpliciores decipiunt, tamē animas suas audacissimè deuouent, & sibi fidem haberi volunt. Credant illis, quibus perire libet. Nos Deum timeamus, qui filij sui sanguinem à Iudæis iam olim requisit, & adhuc hodie requirit. Et si mul ad hunc diligendum nos accendat eiusdem bonitas, qui tam multos ex Iudeis per Filium suum seruauit: & per eundem indefinenter precemur, vt nos per Spiritum suum illuminatos in via Veritatis dirigat: vt in nobis glorificetur nomen eius & nos per illum in cælis viuamus & regnemus.

H O M I L I A C C C I I .

Tunc milites præsidis, cum abduxissent IESUM in prætorium, coegerunt ad eum vniuersam cohortem: Et cum exuissent eum, circumposuerunt ei chlamydem coccinam: & coronam ex spinis contextam imposuerunt eius capiti, & arundinem in dexteram eius: & genu ante eum submisso illudentes ei, dicentes: Ave Rex Iudæorum. Et cum inspissent in eum, coeperunt arundinem illam, & verberabant caput eius. Et cum illussent ei, exuerunt eum chlamyde, indueruntque vestimentis suis, & abduxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt quendam Cyrenaum, nomine Simonem, hunc angariauerunt vt portaret crucem eius.

Dominus noster IESVS CHRISTVS, immaculatus ille agnus Dei, in cuius ostentate damnatus est, non solum falso accusatus & ab iniquo iudice iniuriam secus quam vulgò inter homines fieri solet, qui erga facinorosos quoque propter communem humanitatis sensum aliqua commiseratione tanguntur, inhumanissimè & contumeliosissimè tractatus est à Iudeis & gentibus, & (vt Isaias olim prædixerat) nouissimus vel contemptissimus virorum factus est, vt suo merito nos in gloriam filiorum Dei & regni cælestis consortium eueheret. De his in presenti agitur, vbi duo potissimè commemorantur. Primum, quid post latam à Pilato capitam sententiam cum Christo actum sit in prætorio. Alterum, quomodo ad supplicium ductus sit, quidque inter eundem in via acciderit. De quibus breuiter ex ordine dicemus.

Ad primum pertinet, quod præses postquam relicto iustitiæ tramite ad artes conuersus est, ne Iudæos offenderet, innocentiam quidem Christi luculentum tulit testimonium, simul autem (vt apud Lucam annotatur) intulit: *Cassigatum igitur illum* *Christus indigne flagellatur*

Flagellationis
supplicium
quale.

dimittam Et mox militibus, qui ipsum flagellarent, tradidit. Quod post pronuntiatam damnationis sententiam demum factum esse, nuper Matthæus noster non obscure innuit, cum diceret: Dimisit eis Barrabam, IESUS autem flagellatum tradidit ut crucifigeretur. Erat autem flagellatio non leue tormentum, sed cum dolore grauissimo ignominiam habebat coniunctam. Etenim per se turpe & contumeliosum est, hominem ingenuum & honestum denudari: at simul miserum est, si hoc propter poenam fiat: quæ sanè grauis erat. Nam non virgis modò aut flagellis vulgaribus, sed scuticis cædebantur fontes, qui poenas capitales meruerant, quibus in locorum summitatibus aculæ & vnci ærei aut ferrei annexi erant, quibus miserum ad ossa vsq; & costas lacerabantur: sicut multis martyribus factum fuisse legitur. Itaq; ipsa morte grauius erat illud tormentum. Hoc ergo subire voluit Dei Filius, partim ut flagella morborum & dolorum, quibus carnem lasciuientie præstigare in nobis solet Deus, sanctificaret; partim ut nobis exemplum patientie præberet. Cur enim nobis graue & molestum sit, si acutissimi morbi suis aculeis artus nostros infestent & depascantur, viscera item calore diro torreant, vitam denique nobis acerbam faciant, ita denique nobis faciem & corpus totum deturpent, ut plerique ad conspectum nostrum exhorreant: & nos aspicere dedignentur. Etenim hoc ipsum passus est Dominus ex iniqui & prophani iudicis decreto, qui ipsum postea toti populo spectaculum exhibuit: sperans nimirum, iudeorū rabiem ita mitigari posse, ne quid grauius velint in illum statui. At plurimum spe sua lapsus est: & in illo Spiritus sanctus exemplum præbet eorum, qui ignauia & carnis suæ prudentia decepti, sub liberationis præextu iniquius tractari sinunt eos, quos ex officio tueri debebant. Hi enim non aliud proficiunt, quàm quòd crucifigere & crudelioribus supplicijs subijcere coguntur, quos ante flagellarunt. Huius ergo memores Christum in membris suis pro virili adiuuemus & defendamus. Quòd si nihil proficias apud impios pietatis hostes, protestationem sanctam interponito, ex qua omnes intelligant, te illorum consilijs non consentire, multò minus cõmunica re sceleribus, quibus illi sese polluunt. Sic olim Iosephus Arimathæus Evangelica historia hoc nomine commendat.

Christus à mi-
litibus crude-
liter illuditur.

Sequitur nunc quod hoc loco narratur, quid nimirum milites præsidij fecerint, cum ad crucis supplicium ex Sacerdotum voluntate Dominum condemnatum esse intelligerent: quid item præterea de illo fieri passus sit præses. Non satiata fuit illorum crudelitas, nec ad miserationem eos mouit iniuria & iniquitas, qua illi circumuentum & oppressum videbant: Sed abduxerunt in prætorium, & coegerunt illuc vniuersam cohortem, ut nouis contumelijs & iniurijs illum obruerent. Nec temerè locus nominatur, ubi hoc factum sit, & à quibus. In prætorium enim abduxerunt. Ergo ut nuper in Pontificis aula Christo illuserunt Sacerdotum seruuli, ita nunc in prætorio siue curia præsidis iniuste & contumeliose tractatur ab his, qui præsidio esse debebant bonis, & malorū audaciam siue petulantiam iustis armis coercere. Ita verò adumbratur Christi seruos neq; in præfulum aulis, neq; principum politicorum patris tutos fore, si illi excusso Dei timore semel aduersus illum proteruire cõeperint. Ab utrisq; ergo sibi caueant, quicumque Christo verè & seriò nomen dederunt, & non absq; graui causa dictum esse putent: Exeat ex aula qui pius esse velit.

Christus poe-
nam, que no-
bis debebatur,
luit.

Quid verò fecerunt isti milites? Exuerunt eum suis vestibus, circumposuerunt autem chlamydem coccinam, & coronam ex spinis contextam imposuerunt capiti eius, & arundinem dederunt in dexteram eius. Singula hæc in contemptum sunt, & ut illi illudant. Purpura eum induunt, quam regiam vestem olim fuisse scimus. Hanc autem non togam aut trabeam esse volunt, sed chlamydem, qua milites solebant uti. Coronam etiam imponunt, quæ diadema regium nomine referat: sed hæc non ex auro conflatam aut gemmis ornatam esse volunt, sed ex spinis contextam. Scep tro

Sceptro quoque manum dextram armant, sed arundineo. Ex quibus apparet, illos Christo regis personam tribuisse, sed per ludibrium. Occasionem verò ex eo arripunt, quòd illum regni affectati accusatum fuisse audissent, & scirent Iudæos vulgum in asserenda Romani Imperij maiestate studiū publicè testari, & simul Iudæo regi Mesiā sperare, qui ipsis regnum esset instauraturus. Quare hac illusionem genti vniuersæ insultare volunt. Et hunc illis animum fuisse, non obscure ex eo patet, quòd flexo poplite & genu submisso per ludibrium salutant illum, dicentes: Ave Rex Iudæorum. Adhæc inspuunt in eius faciem, quæ extrema contumelia putatur, caput deniq; illius sceptro illo arundineo percutiunt. Ita verò rursus Christus poenam eam subit, quæ nostris peccatis debebatur. Etenim Adam Deo similis fieri volens regnum aduersus hūc affectauit: & huius cupiditatis semina in nobis adhuc hærent. Et hæc omnis generis peccata parit, & superbia illa est, quæ Sapientis ille peccati principium esse dixit. Cum ergo propter hanc ex regno Dei expelli & relegari mereremur, Christus tam ignominiosè & tanto cum ludibrio conueni voluit, vt nostræ ambitionis scelus expiaret, qui adhuc non veremur aduersus Deum insurgere, & eius edictis, quæ nobis Verbo suo prædicantur con-

Interim hoc typo docemur, quale sit regnum Christi huius mundi iudicio. Est illi omnis potestas data in cœlo & in terra, & regni eius non est finis, teste Angelo Gabriele. Sed longè aliud est hominum huius sæculi iudicium. Chlamydem siue paludamentum militare illi circumdant, quòd putent esse regnum, quod perpetuis turbis & bellis infestetur. Præterea corona Christi non auro & gemmis radiat, sed spinis horret; quia qui in illo volunt piè viuere, persecutionem patiuntur, & ideo curis, laboribus & periculis continuis exercentur. Præsidia item regni huius in mundo rara & infirma, adeoq; arundinea sunt in terris: & quotidie nobis infelices mundus exprobrat, quod pio regi Ezechiaë impius Rapsakes. Sed nemin è ista offendant Est quidem nobis perpetuò luctandum cum mundo & eius principe: sed vicit hunc Christus, & nostra victoria fides est, qua ille à nobis apprehenditur. Curarum & laborum spinis perpetuis pungimur: sed in Christo gaudijs perpetuis exhilaramur: adeo vt in medijs afflictionibus gloriemur & exulemus. In mundo spes præsidij & auxiliij nulla, sed Dominus est petra & arx nostra, quæ nos aduersus portas inferorum tutos seruat. Et obserua hic admirabile Dei consilium, quod factum est, vt per milites Romanos Christus Rex designetur, qui illum & regnum eius maximis contumelijs obruere voluerunt. Nam quod illi per ludibrium fecerunt, Deus seriò impleuit, & paulò post Pilatum mouit, vt publica autoritate hoc confirmaret, quando per inscriptionem Crucis IESVS NAZARENUS dixit Iudæo vt hanc inscriptionem mutaret. Et quotidie videmus fieri, quod in Psalmis dicitur, quòd etiam vili & contempta sit coram mundo Christi & regni eius conditio, adeo vt de torrente in via bibat, idem tamen in cœlis ad dexteram Patris considens, hostes suos scabellum pedibus suis subiicit, & super dracones & leones ambulat, deniq; qui sceptrum eius vix arundinem esse putant, illud ferreum esse experiuntur, ne fors est. Insultat nobis mundus: & qui aliquo honore nos dignari videtur, id per ludibrium faciunt, & amaris Sarcasmis salutationes suas condiunt, adeoq; spinis coronant nos: sed olim dabitur nobis corona iustitiæ, quam Dominus reddet omnibus, qui illustrem suum aduentum expetunt. Interim excitet nos exemplū Christi, vt coram illo humiliemur. Turpe enim & iniquum fuerit, eos vel altum de seipis sapere, vel superfluis ornamentis & fastuoso corporis ornatu & cultu superbi, qui omnē salutis spem in Domino tam ignominiosè flagellato, deluso & con-

Regnum Christi quale sit iudicio mundi.

Matth. 28.

Luc. 1.

2. Tim. 3.

Isa. 36.

Ioan. 16.

Rom. 5.

Matth. 16.

Psalm. 110. 2.

91. Item. 2.

2. Tim. 4.

Ducitur Christus ad supplicium.

Simon Cyrenaeus.

Sed alterum quoque huius loci caput videamus. Exutum post illa iudicia chlamyde purpurea, & suis vestibus rursus amictum ducunt extra urbem in locum supplicij. Vbi rursus multiplex nostrae redemptionis mysterium lateat. Nam agnoscendo omnibus voluit Christus dum pateretur, neque illum puduit ignominiosae mortis, quam propter nos subiuit. Et proprijs vestibus indutus ducitur, ut se in proprio corpore pati, & proprium sanguinem pro nobis fundere, denique nos proprio ipsius non alieno aut alterius merito aut opera meritoria redemptos esse, testetur. Praeterea educitur extra urbem, ut nos in regnum caeleste introducat, & huius munitur pes faciat. Crucem quoque ipse effert extra portam, ut maledictionem, quae nobis ex peccato incumbit, a nobis auferat, ne posthac nobis illa imputetur.

Ast ubi urbem egressi fuerunt, obvium habent Simonem Cyrenaeum, ex agro (ut Marcus scribit) redeuntem, quem angariauerunt, ut crucem IESU portaret: mirum, quod Ihs, quae hucusque passus erat, defessus & viribus exhaustus, laboribus non amplius sufficeret. Adumbratur hic sanctorum & servorum Dei fors. Simon Cyrenaeus, id est peregrini in terris: studium verò ipsorum est, ex agro in urbem caelestem Ierosolymam contendere. Dum verò hoc faciunt, mox illis obvius venit Christus crucem gestans, & eos vocans, ut eandem ipsi quoque subeant. Id verò carni graue est, quae ab omnibus abhorret, quae vitae praesentis commoda & gaudia nobis turbant. Opus ergo est aliquibus, qui nos ut Simonem hunc, etiam in vltis cogant hanc operam Christo praestare. Sed non defunt hi. Habentur enim ubique gentium, qui Christum oderunt, & ideo persequuntur omnes, qui in illo volunt pie vivere. Hic meminerimus, nos Filij Dei crucem ferre, & patientes ferream feramus nostrae salutis gloriam. Gestat quidem Christi crucem Simon, sed solus Dominus in eam suffigitur, non Simon, ut impurus Mahomet postea somnauit. Domino igitur soli omnis debetur gloria: quem precari debemus, ut ipse carnem nostram subigat, & ex inuitis & resistentibus in ferenda cruce beatum in caelestis nos faciat, ut ipsum magnis passibus subsequi & regnum illud beatum in caelestis tandem ingredi possimus.

H O M I L I A C C C I I I .

Et cum venissent in locum, qui dicitur Golgatha, quod est Caluaria locus: dederunt ei acetum bibendum cum felle mistum: & cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, partiti sunt eius vestimenta sortem iacentes: ut impleretur quod dictum est a Propheta: Partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam iecerunt sortem. Et sedentes seruabant eum illic. Et imposuerunt super caput eius crimen ipsius scriptum, Hic est IESUS Rex Iudeorum. Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones: vnus ad dexteram, & alter ad sinistram. Qui verò praeribant, conuiciabantur ei, mouentes capita sua, & dicebant: Tu qui destruis templum, & triduo aedificas, serua te metipsum: si Filius Dei es, descende a cruce. Similiter autem etiam principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & Senioribus, dicebant: Alios seruauit, seipsum non potest seruare: si rex Israel est, descendat nunc a cruce, & credemus ei: Confidit in Deo, liberet eum nunc si vult eum: dixit enim, Filius Dei sum. Id ipsum autem etiam latrones, qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

Quoniam Dominus noster IESUS CHRISTVS non solum pro peccatis nostris passus est, ut ea suae mortis merito expiaret, verum etiam exemplar nobis praeiuit, quod imitemur, Euangelista ex Spiritus sancti suggestione, quae cum eo in tota

in tota passionis & mortis eius historia acciderunt, diligenter ac prolixè describunt, ut exemplum hoc nostræ institutioni & consolationi magis seruiat. Vidimus id hucusq; in ihs, quæ de eius captiuitate & vinculis dicta sunt, quàm item iniquè & crudeliter in Sacerdotum concilio, in prætorio item à ludæis & gentibus tractatus & damnatus sit. Sequitur in præsentî præcipua historiarum huius pars, qua supplicium, quod propter nos sustinuit, describitur. Summa omnium, quæ dicuntur, hæc est: Dei Filium morte omnium contumeliosissima mulctatum esse, & acerbissimos corporis & animi cruciatus sustinuisse absque omnium commiseratione, insultantibus interim illi plerisque omnis loci & ordinis hominibus. Ita verò impletum est, quod discipulis suis prædixerat: Amen amen dico vobis, flebitis & lamentabimini, mundus autem gaudebit. Sed ut minus offendamur, si quid huius nobis aut alijs in illum credentibus accidit, præstat singulas huius loci partes propius ex ordine considerare.

Primum locus notatur, quò Christum abduxerunt: Golgatha nimirum, id est, Caluarie locum, sic haud dubiè dictum à caluarijs & ossibus mortuorum illic dispersis. Fuit ergo publicus locus supplicij extra urbem, in quo fontes plebs ebantur, ut nomine infamis, ita aspectu quoque horribilis. Facit hoc ad ignominiam mortis, qua ferè homines ingenui vehementius quàm supplicio ipso dolent. Ita verò Deus Filium suum ex vrbe eijci voluit, quasi indignum hominum consortio, ut nobis in cælis locum & ciuitatem permanentem pararet. Ita hoc Apostolus exponit, qui ad veterem typum hoc referens ad Hebræos scribit: Quorum animam malium sanguis per Pontificem infertur pro peccato, horum corpora exuruntur extra castra: Ideo & IESVS, ut sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portas passus est. Præterea suo exemplo & sanguine locos publicos suppliciorum sanctificauit, ne qui infamiam, quæ ex illis timetur vulgò, ad martyres sanctos redundare, aut etiam fontium & maleficorum saluti officere putet. Nam cum pro his quoq; mortuus sit Dominus, ipsi quoq; per illius meritum seruantur, si de sceleribus suis seriò pœniteant, & illum fide vera amplectantur.

Deinde dederunt ei acetum bibendum cum felle mixtum, quod Marcus myrram hauri vinam dicit, quod inter vina aromatibus condita Plinius numerat, qualia reis ad mortem damnatis dari solita fuisse, ex eo colligi potest, quod Solomon scripsit: Date sceram morituro, & vinum ihs, qui amaro sunt animo. Marcus ergo myrram tum vinum dixit, ad id respiciens, quod vulgò fiebat. Mathæus verò clarius docet qualis potus ille fuerit: mistura videlicet amara, quæ turbaret magis mœrentem quam refocillaret: & ita non obscure perstringit ludæorum ingratitude & barbaram militum perulantiam qui contra morem vulgò receptum, hoc quoque solamen Christo negarunt, quo scelerati & facinorosi recreari solebant. At hoc etiam seruiebat nostræ redemptionis mysterio. Debit etiam Dei Filius omni solatio destitui in terris, ut nos in illo omni consolatione repleremur, & nobis in conspectum Patris sui accessum liberum faceret, in quo (ut Dauid ait) est satietas lætitiarum. Sed cum potum nunc gustauisset noluit bibere: non quod aliquid eorum detrectarit ferre, quæ ipsi Pater æterno decreto iniunxerat: sed ut exemplo suo doceret, licere interdum nobis aduersa & incommoda declinare, quando nimirum absque scandalo publico & salua conscientia potest fieri. Ideo alibi fugam quoque discipulis concessit: nec vult, ut nos temere in pericula non necessaria conijciamus.

Post propinatum ei potum hunc, in crucem illum suffixerunt, quo loco crucis supplicium considerandum venit. Fuit hæc (ut alibi monuimus) dirum & infame, & cū maledictione coniunctum, ut ex Mose apparet, qui cum iuberet fontium corpora ante solis occasum ex cruce tollere, hanc rationem adduxit: Maledictus Deo est,

Locus supplicij
Golgatha.

Heb. 13.

Potus Christi
felle & aceto
mixtus.
Prouerb. 31.

Psal. 118.

In crucem susa
figitur.

Deut. 21.
Galat 3.
Gen. 22.

qui pendet in ligno. At Paulo interprete, maledictio fieri voluit Christus pro nobis, ut nos in illo benediceremur, qui est promissum illud Abrahami semen. Itaque crux illi altaris loco fuit. Nam in ea seipsum Patri immolauit pro peccatis nostris: & simul cruces omnes, quæ nobis adhuc incumbunt, sanctificauit, ne animarum saluti noceant. Interim hoc tam diro Filij Dei supplicio, arguitur peccati atrocitas, quæ non aliter potuit expiari, & ostenditur, inutiles & vanas esse omnes alias, quæ extra Christum finguntur, peccatorum expiationes: Si quæ enim alia esset, nunquam hanc tam diram decreuisset Deus, qui & sapientia & charitas ipsa est. Vno igitur Christo contenti, interim sanctitati studeamus, ne nos rursus polluamus sceleribus, à quorum sordibus nos tanto pretio redimi oportuit. Cæterum iam in cruce

Vestes diuiduntur.

Psal. 22.
Matth. 8.

Primum fuit quod milites vestimenta eius inter se partiti sunt: quod ex publico more factum esse, non dubium est: quia autem inter illa erat tunica inconsutilis, quæ commode dissecari non poterat, maioris autem pretij videbatur, quam ut vni soli deberet cedere, sortem iecerunt super illam, ut Ioannes auotauit. Ita vero impletum est, quod olim in typo acciderat Dauidi, & quod in Psalmo non obscure prædictum fuit. Quo loco paupertas Christi consideretur: qui dum in terris viueret, non habuit, quo caput suum reclinaret, nunc vero nudus quoque in cruce pendet, & adhuc viuus videt suas vestes in barbarorum militum manus peruenire, qui earum aliquas infamis aleæ sorti subiiciunt. Ita vero ad ignominiam, quam subiuit Dei Filius, hoc quoque accessit. Pertinuit autem istud ad nostram redemptionis mysterium. Etenim Adam Dei mandatum transgressus, innocentiam vestem, qua illum ornauerat Deus, amisit: & ex eo infamis nuditas ad nos peruenit, ut nec coram Deo consistere, neque inter nos absque molestia, quam vestitus necessitas parit, honeste versari possimus. At Christus sua nuditate nobis meruit, ut & coram facie Dei comparere nobis liceat, & ut ex paupertate & inopia spiritualium bonorum, nihil ad animas nostras incommodi redeat. Propter nos enim pauper factus est Dei Filius, ut nobis celestium opum thesauros acquireret, & in cælis diuites faceret. 2. Cor. 8.

Patienter feratur directio factum.

At simul suo exemplo nobis patientiam commendat, ne nobis graue sit, si quædo facultates nostræ hostibus præda fiunt. Militibus cedunt vestes Domini, & hoc quidem non ipso solo, sed Maria matre & Ioanne dilecto discipulo spectantibus. At patienter hoc ille tulit, non quid humanus effectus aut ratio carnis diceret, respiciens, sed quid Pater constituisset, qui de hoc olim suam voluntatem reuelarat. Ita nos cogitemus fluxa esse & incerta quæcunque in terris possidemus: ceteram autem & certam esse eorum hæreditatem & possessionem, quæ nobis in cælis reposita sunt. Itaque ad ea aspiremus terrestres autem exuias, si ita velit Deus, & potestatem nostra deueniant: sed Deo illa commendemus, & a quibus oculis hostes etiam intueamur, si his illa Deus dederit. Nec dubium nobis sit, hunc nostram luxu vestium & fastu superbo, qui hunc fere comiratur, Dei oculos offendamus. Nec enim hunc in nobis feret Deus, qui Filium in Cruce nudum videre voluit. Et insolens nimium & turpis est eorum luxus & fastus, qui Christi nudum merito confidunt & gloriantur: illo adhuc in tot membris suis egente & argente.

Milites Christum in cruce seruauit.

Deinde de militibus & horum præfectis & socijs dicit Euangelista, quod sedentes illinc Christum seruauerunt. Id vero etiam non sine certa causa & diuina prouidentia consilio factum est. Solet hoc vulgo fieri, ut si qui propter facinora aliqua mortis supplicio plectantur, publici magistratum serui aut milites locum supplicii custodiant, donec illi expirauerint, & sententiæ contra eos latæ satisfactum sit. Nec dubium

dubium est idem hic voluisse Iudæorum sacerdotes, cum postea, vt milites sepulchro apponantur, postularint. Sed altius præterea mysterium hic subest. Nam inter hos aliquos electos fuisse, postea patebit, qui visis ijs, quæ mortem Christi secunda sunt, expauesfacti egregiam fidei confessionem ædiderunt: Istos hac occasione illic retinere voluit Deus, vt mors Christi certò omnibus constaret (quod & milites postea apud Præsidentem t. estificati sunt) & maiorem illi omnes ad poenitentiam haberent occasionem. Nihil ergo putemus temere fieri, etiam si non semper prima fronte appareat, quæ sit consilij diuini, quo omnia gubernantur, ratio.

Sequitur quod qui Christum crucifixerunt, super caput eius crimen id est, titulum siue schedam, in qua crimen vel causa, propter quam crucifixus esset, impositum fuerit. Quod etiam ex more publico factum fuit. Cum autem non aliud haberet, quod scriberet Pilatus, scripsit: HIC EST IESVS REX ILLE IVDÆORVM. Quod illum in Iudæorum contumeliam scripsisse, ex Ioanne apparet. Displacuit enim sacerdotibus hoc scriptum, quod nimirum ipsos adhuc regis istius putaret. Sed Pilatus tandem importunitatis & iniquitatis illorum pertæsus, cum reponso aspero eos reiecit: Quod scripsi, scripsi. Mansit ergo titulus ille supra caput Christi in cruce pendens, & quidem tribus linguis, quæ tunc in toto orbe præcipientia erant: Ita nimirum Spiritu sancto regente manum Præsidentis, vt huius testimonio Christus toti orbi notum fieret, ipsum regem esse omnium, qui ipsum fatentur & talem fore perpetuo, ob strepitibus licet & frementibus omnibus qui aduersus ipsum tumultuantur. Qui enim prophani iudicis animum confirmauit Deus, vt quod scripserat, noluerit mutare in pontificum gratiam, multò magis rata esse perpetuò volet, quæ ipsius notarij & amanuenses, Prophetæ & Apostoli ex Spiritu sancti inspiratione scripserunt. Quæ consideratio nos consolari & in fide confirmare debet, si quando Pontifices cum regibus aduersus Christum conspirauisse videremus. Hoc enim Dei decretum est, vt ipse in Zion monte suo sancto regnum teneat. Psal. 2.

Annotatur præterea, qui nam Christo supplicij tam duri & infamis socij fuerint: Duo nimirum latrones, quorum vnus ad dexteram eius, alter ad sinistram suspensus est, ipso nimirum medio & in altiore cruce pendente. Ita impletum fuit quod Isaias prædixerat, ipsum maleficis & facinorosis adnumerandum fore. Ita enim debat illi fieri, qui totius mundi peccata in se receperat, vt illorum reatum expiaret. Nos vero dum ista audimus, semper seriò cogitemus, quanti constiterit humani generis redemptio, & quam seriò nobis aduigilandum sit, ne iisdem laqueis nos rursum circumueniat Satan, ex quibus nos liberauit Dei Filius.

Restat vltima huius loci pars, qua spectatorum de Christo iudicia narrantur, & hos quidem omnes consensisse apparet in eo quod eum improbe contempserunt. Nam qui præteribant (inquit Euangelista conuitiabantur ei, mouentes capita sua, & dicentes, &c. Conuitia maligni animi odium & inimicitiam implacabilem indicant. Capitis vero motio perulantiam arguit, quæ eò vsque progressa est, vt quod nemo bonus & honestus facit non conuitiati modo sint homini iam poenas exoluenti pro delictis, verumeriam verbis simul & gestibus immodestis illi illuserunt. Et hoc quidem omnes in genere fecerunt: quo exemplo arguitur ingenium omnium, & fortuna iudicare: quod hodie frequentissimum est, & multos turpiter fallit. Cæterum inopiam iudicij & impium odij concepti virus alij alijs acutius & amarulentiùs produunt. Alij quod de templo dixerat, & quod falsi testes calumniosè in sinistram sensum detorserant, exprobrant, vt in crucem suspensio maiorem inuidiam consent: Tu qui destruis templum & triduo ædificas, erua te ipsum. Similes sunt, qui hodie quicquid animosè dictum est à pijs,

Titulus crucis
impositus.

Christi socij in
cruce.

Spectatorum
iudicia de Christi
cruce.

Matth. 4.

ipſi inuidioſe exprobrant, ſi quando ſiniſtre illis reſ ſuccedunt. Alij maiori cum impietate fidem eius tentant, vt ſe falſa perſuaſione deceptum putet, dicentes: Si Filius Dei es, deſcende è cruce. At quid hi aliud dicunt quam Satan, qui in deſerto eſurienti dicebat: Si Filius Dei es, dic lapidibus iſtis, vt fiant panis. Rurſus etiam non contenti eo, inſuper vt aliorum quoque fidem labefactent, etiam miracula omnia, quibus multi crediderant, in dubium trahunt, cum dicunt: Alios ſeruauit, ſe ipſum non poteſt ſeruare. At quoties fit, vt qui alios ſæpe ſeruauit, ipſe perichetur: Num vero beneficijs quæ in alios contulit, nulla debetur gratia: Alij item craſius & impudentius aiunt: Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc è cruce, & credemus ei. At qui maius miraculum ædiderat in Lazari ex mortuis reſuſcitatione, qua viſa adeo non crediderunt, vt magis exacerbati ſint, & de Lazaro etiam occidendo cogitarint. Maius item fuit, quod poſtea ex mortuis reſurrexit, & ne tunc quidem illi crediderunt. Denique ſunt, qui fidem in Deum illi exprobrant, quam nemo facile repræhendit, qui communi ſenſu ducitur. Neque Sacerdotes modò & Scribæ atque Seniores cum militibus & vulgo ignorante hæc exprobrant, verum etiam latrones, cum illo crucifixi. Narrantur autem iſta, ne offendamur, ſi quid huiusmodi fiat: ſed firmiter credamus Dei promiſſiones ſemper ratas fore, & illarum veritatem non pendere ab euentis huius ſæculi: quos Deus moderatur, prout illos ſua gloriæ, & multorum institutioni ac ſaluti conducere nouit. Porro incidit hic morabilis latronum actio, de qua cum in Luca copioſe dictum ſit, & illarum veritatem co plura addere. Oramus autem Deum Patrem miſerationum, vt fidem ſuorum electorum confirmet aduerſus ſimiles illuſiones, & hoſtium ſuorum conuſia & ſannas coerceat, vt tandem deſinant maledicere veritati, & nomen Filij ſui gloriocetur cum multorum ædificatione ad ſalutem æternam, Amen.

H O M I L I A C C C I I I.

A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam. Circiter vero horam nonam exclamauit IESVS voce magna, dicens: Eli Eli lama ſabachthani? Hoc eſt Deus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me? Quidam autem ex ijs qui illic ſtabant, cum hoc audiſſent, dicebant: Eliam vocat iſte. Et ſtatim currens quidam ex eis, cum acceptam ſpongiam impleuiſſet aceto, & circumpoſuiſſet calamo, dedit ei vt biberet. Reliqui vero dicebant: Si ne videamus an veniat Elias ſeruaturus eum. Ieſu autem cum rurſum clamaſſet voce magna, emiſit ſpiricum. Et ecce aulcum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque ad imum: & terra mota eſt, & petra ſiſſæ ſunt. Et monumenta aperta ſunt & multa corpora ſanctorum qui dormierunt reſurrexerunt. Qui egreſſi è monumentis poſt reſurrectionem eius introierunt in ſanctam urbem & apparuerunt multis. Centurio autem & qui cum eo erant ſeruantes IESVM, viſo terramotu & ijs quæ facta erant, timuerunt vehementer, dicentes: Verè Filius Dei erat iſte.

Signa quæ Chriſti mortem comitata ſunt.

EVangeliftæ non modo priores partes hiftoriæ de paſſione & morte Domini noſtri exponunt, verum etiam quæ eius mortem comitata & conſecuta ſunt, diligenter narrant. Nam etſi in ijs quæ hucusque audiuiſimus multa ſint innocentiæ Chriſti argumenta, potentiæ item & virtutis eius diuinæ, quæ nos aduerſus conſcientiæ tentationes & hoſtiles mundi & principis eius terrores conſolantur, pleraque tamen ſunt triſtia & ignominia plena. At nunc gloria ipſius ita ſe exerit, vt in ijs quoque eam videre liceat, quæ hanc omnino obliterare & ſepelire videntur. In quibus omnibus hoc non poſtremum fuerit, quod declaratur eſſe dilectus Dei Filius.

Filius, quem Pater semper exaudit, vt ipse prius testatus est. Quia enim CHRIS-
TUS precatus fuit, vt passionis suæ historiam ita moderetur Pater, vt simul
suæ gloriæ rationem habeat, hoc in ipso mortis articulo ita factum videbimus, vt
de eo nihil porro dubitari possit. Proderit ergo singula, quæ hic commemoran-
tur, non oscitanter inspicere, vt in fide, ex qua omnis salus nostra dependet, magis
confirmemur.

Primò dicit Matthæus noster, cui duo alij, Marcus & Lucas assentiuntur à se-
xta hora, quando Dominus in crucem suffixus est, tenebras factas esse super vni-
uersam terram, vsque ad horam nonam. Quod solis deliquitum præter naturæ cur-
sum accidisse, interpretes fere plerique consentiunt, cum Luna tunc pleno orbe re-
fulserit, in eo autem dissentiunt, quod non omnes vniuersales fuisse tenebras illas
farentur, sed solam Iudæam ab illis fuisse obscuratam. At quoniam totius terræ
meminit Euangelista, & Christus se lucem mundi dicit, totius nimirum, non ab-
surde nos facturos existimo, si illius obitum tenebras vniuersales, quæ totum ter-
rarum orbem inuoluerint, comitatas fuisse dicamus. Et ita veteres quoque sensisse
ex Eusebio apparet, qui in Chronicis hæc annotauit: IESVS CHRISTVS Filius
Dei salutarem cunctis prædicans viam & miracula, quæ in Euangelij scripta sunt
facit: discipulos suos diuinis imbuens sacramentis, vt vniuersis gentibus conuer-
sionem ad Deum nuntient, imperat: secundum prophetias, quæ de Deo fuerant
prælocutæ ad passionem venit anno Tiberij decimo octauo: quo tempore & in
alijs Ethnicorum commentarijs hæc ad verbum scripta reperiuntur: Solis facta
defectio, & tenebræ super vniuersam terram: Bithynia terremotu concussa, & in
vrbe Nicena ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia his congruunt, quæ in passio-
ne Saluatoris acciderunt. Et mox idem ex Plegonte, qui Adriani Cæsaris libertus
fuit, & quem egregium Olympiarum supputatorem vocat, hoc quoque addit:
Quarto autem anno C C I I Olympiadis magna & excellens inter omnes, quæ an-
team acciderant, defectio Solis est facta: Dies hora sexta ita in tenebrosam no-
ctem versus, vt stellæ cælo visæ sint: & terramotus in Bithynia Nicenæ vrbis mul-
tas ædes subuerterit. Tertullianus vero, vetustior Eusebio scriptor, qui non diu ab
Apostolorum seculis absuit, in Apologetico suo contra gentes scripsit: de Christi
morte differens: Eodem momento dies medium orbem signante Sole subducta
est. Deliquitum vtique putauerunt, qui id quoque super Christo prædicatum
non scierunt: & tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis.
Quis vero suspicetur, grauissimum scriptorem in libro grauissimi argumenti hæc
annotare voluisse, nisi eorum fides omnibus compertissima fuisset? Quid vero ali-
ud significauit Ecclipsis ista, quam Christum esse lucem mundi, & Solem iustitiæ
(vt Mala dicit) quæ qui amittunt, in tenebris horrendis errent & pereant. Quia ve-
ro Iudæi volentes cæcutierunt, & (vt Isaias prædixerat) videntibus oculis nolue-
runt videre, propius & vehementius hoc quoque prodigium illos terrere debuit.
Videntur ergo hæc tenebræ opponi illis, quæ olim in Ægypto acciderunt, quan-
do totam Ægyptum occupantibus tenebris, solis Israelitis in terra Gosen clara
lux fulsit. Nunc enim postquam illi Christum reiecerunt, Euangelij lux per to-
tum orbem terrarum diffusa omnes gentes illuminauit, qui (vt Paulus ait) prius
tenebræ fuerunt, horribili interim cæcitate laborantibus Iudæis, qui neque conso-
lationibus Euangelij, neque minis Dei, neque pœnis & calamitatibus vllis mo-
uentur, quæ illos iam per annos plus mille quingentos miserrime fatigant. Ter-
reat ergo nos Iudaicæ gentis exemplum, ne vnquam obliuiscamur admonitionis
Christi, qui illis dixit: Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis; ne
vos tenebræ deprehendant. Nam qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.
Ioannis 12. Cap.

Tenebræ triū
horarum.

Ioan. 8.

Malach. 4.

Isa. 6.

Exod. 10.

Eph. 5.

Eli Eli lama sa
bachthani.

Heb. s.

Sequitur: Circiter vero horam nonam exclamavit IESVS voce magna, dicens
 dictum IESV CHRISTI inter ea quæ in Evangelio de illo recitantur celebrari-
 mum & quod præ alijs multa & diligenti consideratione dignum est. Nam & verum
 humanitatis argumentum continet, quo illum probatur fidelem esse pontificem,
 qui per omnia tentatus ut nos, nobis qui tentamur possit & velit cõdolere & cõpa-
 ti: & simul dilectum illum Filium esse constat, quem pater in extrema tentationum
 angustia exaudiuit, nec eum succumbere passus est. Itaque optimus huius loci &
 eorum, quæ prius in horto ad montem oliueti acciderunt, interpretes mihi quoque
 (ut quibusdam alijs doctissimis fratribus) videtur Apostolus, qui ad Hebræos sic
 scribit de Christo: Qui in diebus carnis suæ, id est, dum in carne mortali & infir-
 ma nostra natura adhuc in terris nobiscum degeret, deprecationibus & supplica-
 tionibus oblati cum clamore valido & lachrymis, apud eum qui poterat ipsum
 seruare à morte, & exauditus est ex metu. Supra Matthæus Christum dicit cepisse
 λυπεῖσθαι καὶ ἀδυναμεῖν, quæ significant aliquem ita turbari & morore affici, ut con-
 filij incertus vndiquaque angatur. At hæc Christo sic tribui debent, ut memineri-
 mus, hos affectus in illo, utpote vero homine, locum habuisse, absque peccato in-
 ti in Scripturis Deo ἀνθρωποπαθῶς tribuuntur, nihil tamen decessit obedientiæ fi-
 dei, qua se totum Deo consecrauerat: & hæc causa fuit, quod cum se tam grauiter
 tentari sentiret, eò quod totius mundi reatum in se receperat, & proinde inferni
 terroribus cruciaretur, qui hanc vocem tristissimam illi extorserunt, non tamen de-
 speratione absorptus est, sed ad Deum Patrem conuersus, huic deprecationes &
 supplicationes cum clamore valido & lachrymis obtulit. Fidei autem euidentis ar-
 gumentum est, quod etsi ex infirmitate carnis, se à Deo derelictum esse querens
 nihilominus tamen eundem suum Deum vocat, & quidem voce geminata: Deus
 meus, Deus meus. Nec sefellit eum fides sua. Nam exauditus est ex metu, id est,
 dum ex tantis angustijs & æuera (ut Psalmus habet) ex profundis, adeo quæ ex gongu-
 te inferni propter totius mundi peccata clamaret, quorum reatu premebatur, De-
 us illum exaudiuit ita, ut hoc metu & terrore non absorptus sit aut succubuerit,
 sed ipse mortem & inferos deuicerit. Exaudiuit autem eum Pater quia dilectus il-
 le Filius est, quem ideo in mundum miserat, ut nos ex peccatis & horum poena, id
 est morte & inferis liberaret. Interim nostræ consolationi nobis multuariam ser-
 uauit hic locus. Primum ne terreamur, si tantæ sint tentationum angustia, ut propria
 ratio & mens, nos à Deo desertos esse testentur, neque quoad homines aliqua salu-
 tis spes nobis affulgeat. Nec enim in electis est hoc Dei irati iudicium: nam si hoc
 esset, nunquam tale quid Filio suo vnigenito passus esset accidere. Deinde quæ-
 sium suum exaudiuit ex metu, ne in hoc tam diro tentationis certamine vincere-
 tur: nos quoque propter illum exaudiet, ut in illo nos quoque vincamus. Tenuerunt
 mus modò hoc fidei principium, quod hic Dominus profiteretur, dum Deum suum
 dicit, & qualem Prophetæ & apostoli semper confessi sunt. Et cur non noster esset
 Deus, qui nos elegit, priusquam essemus? qui creauit: Filium pro nobis tradidit, &
 in eo adoptauit, ut illius cohæredes essemus? Taceo nunc promissiones & beneficia
 eia, quibus illas ita obsignauit & confirmauit, ut de ijs nemo sine scelere dubitare
 possit. Imò quò abiectiorem & perturbatiorem animo & corpore Christum fuisse
 audimus, eo minus de nostrorum peccatorum expiatione per illum facta & eius
 merito parata salute dubitemus. Sic enim propter nos à Deo Patre derelinquendum &
 tuit Christum, ut nos ex simili tentatione liberaret, dum nobis vicit mundum &
 mundi principem vnà cum morte & inferno. Nec inefficacem fuisse hanc illius vi-
 ctoriam, & quæ ex hac electis nascitur, consolationem, ex Martyrum beatissimorum con-

rum constantia apparet, qua ipsi quoque armati, dolores & cruciatus similes vicerunt.

Ceterum Euangelistæ non absque causa versum Psalmi, quo Christus in sua querimonia vsus est præter morem in Hebræo idiomate recitant sub Christi persona, vt amarus ille Sarcasmus, cuius occasio ex *παρονομασία* æque acerba & magis impia astantibus Iudæis petitus est, possit exprimi. Cum enim Eli Eli dixisset Dominus, quod significat, Deum meum, Deum meum, illi ad Eliæ nomen alludunt, quasi hunc in auxilium vocarit, cum nullum huius exemplum in veteri Scriptura vsquam habeatur. Et quia quidam militum acetum propinare vellet, quod homo militaris eo sciret in vulneratis mortem accelerare, alij ne id faciat, prohibent: nimirum vt diutius crucietur, & ipsi nouam habeant illusionis occasionem, si Elias illum liberaturus nullus veniat. Est enim insatiabilis, impiorum crudelitas, si quando etiam hodie ipsis cum Christi martyribus res est: Sed hunc soletur exemplum Filij Dei, qui ipsos suo spiritu & virtute confortabit. Interim hodie etiam suæ impietatis pudeat, qui Christo in cruce pendenti in suis membris ludibria & sannas, quouis aceto aciores propinant. Mox quidem iterum dixit se sitire: sed salutem nostram sitiuit: quam confestim illo aceto gustato, suæ mortis merito nobis parauit.

Christus impie
ridetur.

Sequitur enim: **IESVS** cum rursus clamasset voce magna, emisit Spiritum. Quid vero clamarit, Lucas annotauit his verbis: Pater in manus tuas depono spiritum meum. Vere ergo mortuus est Dominus: sed ita vt nulla vis ipsi inuito animam eriperit, sed ipse eam volens & propria potestate deposuerit, quod se facturum in Euangelio Ioannis promiserat. Ita vero Patri ad extremum vsque spiritum obediens fuit, quod rursus nostræ redemptionis certitudinem confirmat. Interim clamor hic diuinæ virtutis nouum argumentum est. Supra enim vires humanas est, vt morituri alta & articulata voce loquantur, nedum vt altum clament. Exemplo suo autem docet Christus, quid faciant, qui ex hac vita euocantur. Nos quidem vitam neque deponere debemus, neque possumus, quando autem Dominus nos vocat, voluntarij sequamur. Est enim hæc via vniuersæ terræ (vt Daudid dicebat) eaque omnium iucundissima & saluberrima. Nam hanc ingressi nos in hac vita exercent. Liberamur autem, si animas Deo Patri, qui illas dedit commendamus. Hæc enim **IESV CHRISTI** voluntas est, vt qui verba eius audit, & credit ei, qui misit illum, in iudicium non veniat, sed transeat à morte in vitam: Vt item qui in ipsum credunt, illic sint, vbi ipse est. At ipse in Dei manus suam animam deposuit: qui nostras quoque ad se recipiet.

Iesus clamans
emisit spiritum

Ioan. 10.

1. Reg. 2.

Apo. 14.

Ioan. 5. 17.

Sed narratur deinceps adhuc alia signa, quæ mortem Christi sequuta sunt, & partim de eius innocentia, partim de diuinitate eius testantur: præterea fructum passionis & mortis eius adumbrant, denique pœnas graues Iudæis minantur, qui vt viuum persquuti sunt, ita ne mortuo quidem crediderunt. Primum ex his est, quod aulaum siue velum templi scissum est in duas partes à summo vsque ad imum. Vfus illius erat, quod distinguebat sanctum exterius à Sancto sancto. Vt autem tabernaculo Apóstolus ad Hebræos scribit: His ita ordinatis, in prius quidem Tabernaculo quouis tempore ingrediuntur Sacerdotes, qui ritus quem offert pro seipso & pro populi erratis: Hoc declarante Spiritu Sancto, nondum patens factam fuisse viam ad Sacrarium, priore Tabernaculo adhuc consistens: quod erat exemplar pro tempore illo præsentis, quo scilicet Tabernaculum adhuc stabat & in vsu erat, &c. Itaque cum Christus in Cruce moreretur, & nouum

velum templi
scissum.

Heb. 9.

Testamentum morte sua compleret (vt alibi diximus) & postea caelum ascendit, patefecit nobis viam in caelum, vt nihil impediatur, quo minus ipsi quoque eò accessum habeamus liberum ad thronum gratiae. Interim simul adumbratur, aboliturum esse iam Tabernaculum cum Ceremonijs Mosaicis & vniuerso cultu Legis, quod hucusque durauerat. Quia vero hic durare debuit, quoad Iudaica Respublica staret, non obscure docebat haec Veli scissio, sublatam esse iam à Iudaeis profectionem omnem, nec quicquam superesse, quò imminens ipsis excidium arceri possit. Estq; hoc memorabile exemplum, quo ostenditur, vt Deus hostes suos in ipsorum conatibus capiat. Etenim ideo Christum occisum voluerunt Sacerdotes, vt cultum externum, & quem ex hoc capiebant quaestum possent retinere. At mortis eius causa fuit, ob quam & hunc & templum cum sacerdotio everti oportuit. Quis ergo stabiles putet ceremonias alias, quae in veterum locum successerunt, non alijs autem quam hominum traditionibus nituntur?

Tremuntus.

Amos. 8.

Accedit Veli scissioni terramotus, manifestum irae Dei signum, vt apud Amos est videre. Cum enim vsurariarum artes exposuisset Dominus, & quaecunq; hi contra charitatem proximi designant, tandem inquit: Annon super his terra contremiscat, & omnis eam inhabitans lugeat? Quin vniuersa ea, vt fluuius innumescet &c. Nec vulgaris fuit hic terramotus, sed tantus tamque vehemens, vt petrae ab eo scissae sint. Tanta fuit sceleris in Christum commissi indignitas: impijs autem & contumacibus sua exprobratur durities, quos nullae rationes mouere possunt, vt peccatorum poenitentia ducantur. At sint illi saxa duriores, vincet tamen & opus sit) inuitos comminuet Deus, qui simul propter electos suos orbem terrarum Euangelij praedicatione concutiet, vt ex lapideis cordibus carnea fiant, quae per dei obedientiam Christo subiciantur. Cohæret his quod sepulchra nonnulla aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormiuertant surrexerunt, & post resurrectionem Christi è monumentis egressi introierunt in sanctam ciuitatem, & multis apparuerunt. Et sancta ciuitas dicitur Ierusalem, quia veteri cultui consecrata erat, & ritibus vacabat, quorum complementum in vno Filio Dei habebatur. Voluit autem istos excitari Dominus, vt doceret, verum esse, quod alias dixit, se esse resurrectionem & vitam. Itaque mortis Christi fructus precipuus & naturae orationem omnem superans hic est, quod vitam nobis restituit, & hanc quidem immortalem & aeternam, quae nullis vicibus neq; ulli corruptioni subicitur.

Effectus signorum in morte Christi.

Ioel 2.

Matth. 24.

Luc. 23.

Restat, vt qui signorum istorum effectus fuerint, videamus: Nulli nimirum apud sacerdotes & scribas, qui in scelere suo magis induruerunt. At Centurio, & qui cum illo asservabant ESVM, visis his timuerunt: nec inanis fuit timor hic, sed veri confessionem ipsis extorsit, vt dicerent: Verè Filius Dei erat iste. Fuerunt hi primitiae gentium: & magnum est hoc misericordiae Dei argumentum, qui ex carnisificibus Filij sui confessores fecit, ne de salute propria desperarent. Discamus autem tem horum exemplo non negligere à Deo nobis exhibita signa: cum olim etiam di multa in Prophetis & ab ipso Christo praedicta sint. Quis vero dubitet, hunc fuisse fructum intercessionis Christi, qui pro ijs Patrem precatus est, qui ipsum in

Crucem suffixerunt? Cur ergo nos de eius gratia & merito desperemus, qui iam reconciliati Deo, haeredes salutis sumus, cohæredes autem

IESV CHRISTI: qui sibi fidentes nunquam
deseret. Ipsi debetur honor
& gloria.

HOMI

Erant autem illic mulieres multæ procul spectantes, quæ sequuta fuerunt IESVM à Galilæa, ministrantes ei: Inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi & Iose mater, & mater filiorum Zebedæi. Cum autem serum die esset, venit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus fuerat IESV. Is adiit Pilatū & petijt corpus IESV. Tunc Pilatus iussit reddi monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluto saxo magno ad ostium monumenti, abiit. Erat autem illic Maria Magdalene & altera Maria sedentes contra sepulchrum. Postero autem die quæ sequitur Parasceuen, coacti sunt principes sacerdotum & Pharisei ad Pilatum, dicentes: Domine, meminimus planum illum dixisse, cum adhuc uiuere: Tercis post die surgam. Iube ergo muniri sepulchrum vsq; in diem tertium: ne quando veniant discipuli eius nocte, & furetur eum, dicantq; populo: Surrexit à mortuis: & erit vltimus error prior prior: Dixit eis Pilatus: Habetis custodiam, abite, munite sicut scitis. Ipsi autem profecti munierunt sepulchrum, obsegnato lapide cum custodiis.

Restat vltima pars historiae de passione & morte Domini nostri IESV CHRISTI, cuius sepultura quoq; describitur. Oportuit autem non solum mori, verum etiam sepeliri Dei Filium, qui morte sua nos debebat redimere, vt constaret, clam veremortuū, nosq; non aliqua imagine mortis (vt olim Mahumet & alij qui dam finxerunt) sed vera eius morte redemptos esse. Et prodest nos de morte Christi certiores fieri, vt nostram, quæ nobis subeunda est minus horreamus. Qui enim hanc vincere potuit, & ianuam vitæ facere ex ea, quæ prius pœna peccati, & damnationis aeternæ quasi præludium erat, idem nos quoq; confirmare poterit, ne vel mortis dolore, vel eorum quæ mortem sequuntur, quantumuis carni terrificæ sint, horrore à statione sua deiciamur. Et huc pertinet, quod etsi hæcenus omnia, quæ passus est Dominus, tristitia & ignominia plena fuerunt: statim tamen in ipso (vt sic dicamus) mortis articulo, Christi gloria & maiestas se cepit exerere: vt nuper in prodigijs mortem eius comitantibus vidimus. E quoad sepulturam, non clam aut furtim sepelitur eius corpus, non item negligenter abiicitur (sicuti olim Iehoiakim mo Iere. 22: ritate sepelitur Dominus in loco honesto, ab hominibus honestis, & modo etiam honesto, sicuti ab Isaia olim fuerat prædictum. Quia vero simul alia concurrunt, quæ obseruatu digna & salutaria sunt, singula diligentius debent inspicere.

Exorditur hunc locum Matthæus à mulieribus nonnullis, quæ inter mortem & sepulturam Christi mediæ & vtriusq; spectatrices fuerunt: Et multas fuisse scribit, inter quas præ ceteris insignes fuerunt Maria Magdalene, & Maria Iacobi (quæ ne Maria Cleophae dicitur. Additur his mater filiorum Zebedæi. De omnibus hoc di perlicaret, secuta, & hucusq; etiam in crucem suffixo adhæserint. Sunt ergo mulieres istæ exemplum constantis fidei, quam neq; itinerum difficultate, neq; vinculis, neq; flagris, neq; diro & infami crucis supplicio, imo ne morte quidem se offendent coluerant. Estq; eò præclarior hæc mulierum constantia, quod discipulos longe superarunt, qui primum turpi fuga dispersi, deinde excepto Ioanne, omnes in latras sese absconderunt. Quotquot ergo veram & solidam fidei laudem ambiunt constantiam huic addant, & saltem præsentia sua animum ijs addant, quos aliter

Iere. 22:

Isa. 53.

Spectatrices
mortis & sepulchrae Christi.

iuuare, aut ex periculis eripere non possunt. Interim non temerè annotauit Matthæus, illos procul siue à longè spectauisse. Etsi enim in spectaculo sanctissimo occupatæ essent, non tamen decori sui in memores, medijs uiris sese inferunt impudenter. Id uerò sexui muliebri in primis obseruandum est. Nam si ab illo pudorem auferas, aliarum uirtutum omnium, quibus ornatur, condimentum siue fulcrum abstuleris. Quid enim cōferat mulieri impudenti forma aliud quam anulus aureus in naribus suis? Prou. 11.

Josephus ab Arimathæa.

Matth. 6.

Ioan. 19.

Prou. 21.

Corpus Christi sepelitur.

His præmissis præcipuum sepulturæ authorem inducit Matthæus, Iosephum ab Arimathæa, quem diuitem, & discipulum IESU fuisse scribit, oculum tamen hæcenus (ut Ioannes scripsit) quòd Iudæos plus æquo reuereretur. Alij uirum bonum & iustum fuisse dicunt, & iustitiæ argumentum afferunt, quòd licet Christum defendere non posset, tamen non suffragatus est illorum consilio uel facto, qui Christum occiderunt. Quod ita dicitur, ut non obscure demonstratur, illum nihil commercij habuisse cum Filij Dei carnificibus. Et quia hoc omnibus satis notum erat, publicam protestationem intercessisse oportet, qua hoc testimonium sibi apud omnes comparauit. Et est multa obseruatione dignum, quòd Iosephus, qui ues & senator Ierosolymitanus esset, nihilominus IESU CHRISTI discipulus, id est, uir Christianus & regni Dei, quod expectabat, ciuis fuit. Ergo neque opes neque honores per se aliquem à regno Dei excludunt, modò pietati studeat, & (ut Dominus docet) ante omnia querat regnum Dei. Vult enim inueniri Deus, neque cuiquam regni sui thesauros inuidet. Exempla, quibus hoc probatur infinita passim occurrunt, quæ commemorare longum foret. Sed sufficiat nobis Iosephus, qui cum ferum esset diei parascæues nimirum, nec tamen dum cœperat Sabbatum quod totum in sepulchro quieuit Dominus, accessit Pilatum, & (ut Marcus annotauit) fidei animo uel intrepida mentis fiducia uenit, cumq; opes fere soleant uarios meticulosos reddere, cum cogitant, se multum habere quod displicere solet. Imo plus audet omnibus illis, qui uiuente Christo, eius aperti discipuli fuerunt. Facile etiam impetrat à Pilato quod petit. Quia enim ad gloriam Filij Dei, & resurrectionis eius faciebat tota sepulturæ historia, Deus hominis prophætanimo mouit, ut quod petebatur, neq; uellet neq; posset negare. Et ut Ioannes narrat, ter omnem expectationem, Nicodemus se illi coniungit, qui Iosepho sese & laborum & sumptuum socium præbuit. Excitet ergo exemplum hoc uiros politicios, qui in aliqua autoritate constituti sunt, ut officio suo diligenter inuigilent, ne peccent eos propter Christum aliquid aggredi quod cum labore aut periculo committum uideatur. Grauib; enim & duris successum felicem potest dare Deus qui uolens da non priuatorum modo hominum, uerum etiam regum habet in sua manu. Dabit ergo facile laborum socios, si nos ipsi fideles erimus.

Quid uero cum corpore Christi facit Iosephus? Acceptum inuoluit sindone, at cum aromatibus, myrrha & aloë, inuolurum fuisse, idque propter spem resurrectionis, quam ita fouebant & confirmabant ueteres, alibi diximus. Deponit item in suo monumento, quod sibi ipsi nouum exciderat, ne uel alius quis, aut Dominus alterius uirtute resurrexisset putetur. At dum suum sepulchrum Christo concedit Ioseph, sibi ipsi omnia sepulchra sanctificat. Ita nobis sanctificamur omnia quæ prius ipsi nos Christo consecramus, ut eius uis uiccedant. Sed & ingens lapis ad ostium monumenti aduoluitur: quod siue honoris ergo factum sit, siue causa custodia sepulchri, siue ut resurrectionis ueritas certior & gloria maior esset, non temere id factum est, neque peculiari mysterio caruiss. Ut neque illud etiã quod de muliereibus repetitur, quæ contra sepulchrum, aut ex eius regione sederunt. Fecerunt hoc, ut situm sepulchri melius spectarent, & facilius extremum uisionis officium

ficium illi impenderent : quod tamen Maria Lazari soror iam pridem prauenerat, vt suo loco diximus. Interim de illarum constantia Spiritus sanctus amplius testari voluit: quod ne sepulto quidem Domino eius curam & amorem deposuerint. Et vt illarum exemplum imitentur necesse est, quotquot in Christo volunt salui fieri. De sepultura & eius ratione ac vsu non opus est plura addere, cum de his alibi dictum sit. Obseruetur tamen in mulierum exemplo: vt ne luctu quidem, qui funera comitari solet, nos ab officio reuocari patiamur: sed si nobis eripiantur, sine quibus vix videmur commode viuere posse, non tamen segnescamus, sed eo fortius insistamus operi nobis per Dominum commisso.

Ceterum etsi vniuersa mundi machina creatori suo, Filio Dei condoluerit, & de sceleris aduersus hunc designati indignitate multis prodigijs testata sit, nondum tamen satisfactum est Sacerdotibus & Phariseis, quorum inuidia & odium adhuc est insatiabile. De prophanorum hominum odijs olim Poeta dixit: Pascitur in visceribus, qui vident, quam indigne prater meritum tractati sint. De Casare certe scribitur, quod cum in curia vulneribus viginti tribus confossus esset: animos populi mox conuersos fuisse, vt sublatis ex rogo torribus ad percusorum domus festinaerint, vt eas incenderent: multos vero quæsiuisse illos, vt captos discerperent. At sacerdotum principes & Pharisei barbaris militibus inhumaniores adhuc oderunt, quem post innumerabilia in omnis loci & ordinis homines beneficia in cruce pendentes & scedè laniatum viderant. Nam postero die, quæ Parasceuen sequitur, ad Pilatum illi dixisse, cum adhuc viueret, Tertio post die surgam. Iube muniri sepulchrum, quæ Parascueu sequitur, ad pulchrum usque in diem tertium, ne quando veniant discipuli eius nocte, & surrentur eum, dicantque populo, Surrexit à mortuis, & erit vltimus error peior priorate coniunctam, potius admirare, dubites. Planum & impostorem vocant, cuius innocentia Pilatus præses, Herodes, cælum, terra, Sol, petra, milites, testimonium tulerant: & quem ipsi nullius sceleris potuerunt conuincere. Deinde non vlla Sabæbati religione tenentur, cuius violati toties Christum accusauerant: ipsi verò nunc proditoria consilia & cruenta in Sabbato tractant: imò sepulchrum muniunt, milites accersunt & alia faciunt, quæ sine labore & molestia fieri non poterant. Vehementer ergo falluntur, qui impios aliqua ratione cicurari posse arbitrantur. Non est pax impijs, inquit Isaias, sed instar maris feruent, quod quiescere nõ potest. It. 57. Pilatus, qui paulò ante Iosepho se facilem præbuit, in tradendo corpore Domini, nunc Sacerdotibus quoque morem gerit. Quia enim homo prophanus resurrectioni nihil tribuit, non vult propter huius commentum (vt ipsi videbatur) cum quoquam altercari. Dicit ergo illis: Habetis custodiam, id est, milites templi custodiæ destinatos: abite, munite sicut scitis. Itaque muniunt sepulchrum, obignato quoque lapide, nimirum à præside: ne quis absque crimine læsæ maiestatis illum loco mouere, aut monumentum effringere posset. Et hæc quidem permittit fieri Deus, quia istorum conatus gloriam resurrectionis postea illustrarunt, Sacerdotes verò sibi ipsi nouam accerserunt molestiam, quando milites proprios illius mendacium, multa pecunia ab illis redimere coacti sunt. Neminem ergo impiorum successus læti offendant. Non sunt hi diuturni. Tueamur autem salutem in Esv CHRISTI merito partam fide forti & indefesso sanctitatis studio, per quod nos quoque in illo resurgemus, & victores erimus.

10411.12.

Sacerdotum odium implacabile contra Christum.

Sepulchrum munitur custodia.

CAPUT XXVIII.

HOMILIA CCCVI.

EXtremo autem sabbato, cum lucefceret in primum diem hebdomadis, venit Maria Magdalene, & altera Maria, ut spectarent sepulchrum: Et ecce terramotus factus est magnus: Angelus enim Domini cum descendisset de caelo, & accessisset, donoluit lapidem ab ostio, sedebatq; super eum. Erat autem visus eius ut fulgur, & vestimentum eius album sicut nix. Custodes autem concussi praestitius timore, & facti sunt sicut mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus: Vos vero ne timete: Scio enim vos IESUM crucifixum querere: Non est hic. Surrexit enim prout dixit. Venite, videte locum, ubi iacebat Dominus. Et cito profecta dicite discipulis eius, eum surrexisse a mortuis. Et ecce praerit vobis in Galileam: illic eum videbitis. Ecce dixi vobis. Tunc egressi cito a monumento cum timore & gaudio magno ut nuntiarent discipulis eius. Cum autem proficiscerentur, ut renunciarent discipulis eius, ecce IESUS occurrit eis, dicens: Aue. Illae autem accesserunt, & praebederunt eius pedes, & adorauerunt eum. Tunc ait eis IESUS: Ne timete, abite, renunciate fratribus meis ut abeant in Galileam: & illic me videbunt.

SCRIPITURA sacra vnanimi consensu testatur, aeternum Dei Filium propter nos in mundum venisse, & hominem factum esse, ut peccatores saluos faceret. Et haec vera & propria consolatio est, quae per Euangelium nobis offertur. Ut vero inter multas atq; graues tentationes certior sit, quam ex illa percipimus salutis fiducia, sapientius nos admoneri oportet, omnia abunde praestitisse Christum, quae ad humani generis redemptionem necessariò requirebantur. Primò enim peccata omnia expiauit vno die, ut Zacharias promiserat, & his delectis, Deum Patrem nobis placauit. Et huc referri debent, quae de illius morte hucusq; sunt exposita. Deinde mortem, quae peccati stipendium erat, resurrectione sua vicit, & eius imperiù fregit, ut quae nobis ut peccati poena debebatur, iam in ipsum creditibus laetus sit ad vitam beatam & immortalem transitus. Quia ergo resurrectio eius nostrae redemptionis quasi complementum est, Apostoli in suis concionibus praecipue testificantur: Euangelistae autem illius historiam non minus diligenter quam mortem ipsius describunt. In praesenti primò tempus annotatur, quo ex mortuis resurrexit Dominus. Secundò, quibus primis eius resurrectio innotuerit. Tertio quis & resurrectionis & annuntiationis eius modus fuerit. Quo loco Angelorum de illa concio siue testimonium ascribitur.

Quando resurrexit Dominus?

Tempus sic notauit Matthaeus: ὄψε δὲ δὲ σαββάτων, τῇ ὀπιφωτοῦσιν εἰς μίαν ὀπιφωτοῦσιν. Quo loco plerisque interpretibus imposuit, quod ὄψε pro vespera acceptum solet, agatur. Patet hoc ex reliquis Euangelistis, qui omnes distinctius locuti sunt. Marcus enim sic ait: καὶ ὄψε γενουμένου τῶ σαββάτου, &c. λίαν ὀπιφωτοῦσιν εἰς μίαν ὀπιφωτοῦσιν. Id est, & cum exactum esset sabbatum, valde mane primo die hebdomadis veniunt ad monumentum ex oriente sole. Idem prope Lucas, cuius verba sic sonant: τῇ δὲ μίᾳ τῇ σαββάτων ὀπιφωτοῦσιν εἰς μίαν ὀπιφωτοῦσιν. Id est, vna, siue prima Sabbatorum aut hebdomadis, profundo diluculo, veniunt ad monumentum. Ioannes vero sic: τῇ δὲ μίᾳ τῶν σαββάτων μερῶν ἡμερῶν. Id est, prima autē hebdomadis venit Maria Magdalene, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum: Quapropter cum tra-

cum tres Evangelistæ disertè vesperam excludant, diluculi autem meminerint, quæ prima pars fuit eius diei, qui nouam hebdomadem post exactum festum Paschatis exordiebatur, superuacaneum mihi videtur, vt particulam siue Aderbium ὄψε pro vespera interpretemur, quæ adverbialiter posita exponi potest per POST. Ita enim Græci vulgò loquuntur, ὄψε τῆς ἡλικίας, pro vergente iam ad senium ætate, post exactum ætatis iustæ & rebus agendis maturæ tempus. Deinde dum serum Sabbathorum dicit, nō septimum diem, qui magnum Sabbathum Paschale erat, nec singulos septimana dies intelligit, sed Hebræorum more totam septimanam, quæ pluribus (vt sic dicam) Sabbathis constabat, cum dies isti omnes ad Pascha pertinerent, & propterea azyimi dicerentur. Vt ergo Matthæus cum reliquis tribus concilietur, videtur locus hic cōmodè sic reddi posse. Post exactum tempus sabbatorum & totius hebdomadæ Paschalis, cum lucefceret in primum diem hebdomadis. Ita enim excluso vespere vocabulo, ambiguitas tolletur, quæ multos mouit, vt quæstiones non necessarias mouerent, nec tamen vis aliqua fiet adverbio ὄψε, quò minus insensu proprio, & huic loco in primis conueniente accipiatur. Hæc pluribus in præsentia tractare libuit, quia alibi breuius ista attingimus. Quòd si verò ex præcedenti historia repetamus, Christum in die Parasceues mortuum & in huius vespera, cum adhuc ab hora tres superessent, sepultum esse, secundus eius in sepulchro iacentis dies erit Sabbathum magnum Paschatis: at qui primus nouæ hebdomadis dies numeratur, tertius est ab eius morte & sepultura: quo se resurgere velle, toties discipulis promiserat, vt id hostibus quoq; iam pridem innotuisset: qui vt nuper a diuinis, sepulchrum muniri & adhibitis custodibus armatis asseruari voluerunt, vt resurrectionem eius impedirent. Sed ne vnam quidem horulam id possunt: quin vix dum oriente tertij diei aurora, excusso mortis imperio è monumento prodeat. Est hoc euidentis argumentum Veritatis & omnipotentia IESU CHRISTI, quò nos in fide decretorum & promissionum eius omnium confirmemus. Huius enim generis exempla multa sunt: quorum omnium hic vsus nobis esto, ne quid de illius fide dubitemus, cui omnis potestas data est in cælo & in terra.

Porrò primæ, quibus Resurrectio Christi innotuit, fuerunt mulieres, quæ ex Galilæa vsq; Christum secuta, ei ministrauerant, & omnium, quæ perpeffus est, spectatrices fuerant. Nunc autem primo diluculo adsunt, vt pro more gentis extremam honorem ipsi impendant: quæ ipsis occasio diuinitus oblata fuit, vt primæ illum resurrexisse discerent. Habent igitur luculentum suæ pietatis præmium: & simul alius mysterium hîc latet: quo admonemur, Filium Dei muliebris quoque sexus reproborem esse. Nam vt primæ promissionis, quæ Adamo in paradiso facta fuit, verba docent, hoc Dei decretum fuit, vt ex eo sexu iustitia & salus nasceretur, qui nobis peccati & mortis causa fuerat. Multauit quidem illum Deus pluribus pœpila data sunt, & in mulieribus sæpe singularia virtutum maximarum exemplis illas remunerat. Quæ autem istarum studia, qui mores fuerint, & quibus præmissis illas remuneratus sit Deus, non opus est hîc repetere, cum alibi de his abundè sit dictum.

Sed quærat aliquis, cur Dei Filius sanctissimas mulieres resurrectione sua præuenerit, neque dignatus sit eo honore, vt corpus suum condirent, quod Sacerdotum serui & milites prophani tam multis tam indignis modis violauerant? Sed necesse erat doctrinam eius confirmari, qua pauperes sibi substituit, vt in hos conficeretur, quæ in ipsum, si in terris ageret, vellemus conferre officia. Etenim si hoc officium ab istis recepisset, nobis omnem de illo bene merendi occasionem ereptam putarem, quibus non idem contingeret. Nunc verò cum in vnoquoque egeno

Mulieribus primis innotescit Christi resurrectio.

Gen. 3.

Cur Christus mulieres præuenerit?

Ioan. 12.

hoc nobis offerri audimus, quod omnes verè pñ sibi dari cupiunt, dulcissima hæc consolatio est, qua confirmemur, ne officia nostra Christo displicere putemus. Preterea superstitionibus medetur, quas orituras sciebat nouissimis temporibus, dum alij eius meritum & gratiam, alij corpus quoq; illius certis locis, temporibus, adhæc certis vitæ generibus astringunt. Ridiculi homines, ne quid de illis grauius districam, qui quam Christus ipsis peperit libertatem, nouis superstitionū vinculis constringunt. Sed de his quoq; plura alibi.

Modus resurrectionis gloriosus.

Sed modum Resurrectionis Christi videre præstat: qui gloriosissimus fuit, vt quod ex ignominia crucis iam exortum erat scandalum, aboleretur. Nam primò terræ motum magnum factum fuisse dicitur: qualem in morte quoque accidisse dictum est nuper. Vt verò ad indignam sui creatoris necem tellus horruit, & eius hostibus pœnas graues minata, adeoq; vt indignos, quos ipsa ferat, derestata est: ita nunc quasi exultans gestit eum luci victorem reddere, quem in sinum suum receperat. Deinde ne terræ motus hic vulgaris aut leui de causa euenisse pureretur, Angelus de cœlo descendisse dicitur. Qui ergo in terra habuit hostes homines, qui eum in sepulchro retinere voluerunt: huic è cœlo adueniunt ministri Angeli, qui ipsum liberent: & vnus quidem Angelus terram vniuersam concutit, vt testetur nihil esse, quod ipsius gloriam impediatur. Hic certè confidenter ad sepulchrum accedens, lapidem ab ostio ipsius reuellit, nihil Cæsaris sigillum veritus, cuius nomine Pilatus illum ob signauerat: & ne quid sibi metuere videatur Angelus, non reuellit modò lapidem, sed ei insidet, quasi expectaturus eos, qui iniuriam Cæsaris eius sigilli factam vlcisci velint. Et ne quis miretur, illud passos esse milites Romanos, quorum tunc summa erat in toto serè orbe terrarum authoritas, describitur talem fuisse Angelum, qui vel solo aspectu terrere potuerit aduersarios. Erat autem visus eius (inquit Euangelista) vt fulgur, & vestimentum eius vt nix. Fulgur sola specie terret, vt solo fragore suo animos humanos mouent, quæ illud comitantur tonitrua. Vestitus verò albus victoriae symbolum est. Quid ergo fiat, si vtrumque in cœlestibus spiritibus concurrat, quorum ministerio Deus in suis operibus siue iudicijs exequendis vtitur? Non temerè ergo hic additur: Custodes præ illis timore concussos esse, & factos esse sicut mortuos. Exanimis ergo iacuerunt, nec quicquam in illis virium fuit, donec Deus illos passus est rursum ad se redire. At tanta est vnus Angeli maiestas & potentia (quod & alia innumera exempla testantur) quis non fateatur insuperabiles esse Christi vires, cui myriades Angelorum seruiunt? Nos autem consoletur hæc eius potestas. Noster enim est Christus, nobis vicin, nobis deniq; Angelos obstrinxit, vt nobis seruiant, circa nos castrametentur, nos deniq; manibus ferant atq; defendant. Sed & ipsius promissio est: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Cæterum orationem Angeli audiamus, qua mulieres compellauit, quæ tribus partibus constat.

Psal 34. 91.

Angeli oratio.
Solatur territas.

Luc. 19.

Prima solatur territas, dicens: Vos verò ne timueritis. Sic interpretari libuit vt Emphasim, quæ particula, v o s, inest, exprimerem. Sic enim dicere videtur Angelus: Veni quidem perterrefaciendis Christi hostibus: qui metu exanimati iacuerunt. At vestra longè alia sors est, quas non timere, non animo turbari, sed exultare decet. Et huius dicti rationem reddit: Scio enim vos IESVM crucifixum quærere. Quia autem hic queri vult, non poterit aliquo iure irasci aut infestū se præbere. Et ipse Christus, vt ijs cōgratulemur in cœlo habet, qui seruantur. Cur ergo terrori essemus ipsum quærentibus, in quo vno salus inueniri potest? Est autem memoratu dignum, eundem Angelū, qui milites terruit, mulieres Christi stum piè quærentes consolari. Est hoc perpetuum, & ideo Euangelij quoq; doctrina & vniuersa, quæ per hanc traditur salutis ratio impijs & hypocritis, electis autem solatio est: sicuti alibi exemplis & rationibus demonstraui. Securus

Secunda suae orationis parte, de Christi Resurrectione Angelus testimonium fert. Et huc pertinet, quod initio dicit, Scio vos IESVM crucifixum quaerere: ne mulieres ipsum de alio aliquo loqui putent. Deinde singulis verbis argumento & pondus inest. Nam de IESV crucifixo loquens, dicit: Non est hic. Id vero de corpore dicit, nemo sanus dubitat. Et quia proximum erat, ut quaeretur, Vbi ergo est: praevortit quaestionem Angelus: Surrexit, prout dixit. Ne quid novum dicere putetur, ad veteres promissiones eos reuocat, & simul illarum oblivionem suae negligentiam corripit. Tertio quasi in rem praesentem eas introducturus, Venite (inquit) videre locum, ubi iacebat Dominus. Quorsum vero haec omnia? Nimirum, ut demonstrat, illum vero suo & naturali corpore resurrexisse, & huius quoque proprietates naturales atque essentiales retinuisse: Quod ipse postea apparitionibus & demonstrationibus plurimis docuit, quas nunc repetere non est ovisibile & palpabile sit, membris & partibus suis constat, & loco etiam suo certo contentatur. Nam postremum hoc negare absurdum foret, cum Angelus loci, in quo illud iacuit, nunc autem non amplius iaceat, tam disertè meminerit.

Serviunt autem omnia ad confirmationem Symboli Apostolici de resurrectione Filij Dei in carne nati, quam ut constanter credamus, plurimum refert. Primum enim confirmatur iustificationis nostrae articulus. Quia enim mortem vicium resurgendo, peccatum planè expiarit oportet, quod illius aculeum fuisse Paulus docet, & idem illum traditum dicit propter offensas nostras, & excitatum propter iustificationem nostri. Deinde asseritur hinc animarum nostrarum immortalitas. Nisi enim Christi anima, quae verè hominis anima, & usque ad mortem perturbata fuit, si immortalis mansisset, neque ad corpus redire, neque illud vitae restituere potuisset. Adhaec corporum nostrorum resurrectio stabilitur: quia nos secum esse vult Dominus. Ut ergo ipse in morte non mansit: ita neque nos in morte manebimus. Sed regnum Christi inuictum & aeternum esse constat, cum ne mors quidem ipsi aliquid potuerit derogare: & hic fundamentum habetur eius consolationis, qua Apostolus nos subleuat, dicens, Neque vitam neque mortem nos separare posse à dilectione Christi: & nos Domini esse, siue viuimus, siue morimur. Roman. 8. & 14.

Postremò, ut discipulis nuntiant, Christum resurrexisse, Angelus praecipit mulieribus. Citè (inquit) profectæ, dicite discipulis eius, eum surrexisse à mortuis. Marcus nominatim Petri mentionem factam fuisse scribit: Nimirum, ut qui Christum turpiter abnegarat, se in gratiam receptum esse sciret. Nos verò admonemur, Resurrectionem Christi ad omnes pertinere, qui eius discipuli sunt, id est, qui vocem eius audiunt, & ipsi credunt. Ita enim ille oves suos & germanos Dei carnis aut fidem imperfectam desperet. Quales enim discipuli fuerint, & quàm indigni, quos tanto honore & salute dignaretur Dominus, saepe iam diximus. Sed vicit omnes illorum naevos & errores immensus & incomparabilis Christi amor, qui ei, ut seipsum pro nobis miseris traderet, causa fuit. Idem nos quoque confirmationem, quae ex Angeli verbis potest peti, Christus mox confirmabit, quando mulieribus Angelo obsequentibus, occurrens, amicè illas salutatur, seque illis contentandum praebet. Ita nunquam deest, officium facientibus Dominus, & idem certè mandatum ad discipulos repetens, illos fratres suos vocat, & simul in Galilæam abire iubet, ubi ipsum visuri sint. At scimus hanc illis patriam fuisse, & ibi Dominum cum illis familiarissimè conuersatum fuisse, cum in terris viveret. Mulieribus

2. De resurrectione testimonium

Resurrectionis Christi vsus.

1. Cor. 15.
Rom. 4.

Ioan. 17.

3. Iubet resurrectionem discipulis nuntiare.

Ioan. 10. & 8.

lieribus ergo ipse occurrens, & idem mandatum repetens, non obscure testatur, se illorum curam nequaquam deposuisse: sed ipsos in veram patriam reducere velle, ubi aeternum cum ipso viuant. Hæc verò omnia nobis applicemus, & harum exemplo excitati quæramus Christum tunc quoque, quando se occultare, imò extinctus esse videtur. Et si quando tunc denuo nobis affulgens mandare videtur, quod ratio dissuadet, & gaudia, quæ per Euangelium offeruntur, cum periculo & timore coniuncta sunt, pergamus tamen forti & constanti animo, in illius mandatis, qui difficultates omnes e medio tollere poterit, & omnes, qui per fidem fratres eius facti sunt, regni quoque sui hæredes facere. Ipsi sit honor & gloria in æternum. Amen.

N O M I L I A C C C V I I.

Proficiscentibus autem ipsis, ecce, quidam ex custodia venerunt in urbem, & annuntiauerunt principibus Sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. Tunc coacti cum Senioribus, consilio capto, pecuniam multam dederunt militibus, dicentes: Dicite, Discipuli eius nocte venerunt, & eum furati sunt nobis dormientibus. Quod si hoc auditum fuerit apud Præsidentem, nos persuadebimus ei, & securos vos præstabimus. Ipsi verò accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti: & divulgatus est iste sermo apud Iudeos vsq; ad hodiernum diem.

2. Cor. 2.
Resurrectio
Christi hosti-
bus quoq; nun-
tiatur.

PAulus Apostolus de Euangelio differens, in posteriori ad Corinthios ait, bonam fragrantiam Christi vocat, his quidem odorem mortis ad mortem, illis verò odorem vitæ ad vitam. Quia enim potentia Dei est, hæc in eo etiã apparet, quod efficaciter prædicatione suaper omnia per rumpit, vt non solũ electis, qui illa gaudent & seruantur, verumetiam impijs annuntietur, qui inuiti & in damnationis suæ testimonium illud audiunt. Estque hîc videre admirabile providentiæ Dei consilium, quæ interdum impiorum quoque opera & ministerio vitur. Exemplum eiusres præsens historia euidens præbet. Nam in prædicatione Resurrectionis IESU CHRISTI, quæ nostræ salutis complementum est, vsus est hucusque Deus mulierum sanctarum opera, quas Angelus instituit, vt illam Apostolis annuntiant: sed & ipse Dominus illis occurrit, seque ipsum eis videndum & palpandum præbuit, vt de resurrectionis veritate non possent aliquo modo dubitare. Nunc sequitur, vt eadem hostibus quoque infestissimis innotuerit, & per quos: Principibus nimirum Sacerdotum & Senioribus. Non erant hi digni, quibus Angelus nuntium hoc nuntiaret: idem verò mulieribus, imò ne Apostolis quidem credidissent. His ergo milites prophani destinantur, & rediuuum prædicant, qui illorum occiderunt. Et huius generis multa fiunt. Sic non semel maligni spiritus testimonium rulerunt Christo, quod Filius Dei sit, & ad ipsos perdendum venerit. Et adeo non potest sepeliri prædicatio Christi, vt si homines omnes taceant, lapides clamaturi sint. Vt verò locus hic magis institutioni & doctrinæ seruiat, videamus ex ordine, quando hæc annuntiatio sit facta, & quibus. Deinde quid hi aduersus hanc instituerint, & quo conatu Veritatem oppugnarint. Ex quibus patet, vt impij subinde in peius proficiant, & quàm parum efficiant idem suis conatibus, etiã si res ipsis succedere videatur.

Luc. 9.

Quando milites resurrectionem nuntiaverunt.

Quando hæc facta sint, notatur: Nimirum quando mulieres cum timore & gaudio à monumento digressæ sunt, quæ illic audierant & viderant, in urbe discipulis renuntiarent. Iam ergo illis fides facta erat per Angelum, ex loci (in quantum)

quam) circumstantia, sepulchro nimirum vacuo & linteaminibus in eo positis, ipso denique Christo, quem coram viderant & contrectarant. Itaque etsi priores quidem esse deberent in his cognoscendis, cum Dominum pio studio inquisissent, noluit tamen istius mysterij notitiam hostibus in vniuersum negare: sed his quoque in tempore renuntiavit: & quidem per eos, quorum fides ipsis nec dubia nec suspecta esse poterat, cum in Domino crucifigendo, occidendo, sepeliendo ipsarum operam suam locauissent. Vt ergo Deus olim, etsi gentes pateretur suis hoc loco diligenter cauit, ne incognita prorsus essent, quæ ad Filij notitiam pertinebant. Et hodie exempla sunt eorum, quæ Christi cognitionem inter medios Turcas diuulgant in ijs locis, vbi illa omnino extincta videtur.

Acto. 14.

Quid verò Pontifices, qui de vera sepultura non poterant dubitare, & nunc illum surrexisse non audent negare, cum hoc affirmant prophani & sanguinarij milites, quos ipsi ad licentiam omnem iam pridem assuefecerant. Et cum omnia, quæ acciderant per Angelum, terræmotum & lapidis reuulsionem, illi narrauerunt, bona nimirum fide, vt procul dubio audierint, corpus Christi non furto sublatum esse, neque occulta alia ratione euauisse, sed visibiliter & palam è sepulchro exiuisse cum terribili maiestate & fulgore, qui custodes tantum non exanimarat, non tamen de scelerum, quæ prius admiserant emendatione aut pœnitentia cogitant: sed Iuda proditore peruicaciores Veritatem, quæ aperta luce oculos illis perfringebat, oppugnare & palam negare audent. Itaque qui Veritatis vindices esse debebant, de illa opprimenda saragunt. Quem ergo isti docerent scientiam? vt olim Isaias 28. cap. dicebat: Et quæ potuit huius populi conditio esse alia, quam misera & infelix, cuius doctores adeoque ipsi oculi ignorantia voluntaria caligabant.

Sacerdotes vt hoc nuntio affecti sint.

Nec enim temerè impègerunt, vt solent, qui communi errore decepti errant. Sed coacti cum Senioribus, penes quos politica rerum potestas erat, consilio eapro, pecuniam offerunt multam militibus, & per uno, vt discipulos venisse mentiantur, qui corpus IESU ipsis dormientibus suffurati sint: Quæ verò huius figmenti causa alia, quam quod seipsum ignominia nota liberare volunt. Quia enim refurrectio irrefragabile argumentum erat iustitiæ & innocentia Christi, ab ipso Deo comprobata, illum vel per vim in morte retinere, vel rediuium denique occidere conati sunt. Nec dubitari potest, per illos non stetit, quò minus centies illum interficerent potius, quam se ab illo victos faterentur. At sentiunt ad hanc rem multo consilio opus esse. Ideo rursus conueniunt & consultant tam politici, quam Ecclesiastici proceres. Vbi obiter videmus, non semper bene & rectè fieri, quod cum consilio fit. Supra enim similiter publicè in conuentu de Christo occidendo consultatum est: & nunc rursus de opprimendo, aut saltem de neganda de hostibus illius Dauid Psalmo secundo, vaticinatur, quod Reges & principes concurrant, fremant, meditentur: sed obseruetur, meditationes eiusmodi ferè insanes & friuolas, non modò, iniustas & iniquas esse. Imò quod vulgo dicitur, Malum consilium esse consultori pessimum, hoc plerunque hostibus Christi euenit, vt nemini hominum consilia illorum nocentiora sint, quam illis ipsis.

Mendacium pecunia redimunt à militibus.

Consilij summa est, Veritati mendacium opponi debere: eo enim potissimum opprimitur aut saltem obscuratur Veritas. Ne consilium verò inane sit, militibus hoc rursus suggerunt, de quo prius, cum muniri cuperent sepulchrum. Prolatum admonuerunt: periculum esse, ne discipuli nocte veniant, & corpus Christi

Sacerdotum figmentum.

sti suffirentur. Id nunc accidisse aiunt. At turpe & inhonestum est, ab aliquo pe-
 tere, ut in tuam gratiam mendacium dicat: & qui honestatis atque pietatis vel re-
 ligionis cura aliqua tenentur, ij nunquam obliuiscuntur eius, quod olim Sapien-
 tes inter Gentes dixerunt, Amicos vsque ad aras coli debere, adeo, ut nemo no-
 bis in tanto pretio siue autoritate sit, ut propter illum testimonio falso peccer-
 mus. Et scimus veteres Romanos in militibus cum primis fidem requisuisse. Id-
 circo Sacerdotum principes, ut hanc religionem militum animis eximant, pecu-
 niam multam illis pollicentur, qua mendacium hoc ab eis volunt redimere, quo
 publicam populi salutem subuertant. At periculum imminabat à præside. Scimus
 enim quam obseruantes disciplinæ militaris fuerint Romani: & nota est Agrip-
 pæ Herodis seueritas, qui milites, quibus Petrum Apostolum custodiendum de-
 derat, duci & capitibus supplicio plecti iussit, quia hunc ex manibus illorum euasisse
 audiebat, neque illi de eo rationem ipsi reddere possent. Quid ergo sperarent isti,
 si ipsi faterentur, sua ignauia accidisse, ut homo mortuus ex sepulchro obsignato,
 ipsis multo somno oppressis, eriperetur? Ne quid ergo pericali metuant milites,
 pollicentur, ipsos causam illorum acturos, si ad Præsidem deferatur, & huic sua
 autoritate persuasuros, ut securos faciunt. At quia hic de Sacerdotij Iudaici di-
 gnitate agebatur, hanc autem illi hoc mendacio stabilire & labascentem inflau-
 rare volunt, quid aliud agunt, quam quod seipsos & sacra sua prophantis & Ebi-
 nicis militibus suspectos faciunt, adeoque religionem omnem, cuius vindices &
 tutores videri volebant, gentium & idololatrarum ludibrijs exponunt. Coniu-
 gunt ergo illi Sacerdotes multa immanissima scelera, quæ ne plebeios quidem ho-
 mines decent, qui honestatis amantes videri volunt, nedum sacrorum & religio-
 nis antistites. Nam pecuniam pollicendo militibus, spe prædæ illos accendunt, à
 qua illos omni studio reuocare debebant, ut olim Ioannes Baptista fecit. Deinde
 de mentendi formam illis præscribunt, cum hoc genus hominum alioqui ad ca-
 lumnias proclive sit. Præterea impunitatis spe illos armant, quos potius meriti
 disciplinæ in officio continere debuissent. At quia hæc omnia acciderunt inter Chri-
 stum & eius iuratos hostes, quid nobis hodie sperandum sit, obseruari debet.

Primò, quod quò magis Sol lucet, eò magis cæcutiunt impij, quibus illius lux
 doles, quæ causa est, quòd in peius indies proficiunt. Deinde eos, qui contra Chri-
 stum semel conspirauerunt, ex ijs quoque peiores fieri, quibus emendari poterant, si
 communi saltem sensu vterentur. Tertiò quibus præsidij & fuleris superstitio &
 religio falsa nitatur: Mendacijs nimirum & pecunijs, siue opibus. Olim quidem con-
 prædictum à Daniele, Antichristum possidere thesauros terræ. Olim quidem cen-
 sus tabernaculo & templo ad sarta tecta conferebatur, ut sacra historia docet. Sed
 tunc Sacerdotum auaritia in alios vsus conuersi erant sacri redditus, ut pecuniæ
 templi neque pauperes alerent, neque sacris seruirent, sed ex Iudæa proditoris ma-
 nibus Christus emeretur, & nunc ex pecuniâ sacra redimatur mendacium, quo Sa-
 cerdotes per impios milites omnem Christi gloriam & publicam populi salutem
 sepelire conati. Et hoc olim quoque D. Hieronymi tempore factum fuisse, ex eius
 verbis patet, quæ in hunc locum scripsit: Omnes qui stipe templi & his, quæ con-
 feruntur ad vsus Ecclesiæ abutuntur in alijs rebus, quibus suam expleant volun-
 tatem, similes sunt Scribarum & Sacerdotum, redimentium mendacium & Sal-
 uatoris sanguinem. Quod quam multiplici & quam scelerata fraude hodie fit,
 vix dies totus ad enarrandum sufficeret. Huc pertinet luxus plus quam Sibaritis
 cus, quo Romanensis ecclesiæ præfules satrapas vincunt. Huc referri debent, quæ
 ex sacris pecunijs in concubinas, scorta & his turpiore libidinis ministros confe-
 runt. Ex templorum redditibus aluntur milites, scurræ, mimi, lenones, equi, ca-
 nes, &c.

Acto. 12.

Luc. 3.

Ipsi in peius
proficiunt.

Dan. 11.

Exod 30.
Pecuniæ sacræ
abusus.

nes, simiæ & omnis generis bestia, fiunt bombardæ, bella geruntur, quibus totus terrarum orbis turbatur, corrumpuntur regum & principum consiliarij, conducuntur sicarij & venefici, proditores, qui eos e medio tollant, qui ista accusant & ut par est, reprehendunt. Interim ne hi quidem extra omnem culpam sunt, qui puriori religione & doctrina gloriantur: sed inter hos etiam bonorum Ecclesiasticorum abusu ita peccatur, ut non credibile sit, Christum diu passurum, ut sub sancto nominis sui prætextu religio pessimorum hominum avaritiæ & libidini seruiat. Sed cum ista olim facta sint, ne offendamur hodie. Qui olim Iudæorum Sacerdotibus officinam iniquitatis euerit, id ipsum hodie etiam faciet, & malos malè perdet: ut alibi prolixè dictum est. Præterea habemus hoc loco leuitatis militaris exemplum. Interfuerunt milites isti rebus omnibus, viderunt prodigia in morte Domini ædita, tenebras horroris plenas, terræ motum, petras disilientes, senserunt ad se redierant, ut ista Sacerdotibus nuntiarent: attamen pecuniæ causa non verentur mentiri, nec tanti ludicis iram metuunt. Vides hic quid de talibus speres, de quibus verissimè olim Lucanus dixit: Ibi fas, ubi plurima merces. Certè proprij honoris curam illos à scelere reuocare debebat, ne seipsos tam turpiter infamarent. Dicunt discipulos Christi, homines inermes, infirmos & peregrinos ipsis armatis corpus, quod custodia ipsorum mandatum erat, abstulisse. Quid viri militares de propria ignavia turpius dicere poterant? Annon vident se vel hoc nomine supplicio dignos esse? Dicunt, hoc ipsis dormientibus factum. At si dormierunt, unde istud non expediri, hoc onere grauatos facile assequi poterant. Sed ut astutè sua commenta palliant impij, ferè ut sorices suo sese indicio produnt.

Militaris leuitatis exemplum.

Porro huius consilij successum subiicit Matthæus, dicens: Diulgatus est hic sermo apud Iudæos vsque ad hodiernum diem. Potest hoc de toto hoc negotio intelligi: Ut primùm milites de discipulis rumorem in populo sparserint de corpore Christi furto sublato: cui crediderunt, qui Sacerdotum partes fouebant. Nihil enim tam absurdum & ineptum est, quod non fidem inueniat apud horum parafitos, qui ubi illis assentari in animum induxerunt, vel è flamma cibum peterent. Quod obseruari debet propter eos, quibus mirum vel incredibile videtur, his postremis seculis orbem Christianum tam multis portentis errorum deceptum fuisse. Quasi verò mundus non semper sit sui similis, ad errores nimirum procliuus, adeò, ut falli & seduci cupiat. Meretur ergo sua ingratitude, ut excæcatus errores spontè sibi accersat, & in ijs pereat: sicuti de Antichristo scribens, Apostolus olim monuit. Deinde verò latius etiam hic locus accipi potest: quod nimirum sermo de militibus Sacerdotum pecunia corruptis vulgatus sit, & Sacerdotum quoque commentum publicè innotuerit. Nec enim tanta potuit esse apud omnes impudentissimorum hominum autoritas, quin apud electos fidem inueniret Euangelij prædicatione, qua discipuli Christum resurrexisse docebant: & passim erant, qui illum viderant, ut res neque cæleri, neque negari posset. Confirmationi seruiet postrema historia Euangelicæ pars, de qua in sequenti Sermone agetur. Nostrum est CHRISTO IESU & eius resurrectioni testimonium ferre, qua mortem vicit, peccatum omne expiauit, & æternum in cælis regnat redemptor & Seruator noster vnicus. Ipsi sit laus & gloria Amen.

Successus consilij Sacerdotum.

Vndecim autem discipuli profecti sunt in Galilæam in montem, vbi consti-
tuerat eis IESVS. Et cum vidissent eum adorauerunt eum: quidam autem dubi-
tauerunt. Et accedens IESVS locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis po-
testas in cælo & in terra. Profecti ergo docete omnes gentes, baptizâtes eos in no-
mine Patris & Filij & Spiritus sancti: Docentes eos seruare omnia quæ man-
davi vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummatio-
nem seculi. Amen.

Vltima Christi
in terris actio.

Actor. 3.
Ioh. 21.

1. Cor. 15.

Sacerdotum
coniuratio cū
militibus nihil
derogauit
Christo.

Discipuli obe-
diunt Domino.

Angelus Dei, qui sanctis mulieribus, quæ redemptori nostro IESV CHRISTO
ASTO extremum honorem impensuræ ad monumentum venerant, de eius re-
surrectione testificatus est, inter alia promisit, quod ipse vnâ cum discipulis omni-
bus illum in certe Galilææ loco visurum sint: & idem ipse Dominus paulo post iisdem
mulieribus occurrens pollicetur, & vt hoc discipulis renuntiet, mandat. Etenim
opus erat illos priusquam durioribus certaminibus obijcerentur, ad sua redire &
diligentius instrui & confirmari: Idcirco fidelissimè eis promissa præstitit Christus.
Nam in Galilæam illos reduxit, aliquot diebus cum illis familiariter versatus est,
deq; regno Dei cum ipsis disseruit, miraculis deniq; nouis confirmauit, quorum ali-
qua ab Ioanne narrantur. Cæterum quia promissio illa de insigni aliqua actione fa-
ctâ fuerat, in qua cum illis de suo munere & legatione Apostolica, cui eos præde-
stinarat, acturus esset, Matthæus omisis multis alijs, hanc in præfenti narrat: quæ
omnino videtur ea fuisse, cuius Paulus ad Corinth. meminit, quâdo eum fratribus
amplius quingentis apparuisse scribit. Nam etsi hic vndecim soli nominentur, quos
designauit Apostolos, nihil tamen obstat, quò minus credamus, vniuersam creden-
tium multitudinem tunc confluisse: quia Apostolos in cœtu celebri & frequen-
tissimi initiari oportuit, vt maior esset illorum autoritas.

Commodè autem hac actione historiam Euangelij Matthæus cõcludit, vt eam
cõsultationi Sacerdotum & Seniorum opponat, qui nuper cum militibus nouam
aduersus Dominum coniurationem fecerunt, vt eius resurrectionem turpi men-
dacio & calumnia de corpore furtim sublato impiè negarent. Erat calumnia hæc
periculi plena. Nam discipulis læsæ maiestatis crimen intentabatur, vt qui à præse-
de obfignatum sepulchrum effregissent, & supplicio digni essent. Itaq; rursus de re-
gno Christi actum videbatur, cū hac calumnia grauatâ neq; à præside neq; sacer-
dotibus & senioribus aliquid tutum esset. Sed ecce suam exultationem mirificè
seruat Dominus, & non modò vndecim illos tuetur, sed simul plusquam quingenti-
tos ex diuersis locis cogit in vnum locum, inter quos publicè se regem cœli & terræ
designat, & simul regni sui administratores constituit, quos mandatis instructos es-
mittit in vniuersum orbem: eam deniq; Ecclesiæ suæ formam tradit, quæ ad finem
seculi vsq; permanere debeat. Fuit hæc inter solènes, quas in terris Christus habuit,
actiones vltima, ad quam cum tanto numero credentes conuenerint, & hic publica
cè sint instituta Ecclesiæ primordia, adeò vt hanc Ecclesiæ natiuitatem dicere possi-
tis: Decet omnino vt diligenter singulæ partes considerentur.

Principio vndecim discipuli profecti in Galilæam conuenerunt in eum montē
quem illis IESVS constituerat. Paruerunt ergo eius mandato, neq; aliquid præter-
xunt, quo sese excusent. Ipse etiam non deest promissis, sed præstat fidem, & se con-
spiciendum præbet, indignis licet, & nunc quòque infirmioribus adhuc quàm de-
cebat Nam etsi illum coram videant, quidam tamen dubitauisse dicuntur. Illum
quidem ex mortuis resurrexisse, multis testibus & argumentis didicerant, vt de eo
vix possent dubitare. Hærebant tamen in multorū animis reliquæ conseruationis
præteritæ

Præteritæ, & credibile est quod cum in ipso, qui serui formam deposuerat, tam nihil quam diuinum & cœleste apparet illos attonitos hæsitauisse, num quem astãtem conspicabantur, esset Christus ille, qui prius cum ipsis fuerat. Ita frequenter nobis fit, vt aliquo nobis optimè noto occurrenti dicamus: Tunc es ille, an alius &c. Nec ante cessauit illa discipulorum hæsitatio & pavor, donec ille propius accedens se ipsis familiariorẽ præbuit. Tunc collectis rursus animi viribus adorauerunt illum: Quod nimirum ex resurrectione ipsis constaret, esse Dei Filiũ, & haud dubie forma & habitus totus resuscitati illos in admirationem raperet. Quid enim hic factum putabis, cum duo discipuli, cum quibus Emauntem iuit Dominus, postea falsi sint, corda sua intra ipsos arsisse. quando eum scripturas explicantem audiuerunt: Nunc ad primarium huius loci caput accedamus, quod est de legatione Apostolica, quam vndecim discipulis credidit: vbi hæc obseruari debent: Primum de seipso differit, vt cuius nam legati sint, intelligant, & quid de toto hoc munere iudicari debeat. Deinde munus eorum definit & mandatũ iustruit. Præterea opem & defensionem suam pollicetur.

Luc 24.
Legatio Apo-
stolica instituitur.

Ad primum pertinet: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, id est, ego in cœlo & in terra Dominus, cui ius est in vniuersum mundũ, quiq; omnibus, quæ lis esset rei necessitas requirebat. Qui enim legatos aliquo amandare vult, vt in illis locis ius & imperium habeat, necesse est, nisi se prudentiorum ludibrijs velit exponere. Quia ergo Christus salutis aternæ legatos & dispensatores constituere voluit, opus erat, vt potestate terrena simul & cœlesti instructus esset. Non poterat enim nobis constare salus, nisi Pater nobis placaretur, & aperiretur via sanctorum in cœlis. Deinde in terris defensione opus est, quæ Ecclesia adhuc militans aduersus hostes omnis generis visibiles & inuisibiles seruetur. Nequid ergo dubitaretur, istud premiti oportuit. Quis enim nisi his auditis, credidisset in cœlis rata fore, quæ Apostoli in terra promittunt aut minantur? soluunt & ligant: Confirmationi vero seruit, quod non modo plenam & perfectam potestatem sibi vendicat, sed hanc legitimitatem quoq; & iustam se habere testatur, vtique non raptam ex priuato affectu sed datam sibi: nimirum à Patre: quod alibi docet: Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Nobis autem huius dicti vsus esse debet, vt ex eo æstimemus Euangelij & Ecclesiæ ministerium, per quod Dei Filius suum solium quasi in terris constituit, vt electos ad se in cœlum euehat, adeoque illum in ministris suis cœlitus nobis loqui putemus: Si quem ergo vilis & contempra, adeoque mundo exosa ministrorum Euangelij species offendit, is ad ministerij authorem oculos attollat, ad IESVM CHRISTVM scilicet, qui de omnibus legitime vocatis & missis dixit: Qui vos audit, me audit, &c.

Christus rex
cœli & terræ

Matth. 18.
Ioan. 20.

Matth. 23.

Deinde quid illis mandet, videamus: Profecti docete omnes gentes. Græcè legitur *uabnreúate*, quod non inepte aliqui interpretantur, Discipulos facite. Constat enim Euangelij finem esse obedientiam fidei, quæ nos Christi discipulos facit, quales in initio communi nomine dicti fuerunt, qui Christo nomen dabant. Et cum postea Apostolatus vel muneris apostolici partes duas faciat, doctrinam nimirum (& hæc sub vocabulo *uabnreúate* comprehendit) & baptismum, sub quo non malè vniuersa Sacramentorũ administratio continetur, rectè nos facturos puto, si quod hanc sub vocabulo *uabnreúate* omnes gētes de generali mandato exponamus, quod Apostolis omnibus datum fuit, vt nimirum omnes gentes, quæ antehac in varias sectas dispersi fuerāt, Christo adducerent, vt ab hoc vno denominarentur: quod quæsto studio fecerint, Pauli exemplum docet, qui ad Corinthios de hac re tam serio & constanter differit, vt contra fidei Christianæ principia eos peccare demonstraret, qui ex doctoribus suis aliud quam Christi nomē assumebant. Itaq; apostolici muneris

Quid Aposto-
lis mandetur
Act. 11.

1. Cor. 5.

2. Cor. 10.

colophon nobis esto, vt Filio Dei IESU CHRISTO discipuli adducantur, & huic per obedientiam fidei subijciatur omnis sublimitas, quæ extollitur aduersus cognitionem Dei, inq̄ captiuitatem redigatur omnis cogitatio ad obediendum Christo. Id vero per Euangelij prædicationem fieri, in præsentî ipse Dominus facis aperte testatur; vt alijs testimonijs non sit opus. Nam emissurus in orbem terrarum seruos suos qui regnum suum passim instaurarent, & gentes omnes illi subijcerent non viros principes aut militares mittit, qui vel huius seculi autoritate vel armis homines in sua verba iurare cogant, sed Apostolos suos, non alijs quam spiritualibus armis & Dei virtute validis instructos emittit, & quid ipsis mandarit, postea disertius adhuc expicabit. Nunc autem probe obseruabis, cum Aostolorum manus vniuersum in eo consistat, vt homines Christo adducantur, & eius discipuli fiant, non posse aliquem Apostolorum vel vicarium vel successorem dici, qui non hunc suorum studiorum finem siue scopum præfixum sibi habet. Vide ergo quid de præsulibus laruatis iudices, qui cum Apostolici dici velint, huius seculi dominia affectant, & principes agunt contra Christi mandatum, qui Apostolis, ne quid huius tentent, grauitè interdixit.

Omnes homines ignorantia & erroris arguuntur.

Porro dum omnes gentes sibi adducere iubet Dominus, non obscure omnes homines peccati & erroris arguit, imò omnes damnat. Nam si Iudæi per Legem Moysi, gentes vero per huius seculi sapientiam seruari potuissent, vt Christi discipuli fierent, minime opus erat. Sed vtrisque Euangelium prædicari & Christo illis adduci oportuit. Ergo extra Christum totus mundus in tenebris erat, & infelix perierat. Sufficit hoc ijs confutandis, qui vt se bellos & commodos homines omnibus præbeant, vnumquenque in sua religione, vel superstitione potius, seruari posse garrunt. Adde his, quod vt Christo se adduci patiantur omnes homines, iustitiæ lex iubet. Illi enim omnes gentes à Deo Patre datæ sunt, vt sint in gentem transferre. Cum ergo hic Filio suo omnes gentes subiecerit, perduellio nis rei sunt, quicumq̄ huic non obediunt. Vide. Psal. 2.

Deut. 32.

Quomodo homines Christo adducantur.

Baptismus.

Ioan. 4.

Vt autem huic adducantur omnes homines, duobus opus est. Iubet enim, vt baptizent discipulos, quos fecerunt, in nomen Patris & Filij & Spiritus Sancti doceantq̄ eos seruare omnia, quæ ipse illis mandarit. Habent religiones omnes sacra sua, quibus iniantur, qui illis nomen dant, & tesseras suis insigniuntur fere omnes sectæ. Vt ergo veteris testamenti populum circumcisione insigniri & ab alijs gentibus distingui voluit Deus: ita Noui testamenti credentes, qui ipsi nomen dabant Christo baptismo tingere iussit, cuius primus administer fuit Ioannes: & nunc Apostolis, qui prius eundem nomine Christi administrauerant (vt Ioannes scribit) mandat, vt si quos ipsi discipulos faciant, eos baptizent. Iubet autem baptizare in nomen Patris & Filij ac Spiritus Sancti. Id vero non est simpliciter baptizare inuocato nomine Patris & Filij ac Spiritus S. sed Deo vni & trino consecrari. Non ergo hic primum instituitur baptismus, qui iam ante erat, nec quis baptizari aut nō baptizari debeat, docetur, sed quid eū ijs, qui iam adulti Christo volunt nomen dare, agi debeat, traditur. Nā (vt alij quoq̄ annotarunt) periculum erat, ne Apollolli, qui ex Iudæis nati, & in Mosaicis sacris educati erant, credentes ex gentibus circumcissione & sacris à Mose acceptis iniantent. Hoc enim factum fuit à quibusdam post patefactam iam in orbe doctrinam de fidei iustificatione, & non exiguas turbas dedit in Ecclesia: sicuti in Actis est videre. Diserte ergo iubet, vt discipulos suos non Mosis, sed vero Deo, vni & trino, Patri nimirum, Filio & Spiritu sancto consecrent: Non quod hic diuersus sit ab eo, quem Patres veteres coluerunt: sed quod iam manifestari debuit sacrosanctæ trinitatis mysterium, quod hucusque ab

Acto. 15.

conditum fuerat. Nec temere in baptisimi vsu publice pandi debuit hoc mysterium: quia baptisimi fructus absq; eius cognitione non percipitur. Nam qui seruari volunt, ij à Patris Dei gratia & misericordia, qui salutis omnis fons est, incipiant oportet, qui nos sibi in Filio reconciliat: Hic vero suæ mortis merito redemptos & Spiritus sancti virtute regeneratos innouat & Dei Filios facit. De his ergo nos admoneri necesse est, quando primum in fide Christiana initiamur.

Et obseruetur non oscitanter ordo, quem Christus tradit. Primum simpliciter vult sibi discipulos adduci, nec vt curiosis quæstionibus nouitij exerceatur iuber. Deinde si qui adducti nomen ipsi dederint, eos baptismo tingi, & Deo Patri, Filio & Spiritui sancto initiari vult. Et hoc quam simplicissimè fecerunt Apostoli, qui iam baptizandos nullis quæstionibus grauioribus fatigarunt: sicuti videre est in exemplo. Eunuchi Æthiopis, Carcerarij Philippensis, primorum deniq; credentium, qui ad primam Petri concionem conuerſi sunt. Sciuerunt enim (vt Paulus scribit) lacte fouendos esse teneriores, qui solidioris cibi, id est altiorum mysteriorum nondum capaces sunt. Nimum ergo importuni sunt, qui hodie de sacramentis quæstiones mouent inextricabiles, ad quas doctores quoq; acutissimi hæreant: quibus si non pro ipsorum nutu respondeas, mox hæreticus diceris, etiamsi in nullo prorsus Symboli Apostolici articulo offendas. Hi plerunq; dum religiosiores alijs esse volunt, superstitioni fiunt, & religionis veræ sensum atq; vim ex animis hominum eximunt.

Act 2. 8. 16.
1. Cor 3.

Ne quis tamen hæc ita accipiat, vt externam professionem & vsum signorum sufficere putet, & tandem eò delabatur, vt quod ore profiteretur, vita & moribus neger: quod hodie multi pro dolor, faciunt: alterum quoq; mandat Apostolis: Vt quos baptismo tinxerunt doceant seruare omnia, quæ præcepit ipse. Postulat hoc baptisimi ratio. Est enim initiationis sacramentum, quo nobis Deus beneficia in Christo collata obſignat, & nos vicissim sibi obſtringit: & ea conditione baptizamur in nomen Patris & Filij & Spiritus sancti, vt huic Deo vni & vero viuamus. Iubet autem omnia seruari, vt ita ad vniuersam Euangelij doctrinam extendat, quod dicitur, ne quis sibi licitum putet delectum facere inter Christi præcepta, vt inter ceteros homines delicatuli. Posset ergo latissime extendi, at nobis sufficiat omnia præcepta Christi duobus membris complecti: vt dicamus alia ad fidem & cultum Dei alia ad mores & vitæ institutionem pertinere. Præcepta fidei & religionis sunt, quæ superſitiones, errores, falsos cultus, & quæcumq; veritati aduersantur prohibent. Præcepta morum & vitæ ferè sub charitate comprehenduntur, quam legis totius complexione Paulus dicit. Et huc referri debet, quod Ioan. dilectus ille discipulus scribit: Hoc est mandatũ eius, vt credamus nomini Filij eius IESV CHRISTI, & alij alios diligamus, sicut mandauit nobis. Poterit tamen perspicuitatis ergo tertius præceptorum Christi ordo his addi, quibus innocentia & sanctitatis præcepta continentur. Ad præcepta admonitiones, hortationes, correptiones, minæ per quarum omnium fons est DEVS CHRISTVM consolationes accenseri debent: Promissiones sunt Ita & Amen.

Officia baptizatorum, qui Christo nomẽ dederunt.

Præcepta Christi.

Rom. 13.
1. Ioan. 3.

Certa doctrinae forma data Apostolis.

Ezech 3.
Iere. 1. 29.

Patet hic latissimus dicendi campus, quem si quis semel ingressus fuerit, vix exitum inueniet. Prorsusquam verò ab hoc loco discedamus, ministri Ecclesiarum qui Apostolorum vices hodie obeunt, frequenter meminerint, Filium Dei, certam doctrinam & summam discipulis suis dilectis tradidisse, dum illis mandauit, vt ea doceant quæ ipse præcepit. Noluit ergo, vt ipsi doctrinae genus pro suo arbitrio fingant & refingant, aut in domo sua ecclesia, cuius dispensatores sunt, aliquid temere mutent. Ita olim Propheta certis mandatis astricti fuerunt, vt verbum ex ore Domini peterent,

quod populo prædicarent, neq; paleas suas loco tritici diuini venderent. Quod si nihil huius licuit ijs, quorum fides spectatissima, vocatio autē & missio miraculis & testimonijs tam multis tamq; grauibus confirmata fuit, vt nemo sine manifesta impietate de illis potuerit dubitare: quid de ijs dicemus, qui hodie sibi omnem in Ecclesia potestatem vendicant, cum pleriq; neque sacris neq; prophanis literis solide instituti sint, neq; morum probitate & vitæ innocentia commendentur? Vnde certe pastoris est non alienam vocem inferre in ouile Christi, ne fur aut latro esse deprehendatur: ita oues quoq; nullius alterius quam veri pastoris, vel principis pastorum vocem audire debent, nisi illis scientibus volentibus perire libeat. Vnde de Ioan. 10.

Christiani ser
uent præcepta
Christi.

Luc. 2.

Matth. 7.

Psal. 130.

Rursus meminisse debent Christiani homines cuiuscunq; sint loci aut ordinis ideocirco Euangelium ex Filij Dei decreto & iussu prædicari, non vt sciant & intelli-
gant quid is velit: sed vt præcepta eius seruent. Ille enim seruus, qui nouit volunta-
tem domini sui, nec se comparauit, nec fecit ex voluntate eius, cadetur multis pla-
gis. Et non omnis (inquit Dominus) qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in
regnum meum: sed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est. Esti vero
hanc nemo hominum perfecte præstare potest, nec quilibet quam coram Deo iudice
sustinere possit, si hic delicta nostra respicere & prout meremur, nos punire velit:
non tamen spem salutis abijcere, sed ad Filium Dei refugere debemus, qui nos ad
Patrem in gratiam reduxit. Hunc enim qui non nouerat peccatum, pro nobis pecca-
tum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in eo.

Consolatione
instruit Apo-
stolos.

2. Cor. 4.

Cæterum legationis Apostolicæ munus arduum & plenum periculi erat, ipsi
vero (vt Paulus de seipso & alijs fatetur) thesaurum hunc gestabant in testaceis va-
sis, vt iam de aduersarijs vndiq; imminentibus nihil dicamus: dicerent ergo, Quid
faciemus inter tot hostes? quibus armis nos defendemus? Ita ne nos inermes agnosca-
tur rapacibus, vrsis deniq; & leonibus obijcis? Sed omnibus quæ in hanc senten-
tiam dici poterant, Dominus dictum breue & dulcissimæ consolationis plenum
opponit: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem
seculi. Connectit hoc non temere cum præcedentibus, vt istud inter pericula & la-
bores sui muneris discerent subinde in mentem reuocare. Adhæc demonstrandi
particula eos excitat, & quasi in rem præsentem adducit. Deniq; cum ait E C C E
E G O, ita omnino vult dicere: Ille ego dilectus Dei Filius, in quo Pater placatus est
qui me aliàs lucem mundi, panem vitæ, fontem aquæ viuientis, pastorem fidum &
fortem professus sum, & cui nunc data est omnis potestas in cælo & in terra, et in
cælos corpus subducam, neq; porro in mundo versaturus sim, vos autem in mun-
do futuri sitis: non tamen vos deseram. Imo ego ipse vobiscum ero, non paucis an-
nis aut seculis, sed vsq; ad consummationem seculi. Ne ergo timueritis. Qui te-
nim hætenus vobis affui, vt nihil vobis defuerit: qui vos defendi, vt me capro &
vincto nihil tamen pateremini, quod vitæ officeret: qui me ipsum ex mortuis resu-
xi, qui mortis imperium fregi, portas inferorum expugnaui, veteris serpentis ca-
put contriui, vobis in posterum quoq; adero, vt nihil vobis officiat, et dabo, vt quod
olim promisit Pater, super leones & aspides ambuletis, & leunculos & dracones
conculcetis: dabo deniq; (vt apud Marcum annotatur) vt qui vestra doctrina cre-
diderint, similis gratia participes fiant, & serpentes tollant, & ex toxicis quoq; sum-
ptis nihil letale sentiant. Hæc omnia hic Christus pollicetur, & quæcumq; ex his li-
milia colligi possunt. Nec inanes fuisse has promissiones, Marcus non obliuit re-
statur, dum ait, Dominum prædicantibus Apostolis vnâ operatum fuisse, & sermo-
nem confirmasse per signa consequentia. Consentit his etiam ecclesiastica historia
& ipse rerum euentus. Qui enim fieri potuisset, vt fides in I E S V M C H R I S T V M
& eius prædicatio per tot obstacula perumperet, & in hunc vsq; diem sub cruci-
vincis

Luc. 22.

Psal. 91.

Mar. 16.

vinceret & triumpharet, nisi presentis Filij Dei presidio servaretur? Quod vero hinc aliqui corporale in eius presentiam colligunt: aliqui item ex hoc loco demonstrare conantur, Ecclesiam errare non posse, & pro oraculis venditant quæcumque ipsi ex suo cerebro fingunt, tam putidum est, ut confutationem nullam mereatur apud eos, qui in Christi schola recte instituti, hunc suam sapientiam esse agnoscunt. Nos quia promissionem hanc ad consummationem seculi usque extendit Dominus, constanter credamus nobis quoque datam esse, & hanc opponamus temerarium hostium conatibus. Nam hi quoque non plus hodie efficient, quam olim Iudeorum sacerdotes et Seniores, qui figmentis, armis et publica auctoritate IESU CHRISTI Resurrectionem impedire & suppressere conati sunt:

Vivit adhuc Christus manet insuperabile Verum,

Dum ruit immenso quicquid in orbe furit.

*Illi debetur benedictio, honor, gloria, regnum
& potestas in æternum. Amen.*

F I N I S .



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in the middle section, including the words "Hilberia" and "de perilla in x..."

Faint, illegible text or markings in the middle section.



Faint, illegible text or markings at the bottom of the page.